§. IV. Neque tamen inficior, *Municipium Ælium* reperiri passim in numis & legi, præsertim Augustorum, Pii, Veri, & Commodi: nedum inficiari ausim, colonias quoque municipia dici solitas, quod de Bilbili Hispaniæ Tarraconensis Urbe, Martialis patria, constat. Vetus inscriptio testis est. MU. AUGUSTA BILBILIS. Varie enim municipia in numis signantur, MUN. MUNIC. MUNICIP. Rarius MU. & rarissime MUNC. nisi operæ fabrilis errore Saxum his verbis inscriptum est. MUNC. TAR. LIB. id est, *municipii Tarvis. libertus.* Colonias vero interdum municipii nomine appellatas, Cicero non obscure comprobat in oratione pro Plancio habita, cum *e municipiis*, quæ extra controversiam coloniæ erant, *equites adesse* tradit. Idem ex Livio colligitur, qui *Setiam*, *Coram*, *Lanuvium* nominat municipia, quas antea *Colonias* nominaverat, *Lib. XXVI. cap. 8.* Onuphrius Panvinius coloniam Gabiorum eo retulit, quam a Cicerone in municipiis numeratam putat, *in Reipubl. Rom. commentariis A. MDLVIII. Venetiis, novissime in Batavia editis, atque in Thesaur. Antiq. Roman. Tom. I. relatis, Lib. III.* qui inscribitur, Imperium Romanum, *cap. II.* ubi Grævianam desideramus animadversionem. Nihil enim Cicero de Gabiis prodidit, ne in Philippicis quidem. *Casilini*, veteris in Campania oppidi, *in Philippica II.* meminit, quo Cæsar, & post Cæsarem, Antonius coloniam deduxit. *Aricinum municipium* laudavit *in Philip. III.* Aricia in Latio erat, oppidum in Via Appia situm, ex quo Clodius exiit, cum Miloni obvius fieret, nec multo post in certamine occideretur, *ut ex Oratione Miloniana constat.* In alia inscriptione, quam cum Grævio communicavit Gudius, *Asculum*, Coloniæ titulo notum, appellatur nomine MUNIC. ASCULAN. cujus curator fuit A. Fannius Eques. Cum autem Cicero nihil prodidit de Gabiis, tum alii, suo quisque loco Græci æque ac Latini de his tradiderant, Diodorus Siculus, Dionysius Halicarnasseus, Varro, Livius, Valerius Maximus, Strabo, Appianus, Solinus, Plutarchus, Eutropius, & complures, etiam Horatius, Virgilius, Ovidius, Propertius, Poetæ rerum Romanarum insigniter periti.

§. V. Ab Sexto Rufo, viro consulari, cujus extat Breviarium, expresse nominatur Augusta Vindelicum, & propter limitem ibi inter Romanos & Barbaros constitutum, memoratur. Sed justa mendi suspicio assensionem meam cohibet, cum in MS. sic legatur: *Limes inter Romanos & Barbaros* (Germanos) *ab Augusto per Vindeliciam, per Noricum, Pannoniam ac Mesiam,* (Mœsiam) *est constitutus.* Eadem verba retinet editio Mediolanensis, *quæ A. MDX. in lucem exiit, apud Leonardum Regium.* Suffragatur Parisiensis A. MDLII. apud Michaelem Vascosanum. Vidit ante mendum Jo. Cuspinianus, & legit: *ab Augusto per Vindelicum.* Romani enim scriptores per Vindelicos Urbem Vindelicorum principem Augustam describunt. Sic Flavius Vopiscus de Aureliano scribit: *His gestis, ad Gallias profectus, Vindelicos obsidione barbarica liberavit*, cap. XXXV. & cap. XLI. de eodem Tacitus, Senator Romanus, dixit: *Ille Vindelicis jugum barbaricæ servitutis amovit*, id est, ex ve- teri

teri Latinitatis formula, ab illis amovit servitutem, ab illis depulit jugum servitutis. Per Vindelicum alioquin totus intelligitur tractus, Rhætiæ finitimus, quo significatu *lib. VII.* Eutropius a Rhætia distinxit Vindelicos, id est, Vindeliciam, quæ Oeno propior est, & magis ad Orientem vergit, ac Vindone & Lyco confluentibus rigatur. Ante Eutropium Tranquillus docet, Rhætiam & Vindelicos ab Augusto domitos, *cap. XXI. in Aug.* Vocat gentes Alpinas, ubi Inalpinas, vulgo legunt. Sic Florus *Alpinarum gentium feritatem* dixit, *l. IV. c. 12.* *Alpicarum* legere malebat Cl. Salmasius, sed nullus, quem viderim, historicus ita locutus est, ne Florus quidem, qui alibi *Alpina*, non Alpica corpora nominavit. *l. II. c. 4.* Nemo tamen negaverit, Romanos illa voce usos, quamvis in paucis, quod meminerim, *Lexicis*, neque in Rob. Stephani Thesauro LL. reperiatur. Apud Nepotem mendosa est sectio, & ex Historiæ Augustæ stylo, ac scribendi usu castiganda. Λλβικοι apud *Strabonem Geogr. l. IV.* in Alpinis numerati, latissime nomen Alpium patuisse confirmant, quippe quod etiam ad Vindelicorum fines pertinebat, atque adeo exteriores, & humiliores quoque Alpes complectebatur. Itaque Vindelici nostrates ad Alpinas gentes referri possunt, quarum Tranquillus *in Tiberio cap. IX.* meminit, non ad Inalpinas, quarum numero censentur Salassi, & Rhæti ulteriores, sede ac situ a Vindelicis diversi.

§. VI. Aurelius Victor, ab Andrea Schotto editus, Rhætos & Vindelicos ab Augusto in provinciam redactos commemorat, *Epit. cap. II.* Florus id perinde confirmat, solos tamen nominat Vindelicos, & Rhætos omittit, ex Tranquillo, Eutropio & Victore Schotti, ac Velleio supplendos. Velleius autem Tiberio Cæsari hoc tribuit, sed prima in Vindelicos expeditio est ab Augusto suscepta, & ductu Claudii Drusi illius privigni confecta. Idcirco prudens scripsit Tranquillus, *quasdam gentes*, nominatim *Rhætiam & Vindelicos auspiciis Augusti domitos.* Ante hanc expeditionem & ante ipsa Augusti tempora, Vindelici plane obscuri & Romanis ignoti erant: postea ab Augusto lacessiti & victi, atque in ditionem P. R. armis redacti, nomine paulatim amisso, in unam cum Rhætis provinciam coaluerunt.

§. VII. Quamobrem Augusta Vindelicum in Rhætia II. ita se extulit, ut princeps Vindeliciæ, sive commutato duntaxat nomine, caput Rhætiæ secundæ vere meritoque diceretur. Jam sua ætate Tacitus Augustam nostratem appellavit *splendidissimam Rhætiæ coloniam*, *Germ. c. XLI.* Pervetusta, atque in agro Veronensi reperta inscriptio, Rhætias a Vindelicis distinxit his verbis:

PROVINCIAI. RAITIAI. ET. VINDELIC.

Nam Vindelicia diverso considerandi modo Rhætia continetur, & ab Rhætia separatur. Rhætia major comprehendit duas partes, Rhætiam propriam, & Vindeliciam, quarum altera ab altera distinguitur: utraque autem ambitu Rhætiæ majoris includitur, & utraque Rhætia dicitur, secunda speciatim Vindelicia nominatur. Quare Horatius vocavit Rhætos Vindelicos, Rhætos nempe Germaniæ finibus circumscriptos indicans, quorum caput est Colonia Augusta. Codices antiqui & manu exarati, editiones emendatæ, in his *Aldina, Plantiniana, quam curavit I. Cruquius, & utraque antiquior Argentoratensis ex officina Gruningeri, a Palmerio olim laudata. Carm. l. IV. od. 4.* Ubi vetus Poetæ explanator hæc subjicit: *Rhetis Vindelicis* (ab Augusto) *devictis, factam esse Civitatem Augustam Vindelicam in Rhætis.* Dissentit Phil. Cluverius, additque particulam, *et*, sed in explicanda Horatii sententia, atque in historia Vindelicorum parum feliciter versatus, *de Vindelicia, quam libris de Germania antiqua subjunxit, cap. III. & de Italia antiqua lib. I. c. 16.* Rectius veram Vatis lectio-

nem vindicavit Levinus Torrentius, & accuratius hæc talia excussit Velserus libro I. rer. Aug. Sed quæ ante Romanorum expeditionem adventumque in Vindeliciam tradit, ambigua sæpe & obscura sunt, minusque explicata.

§. VIII. Atenimvero quidam altius originem repetunt, incertis subnixi conjecturis, quas brevitatis causa prætermitto. Nam Cisdanubiana, perinde ac Cisrhenana Germania, Romanorum auspicio devicta, & primum coloniis atque urbibus frequentari coepta, & legibus Romanis constituta, Romanos quoque magistratus accepit, & in provinciam descripta, tanquam colonia, moribus Romanis administrata fuit, delectis eo & missis, quos genus, vitæque conditio, & regendi prudentia a vulgo distinguebant. Nam hoc dignitas coloniæ militaris postulabat, ut nobilissimos e populo accerserent, qui cum aquila, aut vexillo militari deductorum in coloniam hominum multitudini præessent. Tales autem duæ insigniores coloniæ extiterunt, altera in Rhætos, altera in Ubios deducta. Ab his diversæ erant, quæ bovis & vaccæ imaginem præferebant, & plebeiæ dicebantur. Tantum abest, ut Ebræos adhiberent, regendisque coloniis militaribus præficerent, ut eos quoque nullo loco ducerent, & maxime a republica arcerent. Igitur nimis creduli sunt, qui Cleopham Ebræum, apud Rhætos nostrates, publico *Seviratus* honore perfunctum arbitrantur. Inscriptio, quam Velserus memorat, sic habet: TIB. CLEUPHAS. VI. AUG. NEGOTIATOR. ARTIS. PURPURARIÆ.

§. IX. Prænomen utique Romanum est: Cleuphas vitiose scriptus, Ebræam mentitur originem, qui Græcis est κλεόπας, non κλεόπας, Latine Cleopas, vulgo Cleophas, mendose *Cleuphas*, & contra vocabuli originem, contraque rectam scribendi consuetudinem, ut vel tali indicio vitium se prodat. Hunc vero artem purpurariam fecisse, & *Seviratus* simul dignitate præditum fuisse, ridiculum est, & dictu absurdum, quod ipse Velserus agnoscit, & additamentum inscriptionis mutat. Nec mihi adversatur *Beniamin Tudelensis*, qui narrat, Ebræos incoluisse Urbem, scholamque ibi, quam synagogam nominant, habuisse, multosque sapientiæ studiosos ac divites aluisse, *Itinerar. ex editione & interpretatione Constantini Imperatoris, p. 130.* Ætate enim Beniaminis Urbem coetu Judæorum floruisse, ultro concedam, sed Judæos auctoritate Romanorum constitutos, & magistratu aut seviratu functos, nemo colliget recte & confirmabit. Etenim seculo post C. N. XII. vixit & scripsit Beniamin, diligens quidem & oculatus testis regionum ac Urbium, quas descripsit, præsertim earum, quæ ad augustum seculum spectant. Quare in aliam opinionem discessit *Thomas Reinesius Inscript. Syntagm. Class. I. inscr. XVI.* Nihilo certius est, quod tradit Velserus, Augustam *primitus*, ut ipse loquitur, *Vindelicam pure appellatam, in monum. peregrin. VIII.* Rectius alibi scribit, & fide Codicum firmat Jo. Scaliger, quod Vindelicus de Urbe potius dici videatur. Sic apud Frontinum *Colonia Tarquinius* nominatur, *in libro de Coloniis.* Quod imitati sunt alii scriptores, ut Parisius pro Lutetia Parisiorum, Santonus pro Mediolano Santonum legatur. *Vid. Scaliger in Ausonium l. II. c. 10. ex eo Velserus Rer. Aug. lib. III. Præter hos Andreas Quercetanus ad vitam Odonis p. 22. Beatus Rhenanus lib. III. sub titulo Mediomatrici. Ex eo Lehmannus Chr. Spir. l. I. c. 27.*

§. X. Præter alias dignitates, quas Urbs beneficio Romanorum habuit, illa præcipue commemorari debet, quod Capitolii honorem ei tribuere voluerunt, ut hoc etiam nomine matrem Urbium caputque referret Romam. Testis est hujus rei locupletissimus scriptor vetus *in Passione S. Afræ*, quæ in Rhæ-

Rhætia, speciatim Augustæ Rhætorum, sacerdos fuit, & profano ritu Venerem coluit, postea ad ritus Christi traducta, divinæ veritatis causa supplicium pertulit, ac pie decessit. Paucis, præsertim Germaniæ Urbibus, honor iste obtigit, si Coloniam Agrippinam excipio, & Treviros, qui Galliæ Belgicæ finibus continentur. De Capua & Benevento Italiæ Urbibus res per se nota manifestaque est, *auctore Suetonio. De Florentia & Mediolano testatur Vincentius Borginus, de Ravenna Hieronymus Rubeus, de Nola Ado, de Augustoduno Enmenius, de Narbone Sidonius, de Carthagine Cyprianus, de Capitolio S. Lamberti apud Eburones in Chronico Anselmus.* Quod cum eruditi interpretes non animadvertunt, per imprudentiam plerique errores admittunt, & intempestive corrigunt ac refingunt scriptores, eos nominatim, qui plura Capitolia commemorarunt.

§. XI. Forsan hæc legentibus mirari in mentem veniat, quamobrem eo honore caruerit Tridentum, quod Rhætiæ primæ caput fuit, sedesque Præsidum ab Imperatoribus regendæ ejus provinciæ causa missorum. Sive propter finitimas Italiæ Urbes, in quibus Romani Capitolia jam tum constituta habuerunt, sive, quod verius existimaverim, propter coloniæ honorem, quo Urbs præ aliis, præsertim Germaniæ cis Danubium Rhenumque recens condi cœptis Urbibus, insigniebatur. Tum fides Rhætorum nostratium, situsque opportunitas contra feroces Romanorum hostes Alemannos, movebant Imperatores, ut locum parando bello, & tuendo limiti Rhætico aptissimum, excolerent diligenter & exornarent. Idcirco Præsides Rhætiæ secundæ in Urbe Augustana constanter versati, & munere suo functi sunt, quoad populus ille sub Imperio & potestate Romanæ gentis mansit. At cum Romani, deminutis viribus, irruptiones hostium reprimere non possent, destitutus auxilio, & continenter vexatus, & quidem sub Marco Antonio a Cattis, tum ab Alemannis Rhætiam incursantibus, graviter afflictus, pati necesse habuit, quodcunque belli casus tulit. *Id quod liquet ex scriptoribus Romanis, Capitolino, Vopisco, Herodiano, Zosimo.*

§. XII. Repressis a Marco, Aureliano, & Probo hostibus, fideli officio Imperatores coluerunt, & sub iis stipendia meruerunt, ac reprimendis quoque Alemannis operam dederunt, maxime cum Romani defensorem Rhætiæ constituissent, eumque primo Comitem utriusque Rhætiæ, deinde Rhætici limitis ducem appellassent. Ille enim rem bellicam utrinque procurabat, nec duo Comites ducesque hoc munus gerebant, etsi duo & diversi Præsides per duas Rhætias constituti erant. *Formula ducatus Rhætiarum legitur apud Aurelium Cassiodorum, Variarum lib. VII. ep. 4.* Rarius eveniebat, ut idem limitis Dux, & Præses esset, neque id reipublicæ, ne dum Rhætiæ, propter Alemannorum ferociam, expediebat. Exemplum Valeriani extra Rhætiam usu probatum est, *cujus meminit Trebellius Pollio in Posthumio II. Ex eo Velserus rer. Aug. lib. VI. & hoc recentior Fortunatus Sprecherus, quorum ille potissimum ad Rhætiam Alpinam & secundam, iste ad Inalpinam & primam scribendi consilium præcipue retnlit, Rhætiæ lib. II. Quæ postea in Batavis recusa, & in bibliothecam Elzevirianam est relata.*

§. XIII. Ad externos Reges, everso dignitate & fortunis Momyllo Augustulo, Urbs pervenit, cum Odoacer, ab Rugia profectus, occupasset Italiæ regnum, a quo neutra Rhætia secessionem fecit. Hoc deinde victo & sublato, ad Gothos, qua Reges Italiæ, auspicio Theoderici transiit, qui pro imperio & potestate, qua Italiam tenebat, utramque Rhætiam sibi obsequentem ha-

habuit, & jure regio, armis, ac pactione cum Zenone Aug. inita firmato, ad Servatum ducem Rhætiarum scripsit, *quæ epistola extat apud Cassiodorum. Var. l. I. ep. II.*

§. XIV. Post Gothos Alemanni Rhætiæ nostrati denuo arma intulerunt, & nullo resistente, quicquid cis Lycum fuit, ditionis suæ fecerunt. Rhætia ulterior non meliorem fortunam experta, invadentibus cessit, & utraque tandem a Francis subacta, propterea quod Gothorum virtus jam relanguesceret, & Totilam, illorum Regem, fortuna destitueret, ut ne captam quidem Romam contra Belisarium tueri posset. Quod *Procopius illorum temporum scriptor egregius in lib. III. de bello Gothico comprobavit, historiamque ejus persecutus est Agathias. Cum utroque scriptores Francorum conjungendi, & alteri ex alteris interdum declarandi sunt & illustrandi. Nec omittendi Jornandes, Paulus Diaconus, & Marius Aventicensis.* Victo extinctoque Teia, Rege Gothorum ultimo, Langobardi quidem in Italiam se infuderunt, sed Rhætiam Francis non eripuerunt, ne Merovingis quidem: sed Carolingi demum vires & regnum Langobardorum in Italia deleverunt, & Rhætos nostros in officio ac fide retinuerunt, nec modo Alemannos, sed etiam Bojos, duce horum Tassilone, ob perfidiam mulctato, in provinciam redegerunt, *id quod patet ex Francorum annalibus Pithœanis, Fuldensibus & Bertinianis.*

§. XV. Inter has rerum temporumque vicissitudines Augusta stetit, & sub Francis Germanisque inter regias Urbes relata, atque hoc nomine & titulo deinceps appellata, ex modo regiminis, jure quamvis regendi mutato, aliquid retinere cœpit, argumento mitioris Imperii, quo Franci Civitates per Comites regere consueverunt. Nam Duum-Viri ab Romanis deducti, & principe magistratu in coloniis functi sunt, qui etiam nunc summa cum auctoritate civitati præsunt, & inter Patricios regentes præfulgent. Sed *Monarchia* cum veteri Imperio sublata est, & Patriciorum regimen, quod *aristocratiam* præfert, propter motus Urbis a Carolo IV. mutatum, a Carolo V. qui Optimates regere malebat, eosque suo Cæsaris Augusti Imperio propiores judicabat, est restitutum, sic tamen, ut temperato *aristocratiæ* genere adhuc censeatur, auspicioque Imperatorum, ut Germaniæ Regum, nullo Principe interjecto, nec mero, & pleno regioque jure, sed secundum publicas regni Teutonici leges, argumento Imperii, statu mixto definiti, regatur. Tentata sæpe armis hostium, & expugnata, sed semper, quod merito miremur, vindicata, DEI ope & fide sua ab interitu, & ab Ungarorum inprimis excidio, cum Saxones imperarent, servata, atque ex discrimine consequentium temporum pari etiam felicitate est erepta.

§. XVI. De tempore, quo in Civitates Imperii relata est, non convenit inter scriptores. Constat nihilominus, a potestate Principum prorsus fuisse exemptam, cum Duces Sueviæ Hohenstauffiæ gentis in Conrado II. quem Conradinum nominant, universe defecissent. *Quod argumentum a Martino Crusio tractatum est, Annal. Suev. histor. part. III. lib. 2. c. 17. In quo non historiæ cognitionem, sed judicium civile requiro. Marcus Velserus rerum notitia & prudentia instructus, castigavit quasdam narrationes, quæ fabulas redolent & nugas: in plerisque capitibus notavit Jo. Aventinum, virum ceteroquin in historia media ne Velsero quidem postponendum: Vellem hic res sequiorum temporum, quæ historiam Sueviæ Ducum continent, attigisset plenius ac descripsisset Christophorus Arnoldus, qui omnia ejus scripta uno volumine conjunxit, nihil in eo præter colligendi industriam præstitit: multa enim ani-*

animadvertere & addere potuisset, etiam ad excerpta, p. 627. Adrianus Romanus in Theatro Urbium errore ductus, Mathæum, Marci patrem, res Augustanas scripsisse tradit. Achilles Pirmenius Gassarus (*) *ante Velserum res Augustanas Latine composuit, cujus MS. vidit, legit; & partem inde excerpsit Paulus Henznerus, itinerar. German. p. 398. edit. Norimbergensis. Martinum Zeillerum diligentia commendat. Fort. Sprecherus per multum Velsero debet, præsertim in Veteri Rhætia, & tamen in explicatione Horatii ab eo sine causa dissessit.* Cum quo faciunt Boulierius in editione Lugdun. Gall. 1557. & Rutgersius in Paris. 1613. *Accuratiores sunt Andreæ Cratandri, & G. Fabricii editiones, cum Aldina consentientes, Stephanique lectionem arguentes.* Rhætiam numero multitudinis primi & secundi proximique seculi scriptores non extulerunt. Taciti lectio *de German. cap. I.* corrigenda est, sic ut, approbante etiam Velsero, legatur, *a Gallis Rhætiisque & Pannoniis.* Diu post Tacitum Ptolomæus Rhætiam numero unius pronunciavit. Post Adrianum Rhætias duas legi concedit Vellerus, neque tamen Adrianus illius Rhætiarum divisionis auctor fuit, quod Onuphrio visum est, *in Imper. Roman. p. 884. edit. Venet.* Neque hic se expedire potuit Illustris rerum Augustanarum scriptor. Mihi ante Diocletianum hæc talis divisio lecta est nusquam & animadversa. Nam recentior est Notitia Imperii Veteris, & Sextus Rufus Diocletiano posterior est, qui Noricorum duas quoque provincias commemoravit. Zosimus tempore inferior ἄμφω Νωρικὼ, Rhætos autem sine adjectione numeri pronunciavit, *illos hist. l. V. c. 50. hos l. III. c. 10.* Ubi non Istri, sed Danubii fontes exprimere debuisset. *Albinius & Reusnerus haud spernendi. Sed nos in utroque rerum Germanicarum scientiam desideramus. Linnæus aliorum sententias definire per se non audet. Sprengerus sæpe anceps est, & sibi non constat. Minores alios libens prætereo, qui non fontes, sed rivulos consectantur.* Tantum addo, Augustam nostratem in annalibus Francorum cognominari Vindelicam, in Bertinianis *Augustburg super Lech.* In antiquo Codice Sangallensi appellatur civitas Augusta Vindelicorum, id est, Auuesburg, apud Freherum T. II. scriptor. Germanicorum.

(*) *Hinc corrigendum est, quod prop. III. irrepsit mendum, sic ut deleantur verba: Ubi vero desiit V. i. e.*

DISSER-

DISSERTATIO II.

M. WELSERI ANTIQUORUM, QUÆ AUGUSTÆ VINDEL. EXTANT, MONUMENTORUM SUPPLEMENTUM.

PRÆFATIO.

Quæ conspectui Tuo sistuntur B. L. folia commendatione nulla egere puto, postquam summi Viri, MARCI VELSERI, Duum-Viri Augustani nomen illis præfixum est. Nemini enim, nisi plane rudis sit in historia literarum, tantum nomen & insignia in rem literariam merita, quibus æternam sui memoriam fecit Velserus, ignota esse existimo, unde facile istorum elogiorum enarratione supersederi potest, quæ in eum omnis eruditorum cohors cumulavit, præsertim, cum post Cl. CHRISTOPH. ARNOLDUM in diss. de vita ejus, Operibus junctim editis præmissa, THOMAS POPE-BLOUNT in censura celebrium auctorum, & PETRUS BAYLE in Dictionario historico-critico digna tanto viro honorum tropæa erexerint. De præsenti tantum Monumentorum Augustanorum, ab illustri Duum-Viro editorum supplemento pauca quædam dicenda sunt. Collegit scilicet hæc monumenta, post alteram Mon. Aug. editionem, quæ Venetiis 1594. fol. prodiit, & in qua multa editionis primæ, quæ Ven. 1590. 4. lucem aspexit, mutavit, addidit, correxit; proprioque ea codici locis suis ipse adscripsit, quo consilio tamen, incertum, nisi aliam adhuc editionem animo concepisse, morte tamen præventum consilium exequi non potuisse Virum illustrem suspiceris, id quod additæ hic inde breves in Comm. de rebus Augustanis emendationes tantum non suadent. Illa itaque λείψανα cum in Codice Velseriano conspicerem, vel ob illam solam causam luce publica non indigna putavi, quod Velserus in his literis summum sibi nomen famamque tum propria antiquitatum Romanarum investigatione, tum benevole communicatis cum aliis, imprimis JANO GRUTERO, divitiis suis comparavit, qua de re hic pluribus in Thesauri Inscriptionum limine videndus est. Indignum itaque judicans, si quicquam, quod a tanto Viro profectum est, in tenebris lateret, supplementa ista describere, & quod in Norica quoque Operum ejus editione omissa erant, incognita sine dubio, & in obscuro delitescentia publicæ luci sistere constitui, ut egregium antiquitatis vetustissimæ, qua Vindelica Augusti colonia merito superbit, monumentum, quod illi Velseri sui eruditio erexit, istis quoque accessionibus augeretur, & sua quasi constaret integritate: sperans fore, ut profecta a Viro, qui in magno & prisco ævo magnus futurus LIPSIO audit, etsi pauca non ingrata fuerint harum literarum amantibus, cum & hic quædam deprehendi queant, quæ multam eruditioni lucem fœnerabuntur. De paucissimis quibusdam, quæ signo * adjecta sunt, nihil monere necesse, nisi ea illustrandi quædam gratia, immo etiam augendi ex iis, quæ REINESIUS post Velseri mortem attulit, addita fuisse, quæ secure, licet, despicias, modo Velseria-

na,

na, quorum quilibet apex cedro dignus est, benevolentiam Tuam, Lector, mereantur. Utere itaque B. L. etiam hoc spicilegio, & Viri, quem omnium laude dignissimum Musa vetat mori, memoriam grato animo recolens Vale.

Pag. 205. n. I.

JUl. Jacobonius appendice de prisca Cæsiorum gente p. 18. hæc verba habet: His tribus porro Numinibus sacra conjunctim fieri apertius demonstratur ex pervetusta inscriptione quam Augustæ (cognomen non addit) inventam marmore elegantissimo legimus, cujus verba hæc sunt:

IOVI. JVNONI. MINER
ANTONIA. M. LIB.
APHRODISIA. SCYPHOS. H
VENEREVM. SPECVLVM
DONVM. DEDIT

In tertio versu H manifeste pro ET posita.

In templo S. Udalrici inventum anno MDCVI. Saxum quadratum prægrande pulcherrimis literis sculptum

I. O. M.
M. TR. SECCO

Pag. 211. (*) n. VIII.

In hortis M. Welseri saxum quadrilaterum ab omni parte sculptum. Frons inscriptionem habet: dextrum latus Mercurium cum caduceo, crumena, gallo & hirco: Sinistrum Martem cum hasta & clypeo: tergum victoriam cum palma & laurea.

ÆL. MONT.
HAEDER. PRO
SALVTE. SVA. ET. P
HISP. C. ANA. VILI
FILI. ET. AEL. MON,
FESTINÆ. CON
IVGI. V. S. L. L. M
D. D. D. VII. KAL
SEPT. GETA. II. E
PLAVTIANO
II. COS

Omnes fastorum scriptores Consulum istud par habent, nullo ascripto numero; sed Plautianum bis fuisse Consulem, Herodianus diserte prodit, & meminit ejus iterum Consulis Ulpianus Dig. Lib. 37. tit. 17. l. 2. de Geta hoc secundum Consule nullum præterea exstat testimonium. Utrumque priorem Consulatum inter suffectos gessisse apparet, cum inter ordinarios nullus locus vacet. Getam vero Septimii Severi Imp. fratrem, non filium fuisse (quod quidam existimasse videntur) aliis dudum observatum, non æque illud; hinc eorum errorem fluxisse, qui Antoninum & Getam Septimii filios utrumque II. Antonium & Getam utrumque III. Consules comparaverunt, cum jungere deberent Antoninum II. & Getam, Antoninum III. & Getam II. uti in Panuinii marmoribus legitur, numerum enim a fratre Imperatoris in filium imperite continuarunt. Quæ labes non solum fastos Græcos, Cassiodorum alios, uerum Justinianeum etiam codicem uicies & quod excurrit, insedit, tot correctorum opera nondum eluta.

(*) Vid. BECKIUS in Mantissa Monumentorum Aug. Vindel. inscr. I. ubi m. de errore in Coss. quædam.

Antoninus enim & Geta uterque II. Coss. habentur Codicis lib. 1. tit. 54. l. 1. lib. 2. tit. 12. l. 7. & l. 8. libr. 3. tit. 1. l. 1. tit. 28. lib. 4. tit. 33. l. 2. lib. 5. tit. 69. l. unica. lib. 6. tit. 3. l. 2. tit. 46. l. 2. tit. 54. l. 1. lib. 7. tit. 21. l. 2. lib. 8. tit. 14. l. 3. tit. 16. l. 2. tit. 26. l. 1. tit. 45. l. 2. lib. 9. tit. 12. l. 1. tit. 32. l. 1. Antonius & Geta uterque II. Coss. lib. 2. tit. 12. l. 9. & l. 10. lib. 6. tit. 35, l. 2. tit. 52. l. 4. lib. 8. tit. 14. l. 4. tit. 26. l. 2. tit. 41. l. 3. Quibus omnibus locis, si uerum amamus, unum Getæ Consulatum detrahemus. Mirarer tot editores in re non obscura parum vidisse, nisi fœdiora reliquissent; præteriere supra triginta leges Duobus & Aspris Consulibus datas, quod neque profecto ferri, neque adeo intelligi potest: & quantum erat ejecta inter media uocula *Duobus Aspris* rescribere, si Aspros in Apros Siculorum fastorum auctoritate mutare nolebant! Porro Geta Consul tertium designatus non iniit, fratris scelere occisus. Extat nummus apud Occonem, P. SEPT. GETA. PIUS. AUG. BRIT. PONTIF. TR. P. IIII. COS. II. DES. III. P. P. qui conficit, Getam, cum Augustus II. Consul dicatur, Cæsarem III. Consulem esse non potuisse. Plautiani nomen in lapide studio erasum apparet, post ejus nimirum mortem sic tamen, ut legi adhuc possit.

In hortis Welserianis
herCVLI STATVAM
CVM. BAES. AVRELIVS
MVCIANVS. V. P. P. PR
PRO. SALUTE. SVA. SVO
RVMQUE. OMNIVM
poSVIT. CVRANTE
. . . GERONTIO . . .
. . . .

Vir perfectissimus Præses Prouinciæ an Prouinciæ Rætiæ Aurelius Mucianus, (*) quis fuerit, porro licet quærere. Vespasiani, Septimii Seueri, aliorum Imperia Mucianos habuere, quos ego ad hunc lapidem alligare non ausim. Neque de Gerontio quidem quidquam præterea mihi compertum.

Pag. 215. n. XIV.
In domo Jo. Udalrici Humpis,
Canonici.
IVVENNIÆ. PRISCae
VXORI. CARISSIMae
. . . .
. . . . bene
DE. SE. MERItae
MALRINIVS. FE
DEC. MVN. QV . .
SACERDOTALIS. omni
bus. hONORIB. IN. rep.
SVA FVNCtus

Pag.

(*) Apud Reinesium VIII. 82. lapis Romanus occurrit hac inscriptione:
D. M.
AVREL. MVCIANVS
VETER. EX. N. SING. AVG
N. VIX. ANN. XLV.
DOMO. THRACIA
IVL. VALENS. LEG. HE
RES. AMICO. ET. MVNICIP
OPTIM. B. M. F. C

Pag. 217. *ad vocem: Cleuphas.*

Cleophas videtur Scaligero Græcum nomen contractum ex κλεόφιλος κλεοφᾶς, ut κλεόπατρος, κλεοπᾶς.

Pag. 218. n. XIX.

In Suburbio Mariano, ad januam cauponæ

L. VAL. RVSTICVS
LVGVDVNENS
VIXIT. ANN. LXX
TESTAMENTO. F. I

L. Valerium Rusticum mercaturæ etiam causa Augustæ egisse, verosimile est. Lugudunum & Lugdunum promiscue habent: sed annotavit Dio l. 46. historiarum, Luguduni nomen vetustius esse, quam Lugduni.

Pag. 222. *ad vocem: trochum* (*)

Scaliger putat trochum ingentem circulum fuisse, quem radio in triviis agitabant pueri, ut solent in urbibus Batavorum; qui hic spectatur, minutus fuisse pueris instar σόλυ, quo in palæstra adultiores se exercebant.

Pag. 227. *ad literas inscript.* n. XXXIII.

N. I. F. L.

Joh. Scaliger literis K. Aug. An. MDIC. datis tentabat, an mutari posset N. L. hoc est nummis sestertiis quinquaginta.

Pag. 230. n. XXXVII. (**)

Saxum grande effossum ad Vindonis alveum III. K. Febr. Ann. MDCIII. & in hortos Vellerianos translatum.

D. M.
C. SENILIO. PERVINCo
VETER. EXSIGNIFERO
LEG. III. ITALICÆ. ET
SENILIO. INPETRA...
AVREL. SABINIANVS
INGENVI HERES. FECIT.

Pervincæ nomen supra extat XV. Inscript. Imagines in alio licet saxo, eodem tamen loco effossæ, videntur una C. Senilii Pervinc. patris, altera Senilii Impetra † filii. Civili pater veste, puta veteranus, & emeritus. Eo Cæsar apud Lucanum:

Ipse ego privatæ cupidus me reddere vitæ Plebejaque toga modicum componere civem.

Ibid. In hortis Welserianis.

D. M. ET. P
ERPETVE. SECVR
ITA TI. VALERI
CATVLLINI. CO
EX. A BDA A
. . . .

(*) Vid. quæ monuit HIER. WELSCHIVS de Vena Medin c. 12.

(**) Exhibetur etiam a Grutero p. 1159. n. 14. & Beckio in Mantissa monum. Aug. Vindel. Inscr II. qui aliter legit & interpretatur.

† Impetratum legisse Welserum ex Inscr. seq. patet, cui hæc interpretatio, non Grutero, adscribenda.

QVI. VISSIT. AN
XXX. MES. IIII. D. VII.
VAL. SENILIA. COIVS
FECIT. TITVLVM
D. M. P.

Et character & orthographiæ ratio indicio sunt, hæc ad ima rei Romanæ tempora referenda esse. VISSIT. MESES. CVIVS pro Vixit, Menses, Conjux, etiam alibi extat. Vide Celsum Cittadinium de origine linguæ vulgaris, & Gruteri indices. Val. Senilam, Senilium Pervincum & Senilium Impetratum attigisse omnino credendum.

Pag. 233. n. XLIII.

In monasterio S. Udalrici fragmentum
ISSII
Ibid. In ædibus Jo. Drexelii
O SEC . .
. . I . R
C. SATUR
Ibid. In domo privata fragmentum
D . . . . . m.
EGI . . . . .
. . VM . . . .
IVS . . . . .
IN . . . . .
F . . . . . .
Item fragmentum
C . . . . . .
EX . . . . .
L. L . . . . .

Pag. 244. *ad Vocem EXORDIARIUS*

Vide Nic. Greg. l. 8. p. 158. de præstigatore cum globo vitreo varie ludente.

And. Schottus Roma A. D. X. Kal. Jan. An. cIↄIↄXCV. ad Jacobum Pontanum Augustam.

Legi M. Welseri Annales pereruditos: multa de coloniis præclare. Inscriptionem illam Romanam, quam ab amico & cive meo Ortelio accepit: VRSVS togatus vitrea qui primus pila, Romæ inspeximus, fideliusque descripsimus: in extrema hic legitur rectius

CVIVS, NVNC LIBENTER DICOR EXODIARIVS

Exodiarius, inquam, non ut editum dolo, exordiarius. Exodii meminit, & Juvenalis (*) *Satyra, ni fallor III. & ibi scheda antiqua a Pithœo editæ, Versum Lucilii laudant,*

Principio causis dignum exodioque sequente.

Sed cui ego hæc? cum tibi his meliora domi suppetant: admonere tamen visum, si, ut fit, humanitus, oculorum aciem præterfugisset, vel operarum esset ἁμάρτημα.

Abrahamus Ortelius Antuerpia K. Mart. An. MDXCVI. ad M. Velserum, And. Schotti quadam epistola una missa.

Sub

(*) Vetus Scholiastes ad illud Juvenal. Satyr. III. v. 174. *Tandemque redit ad pulpita notum Exodium: Exodiarius* apud *Veteres in fine intrabat, quod ridiculus foret; ut quicquid lacrymarum ac tristitiæ cepissent, ex Tragicis affectibus hujus spectaculi, risus detergeret.* Conf. memorabilis locus LIVII. l. VII. c. 2.

Sub finem litterarum Schotti leges emendationem inscriptionis a me missa, quod valde miror: a quo enim eam habui, aderat, cum ipsa effoderetur, & idem ipse exscribebat, vir harum delitiarum admodum peritus, qui idem quoque suis ad me literis, de verbo illo EXORDIARIUS se mirari significabat: locum itaque forma dubium, aut antiquitate erosum, fere mihi persuaserim: at nihil de re mihi non visa judico, sub judice me peritiore potius lis erit.

Ad antiqua agri Augustani monumenta.

Pag. 246. post voces: Apollini Granno & Sironæ Dis præsentibus.

Et Musselburgi in Scotia, ut habet Gruter. p. 37. n. 12. APOLLINI. GRANNO. Q. LUCIUS. SABINIANUS. PROCOS AUG. Item in Scotiæ pago Enderask, ut est apud eundem Grut. p. 3. 8. n. 4. APOLLINI. GRANNO. Q. VOLUSIUS. SABINIANUS.

Pag. 247. ad vocem MIRPA. n. III.

Scaligero Mirpa est μιρφᾶς ut Ciceroni Rupa ῥυφᾶς a Rufo.

Ibid. n. V.

IN. H. DD.
APOLL. GRANNO
BAIENIVS. VICTOR
ET. BAIENIVS. VICTO
RINVS. FILI. EIVS. EX
VISSV. SIGNVM. CVM
BASE

Eugip. c. 28. Biennum quendam nominat, qui huc tamen nihil pertinet. VISSU mendose est pro JUSSU, nisi EX VISSU pro VISU sit.

Pag. 248. n. IX.

Altenbaindi in templo. Exscripsit Jo. Jacobus Remboldus an MDVC.

FLAVIO. VICTORI
CLAVDIA. MARITO
CONIVNX. F. CVRAVIT
VIXIT. ANNIS. LXV.

Lapis est insertus altari, literis inversis. Inter Inscriptiones Augustanas extat Julii Victoris nomen n. XIX. Victorii Victoris n. XVIII. Victorinæ XX.

Pag. 250. n. XII.

Gunzelhofii

Imp. Cæs. L. Septimius
Severus. Pius. Pertinax
Aug. Arabicus. Adiab. Parthicus
Maximus. Pont. Max. Trib.
Pot. VIIII. Imp. XII. Cos. II. P. P. Procos. Et
IMP. CAESAR. M. aurelius
ANTONINUS. PIUS. AUG. TR
POT. IV. PROCOS. & imp. p.
Septimius. geta. antonius
VIAS. ET. PONTES. REST.
AB. AUG. M. P.
XXXI.

Pag. 254. *ad vocem scimpodium* n. XIII.

Scaligero non videtur lectus discubitorius, sed potius ἀνάκλιθρον ex sella

& lecto, hoc eſt medium quid inter ſellam & lectum, in quo ſemiſupini recubabant, pedibus in ſcamillo ſuppedaneo quieſcentibus.

Pag. 175. *ad vocem PANNYC D*

Scaliger l. PANNICYDI, quod rectius erat, ait PANNYCHIDI παννυχίδι.

Ad monumenta peregrina.

Pag. 260. n. II.

Viennæ in Lazii ædibus, Grut. p. 524. n. 6.

D. M.
C. ATTIO ROM.
VLO. AUGUSA
MIL. LEG. X. G. EX
ALA. CUSTOD
. . . XIIII. H. F. C.

Scaliger, qui indices operis Gruteriani, etſi nomine non aſcripto, confecit, hæc indice X. ad Auguſtam Vind. refert.

Pag. 261. n. III. *ad vocem ER. LEG.*

Scaliger legit: Erogatorem legionis, de quo in codice Theodoſiano.

Pag. 263. n. V. ad vocem VEIN.

Scaliger negat ad Vindelicos pertinere, quia EI pro I. longa nunquam ponebatur, niſi ſequente vocali poſt N, ut VATEINOC, ANTONEINOC & ſimilia. Contra Scaligeri obſervationem eſt Inſcript. Grut. p. 1046. n. 6. VEIXSIT.

Pag. 265. n. VII.

Tibure in baſe marm. Leon. Guetenſteinius Roma miſit anno MDC.

SEX. OPPIO. PRISCO.
V. C. X. VIR. STLIT. IVD.
ELECTO. INTER. ORDINAR. AB.
ACT. SENAT. AEDIL . . . . . .
ADLECT. INTER. PRAETOR . .
PROC. PROV. . . . . LYCIAE .
RROC. PROV. DACIAE. PROC. PROV.
RAETIAE. ET. VIND . . . . . .
QVAEST. PROV. MACEDONIAE.
IV. VIR. VIAR. CVRANDAR.
PATRONO. INCOMPAR.
S. P. Q. TIBVRS
OB MERITA. EIVS

Pag. 267. n. X.

Romæ in cippo marmoreo. Habet Gruterus p. 529. n. 5.

D.

(*) Albæ in Latio inſcriptionem extantem notat Reineſ. VIII. 557.

BASSVS. GERMANVS
GERMANICI. AN . . .
DRVSI. CAES
NATIONE. VEIVS
VIXIT. ANN. XXX.

Vejum & Germanum ſimul ſtare non poſſe manifeſtum; jubet itaque V mutare in N. ut legatur NATIONE. VEIND. EI. pro ſimplici I. poſita.

D. D. M.
MERCATORI
NAT. RAETO
ANNOR. xiiiI
SERVO. DE. SE
MERENTI
L. AVR. GENTILIS
DVPLICARIVS. DOMINVS.

Ibid. n. XI.

Romæ effossum via Labicana. Jac. Sirmondus misit

D. M.
T. AVRELIO, AFRICANO
EQ. SING. AVG. EX TVR
GERMANI NAT
RAITVS. VIX. ANN. XXIII.
MIL. ANN. V. T. AVR.
FAVSTINIANVS
TRIBVNI HERES
AMICO OPTIMO. F. C.

Pag. 270.

Ameriæ ad S. Secundi. Gruter. p. 1080. n. 7.

P. RAETIVS. RVFVS
IIII. VIR. ITR. MESSA...
MEL . . . . . .

Idem Gruterus p. 1099. n. 9. Paullo aliter

RAETIVS. T. F. RVFVS.

In notis Tyronis & Senecæ a Grutero editis c. 5. p. 140.

Retus
Retia
Reticus

Eboræ in Resendii ædibus.

L. VOCONIO. C. F. QVIR.
PAVLLO. AED. Q. II VIR.
VI. FLAM. ROM. DIVORVM
ET. AVGG. PRAEF. COH. I.
LVSIT. ET. COH. I. VETTO.
NVM... LEG. III. ITAL. OB
CAVSAS. VTILITATESQ. PV
BLICAS. APVT. ORDIN. AM
PLISS. FIDELITER. ET CON
STANTER. DEFENSAS. LE
GATIONE. QVA GRATVI
TA. ROMAE. PRO. R. P. SVA
FVNCT. EST.
LIB. IVL. EBORA.
PVBLICE. IN. FORO.

Pag. 272. n. XXII.

In horto S. Joannis Arelate. Gruterus. p. 550. n. 7.

D. M.
LICINIAE. MAGNAE. QVAI
MATRONAE. L. SEVERVS. T.
IVLIVS, VALENTINUS, T. IVLIA

VA-

VALENTINA. FRATRES. T. LICINIVS
RVSTICVS. 7. LEG. III. ITAL. MARITVS

Pag. 273. n. XXIII.

Tarraconæ, ad D. Laurentii, juxta facrarium. Gruter. p. 555. n. I.

L. NVMERIO
L. F. FELICI
7. LEG. VII. G. P.
7. LEG. XX. VICT
7. LEG. XXII. P. R
7. LEG. III. CYR
7. LEG. III. ITAL
MAMILIA
PRISCA. MARITO
OPTIMO

Ibid. Arimini ad portam S. Andreæ. Grut. p. 1091. n. 12.

L. BETVTIO. L. F.
PAL. EVRIANO
P. P. LEG. III. ITAL. II VIR
QVINQ. II VIR. I. D. III VIR
AEDILI. CVR. PONTIF
FLAMINI. DIVI NERVAE
PATRONO. COLON
COLLEG. CENTONARIOR
AMMANTISSIMO. PATRIAE
L. D. D. D.

(*) Subnectere his, quæ apud TH. REINESIVM de Rhætis & leg. III. Italica occurrunt, institutum Welseri suadet.

Pag. 515. Cl. VIII. n. 13.

D. M.
T. AVRELIO
SPERATO. EQ. SING.
TVRMA. AERELI
SABINIANI. NATIONE
RAETO. VIX. A. XXXVII.
MILITAVIT. A. XVIIII.
AVRELIVS. QVINTVS.
DVPLICARIVS. HERES.
ET. AVRELIVS. AVRIANVS
SESQ. SECVNDVS. HERES
AMICO. OPTIMO. F. C.

Pag. 533. n. 54.

Albæ in pariete quodam fragmentum.

ıIs . . . .
RAC. PR.
IC. RETVs
TRIB. LEG. XII.
V. L. S.

Pag. 213. Cl. I. n. 114.

Romæ in ruinis viæ Nomentanæ ara marmorea.

DIS.

DIS. DEAB. PATR. SACR.
Q. ALERIVS. Q. F. CLAVD, SA
BINVS. EQ. ROM. TVRMAE
L. VALERI. SANQVINI. EL
PRAET. LEG. III. ITALICAE
SVA PECVNIA.

DISSERTATIO III.
DE
TABULA PEUTINGERIANA.

§. I.

INSTITUTI OCCASIO ET RATIO.

Spatium jam abhinc completi triennii integrum effluxit, ex quo *Historiam vitæ atque meritorum* CONRADI PEUTINGERI, Augustani, hominis, sive doctrinam sive virtutem spectes, patriæ suæ, suique sæculi, hoc est sexti, post Christum natum, decimi, præter quamplures alios longe nobilissimi, singulari scriptione Academica commentati sumus, eamdemque propugnavimus publice. Promiseramus tum, futurum esse, uti, siquidem non displicere omnino melioribus nostrum hunc de clarissimi civis memoria bene merendi conatum cognovissemus, *Opuscula* ejusdem aliquando, historicæ in primis, atque antiquariæ cognitionis monimentis refertissima, edita partem jam alias, partem nondum vulgata antehac, uno volumine comprehensa nostro studio per typos in communes usus divulgentur, retractata simul posterioribus curis diligenter ipsa *Conradi vita*. Et, quum in hoc spem nostram falsam plane esse fata haud permiserint, superiori demum anno singulari ad doctissimum amicum, IO. GE. SCHELHORNIUM *Epistola* consilii istius rationes dedita opera, atque, nisi prorsus fallimur, luculenter exposuimus; jamque id præcipue fere agimus, ut fidem promissi liberare quanto ocyus, tanto jucundius valeamus. Hac autem in re expediunda dum strenue occupamur, non potuimus non inter elaborandum alia quæ huc pertinent, diutius paullo detineri curiosiori, magisque, quam impendere olim licuit, sollicita perquisitione *fatorum prisci* illius *monimenti*, quod unum fere antehac pristino suo *possessori* conservatorique durabilem inter eruditos nominis celebritatem conciliavit, & humanissimi cujusque desiderium adtentionemque meruit; TABULÆ, putamus, quæ ita dici consuevit, PEUTINGERIANÆ. Impeditiorem illorum notitiam experti sumus re ipsa, quam adgressis primum videbatur, variis de caussis; ob quas forsitan & neglecta indagari penitius, & tradi adeo curatius ad posteros majorum studio fuisse (*a*) pronum foret suspicari. Interim, post-

(*a*) Vide sis interim *Bibliothecam Historicam Hamburgensem*, Centur I. Artic. 71. & LEVINI JOANNIS SCHLICHTII diatriben *de Tabulis Geographicis antiquioribus*. Halæ, 1712. 12.

postquam semel nos sponte in hanc provinciam immisimus, hac ipsa difficultate deterriti parum vel nihil, quin ipsa officii atque promissi honestate impulsi, devorare omnem, quisquis vel tamdem fuerit, laboris hujus improbitatem mature constituimus. Inde nata est nobis præsens dissertatio, quam sive publicis sive privatis eruditorum hominum censuris melius adhuc elimari impense optamus. Hanc vero tractandi rationem, quam ipsa argumenti natura optimam dictaret, amplecti decrevimus, uti scilicet primum ipsius *Tabulæ fata* ordine ac diligenter referamus; post vero, quæ ad illius *cognitionem* intimiorem *æstimationemque criticam* faciunt, exposite disputemus. Delineatus in fronte cujusque capitis brevis *conspectus* dicendorum summam amplius repræsentabit.

§. II.

Quid TABULÆ PEUTINGERIANÆ vocabulo usurpetur?

Enim vero finiendum ante omnia, quam fieri quidem potest, plene ac clare a nobis fuerit: ecquidnam rei, aut prisci monimenti, vulgata TABULÆ PEUTINGERIANÆ adpellatione censeri soleat? De hoc ita habendum est. Scilicet esse illam tabulam membranaceam, latitudine pedem circiter vulgarem Germanicum unum exæquantem; longitudine contra, in quam pelliculis, quotquot illarum usui hanc in rem opusque fuerant, singulis probe invicem sciteque conglutinatis protenditur, similium pedum viginti duorum mensuram fere superantem; exaratam ubi indicanda fuerunt marium, insularum, lacuum, fluviorum, montium, urbium, & reliquorum, nomina, illo litterarum charactere, quem *Longobardicum* nuncupant, atque exhibere delineationem orbis, qualis, sæculi inter Christiani quarti finem & initium quinti, ab Herculis inde columnis ad Alexandri Regis inde Aras, hoc est, ab Occidentis ultimis ad Orientis extrema, Romanorum imperio parebat, adnotatis simul operose ac per certos numeros definitis ad consuetam milliarii Romani mensuram, viarum publicarum atque militarium spatiis, ut inde quasi in compendio Romani Imperii, illius adhuc temporis, majestas atque amplitudo, neque minus æternum stupenda viarum, quas diximus, miracula cognoscerentur.

§. III.

Hæsit ipsi PEUTINGERIANÆ cognomentum; & jure quidem optimo.

Delituerunt hæ illustres prisci ævi reliquiæ, ignotum quo casu aut tempore in Germaniam delatæ, ultra mille ac centum amplius annos, perpetuæ oblivionis noctem fortassis experturæ, nisi benignior fortuna sub sæculi decimi sexti auspicia in lucem illas iterum hominumque conspectum protraxisset. Factum hoc esse pridem constat CONRADI PROTUCCII CELTIS, Franci, ministerio; magni illius litterarum in Germania felicissimique instauratoris. Susceperat is, quam modo diximus, tempestate MAXIMILIANI I. AUGUSTI jussu ac sumptu per meliorem Imperii Germanici partem iter, conquirendi compilandique caussa ac in publicos usus describendi monumenta, quotquot ad illustrandam eruendamque ex suis tenebris Germanicæ gentis gestorumque majoribus nostris Historiam pertinere viderentur. In hoc dum pro virili elaborat, gratiamque optimi Cæsaris in dies ipsa hac re luculentiorem demereri conatur,

natur, contigit etiam, uti in *Cœnobii* cujusdam *Spirensis* (*b*) Bibliotheca hanc ipsam *Tabulam* squalore ac situ obductam forte deprehenderet, secumque auferret. Norunt vel levius eruditi, possedisse CELTEM præter omnigenæ doctrinæ, humanioris in primis copiam, insignem præcipue pro ætatis istius conditione Geographiæ utriusque, veteris æque ac recentioris, facultatem, haud uno publico monumento (*c*) demonstratam. Atque facile hinc fuerit existimare, si non intime perspectum, agnitum tamen statim luculenter, atque uno loco adamatum ipsi fuisse verum rarissimi hujus inuenti, quod primo intuitu *tabulam Geographicam* putare omnino poterat, pretium. Abstulit ideo secum CELTES, & quod ullibi melius conlocari haud posse arbitraretur, CONRADO PEUTINGERO, quocum arta ipsi dudum tum ex studiorum liberalium communione, tum ex aulæ Imperatoriæ consuetudine, amicitia intercesserat, una cum aliis ejusdem generis (*d*) sive dono familiariter dedit, sive pretio redemtum reliquit. Utronam titulo hoc factum sit? definire haud possumus, quum argumentorum in hanc rem auctoritate destituamur, licet postremum nobis quidem veri adpareat similius. Quidquid vero vel tandem illius fuerit, hoc certe evictum credimus, non ullum temere tunc inter Germanos magis dignum *Possessorem Tabulam* istam nancisci potuisse *Conrado*; qui omnium consensione summus antiquitatis cultor atque existimator (*e*) circumferebatur. Ille autem religiose, quod par fuerat, hunc thesaurum in Bibliothecæ suæ amplissimæ scriniis repositum sartum tectumque posteritatis commodo servavit, edendum fortasse cura sua (*f*) cum tempore, nisi negotia, quibus cumulatissimis

(*b*) HERMANNUS, Comes de NUENAR in Commentariolo de *Gallia Belgica* p. 15. memorat *Itinerarium Theodosianum in* Spirensi *Bibliotheca*, & *cl. viri Conr. Peutingeri, Protonotarii Augustensis civitatis, aliud Itinerarium vetustissimum*; adeoque primus fere ac unus locum diserte indicavit monumenti hactenus custodem, quem siluerunt, immo ignorarunt fortassis RHENANUS atque VELSERUS, indefinite *quamdam* Bibliothecam adpellantes. Doctissimus NIC. BERGIERII de *publicis & militaribus Imp. Rom. viis* interpres & commentator CHRISTIAN. HENR. HENNINIUS, cui loci hujus *Nuenariani* indicium debemus, postquam in *Notis* ad *Bergierii* libr. III. Sect. VII. §. 3 *Thes. Antiqu. Roman. Græviani* Tomo X. fol. 698 hæc eadem verba recitavisset, addit: *per posterius intelligit* (NUENARIUS) *illa sine dubio fragmenta, quæ primo edidit sine suo nomine notulis quibusdam instructa e bibliotheca* Peutingeri *M. Velserus; prius vero est integrum illud a Celte repertum & postea publicatum.* An acu heic rem tetigerit clarissimus HENNINIUS, viderint alii. Nobis certe non videtur,

(c) Nota sunt in vulgus CONRADI CELTIS *Epitome Geographica; de situ & Moribus Germaniæ* carmen; alius item *de situ Noribergæ* libellus. conf. GUNDLINGIUM *de vita & scriptis* hujus viri in *Observationum* ad rem litterariam spectantium *tomo uno*.

(*d*) Ita detectum in cœnobio *Eberacensi* in Franconia a CELTE GUNTHERI *Ligurinum*, ac communicatum cum PEUTINGERO hujus potissimum opera primum Augustæ an. MDVII. fol. typis vulgatum fuisse olim docuimus in *Historia Peutingeri* Cap. II. §. VIII. p. 53.

(*e*) Adlatis hanc in rem in *Diss. nostra* cap. II. §. II. p. 36. seq. argumentis doctorumque hominum suffragiis unum jam addimus CHRISTOPHORUM SCHEURLIUM, Noribergensem, qui in *Oratione de laudibus Germaniæ* Bononiæ an. MDV. habita, & Lipsiæ an. MDVIII. 4. apud Martinum Lantzebergium impressa; *magni historici & Germaniæ scitissimi inlustratoris* elogio PEUTINGERUM condecoravit.

(*f*) Serium fuisse PEUTINGERI de *Tabula* aliquando *vulganda* consilium jam olim conjecimus ex *Diplomate* MAXIMILIANI Imp. quo ipsi præter alia publicandi *Itinerarium Antonini* facultas concessa fuit, monuimusque illum *Ta-*

ſimis quotidie in patriæ egregium urgebatur, aut ſenſim ſuccedens ſenium, aut ipſa denique ſimilis propoſiti ingens difficultas impedivissent. Interim tamen illius fructum & uſum, qui mos eſt quorundam interdum exempli peſſimi, intelligentibus neutiquam invidit, quin inviſentibus apud ipſum viris doctis, maxime exteris certatim confluentibus, jucunde commonſtravit, inſpiciendumque humaniſſime permiſit. Qua ipſa re factum eſt, ut cum fortuna, quæ præter alios unum ipſum monimenti hujus *poſſeſſorem* eſſe voluerat ſervatoremque, in ſequenti tempeſtate virorum litteratorum plauſus amice conſpirarent, atque illi PEUTINGERIANÆ *cognomento* TABULAM uno ore inſignirent, non facile grata poſterorum memoria exciſuro.

§. IV.

Variæ ejuſdem adpellationes inter eruditos celebratæ aliæ.

Ridiculum foret iſtorum omnium indicem heic contexere, & ſingulorum nomina quaſi in Pinace repræſentare; quum nemo humanior paullo futurus ſit, qui non ſemel atque iterum PEUTINGERIANÆ TABULÆ nomen in doctorum virorum ſcriptis expreſſum & laudatum legerit. Illud vero ſilentio prorſus hoc loco dimittere haud poſſumus, & *aliis* illam adhuc *cognomentis* paſſim nuncupatam reperiri, variarum circumſtantiarum habito reſpectu. Ita ex *uſu* ac *fine* modo *provincialem*, modo *itinerariam*, modo *militarem* ſæpius adpellavit BEATUS RHENANUS, & cum ipſo plures (g) alii. *Ex aevo*, quo conſignatam fuiſſe veri haud adeo diſſimilis eruditorum conjectura eſt, THEODOSIORUM nempe Imperatorum, *Theodoſiana charta* vocatur BERTIO, CELLARIO, FABRICIO, (h) viris clariſſimis. Et ex *loco* denique, ubi aliquamdiu ſervata eſt, & unde primum innotuit, (i) *Auguſta Vindelicorum* urbe, *Auguſtana* vocabulo inſignierunt iterum haud pauci. Meminit equidem FRANCISCUS IRENICUS alicubi (k) *Itinerarii* cujuſdam *Auguſtani* in ſuas aliquando manus delati, *in quo civitates Danubianæ deſcriptæ continebantur, quaſcumque vetuſtas viderat;* quarum nomina quædam ibi etiam conluſtrare inſtituit, *reliquis ſucceſſoribus ſuis* in hoc ſtudiorum genere *permiſſis* atque tantiſper *ſepoſitis*. Poterant hac re forte induci nonnulli lectores ut ſibi perſuaderent, idem fuiſſe hoc monimentum ad quod provocat IRENICUS, cum TABULA PEUTINGERIANA; præcipue, quod conceptis verbis *Auguſtani* titulo laudaverit, atque ab ANTONINI, quod dicunt vulgo, *Itinerario* toto

Tabulam ſuam eum iſto *Itinerario* pro uno eodemque habuiſſe; *diſſ. noſtræ* Cap. II. §. X. p. 61. & 66. ubi & Diploma illud ex αὐτογράφῳ deſcriptum dedimus. Hoc poſtea fronti PAULLI DIACONI atque JORNANDIS a PEUTINGERO Aug. MDXV. fol. editorum præfixum deprehendimus.

(g) RHENANUS in libris *Rerum Germanicarum* paſſim. ANDREAS SCHOTTUS in Præfatione ad *Antonini Itinerarium* ex editione HIERONYMI SURITÆ rariſſima clↄlↄc in octano, quod vocant Librarii, facta. PAULLUS MERULA in Præfat. ad *Coſmographiam generalem*. rel. Sufficiant hi Semones litterarii.

(h) PETRUS BERTIUS in Præf. ad *Theatrum Geograph. Veteris*; CHRISTOPH. CELLARIUS in Præf. ad Tom. I. *Notitiæ Orbis Antiqui*; I. A. FABRICIUS *Biblioth. Græc.* lib. IV. c. II. p. 39. not. *

(i) NICOL. BERGIERIUS de *publicis & milit. Imperii Romani viis* lib. III. ſect. VII. §. 3. ex verſione latina HENNINII Tomo X. *Theſauri Antiqu. Rom. Græviani* fol. 230.

(k) IRENICUS *Germaniæ Exegeſeos* libro IX. cap. VII.

toto cælo diversum, qualis & illa vere est, professus fuerit. Verum enim vero dispunxit jam pridem omnes opinionis hujus rationes MARCUS VELSERUS, (l) sapienter monens, suo quidem judicio, *Itinerario* illo *Augustano significari Elenchum ex hac Tabula* (Peutingeriana) *exscriptum, in quo præter plerasque ad Rhenum urbes, contineantur Danubianæ omnes, quascumque antiquitas vidit;* quem forte ab amico quodam erudito ἀνωνύμῳ, Augustæ tum commorante, transmissum IRENICUS accepit.

§. V.

Ejus fata, postquam detecta fuit Sæculo decimo sexto.

Hac antecessione quasi quadam, eademque fortassis haud superflua, defuncti ad ipsam *Tabulæ Historiam* clara ac jucunda brevitate describendam, calamum nunc operamque convertimus. Visum vero nobis est universum isthoc negotium non facile commodius expediri posse, quam si, juxta *tria sæcula*, quæ *ab illa* primum iterum *detecta* ad hunc usque diem effluxerunt, narrationis nostræ filum componeremus, quæ *fata* singularia singulo ex istis sæculo illa experta sit, sigillatim atque expositе recensentes. Non repetimus huc, quod jam supra monitum fuit, PEUTINGERUM postquam *Tabulam* abs CELTE (m) traditam accepisset, sanctissime cimelii ad instar, sine tamen omni invidia, servavisse, atque intelligentibus amicis (n) jucunda cum voluptate subinde demonstravisse. Ex horum numero non temere cuiquam secundus BEATUS RHENANUS, postquam coram illam *Augustæ* atque studiose contemplatus fuisset, *primus* omnium eruditorum, quantum equidem adhuc constet a quopiam in publicis scriptis factum fuisse, in suis *Rerum Germanicarum* Commentariis illius, & quidem iteratis vicibus mentionem injecit, pretium ex vetustate insigne commendavit, pro testimonio etiam subinde ad dicta abs se confirmanda commode usurpavit. Haud difficile fuerit ad credendum, insperatum hunc nuncium mirum apud illos atque ingens excitavisse gaudium, qui non inconsulto sicuti litteris universim, ita prisci præsertim aevi monimentis eruendis & in publicum usum divulgandis ista ætate quam optime cuperent. Hinc tam vehemens exscriptam illam typis conspiciendi desiderium; quod vero, quo minus expletum fuerit ab ipso PEUTINGERO, quid impediverit, jam superius itidem indicatum meminimus. Interim concessit fatis optimus senex, PEUTINGERUS, Decembri mense anni cIɔIɔXLVII, filiisque, doctrinæ etiam

 suæ

(l) VELSERUS in Præfat. ad *Fragmenta duo antiqua ex Peutingerorum Bibliotheca; Operum* fol. 712. conlato fol. 772.

(m) Ex his atque superius dictis adparet, duplici modo falsum esse *auctorem vitæ* LUCÆ HOLSTENII ἀνώνυμον, quæ vernaculo sermone Hamburgi An. CIɔIɔCCXXIII. 8. prodiit, §. XXVI p. 28. memorantem: *Tabulam Theodosii a Peutingeris* (nescio quibus) *repertam, & Augustæ primum publicatam fuisse;* quo loco & ad ADRIANI VALESII præfationem *Notitiæ Galliarum* præfixam p. 4. provocat.

(n) Liceat ex multis unum facilitatis *Peutingerianæ* testem in medium proferre, GERARDUM GELDENHAUERIUM, NOVIOMAGI titulo eruditis notissimum, qui primus Gymnasii Augustani Rector per aliquod tempus extitit. Is alicubi in *Historia Batavica* ita scripsit: *Horum castrorum fit mentio in charta illa vetustissima, quæ itinera Romanorum militum, ex provinciis nonnullis depicta continet. Hanc mihi ostendit clariss. Vir D.* CHUONRADUS PEUTINGERUS *V. I. Doctor, Patricius ac Cancellarius nobilis Augustæ Vindelicorum, qui secundus a* CELTE *cognomine suo, Poeta laureato, patriam suam totamque Germaniam inlustrare coepit.* Confer Opera VELSERI fol. 769. seq.

suæ atque virtutis heredibus, præter alias facultates non sane contemnendas, *Bibliothecam* quoque *nobilissimorum librorum suppellectili splendidissimam* (o) reliquit. Jocari fere voluisse fortuna cum hac *Tabula* videri poterat; si quidem fide omni dignissimo VELSERI haud multo post viventis, & miro quodam animi cum impetu similes veterum reliquias consectantis, testimonio (p) exploratum habemus: ab illius inde CONRADI obitus tempore *haud in cujusquam* mortalium ipsam *conspectum venisse amplius*, *quamvis sæpius*, *& diligenter* quidem, *quæsitam*. Si quid nobis conicere aliquantum liceat in hoc negotio; PEUTINGERUS, ætate provectiori sensim ingruente, quæ remotiorem ipsum ab eruditorum congressibus nimis frequentibus reddiderat, seposuit forsitan sollicite hoc monimentum recondito quodam *Bibliotheca*, sive, quod magis adhuc placet, *ædium* suarum angulo; & hoc quidem tanto justius, animoque tanto magis deliberato egisse censendus fuerit, quanto carius re vera habuit atque æstimavit singulare *schedæ* istius pretium: dememinit autem posthæc familiæ suæ expressum, ubi lateret, facere indicium. Fatemur, nos, queis aliter, & quidem ratione probabiliori, hæc contingere potuerint, haud prospicere: interim & his meliora docturis libenter admodum debebimus. Neutiquam vero, dum hæc ita essent comparata veluti diximus, refrixit eruditorum hominum *Tabulam* istam oculis, sive ἀυτεγραφον sive ἀπογραφον, usurpandi desiderium. Et mitigatum illud certe aliquo modo atque temperatum fuit post quadraginta fere, ac quod excurrit, annos, dum detegerentur forte in *Peutingerorum*, CONRADI nepotum, *Bibliotheca Scidæ duæ*, quæ externo habitu speciem quamdam sub primum adspectum ipsius *Tabulæ*, tam frequenter exoptatæ, referrent. Nemo unus isto tempore *Augustæ* cluebat priscarum rerum intelligentior existimator MARCO VELSERO, variis jam tum publicorum munerum in civitate patria ornamentis, & amplissima doctrinæ inter eruditos fama condecorato; qui, quamptimum *Fragmenta* isthæc ad ipsum, uti arbitrium ageret, delata fuissent, pro mira ingenii in his rebus sui sagacitate confestim agnovit, non quidem *ipsammet Tabulam* illas repræsentare; judicavit tamen considerate, exiguas quasdam inibi hujus *particulas*, ignotum quo consilio, vel auctore, vel ævo descriptas, in neutra autem totam contineri, atque curiosis spectatorum oculis offerri. Et vatem certe heic bene conjectando optimum se exhibuisse clarissimum virum, sequutis temporibus adparuit abunde. Ceterum, mox animum adplicuit VELSERUS ad communicandum per typos has qualescumque reliquias cum erudito orbe; (q) sive intercidisset *verum Tabulæ Autographum* omnino, sive adhuc delitesceret alicubi, quod posterius se quidem *ominari* conceptis verbis professus est, perinde ipsi gratas atque utiles futuras. Calamo hinc illas summa cum adcuratione & fide, ne minutissimis quidem, erroribus etiam, vitiisque apertissimis exceptis aut immutatis, debita cum veterum scriptis ἀνεκδοτοις quibuscumque reverentia laudatis-

(o) Elogium hoc est MENRADI MOLTHERI, Augustani, expressum scite non minus quam vere in dedicatione ad PEUTINGERUM, præfixa *primæ* omnium eidemque *rarissimæ* (quod singulari *observatione Actis Eruditorum* brevi tempore inserenda demonstrabimus) *mysticæ Explanationis Wilrammi Abbatis in Cantica Solomonis* editioni abs se *Hagenoæ* anno cIↃIↃXXVIII. 8. curatæ. Comparetur etiam, si lubet, *Historia Peutingeri* Cap. II. §. III. p. 37-39.

(p) VELSERUS in Præfat. ad *Fragmenta antiqua*, *Opp.* fol. 709.

(q) Excusas postea statim ipse ad Principes litterariæ civitatis, JOSEPHUM SCALIGERUM, JUSTUM LIPSIUM, JOACHIMUM CAMERARIUM, & alios forte transmisit; epistolis una scriptis humanissimis. Vid. *Opp.* VELSERI fol. 791. Ep. IV. fol. 815. seq. Ep. I. fol. 817. Ep. III. fol. 841. Ep. XXXVII. rel.

datiſſimo inſtituto adhibita, expreſſas ALDO MANUTIO, PAULLI filio, typographo Veneto perinclito, amico ſuo litteris excudendas permiſit. (r) Effecit is ſtatim imperata, & hoc indice, *Fragmenta tabulæ antiquæ, in quis aliquot per Romanas provincias itinera. Ex* PEUTINGERORUM *Bibliotheca, edente & explicante* M. VELSERO, *Matthæi filio, Aug. Vind. cum privilegio, Venetiis*, cIↄ Iↄ XCI. *apud Aldum* 4. inſignitas nitidiſſime, communi cum ſui atque editoris (s) laude, in manus hominnm exire primum juſſit. (t) Meruit certe hanc poſtremus, tum aliis, tum hoc præcipue nomine, quod *Explicationem Fragmentorum* addidit non minus reconditæ doctrinæ plenam, quam admodum legentibus fructuoſam, Si quidem in illa modo vitioſe poſita correxit, modo obſcura explanavit, modo dubia ſtabiliuit; uno verbo, prætermiſit nihil, quo lucem adfundi poſſe huic monimento, ob vetuſtatem ad intelligendum difficiliori, cognoverat. Enimvero deprehendit ſimul VELSERUS, alteram ex his ſchedam nitidius atque luculentius depi&am; alteram autem rudioribus litteris & frequentioribus deſcriptoris vitiis deformatam. Neque tamen hanc ideo abiiciendam rectiſſimo ſenſu ſtatuit; quod exhiberet, quæ in priori illa non invenirentur, uſumque præſtare poſſet per utriusque inſtitutam comparationem depravatas paſſim alterius lectiones emaculandi. Denique ad calcem harum *explicationum* (u) liberaliter promiſit, ſe, *ſi aliquando ipſius Tabulæ Autographum in manus* ſuas *perveniſſet, illius vulgandi laborem non invitum* eſſe *ſubiturum.*

Et factus eſt ſane ipſi poſt aliquot annorum decurſum promiſſi hujus perfecte adimplendi locus; poſtquam in inquirendo nihil defatigari ſe paſſus fortunæ pertinaciam ſuperavit, & *ipſam* vel tamdem *Tabulam in* PEUTINGERORUM *ſcriniis* magna ſui cum voluptate detexit. Vix rei hujus fama in eruditorum republica percrebuerat, quum magnus ſtatim procorum hujus Helenæ exſiſteret numerus; qui intenſiſſimis precibus VELSERUM deprecabantur, uti ſibi illius copiam benevole faceret, *edendique primum* gloriam permitteret. Unus tamen inter hos voti damnatus ABRAAMUS ORTELIUS, Regis Hiſpaniarum Geographus, qui & triplici illam jure ac titulo tantum non poſtulare poterat præter alios. Tum, quod per amplius viginti annos (v) nulli operæ ad

(r) *Editionem* TABULÆ PEUTINGERIANÆ *Auguſtæ* Vindelicorum factam, ſine tamen anni aut formæ indicio, & quæ adeo *Venetam* hanc VELSERI præceſſiſſet, meminit doctiſſimus Gallus, JACOBUS LE LONG in *Bibliotheque Hiſtorique de France* fol, 2. qua tamen in re dubio procul omni a vero aberravit.

(s) Eruditiſſimorum illa tempeſtate hominum LAURENTII PIGNORII, GUIDONIS PANCIROLLI, CAESARIS BARONII, PAULLI MERULÆ, THEOPHILI RAYNAUDI & ERPOLDI LINDENBROGII plauſus VELSERO ob edita hæc *fragmenta* certatim tributos pridem adnotavit C. ARNOLDUS in *præfatione* ad *Opera Velſeriana*, quem exſcribere non vacat.

(t) V. C. HENNINIUS loco jam ſuperius ad caput III. not. b) excitato memoria lapſus eſt, quum *ſine ſuo nomine* VELSERUM *fragmenta edidiſſe* prodidit. Contrarium & ipſe *titulus*, & *ſubſcriptum dedicationi* illorum ad JACOBUM CURTIUM A SENFTENAU, S. R. I. Procancellarium præmiſſæ *nomen* manifeſte loquuntur.

(u) Conſ. Opp. VELSERI fol. 769.

(v) Teſte *Auctore diſſ. Anonymæ*, quæ ante editionem *Ortelio-Moretianam*, & repetita non minus in noviſſima *Parergi* editione, quam BALTHASAR MORETUS, *Joannis* filius, *Antuerpiæ* cIↄIↄcXXIV. fol. max. curavit, quam inter *Opera* VELSERI fol. 773. legitur. Ceterum *Ανωνυμον* hunc ipſum eſſe VELSERUM, MORETUS *junior* expreſſe monuit.

ad illam reciperandam ac studio pepercisset; tum, quod suo aevo in hoc studiorum genere principatum (x) omnium consensu obtineret; tum denique inter amicos VELSERI magno valde loco esset. Obtinuit itaque ab ipso haud difficulter; rato scilicet, perinde se datam publico fidem liberavisse, si per alium aeque bene institutum hoc exsequutus fuisset; & Tabulis aeneis eleganter descriptam in *Parergo*, quod vocat, *Theatri orbis terrarum* exhibere instituit. Antequam tamen ad colophonem perductum esset insigne opus, a morte occupatur vir praestantissimus, septuagesimum jam aetatis annum supergressus; quam instare quum persentisceret, perficiendae editionis curam amico veteri JOANNI MORETO, typographo apud Antuerpienses nobilissimo, per testamenti tabulas provide commisit, qui &, sanctam habens, veluti par fuerat, defuncti voluntatem, postea ex asse implevit; TABULA hac PEUTINGERI in isto *Parergo* cum eleganti ad VELSERUM *dedicatione* & adjuncta *Dissertat. Anonymi* pereruditа, qua, quid praestitum sit in hac *prima editione* expositum continetur, sub finem anni CIƆIƆXCVIII. *Antuerpiae fol.* divulgata. Conspicitur itaque ibi TABULA PEUTINGERIANA *integra*, & tali quidem omnino habitu, qualem illius esse capite secundo descripsimus; hoc uno tantum cum discrimine, quod *litteras*, quae charactere *Langobardico* in exemplari principe efformatae occurrunt, *Romana* forma sculptor, quae scilicet magis commoda prae illo habebatur, expresserit. Testatur *dissertationis Anonymae* modo nobis laudatae *auctor*, nullam in se fidem, industriam, adcurationem artificem desiderari passum fuisse; qualem quidem quantamque praestare possit humanitatis conditio. Addit idem: in animo sibi primum fuisse VELSERI exemplo *Tabulam commentari*; sed abjecisse se rursus istud consilium, quum cognovisset, vastam ac longam nimiopere hanc esse provinciam, unius hominis aetatem ac vires excedentem; statuisseque demum, indignum fore, si hoc quidem titulo doctorum virorum gaudia, dilata *Tabulae editione*, diutius detinerentur.

Interim dum haec fierent, veluti diximus, generosus VELSERI animus hoc, licet ingenti, beneficio eruditorum orbem sibi devinxisse non contentus, majora adhuc voluere, &, quum ipse ob negotialem maxime vitae rationem aliaque fortasse impedimenta haud adeo posset, de alio quodam viro docto recens editi *monimenti* singularis *interprete* ac *commentatore* circumspicere occoepit. Cluebat tum post ORTELII fata ex rerum Geographicarum peritia exquisitiori primus, idemque ipsi olim valde amicus, PAULLUS MERULA, Ordinum Provinciarum Federatarum Historiographus, & in Academia Lugduno-Batava Historiarum Professor ac Bibliothecarius; & fama erat haud temere vulgata, doctissimum virum in adornando quodam *Cosmographiae universalis* opere strenue invigilare. Hunc itaque adire *noster* per litteras, amicitiam ambire, ut *Tabulam* hanc destinato Commentario inserere, insertamque erudita *explanatione* inlustrare vellet, multoties atque instantissime rogare, precari, obtestari, immo etiam in subsidium, tanquam ἐγγυητάς, advocare JOSEPHUM SCALIGERUM & JUSTUM LIPSIUM, amicos utrique communes. Hodienum inter *Epistolas* VELSERI ab ARNOLDO conlectas, quae scriptae hanc in rem sunt haud adeo paucae conspiciuntur, (y) atque summum

---

(x) Ipse VELSERUS in *Explicatione prioris Schedae* Opp. fol. 729. ORTELIO, *quem ego non tam Regium Geographum, quam regem Geographorum adpellare soleo.*

(y) Potissimas saltim allegabimus. Pertinent vero huc ex illis ad JOSEPHUM SCALIGERUM: Epist. III. fol. 789. IV. fol. 791. VII. fol. 793. VIII. ib. XIII.

mum MARCIO publicum egregium vel hoc etiam modo, promovendi studium aperte testantur. Sed nihil is profecit omnino: immo obstinato fere MERULÆ silentio mirum in modum, tantoque quidem magis discruciabatur, quanto vehementius voti se hujus damnari cupiebat. Tandem vero hic (z) publice professus est, gravioribus se occupationibus distringi, scribenda potissimum Latino sermone Ordinum Federatarum regionum jussu *Historia Belgica*, quo minus oblatam istam provinciam in se suscipere posset; hujus tamen in vicem promisit, monstraturum se aliquando *singulari opere*, *quo pacto* TABULA PEUTINGERIANA *in minores partes possit dividi & libri instar edi*; quod & ipsum tamen, si recte meminimus, haud præstitit.

§. VI.

Sequenti XVII.

Hæc *fata* fuerunt TABULÆ PEUTINGERIANÆ Sæculo sexto decimo; quæ insequuto habuerit jam similiter exponendum est. Nulla ipsius Αὐτογράφου per integrum istud ævum in eruditorum scriptis, quantum quidem sciamus, mentio occurrit: quod tamen constanter interea adservavit nobilissima PEUTINGERORUM familia. Putaverim, hoc inde factum, quod, dum *repetita* jam plus vice simplici illius *editio*, uti mox referemus, usum ipsius atque copiam faciliorem redderet, plurimi in hoc adquieverint, de *principe exemplari* haud amplius adeo curiosi. Etenim, primus post ORTELIUM, PETRUS BERTIUS, Ludovici XIII. Galliæ Regis Cosmographus clarissimus, quum insigni raritate opus (a) *Theatrum Geographiæ veteris* instrueret, Lugduni ex parte Batavorum anno cIↃIↃcXVIII. ex parte Amstelodami anno cIↃIↃcXIX. (b) sumtibus *Jodoci Hondii* majori forma exscriptum, summi Viri, PEIRESCII hortatu, quod GASSENDUS docet, (c) impulsus, *secundo* illius *tomo loco quarto* TABULAM PEUTINGERIANAM integram, una *cum notis* VELSERI ad *duplex* ejusdem *fragmentum*, eximie delineatam exhibuit iterum. Præstantissimi hominis exemplum imitatus est, post triginta fere, & quod excedit, annos GEORGIUS HORNIUS, qui in adcuratissima *Orbis Antiqui* Descriptione itidem Amstelodami anno cIↃIↃcLIII. apud *Janssonios* forma, quam vocant, regia impressa, simili consilio *Tabulam nostram* intuentium voluptati

XIII. fol. 796. XX. fol. 798. XXI. fol. 799. XXII. fol. 801. XXIII ib. XXIX. fol. 804. XXXIII. fol. 805. XXXV. fol 806. XLVII. fol. 813 ad LIPSIUM. Epist. XII. fol. 823. ad ipsum MERULAM: Epist. XXI. fol. 829. & XXII. fol. 831. quæ postremæ duæ totæ perlegendæ sunt. Omnes vero quantam cordi habuerit negotium istud VELSERUS confirmant.

(z) MERULA in Præfat. ad *Cosmographiam generalem*: *ad ejus (Tabulam puta) illustrationem animavit me aliquoties suis litteris optimus* VELSERUS, *& pervicisset jam, nisi ad graviora fuissem avocatus.*

(a) Hoc titulo merito suo *Theatrum Bertianum* ornavit V. C. CHRISTIANUS GOTTLIEB BUDERUS, in *Bibliotheca Scriptorum rerum Germanicarum* Corpori Historiæ Germanicæ *Struviano* latino præmissa §. III. fol. 8. quam utinam separatim impressam legere aliquando possemus!

(b) Non anno cIↃIↃcXXX, ut male excusum habet G. I. VOSSIUS de *Scientiis Mathematicis* p. 260, observante FABRICIO *Biblioth. Græca* lib. IV. cap. XIV. §. 2. p. 414.

(c) PETRUS GASSENDUS in *Vita Nicolai Fabricii* PEIRECII ad annum cIↃIↃcXXII.

tertium obtulit. Postremo CHRISTOPHORUS ARNOLDUS, Professor Noribergensis, inter MARCI VELSERI *Opera* in unum abs se volumen studiose conlecta & edita cum vita auctoris Noribergæ anno cIↄIↄcLXXXII. fol. duodecim segmentis dispertitam repetitæ ibidem *Fragmentorum* editioni inseruit. (*d*) Sub finem denique sæculi proximi CHRISTIANUS HENRICUS HENNINIUS, dum conversum abs se in Latinum ex Gallico sermonem NICOLAI BERGIERII *de publicis & militaribus Imperii Romani Viis* commentarium eruditissimum, tum seorsim Ultrajecti, anno cIↄIↄcXcIX, tum eodem tempore *Thesauro antiquitatum Romanarum Græviano* (*e*) adjunctum vulgaret, eamdem *Tabulam* additis variorum notis denuo exscriptam dare constituit. (*f*) Repudiavit tamen iterum hoc statutum, postquam certis nunciis accepit, insignem rei antiquariæ consultum, MENSONEM ALTINGIUM, Consulem quondam Grœningensem amplissimum, *novam* illius *Ἔκδοσιν*, eamdemque elegantissimam ac fructuosissimam lectoribus parare; quam vero & ipsam præmatura illius fata nobis intercceperunt.

§. VII.

Et nostro demum XVIII.

PRimis circiter hujus, quod nunc agimus, sæculi viginti fere annis morte defunctus, gentis suæ postremus, DESIDERIUS IGNATIUS PEUTINGERUS, (*g*) Decanus, quem vocant, Ecclesiæ principalis Eluangensis apud Suevos PEUTINGERORUM *nomen* ex his terris secum quidem abstulit, *avitam* vero *Bibliothecam* Collegio *Societatis Jesu Patrum*, quod Augustæ Vindelicorum est, testamento legavit, (*h*) qui & hodie illam singulari conclavi custoditam adservant. Hoc antequam contingeret, factum est bona fortuna, uti ipsum *Tabulæ Αὐτόγραφον*, cui tantum non pristinæ similis æqueve diuturna, neglectu hominum, oblivio (*i*) imminebat, feliciter iterum emergeret, atque in dias luminis auras quasi postliminio reduceretur. Præstitit hoc vir inlustris, & tum meritis in patriam, tum bonarum litterarum cultu ac patrocinio CONRADO PEUTINGERO omnino suppar, VOLFGANGUS JACOBUS SULZERUS, filius, Senator hoc tempore Augustanus amplissimus. (*k*) Is forte Julio mense anni cIↄ Iↄ CC XIV. PEUTINGERORUM *Bibliothecam privatis*

(*d*) Occurrit *Tabula Peutingeriana integra* in *Operibus* VELSERI a fol. 726. ad 771. carptim proposita.

(*e*) Frontem occupat Tomi X. *Thesauri Greviani* BERGIERII liber.

(*f*) Hæc ita ipse HENNINIUS in *Prolegomenis* ad *notas* suas in BERGIERIUM, *Thesauri Greviani* tomo citato col. 636.

(*g*) Dedimus hujus viri notitiam ampliorem in *Historia Peutingeri* Cap. I. §. IX. p. 30. seq.

(*h*) Confer, sis, *eamdem* Cap. II. §. III. p. 37.

(*i*) Imo vero pro *deperdita iterum* penitus existimata fuit inde quibusdam eruditis. Verbi caussa CHRISTIANO HUBNERO, in diss. *de studio Geographico in genere* §. 113. p. 27. & JOANNI GODOFREDO GREGORII, qui alias MELISSANTIS nomen adoptavit, in tract. *von den vornehmsten alten und neuen Land-Charten* Cap. IV. §. 7. p. 31.

(*k*) C. F. NEICKELII *Museographia* a JOANNE KANOLDO aucta, Part. I. cap. V. pag. 24. not. p.

vatis tum adhuc *ædibus* (*l*) custoditam erudita curiositate perlustrans, offendit inter alia hanc *Tabulam* squalore ac situ obductam, & non certe pro dignitate, in obscuri cujusdam anguli latebris reconditam. Effecit mox publici boni studium apud virum generosum, qui abunde satis justum inventi hujus pretium præ ultimo isto possessore intellexerat, ut serio cogitationes adverteret, qua ratione nobile istud monimentum tenebris eximi iterum, atque inlustriori aliquo loco reponi quam commodissime posset. Persuasit hinc PAULO KUHZIO, bibliopolæ tum apud Augustanos eximio, uti suo *Tabulam* ære abs Decano PEUTINGERO redimeret; quod & salubri valde pretio post aliquod tempus confectum accepimus. Interim ubi hæc tum publicis, (*m*) tum privatis litteris innotuissent, obtulissetque illam rursus amatoribus KUHZIUS venum, uno statim plures tum Principes, tum inlustres, tum eruditi viri alii sua tamquam emtores nomina profitebantur. Hos inter præter *Serenissimum Ducem Brunsuico-Guelferbytanum*, amplissimum etiam *Senatum Lipsiensem*, (*n*) perinlustrem virum, HIERONYMUM GUILIELMUM EBNERUM AB ESCHENBACH, Senatorem reipublicæ Noribergensis consularem, nobilissimum CHRISTIANUM GOTTLIB SCHVARZIUM, Professorem Altorfinum clarissimum, exstitisse, certa nos fide exploratum habemus. Unus vero obtinuit, magnoque sumtu sibi vindicavit celsissimus *Sabaudiæ Princeps* EUGENIUS FRANCISCUS, cujus vel solum immortale nomen complectitur, quidquid in bellicæ virtutis gloria summum, & in litterarum studiis maximum humana mens potest concipere, atque inter *Bibliothecæ* suæ regiis thesauris superbientis gazas non postremo loco ad hunc usque diem conservat.

Fata hæc quidem fuerunt, TABULÆ PEUTINGERIANÆ, tum *Autographi* ipsius, tum *impressorum* inde *exemplarium*, qua fieri potuit cum adcuratione ac fide hactenus a nobis descripta. Superest quod adhuc moneamus unicum: eruditum nempe illum virum, qui nuper demum Bruxellis anno cIↃIↃ CC XXVIII. forma, quam in quarto dicunt, commemoratum jam supra NICOLAI BERGIERII librum Gallicum *de viis Romani Imperii publicis ac militaribus* exscribi iterum jussit, sub finem octo tabulis æneis, commode admodum conglutinandis, itidem *illius Iconem* exhibuisse, sequutum hac in re ipsius BERGIERII consilium. (*o*) Ceterum, quod initio promissum fuit, jam adhuc debita cum industria expediemus; quæ scilicet ad *criticam* TABULÆ *cognitionem* quomodocunque faciunt, de ipsius, puta, *ætate, auctore, usu, pretio, elogiis, nævis* atque demum *inlustratoribus* grata itidem brevitate relaturi.

(*l*) Superfluum foret huc repetere, quæ de *ædibus Peutingerianis* dicta jam sunt alibi, in *diss.* nempe *nostra* Cap. II. §. II. p. 37.

(*m*) Vid. *Leipz. Wochentliche Post-Zeitungen von gelehrten Neuigkeiten* an. cIↃIↃccXV. num. XXIX. p. 116.

(*n*) Conf. insignis viri, EBERHARDI DAVIDIS HAUBERI *Versuch einer umstændlichen Historie der Land-Karten*, Part. I. Sect. I. Cap. VI. p. 15. seq. ejusdemque *Zusætze zu der Historie der Land-Karten* p. 5.

(*o*) Ipse enim in *præfatione* BERGIERIUS *auctor est*, *in recondita hujus operis sui se penetrare volentibus, uti ipsam* Tabulam *cum sua Historia viarum conferant; quippe quæ oculis exhibeat depictum, quod descriptum liber*, conf. *la Gazette des Savans, à Antuerpen* 1729. 8. num. II. B.

§. VIII.

De TABULÆ ætate, auctore & usu.

ET ad *ætatem* quidem primum quod spectat, in hoc vero unanimis est eruditissimorum hominum, neque rationibus plane destituta consensio, *venerandæ* illam *antiquitatis* vel ipso statim adspectu, indicia præ se ferre. Qui princeps hac de re publice sententiam dixit BEATUS RHENANUS, *sub ultimis Imperatoribus* depictam pronunciavit. Hoc, aliquanto timidius effatum atque obscurius, ita declarat VELSERUS, (*p*) ut *ultimorum Imperatorum* nomine non quidem intelligi debere ajat illos, qui *postremi Imperatorio* nomine in *Occidente* usi essent, sed, qui *postremo provinciarum potiti*, quarum in *Pinace* PEUTINGERIANO *itinera* descripta inveniantur: qua ratione adoptata, *postremorum postremissimi* censendi essent THEODOSIUS *Major* atque filii. Neque fieri etiam potuisse, addit vir doctissimus, ut THEODOSIO *nepote*, hoc est, sæculi quinti Christiani auspiciis, *recentior Tabula* habeatur; quum certis Historiæ testimoniis constet, quod jam ante illum, sub ARCADIO, ipsius patre, atque HONORIO Imperatoribus *Barbari plerasque provincias in charta* ista delineatas, *alias non multo post*, in potestatem suam redegerint: unde neutiquam simile veri exsistat, *Romanos itinera per Provincias a Barbaris jam occupatas descripsisse*. Delatus inter hæc est ad VELSERI manus vetustus aliquis, sed ineptus auctor, cui DICVIL nomen, patria Hibernia, tribuitur vulgo, abs RHENANO etiam in *Præfatione* ad PROCOPIUM memoratus, qui, singulari libro, Heroici carminis genere, *de mensura Orbis terræ* commentatus, retulerat alicubi, THEODOSII Imp. *jussu terrarum orbem descriptum*:

Ter quinis aperit cum fascibus annum;

alio etiam loco, quem ex MATTHÆI RADERI indicio (*q*) demum advertit, versu nempe Præfaminis carmini præmissi octavo, ita posuetat:

Dum scribit, pingit & alter.

In utroque luculentissimum de *Tabulæ ætate* testimonium deprehendere sibi mox videbatur vir inlustris; quorum postremus neutiquam obscure *picturam* innueret, alter vero, cujus potissimum *imperio* ac voluntate delineata esset manifeste loqueretur. Prioris autem versus sensum principio ad XV. THEODOSII *Jun.* Consulatum adcommodavit, ipsique hujus Operis suscepti gloriam tribuit. (*r*) Mutavit tamen rursus mentem, & decimum quintum Imperii THEODOSII *Majoris* annum designari istis verbis potius habuit, in peculiari quadam ad JOSEPHUM SCALIGERUM (*s*) *epistola*. Postremo iterum dubius nihil omnino definire sustinet, & sagacioribus de his conjecturis amplius arbitrari permisit.

De *Auctore Tabulæ* res multo est impeditior. Plerique *incertum*, & recte quidem, nostro judicio, statuunt. Unus PHILIPPUS CLUVERIUS, scrip-

---

(*p*) In *præfat.* ad *Fragmenta Tab. antiqu.* Opp. fol. 713.

(*q*) Vide omnino *Vitam* VELSERI ab ARNOLDO scriptam, & *Operibus præmissam*, fol. 65.

(*r*) *Præf.* ad *Fragm.* fol. citato mox.

(*s*) *Epist.* ad SCALIGERUM V. fol. 791.

ſcriptor eximius, aliquando (t) AMMIANUM MARCELLINUM, Hiſtoricum graviſſimum, *conditorem* operis exiſtimavit, cui & alterum illud *Itinerarium*, quod ANTONINI *Auguſti*, aut ANTONII AUGUSTALIS, aut etiam ÆTHICI cujusdam, aut JULII *Oratoris* nomine vulgo circumferunt, ſimili plane tempore conſcriptum, fortaſſe deberetur. Utrumque tamen modeſte ſatis adſeruit CLUVERIUS, nemini non omnino improbabilis opinionis fidem ultro obtruſurus. Ceterum, de hoc quidquid vel tamdem cenſendum fuerit, exſiſtunt inter eruditos nonnulli, (u) qui majus omni exceptione argumentum deprehendiſſe ſibi viſi ſunt, Ἀνωνυμον illum *Chriſtianæ* doctrinæ placitis adhæſiſſe; quod MOSIS atque *Iſraelitarum*, *Legis* item *in monte Sinai* latæ ex Veteri, divi autem PETRI ex Novo, uti dicitur, Teſtamento conceptis verbis in *Pinace* illo expreſſa mentio occurrat.

Majoris denique adhuc momenti disquiſitio reſtat de *ſcopo* ac *fine* concinnatæ hujus *Tabulæ*; quo nimirum rite determinato non poteſt non verus etiam illius *uſus* diſpaleſcere. In contraria autem valde hoc paſſu abeunt duumviri doctiſſimi, quibusque nemo temere in iſto negotio diiudicando fuerit intelligentior aut oculatior, VELSERUS nempe atque BERGIERUS. Enimvero ille, curate omnibus perpenſis, hanc fere ſententiam amplectitur: *Chartam* hanc eſſe *Itinerariam*, a *Metatore* quopiam, qualium creber (v) apud priſcos Romanos in caſtris uſus, deſcriptam, & *dirigendis militiæ itineribus*, notandisque manſionum, civitatum, trajectuum rel. intervallis adcommodatam, ut, quæ *libello* antea *itinerario* (vv) nudis nominum titulis adlegata fuerant, jam & in hac *Tabula pictura* beneficio ſtudioſe expreſſa Imperatorum ac belli ducum ſenſui evidentius ſubiicerentur. Quo, tamquam fundamenti loco poſito, mirum ſane cuiquam non futurum putat, ſi *Mathematica* ἀκρίβεια in *Tabulis Geographicis* conficiendis maximopere alias requiſita, heic quidem omnino deſideretur, atque manifeſte adpareat, *non erudito ſcholarum pulvere natam*, ſed *in turbido caſtrenſi* elucubratam *auctori*, *Matheſeos* penitus *experti*, illam fuiſſe. Hunc præter ea *Membranæ* iſtius *finem* præcipuum ex VELSERI mente arguit amplius, quod exhibeat luculenter TABULA PEUTINGERIANA *lineas viarum publicarum atque militarium*, *numerosque* additos, *ſpatiorum indices*; quod & illæ tantum *manſiones ſtationesque* indicatæ ibi ſint, quæ in *vias* delineatas incidant, ommiſſis ſubinde aliis urbibus clarioribus, non profecto temere prætereundis, ſi quidem *auctor* dedita opera *Geographum* agere voluiſſet; (x) quem heic adeo fruſtra prorſus requiſiveris.

 Con-

(t) CLUVERIUS *German. Antiqu.* lib. II. cap. V.

(u) Verbi cauſſa AUCTOR *diſſ. Anonymæ* in editione *Tabulæ Moretianæ*; BERTIUS in *præfat.* ad *Theatrum Coſmographiæ veteris*; CLUVERIUS loco adlegato; BERGIERIUS de *Viis Rom. Imp. publicis*, Lib. III. Sect. VII §. 4.

(v) VEGETIUS de *re militari*, lib. II. cap. VII. Metatores, *qui præcedentes locum eligunt caſtris.*

(vv) Inluſtria admodum ſunt loca LAMPRIDII in *vita Alexandri Severi*, & AMBROSII *Sermone V. in Pſalmum CXVIII.* de iſtiusmodi *Itinerariis Romanorum* a VELSERO commode in *Præf.* cit. fol. 710. ſ. adducta & explicata.

(x) Inſpiciendia heic integra VELSERI ad *Fragmentorum* editionem eruditiſſima præfatio; qui, quod de *illis* ibi pronunciavit, de ipſa etiam poſt hæc *Tabula* ex animo ſtatuit.

Contrarium, quod diximus, BERGIERII de *Tabula nostra* judicium huc redit fere. Scilicet is arbitratur: *formam* illius quam VELSERUS, atque cum ipso plures alii, tamquam ineptam atque inconcinnam reprehenderint, & maximo *auctori* vitio posuerint, quod nempe in *nimiam* prope modumque excedentem *longitudinem* excurrat, *latitudinem* contra valde opere *artam* habeat, unde non fieri non potuerit, ut, quod ait VELSERUS, (y) *neque Provinciarum circumscriptiones & figura, neque littorum extremitates, neque fluviorum decursus, neque locorum intervalla Geographicis Canonibus respondeant*; formam, inquam istam plane singularem non *Conditoris* ignorantiæ, sed rationi potius deliberatoque consilio tribuendam esse. *Institutum* nempe hoc ipsi fuisse, (z) de industria *in hac Tabula exhibere totum Imperium Romanum, tamquam plateam aliquam sive iter longissimum, & coactum in artum, atque in eo vias Imperii publicas quasi per synopsin uno oculi intuitu videndas depingere, & sic subiicere oculis per earum longitudinem & multitudinem, quam longa & multa fuerint opera illa, hominum industria elaborata, quæ duabus istis, longitudine & multitudine, omnia totius terrarum opera superarunt. Paucis, oculis visendam quasi obiicere voluisse Romanam magnitudinem & potentiam, & maximum in terris miraculum.* Infert inde BERGIERIUS, neque *Geographum*, quod & ipse agnoverit VELSERUS, neque *Metatorem* etiam, quod persuasum ille tamen voluit mortalibus, se *Auctorem Tabulæ* heic præstitisse; (a) additque, secundum propositi modo descripti rationes sine ullo plane vitio ipsum veram *Romani Imperii* partiumque ejus *latitudinem* pensi habuisse, de *viarum* quippe *publicarum*, peculiaribus *lineis* sollerter designandarum, *longitudine* tantum, dum hæc ageret, sollicitum; quam convenienti quoque mensura secundum consuetam *Milliarii Romani* regulam dinumeravisset. Hac denique sententia admissa, recte idem concludit, desituros esse *Tabulæ* in posterum spectatores de neglectis heic, Ortus, Occasus, Aquilonis & Austri curatis distributionibus, & non observatis ullo modo *longitudinis* atque *latitudinis* gradibus, quorum nempe summa est apud *Geographos* cura, conqueri, *auctoris* ita *fine* penitius intellecto, ac libenter ipsum ignorantiæ, præter meritum impactæ, absoluturos esse. (b) Nobis certe, erudite non minus atque considerate, quam summa cum modestia proposita abs BERGIERIO, & heic in compendium contracta sententia, præ illa VELSERI, adsensu longe dignissima habetur.

§. IX.

Pretio illius item atque elogiis.

Poterit jam ex hactenus disputatis haud difficulter justum institui de vero *Tabulæ pretio* judicium. Quamvis enim, quod sapienter monuit VELSERUS,

(y) VELSERUS loc. cit. fol. 710.

(z) Malumus hoc loco itidem BERGIERII mentem HENNINII verbis, quam nostris, exprimere.

(a) Legenda hanc in rem tota Sectio VIII. libri III. Commentarii *Bergieriani*.

(b) Opportune hac in caussa BERGIERIUS ad BERTII auctoritatem provocat, de *tabularum* apud veteres usitatarum *discrimine* sequentia in præf. ad *Theatr. Cosmograph. veteris* diligenter inculcantis: *Planarum*, ait, *Tabularum duplex ratio fuit: una radior, ad itinerum tantum directionem comparata; qualis est Theodosiana seu* PEUTINGERIANA, *quam nos damus. Altera accuratior, facta*

RUS, (c) egregie *fallatur, si quis hinc eum usum speret, quem ex* Geographicis Pinacibus *diligentissime & scientissime confectis* requirere est integrum: non tamen omnino nulla habetur recte ipsius *in Geographia veteri auctoritas.* Immo vero tribuerunt hanc PEUTINGERI *membranæ* admodum subinde insignem viri eruditissimi, eamdemque præcipue emendando, quod nuncupatur, ANTONINI *Itinerario*, quo multis nominibus hinc inde potior est, (d) feliciter & fructuose adhibuerunt. (e) Provocant item diligenter ad ejus *fidem* qui singulari opera *priscam* sive *Historiam*, sive *Geographiam* commentandam inluminandamque susceperunt, scriptores multo gravissimi; adeoque, quantum *Tabulæ pretium* sibi fiat, luculenter demonstrant. Ex illis honoris caussa adpellavisse heic tantum liceat inlustrissimum HENRICUM DE BUNAU atque excellentissimum JOANNEM JACOBUM MASCOVIUM, (f) vera gentis nostræ ac sæculi ornamenta; inter hos vero clarissima PAULLI MERULÆ & CHRISTOPHORI CELLARII nomina (g) probandis quæ diximus abunde suffecerint præ multis aliis. Hinc & tam exquisita passim in præstantissimorum auctorum libris *Tabulæ elogia* deprehenduntur, quæ operose huc conferre (h) tanto minus necessarium arbitramur, quanto frequentiora cuivis vel leviter in illis perlustrandis legendisque occupato occurrunt.

§. X.

Ea ad constitutionem cœlestem, quæ Sphæræ orbem universum repræsentantis positionem, quoad ejus fieri potest, in plano refert. Illa Græcis πινακογραφία *dicta est; hæc,* σφαιρογραφία.

(c) VELSERUS Præf. ad *Fragm.* f. 712.

(d) Unus instar omnium de hoc argumento consuli meretur BERGIERIUS, qui in suo *de publ. & Militar. Rom. Imp. Viis*, sæpius, at numquam satis, laudato commentario libro III. singulari sectione IX. integra *comparationem* CHARTÆ PEUTINGERIANÆ *cum Itinerario* ANTONINI instituit, quantumque conveniant inter se ac differant, doctissime ostendit.

(e) Conf. præter VELSERUM *Præf.* ad *Fragm.* f. 715. MERULÆ præfat. ad *Cosmographiam generalem*; ubi ita inter alia: *Itinerarium* ANTONINI *majori cum fructu usurpavi, commissum cum amplissima Tabula Itineraria, quæ ductu Joannis Molleri*, (Moreti) *diligentissimi typographi, auspiciis autem viri nobilissimi*, MARCI VELSERI, *IIViri Reip. Augustanæ, ex illustri* PEUTINGERORUM *Bibliotheca in lucem prodiit. Plus habet illa in recessu quam frons pollicetur. Licet infinita ibi sint depravata & turbatioris ordinis; tamen comparata cum Antoninianis (quibus & hinc medicina non semel per me petita), nullo negotio possunt corrigi & ad sua revocari castra; quod non infeliciter a me factum in Gallia Italiaque, res ipsa docebit. Procurrit hæc Tabula ab Occidentali Oceano per Continentis totius longitudinem ad Orientalem usque; singula notans loca, nec non locorum, industria stupenda, distantias & intervalla. Totum complectitur, quantus quantus est,* ANTONINUM; *alterumque tantum. & amplius adponit: si civitates, urbes, oppida, pagi, fluvii, aliaque talia diligenter examinentur, digna certe, quæ sedulis doctorum, non magistellulorum, manibus terantur.* Adde VOSSIUM *de Scient. Mathem.* cap. XLIII. §. 9.

(f) Uterque in elucubratissimo *Germanicæ Historiæ* opere haud raro *Tabulæ* fidem considerate adpellat.

(g) MERULÆ *Cosmographiam* & CELLARII *Notitiam Orbis antiqui* evolventibus vel primo intuitu adserti veritas constabit.

(h) Pridem ANDREAS SCHOTTUS in præfatione ad *Antoniniani Itinerarii* editionem, HIERONYMI SURITÆ commentariis expositi, *nihil ex antiquis monumentis, quæ exstant*, cum *Tabula conferri, nedum præferri posse* ipsi pronunciavit. Nostro autem demum ævo intelligentissimus Antiquitatum

idem-

§. X.

Ac demum nævis.

Habent vero etiam, quod fieri prorsus non debet, & ipsa TABULA PEUTINGERIANA, & *Fragmenta* ista *duo*, VELSERI doctrina insigniter conlustrata, *nævos* utique suos atque *vitia*, quæ in cujuscumque illorum spectatoris aliquanto intelligentis oculos facile admodum incurrunt, ac tum ab ipso *auctore*, tum a *descriptorum* negligentia merito derivantur. *Fragmentorum* maculas adnotavit partem, partem etiam absterſit idem eruditiſſimus VELSERUS. Ipsius vero *Tabulæ* errores, neque adeo paucos, neque interdum leves, BERGIERIUS, (i) CLUVERIUS (k) CELLARIUS (l) & plures forte alii communi ore conqueruntur. Nolimus autem ex illorum censu haberi in posterum, quos pridem, veluti superiori capite octavo dictum est, tamquam injuste imputatos ingeniose non minus ac vere dispunxit ejusdem BERGIERII perspicientia; quod nempe in situ urbium, immo provinciarum integrarum, mira regnet confusio atque perturbatio; quod neque littoralis maris oræ, sive Oceani, sive mediterranei, delineatio, neque sinuum etiam neque promontoriorum latitudo veritati naturali ad amussim Geographicam respondeant; & quæ his plura sunt congemina. Restant sane *vitia* alia, quæ modo ipsi *Tabulæ conditori*, & optimo quidem jure, adscribenda, sed condonanda quoque iterum ætatis, qua vixit, & humanæ conditionis habito respectu, modo *exscriptorum* oscitantiæ, in nominum orthographia numerorumque, quibus notantur locorum intervalla, signis, infinitis fere modis peccantium, tribuenda fuerint; sed tollenda rursus atque emendanda, VELSERI exemplo, satis commode, ubi manum eruditis atque industriam adhibere libuerit.

§. XI.

---

idemque nobilissimus ruspator, SCIPIO MAFFEIUS, in *Comparatione Inscriptionum & Numismatum*, adpendicis instar *de Interpretibus Etruscis* (Traduttori Italiani &c. *Venet.* 1720. 8.) Commentariolo adjecta, de ejusdem pretio graviter sententiam dixit. Conf. *Acta Eruditorum* an. cIↃIↃccXXIII. pag. 230.

(i) BERGIERIUS toties excitati operis libri III. Sect. VII. §. 7. 8. Sect. VIII. §. II. & Sect. denique IX. §. 4-7.

(k) CLUVERIUS in Præfat. ad *Germaniam antiquam* fol. 4. *Restant*, ait, *duo Itineraria; quorum alterum* ANTONINI, *sive* ANTONII *cujusdam nomini adscriptum; alterum* Tabula *illa* incerti auctoris *refert*, *in prælongum producta. Utrumque ingentis usus opus, si post barbarum illud seculum, quo librariorum incredibili imperitia incuriaque corrupta fuerunt, salva ad nos sanaque transiissent. Nunc, mutila, manca, detorta, ac plurima ex parte depravata, nil nisi meras tenebras Geographiæ antiquæ ignaris offundunt.*

(l) CELLARIUS præfat. ad Tom. I. *Notitiæ orbis antiqui* pag. b. 2) *Multis hæc* (charta PEUTINGERI) inquit, *nævis quoque vel describentis vitio, vel auctoris ipsius est referta; certior autem distantiarum numeris, quam* ÆTHICI *seu* ANTONINI *Itinerarium. Quod vero per lineas in ortum procurrentes cuncta tradit, & adhuc maria compressa habet, flumina distorta; dubios sæpe & incertos relinquit, qui verum locorum situm atque naturæ faciem inquirunt.*

§. XI.

Qui TABULAM ex parte inluſtrarint, aut inluſtrare etiam integram promiſerint.

Tentatum hoc certe plus vice ſimplici a doctis hominibus publico litterarum bono inſtitutoque laudatiſſimo novimus; omnino tamen perfectum, & ſingulari quodam opere abſolutum adhuc impatienter deſideramus. Longum nimis foret illorum heic inſtituere ſingularem omnium recenſum, qui ad *inluſtrandam* purgandamque mendis hanc PEUTINGERI *Tabulam* variis in ſcriptis, Hiſtorici, Geographici & antiquarii potiſſimum argumenti calamum mentemque adverterunt; quem plenum, quantum ejus fieri quidem poterit, alio quodam loco ac tempore fortaſſis ptoponemus. Suffecerit in præſens duo ſaltim eruditorum exempla in primis conſpicua non dememiniſſe, qui ſimile quid eximio conatu, noſtratibus, quod optamus, imitando effecerunt; *Gallum* unum, JOANNEM BAPTISTAM NOLINUM, auctorem operis, *Gallia utraque, Ciſalpina & Tranſalpina* rel. (*m*) inſcripti; alterum *Anglum*, JOANNEM HOASBY, artium magiſtrum & ſocietati regiæ ſcientiarum Londinenſi adſcriptum, recenriſſimi libri, *Britanniæ Romana* titulo hoc demum, quem vivimus, anno emiſſi (*n*) conditorem; quorum utrumque PEUTINGERI *chartam*, quatenus nempe illa tum *Galliam*, tum *Britanniam* repræſentat, doctis commentariis inluminaviſſe accepimus. Interim, quod modo monitum fuit, nemo unus exſtitit hactenus in univerſa litteraria civitate, qui *integram Tabulam* idonea *explicatione inſtructam* atque exornatam emitteret in publicum; licet plures uno ſperare hoc de ſe fecerint, iique primarii quidem doctrinæ fama viri. Ne enim de interceptis *Anonymi* Præfationis ad *Tabulæ editionem Moretianam* auctoris, itemque MERULÆ hanc in rem deſtinatis denuo commemoremus, HERMANNUS primum CONRINGIUS, ſummum in his, veluti & aliis litteris, nomen, quum tertium TACITI *de moribus Germanorum* libellum cum notis criricis vulgaret, adjuncta conlectione *monumentorum Veterum de antiquo Germaniæ ſtatu* referentium, in animo habuit hanc ipſam TABULAM PEUTINGERIANAM cum neceſſaria expoſitione adiicere, niſi typographus, nimias impenſas veritus, renuiſſet. (*o*) Poſt hunc doctiſſimus Gallus, CLAUDIUS NICASIUS, eamdem ſimili modo edendam cum BERGIERII *de Viis Romanis* libro promiſit, (*p*) fatis tamen ab exſequendo præclaro conſilio

---

(*m*) Index libri integer hic eſt: *Gallia utraque, tranſalpina nimirum & ciſalpina, in præcipuas partes ac nobiliores populos, juxta* CELLARIUM *præſertim, diviſa; ubi adpoſita ſunt itinera militaria Imperii Romani ab Urbe has in regiones deducta;* ex Itinerario ANTONINI & *aliorum*, & TABULIS PEUTINGERIANIS *excerpta*, *auctore* JOANNE BAPTISTA NOLIN, *Pariſis* anno cIↄIↄccXIV. fol. Clariſſimus LE LONG, qui illum in *Bibliotheca hiſtorica Galliæ* fol. 3. adlegavit, fol. 7. verum auctoris nomen eſſe ait JEAN NICOLAS, *Abbé* DU TRALAGE, mortuumque anno cIↄIↄcXcVI. ſimul adfirmat.

(*n*) Conferantur interim *die neue Zeitungen von gelebrten Sachen* anni cIↄIↄcXXXII. num. LIII. p. 468. ſeq.

(*o*) Editio hæc TACITI *Conringiana* vulgata eſt Helmſtadii anno cIↄIↄcXXXVIII. 4. locus autem, quem heic innuimus, §. IX. præfationis occurrit.

(*p*) Pollicitus fuit hanc editionem NICASIUS in ſingulari diſſertatione *de nummo Pantheo Hadriani Imp.* adnotante I. A. FABRICIO *Bibl. Latin.* volumine altero, in Indice, ſub voce *Tabula*, p. m. 921.

fuit prohibitus. Clarissimum HENRICUM CHRISTIANUM HENNINIUM, eadem prorsus mente voluentem aliam postmodum induisse, intellecto, MENSONEM ALTINGIUM, nobilissimum virum, de *vulganda* brevi tempore *Tabula cum commentariis* cogitare, superius jam est memoratum. Enimvero & ipsa hæc desideratissima certe eruditis, quicumque æstimare hominis doctrinam didicerant, & optima inde quælibet sperabant, ALTINGII editio, ipso ad diem II. Augusti anni clↄIↄccXII. defuncto, aliquantisper dilata, post ea quam, cui relictæ operæ in lucem producendæ cura demandata fuerat, HADRIANUS RELANDUS, una cum TABULA PEUTINGERIANA cetera etiam *veterum Itineraria* proxime publicaturus, supremum itidem anno sæculi hujus septimo decimo diem obiisset, (q) frustra jam amplius exspectari posse omnino existimatur.

§. XII.

Conclusio.

Ceterum nos, quemadmodum *Tabulæ* SERENISSIMUM PRINCIPEM *Possessorem* merito gratulamur, ita sub finem qualiscumque hujus *Commentationis* reipublicæ litterariæ caussa optamus serio, ut exsurgat aliquando CELSISSIMI HEROIS auspiciis dignus illa VELSERIque doctrina æmulus *Commentator*, immortali sic sibi beneficio eruditum orbem quam certissime devincturus.

(q) Debemus hanc notitiam eidem clarissimo FABRICIO, *Bibl. Latin.* Volumine tertio, itidem in Indice V. *Tabula* p. 999. suppeditatam.

DISSERTATIO IV.

DE ADVOCATIS
S. R. I. LIB. CIVITATIS
AUGUSTÆ VINDELICORUM.

§. I.

QUam difficilis & intricata de advocatis urbium imperii liberarum tractatio sit (a) facile perspiciet, qui rerum publicarum medii ævi non ignarus, quantis tenebris argumentum hoc obseptum sit, cognoscit. Exigua enim de iis, & popularis magis ac confusa, quam accurata apud scriptores coævos mentio, qui rerum jurjumque civitatum imperialium ignari, non poterant non in multis hallucinari, quos tanquam testes coævos recentiores secuti, in varios errores inciderunt, & incertas semitas dubiasque vias delapsi sunt. Monumenta vero publica temporis injuria ita dissipata sunt, & ex eru-

(a) Mire intricatum atque difficile fecere argumentum de advocatis imperii, urbium & provinciarum varia vocis acceptæ, variaque advocatiarum genera, quæ inter se a scriptoribus haud raro confusa multas juris publici historiæ medii ævi tenebras offuderunt. Alia enim est advocatia universalis, summo S. R. I. capiti, imperatoribus regibusque Romanis propria, omnibus imperii membris velut ultimum asylum & tutamen destinata. Alia est advocatia particularis ex cæsarea commissione exorta, qua summi imperantis vices in tuendis statibus imperii alii obierunt. Et hujus quidem advocatiæ particularis variæ in Suevia occurrunt species, inter quas eminet advocatia provincialis universalis (die Landvogtey in Ober- und Nieder-Schvvaben) de qua in diss. *de ducatu Sueviæ*, tum peculari observatione *Actis eruditorum Lipsiensibus* inserta egit, quem honoris caussa nominamus, consultissimus vir BARTHOLOMÆUS DE HERTENSTEIN, Aug. civitatis consiliarius, ex instituto autem expliciturum nobile argumentum speramus eruditissimum WEGELINUM syndicum & consiliarium Lindaviensem. Huie subjacent advocatiæ provinciales speciales, qualis Augustana, Brisgoviana, Ergoviana similesque. Sed & ecclesiis advocati dati sunt, unde advocatia ecclesiarum universalis, & particulares multæ exortæ sunt. Idem de advocatiis civitatum dicendum, præter universalem enim civitatum advocatiam, particulares quoque earum advocatiæ fuere, ut ex hae dissertatione disci potest. Confundendi autem distincta hæc inter se occasionem dedit, quod haud raro diversa advocatiarum genera conjuncta unique etiam personæ commissa sunt. Cujus exemplum esse potest, Leopoldus archidux Austriæ, qui cum Sueviæ provinciæ advocatus esset, a Wenceslao anno 1383. Augustanæ quoque civitati advocatus datus est. Ejusdem quoque seculi documentis evinci potest, advocatos provinciæ Sueviæ universalis subordinatos sibi certo respectu advocatos Augustanos interdum habuisse. Ad quæ si provide attendatur, lux nonnullis locis inferri poterit, sine qua non nisi palpare licet.

eruditorum plerorumque evanuere oculis, ut in tam arduo negotio rarius, quam par erat, ad ea provocantes viros doctos videas. Non itaque mirum, ancipiti pugna de hoc argumento decertasse viros eruditissimos, ut ea, quæ inter PAPPUM & HEIDERUM de eo disputata sunt, satis evincunt. Præcipue in iis quæ ad celeberrimam S. Romani imperii liberam civitatem Augustam pertinent, tantis sentibus in hac materia obseptum est iter, tot nebulis obscurum cœlum, ut quo te vertas, fere nescias. Ipse certe GASSERUS, medicus Augustanus & historicus celeberrimus, cujus *annales Augsburgenses* diligentiæ illustris MENCKENII nuper debebamus, etsi in consarcinanda patria historia erat longe diligentissimus, totque patriæ historiæ, jurium & fatorum schedas perlegerat, quot vel solis oculis videre vel centesimo non licet, præter nuda tamen rerum ab advocatis gestarum, & in patriæ ejusque jurium defensionem susceptarum indicia pauca habet; & ad hunc tamen fontem cum scriptoribus medii ævi collatum recurrerunt, quotquot hactenus de hoc argumento tractationem instituerunt. Cujus non alia forte caussa est, nisi Augustani chartophylacii seculi decimi quinti fine infelicitas: de qua chronicon aliquod msc. ad annum 1489. sequentia refert. *Georgium comitem Werdenbergensem eo tempore ad D. Conr. Peutingerum dixisse, in arce sua Rotenfelsiana duabus in arcis multas urbis Augustanæ chartas & monumenta asservari, quorum copiam cum sibi Peutingerus fieri optasset, ejus promissum a comite factum, qui pratori suo in dicta arce mandaverit, ut liberam inspiciendi chartas illas antiquas copiam Peutingero non denegaret, impetrasse quoque cancellarium hunc Augustanum a consulibus, qui tunc summæ rei Aug. præerant, veniam post expedita Oeniponte reipubl. negotia in reditu ad dictam arcem deflectendi, & hac monumenta perlustrandi. In via vero tristissimum accepisse nuncium, Arcem Rotenfels sævissimo incendio consumtam, simulque omnia ista Augustanæ civitatis monumenta (tempore Syfridi episcopi, quo urbs direpta & incensa fuit, eo translata) a Vulcano devorata esse.* Quo facto chartophylaceum Augustanum in arcem Rothenfels delatum sit, juvat ex GASSARI *annalibus Augsburgensibus* ad an. 1088. huc transferre. Ita vero ille: Dum tunc etiam Egbertus Misniæ Marckgrafius (qui post quinque annos ab imperatoris nostri Hainrychi satellitibus prope Brunsvvicum in molendino, Eisenbüttel vocato, obtruncatus est) jussu pontificis in cæsarem, contra imperatorem, cujus affinis erat, a Deo ordinatum, lectus a papistis in Saxonia esset, certe nostrum Augsburgum in ipso cœnæ Dominicæ festo, anni MLXXXVIII. quidam uno plus, nonnulli tribus minus, numerant, a sæpe dicto Welfone, qui ad Saxones defecerat, tertium proditorie ac dolo malo, commilitantibus vicinis Algoinibus & Bojariis, una cum episcopo suo captum, integroque triduo tam inhumaniter exspoliatum misere est, ut præter incolarum promiscuas cædes, opumque privatarum direptiones, etiam ex archivis reipublicæ cuncta tam civitatis privilegiorum diplomata cum tabularum gestarum annalibus, instrumentisque quibuscunque, & quæ vocant registris ærarii, secum avexerint, ac feria secunda Paschæ urbem ærumnose destructam muris undiquaque solo æquatis, lamentabiliter sane everterit impius hostis. Porro diplomata & consignatas literas prædæ hujus, cum aliter usui non esset, ad Rotenfelsium superioris Algeæ arcem, tanquam ad inaccessum locum, comportarunt hostes, ubi aliquot sæculis non sine deploranda majorum & omnis antiquitatis obliteratione incognita non tam delituerunt, quam mere sepulta fuerunt. Donec tandem senatus Augsburgensis nostra memoria ea subodoratus, a Wolfio, Montfortense comite recuperare majore affectu, quam effectu studuerit, fortuito enim igne, sub Carolo V. cæsare, absumta in dictæ arcis, propugnaculo Rotenfello dicto, nefarie fataliterque sunt.

Nemo

Nemo itaque Augustanæ historiæ lacnnas mirabitur porro; qui ad hæc fata oculum intenderit. Interim quæ apud veteres de hoc argumento reperiebamus, in compendio olim retulimus in *dissertatione præliminari*, *historiam regiminis Augustani ad annum 1368.* complexa, præfixa *historiæ regiminis Augustani* studio beati viri DAVIDIS LANGENMANTELII collectæ, & a nobis editæ. Incidit tamen post dicti libri editionem in utriusque nostri manus liber msc. auro contra carus, historiam advocatiæ Augustanæ per diplomata & monumenta publica complexus, & ut ex præfatione patet, publice celeberrimæ civitatis auctoritate e servatis documentis fide dignis circa seculi decimi sexti initia ab auctore anonymo, sed rerum Augustanarum callentissimo, conscriptus, quem ea, quæ paulo ante incendium absumsit, monumenta inspexisse, ex adductorum diplomatum hodie majorem partem amplius non obviorum numero & multitudine videre est. Cujus libri fundamenta & argumenta, cum ea quæ dicto loco attulimus, non tantum lumen sed & robur & illustrationem solidissimam concilient, non ineptum vel alienum a nobis, qui patriæ honori & libertati vires & vitam debemus, putavimus, hac scriptiuncula potiora indicare, eaque apertius ex monumentis in eo libro exhibitis probare, quæ alibi brevius & non satis auctoritatibus munita, recte tamen a nobis dicta sunt, sicque historiam quandam præclari axiomatis atque dignitatis suppeditare.

§. II. Duplicis generis magistratus olim in imperii civitatibus obtinuisse, & tum proprio & civico tum imperiali jure eos regimen administrasse, nemini antiquitatum non prorsus ignaro ignotum esse existimo. Qui mos a primis coloniarum imperatoriarum principiis ad imperatorum ex Germanorum sanguine oriundorum tempora propagatus (*b*), cuilibet civitati, quæ Romani imperatoris parebat imperio, & proprium ex civibus suis magistratum constituit, & cæsaris loco judicem præfectumque dedit. Quod ab Othone potissimum non absurde deducit SIGONIUS *de regno Italiæ* l. XVII. p. 284. dignus, qui audiatur: *Regni*, ait, *civitates Otho plerasque liberas, tributarias omnes reliquit. Nam quarundam etiam perpetuos marchiones, aut comites, superiore sibi reservato jure, constituit. Libertatem autem civitatum in eo fere posuit, ut leges, consuetudines, jurisdictionem, magistratus, vectigalia sui ferme juris atque arbitrii haberent; ita tamen, ut sacramentum regibus dicerent. Quocirca alios sibi præfectos rex, alios civitates ipsæ constituerunt &c. quos quidem rex ad jura reddenda & populos in fide continendos in provinciis collocavit, ii missi, sive nuntii sive legati imperatoris vocati. Quos vero populi ad regendam civitatem & jura moderanda posthac crearunt, ii consules duo aut plures fuerunt, ex antiqua Romanæ reipublicæ consuetudine desumti, qui quotannis ex singulis civitatibus creati aut apud episcopum civitatis, aut apud nuntium regis jurarunt.* Et ad hanc quoque normam Romanam olim coloniam, quæ in liberam postea imperii civitatem transiit, AUGUSTAM VINDELICORUM præter duumviros, vel quo antiquo etiam nomine gaudebant, consules, ab imperatore quoque comitem, præfectum, judicemve accepisse, quibus advocati urbis, impari tamen jure, successerint, ex monumentis fide dignissimis in dicta *historia regiminis Augustani* p. 10. seqq. abunde demonstratum esse existimamus.

(*b*) Quamvis etiam certum sit, ipsam imperii Romano Germanici constitutionem, & augustissimum imperatoris fastigium harum præfecturarum occasionem fatis medii ævi ita ferentibus, simul suppeditasse.

§. III. Multum tamen difficultatis cognitioni jurium & officii advocati Augustani, quem hodienum **den Land-Voigt** vocamus, affudit prolixissimæ & antiquissimæ episcoporum Augustanorum cum magistratu de juribus utriusque controversiæ, quæ cum pro temporum fatorumque diversitate diversam quoque acciperet faciem, dici non potest, quantis tricis advocatiæ Augustanæ historia involuta fuerit, curia episcopi Augustani ad se & suam potestatem pleraque advocatiæ jura trahente, civitate vero ejusque senatu pro avita libertate strenue contendentibus, eamque ubi fatorum iniquitate detrimentum & jacturam passa erat, multa fortitudine vindicantibus. Quæ ut latius cognoscantur, ea potissimum, quæ PAPPUS pro episcopali circa advocatiam jure, HEIDERUS contra illud pro civitatis libertate & *αὐτονομίᾳ* mascule disputavit, perlegenda sunt.

§. IV. Sed ut iis missis, quæ conjecturis potius, quam liquidis demonstrationibus a viris doctissimis disputata sunt, ad certiora, quæque diplomatum chartarumque publicarum fide nituntur, descendamus, illud primo exploratum est, urbis Augustanæ advocatos imperatorios clero quoque Augustano datos fuisse, ut eis in dicundo jure, tuendis privilegiis, & quæ alia sunt, quæ potestatem secularem desiderant, officium suum præstarent. Cujus satis luculentum argumentum est, inter Burcardi, ducis Sueviæ hæredes & Henricum episcopum Augustanum cum capitulo constructum instrumentum fidei, quo vicus Geysenhausen capitulo tradebatur. Ex eo enim, anno 982. scripto aperte patet, *traditionem illam, & secutam fidei stipulationem factam in ecclesia cathedrali in manus advocati urbis Werneri a præposito capituli Gerhardo.* Idem mos obtinuit seculo sequenti. Cum enim anno Christi 1029. Bruno episcopus fratribus regularibus canonicis Augustanis certum terræ districtum legato donasset, idque legatum post dicti præsulis obitum canonicis, consentiente imperatore Conrado, esset tradendum, *in manus quoque Mangoldi advocati urbis Augustanæ, ab Udescbalco tradente & Dieterio capituli decano recipiente publico erecto instrumento factum est.* Pari modo seculo XII. anno scilicet 1125. non res tantum sed personas quoque ecclesiasticas choro capituli per manus advocati Wherneri traditas fuisse monumentum adhuc superstes luculenter enarrat. Et hinc ratio formulæ in dicasterio publico in palatio episcopi haberi solito: *über Pfaffen und Layen*, potest intelligi.

§. V. Non vero moderandis tantum juribus ecclesiæ Augustanæ, sed administrandorum quoque, certe tuendorum bonorum ecclesiasticorum negotio adhibitos fuisse Augustanos advocatos, notabile monumentum seculi duodecimi loquitur, in quo *Fridericus urbis advocatus de usurpatis juribus ecclesiasticis præter limites ab advocatia ipsi constitutas agit pœnitentiam, sancteque pollicetur, se non alia ratione canonicorum juribus & bonis se immisturum, nisi quatenus advocatia urbis postulet, & requirat, & ab Afcuino antecessore suo fuerit factum.* Unde manifeste liquet, advocatis Augustanis certum etsi suis terminis circumscriptum jus in bona cleri Augustani fuisse: quod cum urbis advocatus administraret nomine imperatoris, postea ad ipsam ecclesiam tractum in detrimentum civitatis conversum est.

§. VI. Postquam enim ad comites de Suabec advocatia urbis Augustanæ hæreditario quasi jure pervenerat, de eo vero simulque magistratu Augustano graves querelas fuderat Conradus episcopus Augustanus ejusque clerus, quod juris communis & civici illi essent negligentissimi, multa inde de juribus advocati inter clerum & civitatem exorta est disputatio, quæ tandem

pru-

prudentia imperatoris Friderici Barbarossæ in comitiis Norimbergensibus An. 1156. finita ita est, ut accurrate limites inter jura ecclesiasticorum virorum & advocatum atque magistratum Augustanum definirentur, ex quibus ea potissimum quæ huc pertinent, *codici legum juriumque Augustanorum*, Rudolphi I. jussu ex chartophylacio, privilegiis, legibus, statutis, pactis, conventis reliquisque monumentis publicis congesto illata sunt. Qui antiquissimi juris Germanici codex hodie superstes, ut tandem aliquando a viro docto rerumque Augustanarum veterum perito publicæ luci exponatur non immerito precamur (*c*).

§. VII. Hæc tamen etsi Fridericus I. princeps optimus ita constituerat, obiit tamen paucis ab hinc annis anno 1162. Adelgosus, ultimus Suabecci comes, qui quod hæredem non haberet, ad quem advocatia urbis Augustanæ transiret, optimam occasionem imperator nactus sibi esse visus, multis injuriis ansam præripiendi, & mutuis litigiis atque querelis imponendi finem, tandem sibi & imperio dictam advocatiam, quam comites Suabecci hactenus ab imperatoribus quidem, hæreditario tamen titulo, possederant, tum hæreditario tum fisci nomine vindicavit, Conrado de Zeilenhard constituto in urbe Augusta suo vicario. Ita enim & controversiis cum episcopo & clero & querelis de male administrata per advocatos justitia, maleque defensis civitatis juribus occasionem præripere se posse judicabat. Quod jam FELIX FABER in *historia Sueviæ l. I. c. 12.* observavit, qui inter alia: *Iisdem temporibus mortuo Adelgoso de Suabeck sine hærede, qui fuit advocatus Augustæ, ipsamque advocatiam, tanquam propriam possidebat, ipse imperator omnia sua vindicavit & Augustam civitatem imperio addidit. Quanquam enim ab antiquo civitas imperialis fuerat, tamen per nobiles imperio fuit detracta.* Id quod ante Fabrum jam notavit Urspergensis.

§. VIII. Occurrit tamen altera & opportunior occasio, libertatem Augustanam non tantum a difficultatibus, quibus ab episcopo Augustano, & ducibus quoque Bavariæ premebatur, sed & ab omni jure alieno vindicandi asserendique & ita eam advocatis quoque ducum Sueviæ, qui ab imperatore Friderico I. eam potestatem hæreditario jure nacti fuerant, subtrahendi, & pristino splendori postliminio quasi restituendi, cum Conradus II. quem & Conradinum nominant, Suevorum ducum ultimus, circa annum 1264. & sequentes ad tuenda sua in Siciliæ regnum jura, quæ tum mire turbabantur, ut annalium fides loquitur, omnem virium suarum nervum colligeret, numosque, unde poterat, corraderet: tum enim providentissimus senatus Augustanus, eo quod hactenus advocatiam Sueviæ duces non nobilibus tantum & patriciæ dignitatis viris, sed & episcopis Augustanis contulerant, unde mirum quantum civitatis jura turbabantur, quibus medendis tum in aula imperatoris tam confuso rerum Germanicarum statu nihil erat auxilii, occasionem egregiam nactus, soluta haud exigua argenti summa libertati suæ suppetias tulit, inita cum Conrado II. & Ludovico comite Palatino Rheni atque Bavariæ duce transactione, nactus hac de re celeberrimum illud libertatis suæ monumentum, quod narrat GASSERUS *in annal. Augspurg. ad ann. cit.* & nos ex eo potiora repetimus *l. c. p. 13. not. 5.* quæ non exscribimus (*d*). Verum hoc non possumus

(*c*) Diximus ex instituto de hoc libro msc. ejusque specimen dedimus, in *collectan crit. ad hist. Germ. linguæ Vol. IV. p.* 561. & de edendi ejus consilio, quod B. Wengius conceperat. *Vol. VII. p.* 325. fuse egimus.

(*d*) Totum cum aliis privilegiis Augustanæ civitati concessis in extenso, quod ajunt,

fumus ut potiora hujus diplomatis, cujus copiam nullibi omni adhibito ftudio tunc potuimus nancifci, cum ifta fcriberemus, quodque hactenus rerum Auguftanarum fcriptoribus non indictum quidem, nullibi tamen expreffum eft, filentio prætereamus. Ita vero conftituerunt dicti principes: *Quod a Georgii fefto civitatem Auguftanam, una cum ejus perfonis, bonis & facultatibus in peculiarem tutelam receperint, omnem contra infultus defenfionem & auxilium atque protectionem promiferint, ita ut neque coram ducibus Suevia vel Bojariæ neque coram epifcopo Auguftano ullis jurium vinculis poffint mancipari. Porro concefferunt ut a nemine ducum Sueviæ Bojariæve titulo & nomine poffint in jus vocari, vel jus in eos exerceri, præter urbis advocatum, ita tamen, ut jus fuum, contra fubditos dictorum ducum apud judices eorum legitimos exequantur: nec cuiquam porro liceat pignore vel alio juris titulo civem Auguftanum in alieno judicio morari, fed ut omnes jus fuum coram prætore vel advocato urbis tueri teneantur. Abrogant quoque omnem cenfum* (Umgeld) *urbi ab epifcopo hactenus indictum, vel ab aliis vel ipfis Sueviæ ducibus indicendum, telonium quoque ducum de tranfitu fuis terminis definiunt, & liberum viarum tranfitum inter Auguftam urbem & arcem Bavaricam Fridebergam nuper extructam muniunt, ad antiqui juris & confuetudinis traditionem, omnemque a Bavariæ duce libertatem civibus pollicentur, fimulque exemtiones & libertates ab advocatia Sueviæ, ab anteceſſoribus collatas confirmant, pœnaque trecentarum librarum muniunt, conftitutis tribus fimul libertatis Auguftanæ vindicibus.* Quam transactionem teftium loco fubfcripfere, fuisque figillis munivere epifcopus Conftantienfis Eberhardus, & Burcardus abbas S. Galli, præter alios nobiles ex more feculi in teftimonium adductos.

§. IX. Interim infeliciter gefta re Conradus Sueviæ dux Neapoli trifti fato obit, miris turbis implicatur totius Europæ, imprimis Germaniæ, ftatus, quas interregnum illud famofiffimum viginti, & quod excurrit, annorum fequebatur. In quo cum & epifcopus Auguftanus, qui Conradinam urbis ab omni jurisdictione aliena exemtionem transverfo oculo intuebatur, de fuis juribus tuendis cogitaret, huncque in finem peculiari documento cum clericis ecclefiæ fuæ ad tuendam, fervandam, defendendam, nec aliis nifi canonicis fuis committendam advocatiam ecclefiæ fuæ fe obligaret, novæ inde inter dictum epifcopum Hartmannum & fenatum Auguftanum excitatæ funt controverfiæ, quod multis magiftratus urbis Auguftanæ, quæ fibi fuoque advocato afferuerat, juribus epifcopus contradiceret, fibique vindicaret, quibus tamen, quod in imperio fupremus judex non inveniebatur, transactionibus medela facta, & ita paci & tranquillitati publicæ inter epifcopum & civitatem ratione jurisdictionis advocatorum aliquantifper cautum fuit, donec felici fidere ad Rudolphum Habsburgicum imperii infignia rerumque publicarum moderandarum habenæ deferrentur.

§. X. Illuftriffimus fcilicet ifte princeps fuit, quem non imperio tantum Romano Germanico affertorem & vindicem vere auguftum, fed & civitati Auguftanæ patrem & evergeten conftituit divina providentia. Is enim, habitis A. C. 1276. Auguftæ comitiis, laffatam tot controverfiis & in contentionibus præviis pro libertate fua civitatem potentia fua recreavit, lites diremit, jura & privilegia civitatis confirmavit, & confcripto de iis libro, qui, *libri*

ajunt, exhibuimus in *appendice ad hiftoriam regiminis Auguftani* iterata cura editam.

libri civitatis nomine, hodienum extat, & cujus supra facta jam mentio, auctoritatem addidit, advocatiam imperio vindicavit, advocati jurisdictionem definivit, ab episcopi jurisdictione distinxit, duumvirorum & senatus officia & potestatem decrevit & descripsit, & addendis quoque augendisque vim addidit, cunctaque privilegio firmavit, in quo cives Augustanos ab omni aliena servitute prorsus eximit, suæque libertati luculenter restituit. Quam libertatem & Adolphus Nassoviæ dux, qui Rudolpho successit, peculiari diplomate confirmavit, sanciens, *ut coram nemine, nisi advocato suo, Augustæ Vindelicorum cives in jus rapi accusarique queant, nec alia nisi ad ipsum imperatorem valeat ab advocato Augustano appellatio.*

§. XI. Idem non tantum factum a Ludovico quarto, sed aucta quoque αὐτονομία Augustana peculiari privilegio, cujus cum in dicta sæpius *historia regiminis Augustani p. 17.* mentio, uti tamen fieri debebat, omissa est, hic potissimum repetimus argumentum: *Laudata scilicet fide officiis & integritate civitatis Augustanæ, & confirmatis privilegiis, quæ ab imperatoribus, regibus, ducibusque accepere, ita libertatem dictæ civitatis auget, ut primo: ad summam quadringentarum librarum nummorum, collecta imperatori debita definiatur & restringatur; civesque ab omnibus oneribus reliquis dimittantur immunes. Secundo ut laudata civitas, quam ex eminentissimis imperii urbibus esse magnifice prædicat, soli imperii jurisdictioni subjaceat in perpetuum, ita ut ab imperio Romano nullo pacto, emtione venditioneve, feudi collatione vel alio quovis modo alienari & avelli queat: Tertio ut cives Augustani in omnibus dicasteriis digni & perfecti censeantur, qui ad jus dicendum & officia imperii administranda cum aliis imperii nobilibus possint debeantque admitti. Quarto, ut nemo bona civium Augustanorum vel naufragio disjecta, vel incendio direpta & ejecta ullo modo lædere audeat, sed civibus omnis juris via ad ea defendenda pateat. Quinto, ut in jus vocari coram peregrino judice non queant, sed, tantum coram advocato suo ejusque vicem gerente prætore rationem reddere teneantur.* Quæ omnia efficacissima clausula munita, aureaque, quam vocant bulla roborata, anno 1329. Augustanæ libertati eximium robur & firmamentum addidere.

§. XII. Usi hunc in modum libertate & αὐτονομίᾳ sua magistratus civesque Augustani, in dicundo jure omnem diligentiam omnemque dexteritatem adhibuerunt, eo quidem successu, ut non civitas tantum prudenti regimine gubernata lætissimo flore caput indies magis extolleret, sed lites quoque peregrinorum sæpius in forum Augustanum sua justitia celebre vocarentur; quod cum advocatiæ & inde pendenti præturæ urbis Augustanæ famam insignem conciliaret, metueret autem senatus providentissimus, ne advocatia ista oppignoraretur principi vel nobili cuidam, Carolum IV. imperatorem eo permovit, ut peculiari privilegio, nobis in *historia regiminis Augustani* præterito, anno 1358. sanciret & promitteret, *nunquam advocatiam urbis Augustanæ vel pignore vel venditione vel alio titulo ab urbe alienandam, sed in æternum sacro Romano imperio propriam servandam esse* (e). Quod libertatis & advocatiæ suæ firmamentum tamen cum Carolo iterum expiravisse visum fuit, filio ejus Wenceslao dictam advocatiam cum totius Sueviæ advocatia ejusque juribus & peculiari

(e) Solebant advocatiæ interdum a divis imperatoribus personis quibusdam illustribus ad dies vitæ, quin ipsis quoque familiis titulo oneroso ad certum tempus concedi & oppignorari, qui multarum postea querelarum fons extitit, quem obstruere hoc privilegio imperator voluit.

festo Nativ. B. M. V. die 8. Sept. 1431. Etsi enim jam triennio prius cæsareo mandato episcopo fuerat injunctum, ne cives Augustani, præter jus & consuetudinem in dicasterio dictæ advocatiæ, quod singulis annis circa Æquinoctia instituti solet, gravarentur, edicto pœnali firmata libertate, eam tamen, quam innuimus, viam modumque se difficultatibus turbisque eripiendi necessitate pressus elegit senatus providentissimus. Neque tamen multum de advocatia Menchingensi sollicitus, in id tantum incumbebat, ut civium libertatem & incolumitatem tueretur. Id vero multum episcopo Petro stomachum commovebat, qui cum Romam ad consequendam cardinalitiam dignitatem esset profectus, de accepta a senatu populoque Augustano injuria multa conquestus in curia Romana commissionem, quam nominant, consecutus, litem, domum reversus, senatui movet, inter alia, advocati constitutionem & jura sibi vindicans. Quod cum solennissime negasset & mascule ei contradixisset senatus Augustanus multis controversiis ansam dedir, senatu non cedente, & avita privilegia libertatemque tuente, donec Fridericus imperator advocato Augustano, qui e S. R. imperii mareschallis Pappenheimensibus tunc erat, mandato committeret, ut suo nomine & auctoritate inter commissarios episcopi & deputatos Augustanos litem componeret, quod & tandem anno 1456. ita factum, ut, quod advocatiam concernit, in eo convenirent: *Quoties dicasterium in palatio episcopi (Voigts-Geding) colligitur, advocatum imperii, ejusve vicarium, prætorem Augustanum* (der Reichs-Stadt-Vogt) *ei adfuturum, eique jurisdictionis insignia a pedello deferenda, Gerstbovæque jurisdictionem advocati nomine exercendam esse.* Quod cum episcopo non placeret, nec tamen cæsarea auctoritate definita iterum hostiliter disjicere auderet, multa cum prætore civitatis eo tempore egit, ut iste episcopi jurisdictionem agnosceret, quod ille tamen fortiter recusavit, ad muneris sui naturam provocans, quod imperatoris & imperii nomine jus exerceat, simulque imperatoris hac de re decisioni se submittens. Qui prætor quoque, *Georgius Otto*, sæpius pro advocatiæ jurisdictione cum episcopo concertavit. Quod tandem, exclusis ex choro majore ecclesiæ cathedralis civibus Augustanis, in novam litem in curia Romana degeneravit, ubi iterato impetu de jurisdictione quoque Augustani advocati decertatum est. Cum vero ipsa αὐτονομία civitatis in dubium vocaretur, ad ipsum imperii monarcham Fridericum confugiens senatus augustissimum implorarat auxilium. Qui pro summi judicis auctoritate decano atque capitulo cæsareo rescripto sub pœna summa injungebat, ut a lite senatui Augustano in curia Romana intentata desisterent, & in aula cæsarea ea, de quibus conquesturi essenr, exponerent, majestatemque imperii ad alienam curiam translata litis controversia lædere amplius non auderent. Quæ omnia fusissime nec sine luculento indignationis cæsareæ indicio enarrantur in dicto rescripto, quod signatum *Lintii die 10. Decembr. 1486.*

§. XV. Eadem, Friderico comite Hohenzollerensi præsule, acta fabula; tantis enim litibus mox de reductionis jure circa advocatiam vel præfecturam Menchingensem Augustano senatui debito, mox de auctis præter fas oneribus, & injunctis civibus Augustanis, in dicta advocatia prædia habentibus, præstandis novis, mox de avocandis a jurisdictione magistratus civibus dictis concertatum est, ut gloriosissimus imperator, tribus mandatis necesse duxerit, pressæ Augustanorum libertati succurrere, quæ tamen a scopo nostro paululum aliena hic non moramur, nec latius enarramus. Majoribus tamen hoc prælusit motibus; tanta enim indignatione res gesta fuit, ut tandem senatus populusque Augustanus anno 1490. armata manu libertatem tueri occœperit, cui tamen publicorum motuum initio mature amica compositione ob-

vium iverunt prudentiores, uti latius hunc tumultum narrat GASSERUS *in Annalibus ad h. a.* qui pluribus videndus.

§. XVI. Poterant & huic narrationi addi alia passim advocatiæ Augustanæ historiam tangentia, quæ inter vicinos principes civitatemque contigere, & imprimis afferri privilegium Caroli VI. imp. glor. mem. quo concessum senatui Augustano advocatum sibi vel ex S. imperii nobilibus vel ex patritiis denominare; tum vicariorum quoque advocatiæ, quos prætores, vulgo die Reichs-Stadtvœgte, vocamus, historiam tangere, vel ad alium & prolixiorem campum excurrendi necessitatem injungunt, vel prolixiora sunt, quam ut heic pro instituti ratione enarrari queant, & variis tantum veterum schedarum relationibus nituntur, non fide diplomatum, quibus tamen præsentem commentationem circumscripsimus, quare ei nunc justus a nobis imponitur finis.

CATALOGUS
ADVOCATORUM AUGUSTANORUM,
collectus
a
B. DAVIDE LANGENMANTELIO,
& jam emendatus.

EBerhardus Hermannus, post interfectum Burcardum	A. C. 926
Wernerus a Seldenegg, eques	982
Welfo II. comes ad Ammerse	1012
Mangoldus comes Entzberg	1029
Schvveigerus comes Suabecc.	1067
Alcuinus comes Suabecc.	1071
Wernerus comes Baltenhusanus & Suabeccensis	1090
Fridericus I. imper. Roman.	1161
Conradus dux Sueviæ	1183
Philippus dux Sueviæ	.
Fridericus II. dux Sueviæ	1213
Conradinus dux Sueviæ, rex Siciliæ	1235
Sigfrid Welserus Patr. Aug.	1263
Berchtholdus a Mulhausen	1277
Albertus comes Hohenburg.	1284
Henricus Walter a Ramschvvag.	1290
Ulricus comes Helfenstain	1305
Conradus comes Kirchberg.	1309
Dietegen comes Castel (*)	1312
Conrad a Ramschvvagen	1317
Otto Greiff, eques	1332
Petrus ab Hohenegg	1338

Fri-

(*) Hunc Sueviæ præsidem provincialem fuisse, ex monumento quodam anni 1313. patet.

Fridericus a Freyberg, eques	1338
Fridericus dux Teccensis	1347
Ulricus comes Helfenstain	1368
Conradus comes Oettingensis	1374
Fridericus comes Palatinus Rheni, dux Bavariæ	1375
Leopoldus archidux Austriæ	1379
Waltherus von der alten Klingen	1383
Wilhelm Fraunsbergius, eques in Haag.	1386
Johannes Landgravius de Lütenberg, vel Leuchtenberg	1389
Sigost Landgravius a Lichtenberg	1390
Henricus Portner	1392
Stephanus comes Palat. Rheni	1395
Henricus ab Abensperg	1395
Erneftus dux Bavariæ	1400
Schvveigerus a Gundelfingen	1402
Rudolphus ab Heideck	1413
Conradus a Reifchach	1420
Stephanus Esper in Wagram	1426
Haupt Marschallus in Pappenheim	1430
Henricus Marefchallus Pappenh.	1451
Georgius Marefchallus Pappenh.	1482
Adam a Frundsperg in Mündelheim, eques	1500
Wilhelmus Marefchallus Pappenh.	1502
Wilhelm Dapifer, baro de Waldeburg	1518
Bernardus a Freyberg, eques	1553
Joannes a Rechberg in Hohen-Rechberg, eques	1561
Joannes a Freiberus	
Caspar a Schonau	1593
Carolus a Freiberg in Haldenvvang, Rhonau &c.	1595
Carolus a Freiberg &c. jun.	1613
Henricus baro de Stein in Gedingen & Eberstal eques	1614
Henr. Sebast. Schertlin in Burtenbach, eques	1649
Joan. Dietericus a Freiberg.	
Benj. Menzingen.	1693
Jo. Jac. Holtzapfel in Herxheim & Köz, P. A. reip. Aug. duumvir	
Wolfg. Jac. Sulzerus, P. A. reip. Aug. duumvir.	

DISSERTATIO V.

DE

JURE STATUTARIO ILL. REIP. AUGUSTANÆ

SPECIATIM

DE CODICE ANTIQUO DICTO STADTBUCH.

CAPUT I.

DE ORIGINE STATUTORUM IN GERMANIA.

§. I.

Germani moribus suis vivebant.

ANtiquissimis temporibus apud Germaniæ gentes (inter quas et Vindelici referuntur) boni mores plus valuerunt quam Leges (*a*) Sacerdotes (*b*) tamen, qui scientias tum temporis excoluerunt, ac propagarunt, inter alia mores, consuetudines atque heroica facta commoda ratione, carminum scilicet decantatione, memoriæ (*c*) juventutis instillare

(*a*) Boni autem mores, quos TACITUS præsertim Germanis attribuit Cap. 19. de M. G. CONRINGIO aliisque rerum Germanicarum Scriptoribus sunt *Consuetudines*; B. vero HEINECCIO in Comment. ad L. Iul. & Pap. Libr. I. C. 2. p. 25. *bona natura et indoles.*

(*b*) Tria erant Sacerdotum genera. Bardi, qui hymnos et carmina tractabant: Vates, quorum munus erat sacrificia obire: et Druides, qui Philosophiæ præsertim morali incumbere solebant. STRABO. IV. 137. LUCAN. I. v. 448. 49. et 50. Num vero apud Germanos Druidæ floruerint vel ita nominati fuerint, adeas STRUVII Vollständige Teutsche Reichs-Historie. Proleg. C. II. §. 32. seq.

(c) CAESAR de Bello Gall. L. VI. C. 13. TACIT. de M. G. c. II. POMP. MELA de Sit. Orb. L. III. C. 2. LAUTERBACH. Diss. de carm. vet. Germ. P. II. Diss. I. add. ARISTOT. Sect. 19. Probl. 28. *ubi ait, cur leges pleræque cantilenæ appellentur? an quod homines prius quam literas scirent, leges cantabant, ne eas oblivioni mandarent, quod etiam nostra ætate Agathyrsis in more est. Ergo primas quoque posteriorum cantilenarum eodem appellaverunt nomine, quo superiores.* Confer. THOMAS. Diss. de morum cum jure scripto contentione. §. 9. & 16. Noli vero exinde colligere, ac si Germani tunc temporis literarum prorsus fuissent ignari; *nefas enim solum esse existimabant, carmina literis mandare, cum in reliquis fere rebus, publicis privatisque rationibus, Græcis literis uterentur.* CAES. l. c. C. XIV. 3. 4. 5. et L. I. C. 29. Inter consuetudines autem refendas esse puto pœnas, quarum TACIT. meminit c. I. C. VI. 12. & 18.

re sunt soliti: quibus de carminibus, eorumque speciatim versiculis Germanica vox, Gesetz v. Gesatz suam denominationem putatur obtinuisse.

§. II. Hinc non in tuenda tantum libertate sua adversus Romanos, sed etiam in conservandis legibus seu consuetudinibus suis, rituque judiciorum patrio (d) tam acerrimi erant, ut cum suo Augusto Quintilius Varus jura et processum more Romano instituere coepisset, post cladem ab illo denominatam, tribus legionibus, totidem alis sexque cohortibus deletis, præcipue in Romanos causarum patronos adeo sævirent, ut alios *oculis privarent, aliis manus amputarent, unius etiam os sueret, recisaque prius lingua, quam manu tenens barbarus, tandem, inquit, vipera sibilare desiste* (e). *Jura peregrina & Advocatos Romanos odio prosequebantur.*

§. III. Postea vero, cum Romanorum arma victricia, jam Taciti tempore in exteriores Galliæ atque Germaniæ penetrarint partes, ex communi consuetudine, qua aut victi victorum, aut vicini vicinorum sequi solent instituta, mutati quoque sunt quodammodo Germanorum mores (f). *Tandem Romanis adsueti moribus.*

§. IV. Conscribendis autem imprimis legibus, quas tamen formabant patriæ consuetudines, decantatissima illa, quinto a nativitate Christi seculo, Germanicarum gentium ansam dedit migratio; ex quo tempore, Francorum, Ripuariorum, Alemannorum, Bajuvariorum, Frisonum, Anglorum, Werinorum, Saxonum, Longobardorum, aliorumque Germaniæ populorum *Consuetudines in scriptura redigunt.*

Leges

(d) Eligebant enim in comitiis suis principes, quos vel virtus bellica, vel rerum experientia, vel senium a plebe secernebat, qui assessoribus sive comitibus ex plebe stipatis, jura per pagos vicosque redderent, ac causarum momenta brevibus interrogationibus perscrutantes, auditis quandoque testibus, ex æquo & bono judicarent, TACIT. de M. G. c. XII. CAES. de B. G. L. VI. 23. CONRING. Diss. de Republ. antiq. vet. Germ. sæpe etiam in causis arduis dissidia litigantium armis dirimenda mandarent. vid. WITTICHINDI Annal. L. II. p. 644. ubi de sensu legum dubio armis contendebatur, quod non modo in causis civilibus quam criminalibus locum habebat v. GERHARD. Diss. de judicio duellico. LUDER MENCKEN, de vi superiorit. territ. claus. §. 1.

(e) SUETONIUS in vita Octav. August. C. 23. FLOR. L. IV. C. 17. VELLEI. PAT. L. II. hist.

(f) Mos enim apud Romanos invaluit, ut si Provinciam quandam sub potestatem redegissent suam, Triumviri eligerentur, qui ex veteranis certo militum electo numero, acceptis legionum signis, coloniam deducebant; et, facta prædiorum distributione, quorum partem quandam publicis ædibus, aquæ ductibus, viis, pascuisque publicis, ut & Sacerdotum usui, destinabant, aliam vero novis colonis adscribebant, prioribus vero incolis, quæ antea possederant, intacta relinquebant; non solum legem Augustæam promulgabant, sed & alias, prout vel genius populi, vel provinciæ utilitas, vel etiam necessitas ipsa urgebat, ferebant leges ac Magistratus constituebant, qui Decuriones, iique vel majores, qui toti coloniæ, vel minores, qui certis collegiis vel societatibus præerant, nominabantur. Universæ vero Provinciæ regendæ Prætor non nisi ab Imperatore vel Senatu præficiebatur, qui jus gladii, sive vitæ, necisque, habebat, v. MARC. WELSERI Rerum Augustan. Vindel. Comment. L. IV. p. 49. & L. V. p. 77. ibique alleg. De ritu in deducendis Coloniis observato, v. ARNIS. de Rep. C. 5. Sect. 2. num. 2. BESOLD. de Jure univers. C. 2. num. 5.

Leges innotuerunt: Maxime vero Burgundionum, Ostro-Gothorum ac Wisigothorum leges redolebant Romanorum instituta. (g)

Quae retinentur, licet scriptura perierit.

§. V. Quarum tamen legum, sanctissime licet observatarum, scripta monimenta, opinione citius, hominum exciderunt manibus; ita, ut a seculo decimo usque ad confectionem Speculorum, Saxonici ac Suevici, judicia Germaniae nullo certo jure scripto uterentur, sed in iis ex consuetudinibus non minus, quam ex bono & aequo, pronunciaretur. (h)

Urbium origo est origo Statutorum.

§. VI. Exstructis tandem in Germania varias ob causas urbibus, Statutorum quoque in earum incrementum conditorum, varia deprehendimus vestigia. Primaria vero causa procul dubio fuit securitas. Profligatis enim Hunnis, qui A. 923. irruptione in Germaniam facta, universam patriam, praesertim Alemanniam, crebris quidem depopulati sunt invasionibus, (i) ab obsidione tamen urbis Augustanae abscedere, interveniente fuga, necesse habuerant, urbium numerus crevit, (k) cum ante hoc tempus paucae adhuc urbes conditae essent in Suevia (l)

§. VII.

Crescunt cum earum incrementis.

Non minus etiam vitae commoditas, variaque urbibus concessa privilegia atque immunitates, nec non comitia & hastiludia in illis celebrata, homines nobiles, (m) ingenuos

---

(g) Quod ex moribus, Legibus Romanis, vel ex Consuetudine cum provincialibus corruptis, derivandum esse docet B. HEINECC. Hist. Jur. L. II. C. 1. §. 10. seq. B. BRUNQUELL Histor. Jur. P. IV. C. 2.

(h) v. CONRING. de Orig. Jur. Germ. C. 25. p. 151. BRUNNQUELL Hist. Jur. P. IV. C. 4. seq. HOFMANN. in specim. de orig. & nat. LL. Germ. priv. antiq.

(i) RUOTGERUS in vita BRUNONIS §. 3. EDUARDUS jun. de Casibus Monast. St. Gall. C. 5. HERMANNUS CONTRACTUS ad An. 925.

(k) Multa enim millia hominum cruento Hunnorum ceciderunt ense; quo factum est ut plurimae indies in eorum securitatem conderentur urbes, teste WITTICHINDO An. L. I. p. 639. postea vero idem ex aemulatione tot Principum, Comitum, Episcoporumque contigit; quorum cum nullus esset, quin urbem aliquam habere vellet celebriorem, precibus ab Imperatore vel Rege hoc jus impetrarunt, v. HERTIUS de super. territ. §. 18. pag. 228.

(l) BRUSCHIUS de Monaster. fol. 29. tradit. *circa An. 800. paucas in Suevia fuisse urbes; imo, praeter Augustam, Pfullendorfium & Campidonum, fere nullas, sed pagos multos & amplos.* v. Illustr. KEMMRICHII Praeceptoris & Fautoris mei aeternum colendi Syn. Jur. Publ. R. G. L. IV. C. 13. §. 1.

(m) Ab his temporibus Patriciorum originem deducendam esse, videtur: hi enim, ex nobilitate desumti, Magistratus gerebant, & horum posteri, sicut olim apud Romanos patrum filii, Patricii nominabantur, sive Geschlechter. vid. POTGIESER, de orig. & nat. servit. L. I. C. 2. §. 39. CRUS. Annal. Suev. P. 2. L. 3. C. 9. Conf. illustr. Dn. PHIL. JAC. HALLER ab HALLERSTEIN Diss. de Patriciis, sub Praes. RANGERI Lips. habita, qui Patricios ex familiis, post extinctas bellis Hunnicis praecellentes familias, novis allectis & plantatis, concessis illis armorum insigniis, verbis institutionum maxime suffultus, ortum suum trahere contendit. v. tamen Excell. ENGAU, Elem. Jur. Germ. Civ. L. I. Tit. 6. de Patriciis. De fami-

lus

genuos (*n*) atque libertos (*o*), ad vitam urbanam invitarunt, ſimulque variis conſtitutionibus ac ordinationibus, jurique ſtatutario, haud poſtremam obtulerunt occaſionem.

§. VIII. Cum igitur ex hiſce cauſis urbes non tantum numero augerentur, ſed etiam civium incolarumque earum multitudine copioſiores redderentur, fieri haud aliter potuit, quam ut felici illarum directioni propriis juribus, quæ ſtatutorum nomine veniunt, conſulerent, atque ſic rempublicam bene ordinarent, ordinatamque conſervarent ac tuerentur. Quemadmodum vero iſtis temporibus, propria authoritate id non poſſe fieri, probe intelligebant, ita variis modis variisque titulis, interregni præſertim tempore, jus condendi ſtatuta ſibi acquiſiverunt (*p*). *Acquirunt igitur jus ſtatuta condendi.*

§. IX. Tandem Seculo XIII. cum Jus Canonicum et mox Juſtinianeum innoteſcere in Germania cœpiſſet, civitates, poſtquam illarum quamplurimæ *Propria authoritate, reſtricta tamen; Inter has Auguſta & Ulma.*

 Ducum

liis Patriciorum Auguſtanorum v. das Augſpurgiſche Geſchlechter-Buch de Ao. 1580. durch Sigmund Feyrabend edirt. conf. LIMN. Jur. Publ. T. I. addit. ad L. 7. C. 4. p. 158. A quibus vero Imperatoribus Auguſtani, Norimbergenſes, Ulmenſes & Francofurtani Patricii nobilitate fuerint decorati, vid. SPRENGER. Jurispr. Publ. p. 44.

(*n*) Patet hoc ex primæva urbium ordinatione. Ita SIGEBERT. GEMBLAC. ad A. 925. *primum quidem ex agrariis militibus nonum quemque eligens, in urbibus habitare fecit etc.* Ingenuos autem omnem vitam in rei militaris ſtudiis vel venationibus conſtitiſſe, teſtatur TAC. c. l. C. XIII. XIV. CAES. L. IV. C. I. v. 8. atque primum in Gallia *equites*, teſte CAES. L. VI. C. XIII. 1. 2. 3. & XXIV. poſtea *milites agrarios* WITTICHIND. Annal. L. I. p. 639. appellatos fuiſſe ingenuos. Quin medio ævo ex ſolis ingenuis equitum cohortes conſiſtebant, hinc illi milites, homines de militari genere nati, zu Schild und Helm gebohrne, Ritter, Rittermäßige ꝛc. nominabantur, atque illis, qui talia ſervitia militaria præſtabant, prædia in feudum conferebantur, a quibus ſeſe cognominabant. vid. PETRUS de VINEIS L. VI. Epiſt. XVII. PFEFFINGER ad VITRIAR. I. P. Lib. I. T. 10. §. 3. p. 842. & Eſtors kl. Schrifften 4. Stück. C. 4. fœdum enim judicarunt, quoslibet ex humili vulgo accingi gladio equeſtri. vid. Schmauſſens kurtzer Begriff der Reichs-Hiſtorie.

(*o*) Emancipatis enim tunc temporis nimio religionis ſtudio plerisque ſervis, factum eſt, ut, cum nihil proprii, neque agros haberent, nullo, quam agriculturæ labori adſueti ruri degentes, operibus ſervilibus victum ſibi quærere coacti fuerint, ad alias leviores libertisque dignas operas & opificia ſeſe accingere, urbesque incolere inceperint, de quo diſerte agit CONRING. de Urb. Germ. §. 81.

(*p*) Erant enim tum temporis pleræque civitates vel Imperatorum vel Ducum eorumque Præfectorum & Epiſcoporum poteſtati ſubjectæ, ita LIMN. L. 7. C. 16. n. 13. *Imperatores*, ait, *olim majoribus civitatibus, antequam inter Imperii Status numerarentur, Præfectos præfecerunt, quorum officium erat adminiſtrare Jurisdictionem & habere rationes proventuum, accipere collectas Imperii, ſimulque exigere vectigalia, & curare, ut, ſi in iſtis civitatibus quoque moneta cudenda eſſet, legitime circa eam verſarentur;* ſcilicet imitati ſunt Romanos; ſicuti enim illi Procuratores Cæſaris, Præſides, ſimilesque conſtituerunt jure Magiſtratus gubernantes l. 1. & 2. C. de off. Com. Sacr. Palat. ita in Francorum regno aliena poteſtate functi ſunt Duces & Comites, eorumque dignitas cum perſona exſpiravit. vid. BOECLER de reb. geſt. Secul. IX. & X. in Ludov. II. add. STRUV. Jurispr. publ. C. 21. §. 5. hinc Hamburgenſes facultatem ſtatuta condendi a Comitibus Holſatiæ A. 1292. impetraſſe, refert LAMBEC. de orig. Hamb. II. n. 471.

Ducum potestati sese subduxerant (q) libere, nulloque Cæsaris, Ducis, aliusve præfecto vel Advocato impediente, statuta sua condita certatim conscripserunt atque Imperatoribus confirmanda tradiderunt. Inter quas Augusta Vindelicorum atque Ulma fere principes dici merentur (r).

§. X.

(q) Veluti ipsa Sueviæ Ducum (quorum familia tum Conradino extincta erat) sedes Uberlinga, Buchornia extinctis Comitibus Altorfensibus, Kauffbeyra, Lubeca speciali privilegio, Lindavia a Comitibus Brigantinis pretio, nec non Hamburgum &c. libertatem vindicarunt, quæque omnes ac singulæ, sub variis Imperatoribus, inter Imperii status immediatos sunt receptæ. vid. STRUV. Jurispr. Publ. C. 21. ibique alleg. auth & KEMMRICH. Syn. Jur. P. R. G. Lib. VII. C. II. Sect. II. §. 17.

(r) De urbe Augusta Capite sequenti plura. Ulmam A. scil. 1348. inter liberas Imperii civitates fuisse relatam, solidissimis comprobavit fundamentis ac rationibus Generos. ac Consultiss. LUDOV. BARTHOL. ab HERTENSTEIN, Reipubl. quondam Ulmensis, nunc dulcissimæ patriæ Aug. Vindel. Consiliarius meritissimus; In seiner kurtzen Ausführung in Pistor. Amoen. P. V. p. 1447. Constat etiam ex transactione inter Comitem Dillingensem Hartmannum & civitatem Ulmensem, supee Vogteyam seu advocatiam A. 1255. inita, Illustrem hanc Germaniæ Rempublicam isto jam tempore propriis claruisse statutis; non tantum enim in ea *statutorum civitatis* fit mentio, sed etiam *potestas Legislatoria*, licet aliquo modo restricta, eidem asseritur, pee verba: *quod omnes constitutiones & conditiones pro bono, jure & bonore civitatis debeant cum Comite Dillingensi vel suo ministro statui & institui etc.* conf. prælaud. ab HERTENSTEIN obs. de jure advocat. in civit. Ulm. apud SENCKENBERG. in fascic. II. med. p. 384. seq. Licet enim in notissimo illo Caroli M. prætepto, de Advocatia Ulmensi de A. 813. *statutorum* fiat mentio, nil certi tamen inde asserendum, tum ob varia quibus ipsum diploma citatum involutum est, dubia, tum ob rei temporisque circumstantias; quamvis enim negari non possit, Abbatem Reichenauensem, diversa in urbe Ulma possedisse jura, autonomia tamen & potestas leges ac statuta condendi, concurrente civitatis Advocato, penes Magistratum integra remansit, vid. BURGMEISTER Stat. Equestr. Sect. XIV. p. m. 677. Quemadmodum vero ea ipsa ætate ejusmodi statuta nondum in scripturam redigebantur, sic consuetudinum potius, quam legum nomine innotuerunt, id quod ex privilegio Imper. Alberti I. Civitati Ravensburgensi A. 1293. concesso apparet, ubi Imperator *ad consuetudines civitatis Ulmensis* provocat, iisdemque utendi Ravensburgo indulget. conf. MOSERS Reichs-Städtisches Hand-Buch. P. II. p 469. Multiplicatis autem istis statutis, acceptoque ab Imper. Carolo IV. insigni privilegio A. 1347. die Meecurii ante festum S. Catharinæ & A. 1348. die Martis post festum nativit. Christi dato, quibus libertas concedebatur, omnes leges, quas civitas Ulmensis excogitare posset, conficiendi, in unum conscribenda curavit Librum Illustris Magistratus jura & statuta, quæ adhuc foliis membraneis inscripta extant. Liber iste Das Stadt-Buch vocatur, vel etiam, a literis initialibus cujusvis articuli sive paragraphi, rubro colore signatis, das rothe Büchlein. Cæterum Ulmensium statuta ac judicia antiquis temporibus magna justitiæ laude floruisse, ex eo patet, quod, teste FABRO, *multæ olim disceptationes Principum, nobilium & civitatensium coram Ulmensibus factæ fuerunt.* conf. cit. FABRI Hist. Suev. L. II. C. 4. ap. GOLDAST. in Scriptor. rer. Suev. Sic etiam Fridericus Comes Palat. Rhen. & Fridericus Burggraf. Norimberg. A. 1374. & 1377. diserte promiserunt, se urbem Ulmensem ejusque jura, statuta & consuetudines defensuros: Carolus autem IV. IMPER. A. 1361. judicium provinciale Ulmense, das Kayserl. Land-Gericht im Stadelhoff zu Ulm / iisdem privilegiis ac prærogativis donavit, quibus Rothvvylense gaudebat, vid. SCHILTER. Glossae. voc. Stadelhoff. f. 759. de privilegio de non evocandis civibus vero, vid. KNIPSCHILD de Civit. Imp. L. III. C. 54. n. 33. & Lünigs Reichs-Ar-

chiv

Nunc plena & libera per P. W. etiam contra Jus Comm.

§. X. Hodiernis vero civitatum Imperial. ſtatutis non amplius Cæſarea accedit confirmatio. Agnito enim illarum haud ita multo poſt in Comit. Wormat. A. 1495. et per Pacem Weſtphal. renovato, Statuum Imperii immediatorum jure, cumque eo conjuncta ſuperioritate territoriali; vi hujus præeminentiæ urbes immediatæ imperial. non ſecus ac alii Principes Imp. quæ vel juſtitiæ adminiſtrationem, vel judiciorum formam & Proceſſum, vel Politiæ utilitatem ac conſervationem & ſimilia ſpectant, ſtatuta, propria condunt authoritate, ita, ut vel contra jus commune lata validitate ſua nunquam deſtituantur. (s)

CAPUT II.

DE ORIGINE STATUTORUM ILL. REIPUBL. AUGUSTANÆ.

§. I.

Vindelici ſecundum mores Germanorum vivebant.

Vindelicos, antequam Romanorum Imperium, victricibus eorum armis coacti, agnoverunt, ſecundum mores conſuetudineſque veterum Germanorum vixiſ-

chiv Tom. XIII. f. 565. ſeq. Statuta Ulmenſia Typis primum edidit JOH. ANT. ULHARD. A. 1579. deinceps vero A. 1683. reviſa & aucta, conſentiente Magiſtratu, publice prodierunt, cura heredum BALTHAS. CHRISTIAN KUHN, ubi Part. IV. T. II. tria ſpecialia in cauſis debiti, & T. III. antiqua fori vinarii jura atque ſtatuta ſunt notatu digna. De differentia juris communis & Statutarii Ulmenſis, duabus quidem egit Diſſ. D. MARC. TOBIAS NEUBRONNER A. 1680. & 1682. Jenæ & Heidelbergæ editis, nec non D. JOH. CASP. FRICK. Conſil. ULMENS Tubingæ. A. 1736. ſed largam adhuc aliis reliquerunt meſſem harum differentiarum. Tractatus vero G. & C. Dn. LUDOVIC. BARTHOL. ab HERTENSTEIN, de Orig. Increm. Geſtis Illuſtr. juribus & Privil. peculiaribus Reip. Ulmenſ. quem CHRISTIAN GOTTLIEB RICCIUS im zuverläſigen Entwurff von Stadt-Geſetzen. p. 38. Argentorati A. 1730. in 4to. prodiiſſe, autor eſt, nunquam publici juris factus eſt, ſed æque ac D. SEBAST. OTTONIS declarationes & annotationes in Statuta Ulmenſ. nec non D. PAUL. SCHERMARI præjudicia judicialia in MSCtis aſſervantur. Cæterum præter allegata a RICCIO Statuta Ulmenſia plura Typis ſunt publicata. e. g. Ein Apothecker Tax. Eine Ordnung vor die Barbier und Bader. Ordnung vor das Collegium Medicum. Feuer-Ordnung. Fiſcher-Ordnung. Für-Käuffler Ordnung. Ordnung des Gymnaſii. Gewürz-Ordnung. Ordnung wegen des geſtämpfften Papier. Hebammen-Holz-Hochzeit-Kirchen-Land-Policey-Peſt-Pferd-Markts-Steur-Ungeld-Wittwen-Wag- und Gräth-Wapd-Werks-Zoll-Ordnung. Ordnung wegen treuloſer Bedienten.

(s) v. THOMAS. Diſſ. de poteſtate Legislator. contra Jus comm. Exſtibet hujus rei teſtimonium DAV. ULR. HOERWART. in Diſſ. de ſucceſſione Conjugum ab inteſt. ſecundùm mores Auguſtanos. Conſuetudine enim inveterata ibidem introductum, multisque Atteſtatis publica Magiſtratus authoritate confirmatum, nec non in ſupremo Cameræ Imperial. judicio pro iſta judicatum eſt, ut inter Conjuges, qui pacta dotalia nulla conficiunt, & nec liberis relictis, nec teſtamento facto, ab inteſtato decedunt, ſuperſtes uxor vel maritus defuncto ſuccedens, heres exiſtat univerſalis, excluſis omnibus agnatis: quæ conſuetudo ad hunc usque diem conſervatur. vid. GYLMANN. Symphor. Cam. Tom. I. P. 3. vot. 2. & GAIL. L. II. obſ. 124. n. 1. add. Teutſcher Juſtinianus p. 770.

vixiſſe, ex eo colligere licet, cum Originis non ſolum Germanicæ, ſed et ſemper inter illos fuerint relati *(a)*.

Viſſi a Romanis, & Colonia Auguſt. ducta per Prætores.

§. II. Subacta a Romanis Rætia et Vindelicia *(b)* atque non ſolum in Romanæ Provinciæ formam redacta, ſed etiam Colonia Auguſta Vindelicorum *(c)* deducta, Cæſar atque Senatus totius Provinciæ regendæ præfecerunt *(d)* Præſides, penes quos ſumma erat poteſtas; Hi alios Magiſtratus inferiores ſibi adlegabant, inter quos primum obtinebant locum Duumviri, quale dignitatis atque præcellentiæ nomen et hodie, ſummis in Republica noſtra Viris ſive Primatibus proprium deprehendimus.

Sub Gothis & Francis eodem fere modo reguntur.

§. III. Sub Gothorum, Francorum, ſubſequentium denique Imperatorum Germanicorum regimine, forma adminiſtrandæ Reipublicæ regendæque Pro-

---

(a) v. STRABO L. 4. *Hi omnes*, (nempe Ræti, Vindelici & Norici) *cum Italiæ vicinas partes aſſiduis incurſioibus vexaverunt, tum Helvetiorum, Sequanorum, Bojorum, Germanarum. Petulantiſſimi Vindelicorum babiti ſunt Licatii, Clautinacii & Vennones. Retorum, Rucantii & Cotuantii. Heſtiones quoque Vindelicorum ſunt & Brigantii* &c. PATERC. L. II. SUETON. OCTAV. C. 21. aliique. CONRING. de judic. Reip. Germ. L. VI. C. 11. MARCUS WELSERUS Rer. Auguſtan. L. II. opp. p. 202.

(b) HORAT. L. IV. Oda. 4. *Videre Ræti bella ſub Alpibus*
Druſum gerentem Vindelici - -
APPIAN. in Illyr. *Rætias igitur & Noricos exiſtimo, C. Cæſarem, dum adverſus Celtas depugnaret, ſubegiſſe: aut Auguſtam, Pæones cum aggrederetur, bella ſuperaſſe.* MARCUS WELSERUS R. A. L. II. p. 19. ibi alleg. Auth.

(c) TACIT. de M. G. c. 41. *Splendidiſſimam* eam nuncupat *Rætiæ Provinciæ Coloniam*; dicta quoque eſt Ælia Auguſta in memoriam Hadriani, ſic enim in antiquo apud nos lapide legitur. *Æl. Aug.* Ælia Auguſta; conf. MARC. WELS. l. c. p. 103. ubi nummum æreum adducit, cujus latus dextrum Caput Imperatoris laureatum cum Inſcript. *Hadrianus Aug. Coſ. III. P. P.* ſiniſtrum vero eundem Imperatorem equo inſidentem, & elata dextra cohortes, quæ per tres pedeſtres ante illum cum ſignis Rom. militaribus ſtantes milites delineantur, ſiſtit cum inſcriptione: *Exercitus*, & infra *Ræticus SC.* qualis nummus adhuc extat, & paucos ante annos in reſtauratione propugnaculi, exteriori portæ Klenckerianæ adiacentis, in Patria Auguſta fuit effoſſus.

(d) Variis nominibus utebantur Romani; Erant enim *Præſides Provinciæ*. qui Provinciis regendis occupati erant L. 1. & pen. ff. de offic. præſ. *Rectores Provinciæ* l. 2. l. 9. l. 11. C. de off. Rect. Prov. *Proconſules*, qui fuerunt Magiſtratus Provinciarum, & in iisdem Rempublicam adminiſtrabant, jusque dicebant. l. 7. § 7. l. 8. ff. h. t. hique iterum ſuos habebant legatos, quibus ICtionem mandabant. l. 4. §. ult. l. 6. §. 1. ff. de off. Proconſ. & Legat. v. THOMAS. Del. Hiſt. Jur. Civ. De Præſidibus Auguſtanis v. GASSARUS ad A. 306. *Cæterum, poſtquam ab eo tempare Prætariana munia per dictum* (Conſtantinum) *Imperatorem Germanis quoque committi cæpiſſent, mox etiam in uſum venit, ut, pra gentili noſtrorum faſtu, magnifica elogia officiis Romanis addere didicerint, atque eo pacto Duces, Præfecti, Præſides et Comites; poſthac ſpectabiles clariſſimi & illuſtres novis titulis dici cæperunt. Conſtat autem liquida, ſpectabiles Viros Duces Rætiæ, per hocce ſeculum Romanarum ſtipendia in Auguſtanis caſtris, quæ Augſburgum naſtrum certo ſunt, non ſolum babitaſſe, ſed & ſecum ibidem equites Stableſianos Seniores* (*hodie ſtabulorum fratres nuncupantur*) *ſemper retinuiſſe* &c. Pergit. *Extat ejus domicilii non obſcurum fragmentum etiamnum hic in ea platea, quæ Alta Via vulgo vocatur, turris nempe antiquiſſima, quam Regis Turrem nominare ſalent, quamque diu Cæſarum loco Præfecti civitatis incoluerunt.* &c.

Provinciæ, inter multifarias vicissitudines turbasque, tam bellicas quam civiles, in eodem ferme statu permansit. Constituebantur enim Duces limitum, Comites, Præfecti, quibus administratio totius Provinciæ, & cum ea Reipublicæ, præsertim vero ICtio tam criminalis, quam civilis, nec nõn ecclesiastica, demandata erat. (e) Hi vicario nomine sibi subordinabant Sub-Præfectos, Sculteros, Vögdte/ Stadt-Vögdte/ qui, una cum certo Senatorum adjuncto numero, causas minores cognoscebant, jus dicebant atque politiam curabant (f).

§. IV. Sub Carolo M. urbs Augusta insignibus donata ab illo privilegiis, egregie jam floruit, præsertim vero crebra celebrata comitia & ornamento & incremento ei erant, ut ab eo tempore magis magisque fama crescere cœperit (g). *Urbs Augusta privilegiis munita.*

§. V. Extincta cum Ludovico infante Carolingica stirpe, Saxonibusque Sceptra Imperii tenentibus, ab Ottone M. (h) Henrico III. (i) & IV. (k) nec non *In imperii tutelam recipitur.*

(e) Præcipue autem ad eos pertinebant homicidia, raptus, incendia, deprædationes aliaque crimina majora, cum e contrario Magistratus minores delicta leviora tantum coercerent; quin, ne clericos quidem ab eorum ICtione exemtos fuisse, docet ex Decret. Chlotarii. Capitulari Caroli Calvi &c. B. HEINECCIUS in Elem. Jur. Germ. L. III. T. I. §. 25.

(f) LEHM. Chron. Spir. L. II. C. 17. CONRING. de Comit. & Ducib. Imp. HEIDER. Reichs Vogdteyliche Apolog.

(g) Ita GASSARUS ad A. 794. *Carolus M. tum collapsum restituebat Episcopum, tum Rempublicam civitatis Augsburgensis, tam authenticis prærogativis dotavit, ut ea deinceps, non solum opulentia, sed & civium authoritate, creverit, inquilinorumque numero cum duobus suburbiis, Austrino videlicet, Arctoque valde amplificata sit.* Id. ad An. 814 *Ludovicus, relicto confestim Belgio, Augsburgum cum valido exercitu circiter A.* 835. (alii 833) *advolavit, ibidemque comitia regalia serio agitavit.* Id ad A 877. *sub hac ævum Augsburgum nostrum tam in politicis quam in sacris pulchre floruit.*

(h) GASS. ad An. 952. *Atque dein Otto jam dictus Imperator, frequentissima Comitia, præsentibus Saxonum, Suevorum, Francorum, Bojariæ ac nonnullis Italiæ Principibus, una cum 25. Præsulum congregatione, M. Augusto. A. Sal* 952. *currente, in civitate Augsburgense celebravit. In quibus præter alia gravissima regni negotia absoluta, S. P. Q. nostrum benignissime complexus, acceptis homagii juramentis, in tutelam imperii accepit.* It. *Ceterum in narrata jam pugna conventuque præmisso, fides ac virtus Augsburgensium civium in tantum eluxere, ut ab eo tempore non solum ampliandorum mœnium facultas & aliæ quædam municipales immunitates ab Ottone Imperatore donatæ solenniter sint &c.* add. HEIDER. l. c. Præl. IV. p. 34.

(i) *Mox primo sequentis anni vere maxima aulicorum caterva Augsburgum devenit, Comitiaque hic agitans, diutius non modo civitatem nostram in defensionis suæ Mundiburdium clementer suscepit, sed & tum Italorum legatis jura splendidissime dixit, tum aliarum etiam nationum nuntiis responsa prudentissime reddidit.* Id. GASS. ad An. 1039. CRUS. Annal. Suev. P. II. L. VI. C. 9.

(k) GASS. ad A. 1058. *Inde adeo idem Cæsar Sunigherum Saxonem, a Ballzhusa comitem in Suabegga creavit, ac provinciæ civitatique Augsburgensi Advocatum constituit, acceptoque hic a civibus fidelitatis juramento, non modo solitam protectionem illis promisit. &c.*

non Friderico I. (*l*) Imperatoribus, urbs Augusta in Imperii tutelam recepta; Hi enim Imperio illam vindicarunt ejusque Advocatiam ipsi susceperunt.

Nondum tamen propriis statutis gavisa.

§. VI. Nullum tamen adhæc usque tempora, de usu legum municipalium scriptarum vel statutorum reperimus vestigium, quin potius ex Conradi Episcopi Augustani iniqua criminatione ad Imperatorem delata, perspicue constat, urbem secundum patrias tantum consuetudines per Prætorem ex æquo et bono, prout ubique fere in Germania moris erat, tunc temporis adhuc pronunciasse (*m*).

Quod probatur.

§. VII. Quamvis enim Augusta, contra Episcoporum attentata, varia privilegia, nec non libertatem ab Imperatoribus obtinuerit (*n*) et GASSARUS asserat, *Lutherum II. Francorum Regem, Alemannis Suevisque nostris novas leges Scriptaque instituta, quæ etiamnum extent, contra incertas inveteratasque judiceorum consuetudines, circiter annum 626. præsentibus triginta quatuor Ducibus, triginta duobus Episcopis, & septuaginta duobus Comitibus, 107. Titulis, quam diserte dedisse. Item ad A. 1088, quod Augsburgum nostrum integro triduo tam inhumaniter exspoliatum misere sit, ut prater incolarum promiscuas cades opumque privatorum direptiones, etiam ex Archivis Reipubl. cuncta, tam civitatis privilegiorum diplomata, quam Tabularum publicarum protocolla, una cum rerum gestarum annalibus instrumentisque quibuscunque & qua vocant registris ærarii secum avexerint, ac feria secunda Pascha urbem ærumnose destructam, muris undiquaque solo æquatis, lamentabiliter sane everserit impius hostis &c.* cuilibet tamen patebit, Gassarum ad A. 626. non de Legibus civitatis, ceu Statutis, sed de publica Imperii lege, de qua in Comitiis actum, quæque tanquam Lex publica & Alemannis & Suevis fuit promulgata, fuisse locu-

---

(*l*) Id. ad A. 1162. *Hoc ipso anno memoratus Friderychus Imperator, mortuo Adelgeso Schwabeccense civitatis diœcesisque Augsburgensis Advocatiam, (quam præfecturam aut jus tutelare vocare poteris,) ceu fiscali ceu hereditaria successione, sibi & suis plene vindicavit, atque ita statim summo studio Reipublicæ illi, quantum in se fuit, semper benefecit, constitutoque Chunrado a Zeilenhardo Prætore, Augsburgum Imperio reddidit, optimisque prærogativis donando, omnino Germaniæ liberis Colonis parem esse voluit.*

(*m*) THOMAS. in delin. hist. jur. p. 32. *In universum ergo judicia Germaniæ usque ad XIII. Seculum a Carolingorum temporibus, non ex scripto, sed ex receptis moribus, ex bono & æquo sententias pronunciarunt.* CONRING. de Orig. Jur. Germ. C. 25. p. 151. Ill. BOEHMER. de action. in Præf.

(*n*) Ita GASS. ad A. 1052. *Postea Imperator idem, quando jam Methis cum ipsomet Haynricho Gallorum Rege pacem firmasset, Comitia Imperialia A. S. 1062 Cal. Feb. Augsburgi rite agitavit etc. in quibus præterquam quod Papæ Raveunatensem Archiepiscopum reconciliavit, Reipublicæ Augsburgeosis libertas contra Episcopi sui præscriptiones, incrementa minime contemnenda, cum aliis civium emolumentis accepit iterum:* & porro ad 1090. *Interea Haynrichus Imperator, in publicis Germaniæ comitiis, quæ sub A. C. 1090. Ratisbonæ, in Italiam profecturus agitavit, Augsburgensium civium tranquillitati, unde Imperii resultavit commoda consulens, inviolando diplomate, tum Episcopi per Ipsorum civitatem jurisdictionem, tum Canonicorum fratrum ibidem reditus, ministerialiumque illorum officia & sumtus, ab Advocati Prætorumque in eadem civitate muniis, adhæc a civium antiquis prærogativis, tam in criminalibus pœnis, quam aliis multis, certis conditionibus terminisque tam diserte iterum decrevit, ut, ni inexplicabilis cleri fecisset avaritia, summa inter utrosque concordia ac benevolentia in hodiernum usque diem perpetuo durassent.*

locutum. (n) Neque ad A. 1088. de legibus qua statutis conscriptis, & in Codicem collectis, de quibus hic sermo, sed de antiquis diplomatibus actisque publicis cogitasse, quæ vero inter Leges, actiones maxime privatorum dirigentes, neutiquam referri possunt.

§. VIII. Sunt, qui primitias statutorum Augustanorum a temporibus ac regimine Friperici I. Barbarossæ deducendas esse putant (p) Neque omni hac sua sententia destitui videntur fundamento. Certum enim est, Episcopum Augustensem, Conradum a Lüzelstein, tunc temporis omnibus modis viribusque in id fuisse intentum, quo potestatem summumque imperium in civitatem hanc sibi acquireret, ac propterea, tam illum, quam provinciæ Advocatum ut & urbis Prætorem coram Imperatore, malæ administrationis redituum justitiæque acerrime accusasse; ast minus felici eventu. Delata enim ad comitia Ratisbonensia causa, nihil aliud obtinuit, quam publicorum judiciorum legalem, per civitatis hujus forum, reformationem: replicata autem A. 1156. conventione Norimbergæ, in Imperii senatu, civitas non solum propriæ libertati restituta, *liquidissimam*, ut refert GASSARUS, *municipalium legum, non tam reformationem, quam confirmationem nacta est a Cæsare, verum etiam in administrandis negotiis, causisque civilibus & adornanda Republica sua, multo liberior, præter Episcopi & Pfaffforum opinionem evasit, Tyrannidi enim ipsius frenum injectum est*, pergit GASS. & *certa statuta super constituendo Parocho, admittendo Burggrafio, conducendo monetario, teloniis, mulctis, & adscriptitiorum colonorum tributis exigendis, illi præscripta, atque SSis literarum monumentis, diserte in acta sunt relata, & a Senatu qua decet diligentia conservantur.* (q) Verum enim vero, si fatendum quod res est, hæc eadem GASSARI narrata, non tam de Statutis, vel legibus proprie sic dictis, aut conscriptis, quam potius

Ne quidem temporibus Friderici I.

(o) v. Illustriss. Dn. a BUNAV. teutsche Kayser und Reichs-Historie Tom. II. L. I. p. 177. seq.

(p) v. CHRIST. GOTTL. RICCIUS in seinem zuverläßigen Entwurf von Stadt-Gesetzen. L. I. Sect. II. §. 6. p. 34.

(q) Ita enim GASSARUS: *Episcopus hic Advocatum Provinciæ hujus, una cum civitatis nostræ Prætore ipso, ad novum Cæsarem Friderychum, in Comitiis Reginoburgi A. C. 1152. propter minus rigide factam, aut certe segnius executam sui prædecessorumque suorum, tum negligentia tum absentia justitiam, accusavit; quo prætextu, cum sibi merum dominium in Rempubl quæsivisset, nihil aliud, quam publicorum judiciorum legalem per civitatis hujus forum reformationem apud Imperii senatum obtinuit.* Et porro *qua* (scilicet pace) *cum et Augsburgenses cives se merito quoque uti frui suavissime autumant posse, ac sub Adelgetzo tertio Swabeccense Comite Advocato suo et Chunrado Præfecto, consueto judicandi secundum æquum & bonum modo, se suoque recte gubernari credunt, statim adversæ sortis injurias experiuntur non parvas. Chunradus namque, sacrorum apud Augsburgenses cives antistes, una cum universo civitatis clero, illique adhærente populo, sive æquitatis amore, sive amplius dominandi cupiditate inductus, lamentabilem querimoniam contra cives, & tantum non criminalem actionem, propter minus exquisitas rerum venalium, quoad pondera & mensuras rationes, (ac quod nullo certo juris ordine vel termino fungerentur,) initio quidem hic coram præsente Imperatore in ejusdem per civitatem hanc transitu instituit, quæ tamen statim ad instantia comitia Regensburgum tunc rejecta est, ac Ao. demum 1156 replicata conventione Norimbergæ 21. die Jun. in imperii senatu plenius discussa definitaque occasionem præbuit, ut civitas hæc nostra, constituto certo Advocatorum urbis præfecti civitatensium, omniumque totius civitatis ordinum jure non solum propriæ libertati restituta liquidissimam municipalium Legum etc.* add. CRUS. Annal. Suev. P. II. L. XI. C. 14. STENGEL Rer. august. P. II. C. 36.

tius de consuetudinibus, quæ statutorum tunc nomine veniebant, antiquis non scriptis, intelligenda esse, vel ex ipso authore facile patet. Primo enim ea non nisi particularia quædam, ac ea tangebant, quorum ab Episcopo & universo clero accusatoribus, Advocatus Provinciæ, Comes Suabeccensis & Conradus Præfectus urbi coram Imperatore sunt accusati, scil. eos non nisi secundum æquum & bonum, nullo certo juris ordine vel termino servato, judicare. Deinde autor ipse non tantum hic fatetur, Imperatorem tum demum certa statuta super parocho constituendo etc. civitati *præscripsisse*, quæ SSis literarum monumentis in acta demum relata: verum etiam ad A. 1276. ingenue testatur: *perpaucos in hoc usque seculum* scil. XIII. *apud nos imperialium legum, scriptas consuetudines, normasque calluisse, omnesque contrarias, tam in criminalibus quam civilibus causis per Germaniam, et præsertim per Sueviam nostram et judicialiter et arbitrarie ad æquum et bonum, pro scabinorum judicumque virorum probitate ac honestate spectabilium captu, discussas fuisse ac decisas* (*r*). Ex quibus abunde constat, Augustanos eo tempore conscriptis legibus atque statutis, in unum corpus inprimis collectis caruisse, ab isto ævo autem non nisi præscriptis ab Imperatore, iisdemque saltem particularibus, usos fuisse; propria authoritate vero conditas, aut universam civitatis oeconomiam dirigentes, nondum habuisse.

Sed cum libertate propriis legibus utendi Conradini demum tempore nacta est.

§. IX. Veram igitur statutorum originem, sicut plurium aliarum Imperii civitatum, ita et Augustanæ Reipubl. non nisi Conradini ultimi Sueviæ Ducis tempore invenies. Post quam enim illi ad patrium, jureque hereditario ad eum translatum regnum Neapolitanum occupandum præsentes deerant nummi, Nostrates diu exoptata se suosque a multis et vix credibilibus Episcoporum calamitatibus ac ærumnis liberandi occasione nacta, magno auri pretio sibi consuluerunt atque obtinuerunt, ut abrogata Advocati urbis potestate, proprium eligere Senatum Duumvirosque, penes quos summa in Republica esset authoritas, libere creare, propriasque condere leges, nullo impediente Prætore, pleno jure illis concederetur, ita tamen, ut capitale judicium apud civitatis Præfectos maneret (*s*).

Conditæ et propria authoritate publicatæ in Librum collectæ ab Imperatore confirmantur.

§. X. Ab eo tempore Senatus Augustanus consuetudines suas legesque statuta et judicata, propria authoritate, non tantum publicare, sed etiam conscripta atque collecta in unum librum, tandem A. 1276. Imperatori Rudolpho Habs-

(*r*) GASSAR. ad A. 1276. ita pergit: *Talisque modus in singulis imperialibus civitatibus absque omni fere exceptione fuit retentus.*

(*s*) *Ab hocce Conrado*, refert GASSAR. ad Anno 1268. *dum is undique in angustiis positus foret, confestim et Augstburgenses cives sese et sua quoque in libertatem ampliorem non parvo asseruere argento, ac tali conditione a mera Advocatorum civitatis suæ potestate redemerunt, ut in posterum sibimet ex suis municipibus ingenuis, nullo vel Ducis vel Præfectorum impediente præscripto, proprium Senatum eligere et civitatis curatores, Duumvirosque libere creare possint, e quorum arbitrio communique consilio totius Reipublicæ suæ civilis gubernatio penderet: capitale tamen judicium, maleficiorumque actiones, sicuti jam olim juris erat, irrefragabiliter apud Imperatoris Vicarios, civitatis nempe Præfectos manerent, quorum officium ceu summum apud nos Magistratum hactenus Romani Imperatores, et illorum concessione, Sueviæ Duces, plerumque emeritis nobilibus, aliquando etiam potentioribus incolis Patriciisque non raro, item Episcopis nostris pretio preceque ad lubitum contulerant, unde civibus non levis servitus perpetuæque contentiones oriebantur.*

Habſpurgico, poſtquam civitatem hanc magnanimiter imperio rurſus reſtituit (t) ſubmiſſe obtulerunt ac clementiſſime confirmata, acceperunt, (u) ita quidem, ut eorum confirmationem non tantum literarum imperialium (x) ſigillique monumentis communiri juſſerit, ſed etiam, oſtenſurus, quam enixe ea tueri illibataque retinere velit, Epiſcopum vel invitum eo redegit, ut Codici iſto ſubſcriberet. (y)

(t) *Porro Ratbulſus iſte, qui Imperatoriam Majeſtatem, tanquam poſtliminio Germanis tandem reſtituit, toti patrio regno tranquillitatem exoptatiſſimam attuliſſe, quoque baud abs re viſus eſt, quamdum ex officio, pro ſuo virili ubique plantare & fovere ſtudet, Augſtburgenſium etiam Reipublicæ conſulturus: (nam Epiſcopatus ibidem Advocatiam, vulgo* Kaſten *Vogteiam dictam, jure ſuo jam ad ſe quoque invito Clero receperat) Berchtoldum a Muhlbuſa advocatum præfectumque Provinciæ & civibus dare A. D. 1275. menſe Jun. dignatus eſt. Atque ita illos denuo tamquam verus Pater Patriæ, ab Epiſcopi Dominio (quod vacante Imperio uſucapioue jam invaſerat) affatim eruere, ac in tutelam ſuam liberaliſſime iterum recipere nou eſt cunctatus.* GASS. ad h. a.

(u) Id. *Iude mox* inquit *idem Cæſar Ratbulſus frequeutiſſimum Germaniæ Principum couventum, A. S. 1276. ad eandem civitatem noſtram couvocavit, in quo præterquam, qnod Primislaum II. etc. et S. P. Q. Auguſtenſi, quamprimum illi Luitboldo Stoltzbyrſio Conſule, in verba ipſius in publico, juxta Marianum templum Circo (alii in ſacra area a tergo templi dicti factum volunt) juraſſent, non ſolum autiqua privilegia clementiſſime confirmavit, ſed etiam quamprimum ſibi ſupplici libello bumiliter expoſuiſſent, ſe jura ſua & definitivas ſeu judicialiter latas ſententias quasdam pro communi utilitate in nnum collegiſſe, amplioraque repoſituros eſſe, ſtatim, ut babet diploma, mentem rectam, intentionem bonam & petitioues deſiderabiles fidelium civium intuens, illos favorabiliter exaudire ac Codicis ejus, tam ſcripta, quam ſcribenda, regia ſua autboritate, maturoque Principum aſſenſu ſtabiiire, rataque babere non dubitavit.*

(x) THOMAS. in delin. hiſt. Jur. p. 35. & CONRING. ibid. cit. C. 27. de orig. Jur. Germ. contendunt, ab illis temporibus ſub Friderico II. Rudolpho I. & ſeq. cæptum fuiſſe vernaculam linguam magis colere, & non amplius illa clericali, latina nempe lingua, ſed Germanica in conſtitutionibus Imperii uti. Verum hæc de ipſis Conſtitutionibus Imperii potius intelligenda eſſe exiſtimo, quam de diplomatibus aliisque publicis documentis, multa enim ab utroque Imperatorum, quin imo & LUDOVICI de Anno 1315. ſuper priv. de non evocando & 1316. ſuper Steuram annuam Imper. civit. Auguſt. ſuperſunt conceſſionum ac confirmationum diplomata, idiomate adhuc Romano conſcripta, inter quæ & hæc noſtri Codicis Confirmatio referenda, utpote quæ non vernacula illa, quam Plur. Rev. Dn. BRUCKERUS in additamentis der Augſpurgiſchen Regiments-Hiſtorie communicavit, ſed latina dictione eſt confecta, quam ex autographo in Cancellaria civitatis exſtante, ad calcem hujus diſſertationis noſtræ in deſcripto ſub Lit. A. integram addere placet.

(y) Pergit GASS. ad A. 1276. *Ad bæc ſpeciali diplomate, optimus ille Cæſar iisdem ſuis civibus conceſſit, ut omnes tam Epiſcopo, Abbati, Præpoſitisque quam Cauonicis bic famulantes ac ſnbditi, quicunque in civitate illorum negociari, atque merces, vel vendere, vel emere pergaut, a nullis exactionibus, pecuniariisve collectis exemti ſiut, ſed æque ac reliqui, tum inquilini, tum advenæ, ſemper communia onera cum civibus ſubeant, portentque. Quæ immunitates, indulta & privilegia ſolennibus Tabulis conſiguata ac data Augſtburgi noſtro, boc ipſo 1276. anno 7. Id. Martii ſunt. Quin item, quando jam ſumma diligeotia idem Ratbulfus Cæſar noſter, certis Conditionibus transactionem inter Clerum & Cives de præteritis certaminibns feciſſet, curavit, ut ipſemet* HARTMANNUS *Præſul noſter, licet iovitus, novo jurium municipalium & receptarum conſuetudinum civitatis Codici, ſubſcripſerit tandem III. Id. jam nom. menſ.* Hucusque GASSARUS.

Undecenatus Codex das Stadt-Buch. §. XI. Continet iste Codex, (qui vocatur das Stadt-Buch) membraneis paginis inscriptus, veterique Suevorum idiomate germanico exaratus (cui etiam sub finem fundatio Nosocomii a Petro de Argon adjecta deprehenditur) Prætoris urbis officia atque potestatem, & Episcopalis Burggrafii partes ab invicem discretas; Magistratus deinceps, ut & Judicii civici, Assessorumque jura; totam politicarum rerum, manualiumque artificiorum & opificum facultates, nec non, tam Christianorum, quam Judæorum contractuum normam, omniumque civilium negotiorum communem usum, simul ac pacis servandæ morumque statuta, una cum justi rectique legibus. *Ejus contenta.* Et inter cætera monomachiam ad diluendas diffamationum notas, viris cum æqualibus armis; ad probanda vero per vim illata stupra, actrici lapide pugnum æquante in peplum ligato, reoque viro umbilicotenus in terram defosso, cum querno cubitali fuste, tum admittit, tum præcipit; & pro perpetrati homicidii pœna, postquam cum cæsi amicis fuisset transactum, decem tantum Rotevvylensium nummorum libras, quæ tunc temporis sex nostrates libras, h. e. sex argenti uncias valebant, mulctam Reipublicæ ærario inferendam, præsentibus & fassis tali rigore irrogat, ut, si quis non haberet in ære, corio & crinibus puniretur, sicut & in aliis mulctis juris erat; contra absentes vero & fugitivos, mirabiles juris consuetudines, de vindicanda cæde in diruendis culminibus aut januarum postibus domus rei præscribit. Hæc aliaque plurima GASS. ad d. a. longa recenset serie.

Error Schilteri circa illum refutatur. §. XII. Ex hactenus in medium prolatis liquet, Schilteri communicatum, in Catalogo autorum Germanic. Præf. P. XXXVIII. b. antiq. Teut. esse erroneum, licet, se illud a Reipubl. quondam Consiliario accepisse referat, quando ait: „*Augustæ Vindelicorum Reipublicæ jus vetus in Codice MSCt.* „*quem communicavit mihi Vir Clar. Christoph. Jac. Laube* (Lauber vocabatur) „*Reipubl. Consil. celeb. comprehendit jus, quo usa fuit R. P. Illustr. ante Rudolphum Imperatorem, sub illo vero renovavit illud, & in illum Codicem redegit* „*A. 1273. etc.*" Nullas enim ante Rudolphi tempora Augustanam Remp. scriptas habuisse leges, jam supra ostendimus. In Codicem vero dictum relatas, anno demum 1276. confirmatione Imperatoria fuisse munitas, authentico
(A.) probavimus diplomate Lit. A. Deinde etiam erroneus est idem ille Schilterus, quando ex isto communicato dictum Codicem his inchoantem verbis tradit:

Die hebt sich die Ehhafftin und allw recht die diese Stat ze Augspurg von ihr Herrschafft her hat braucht rc. (z) Authographum enim aliter se sistit, quapropter benevolo lectori forte non displicebit, si ex vetustissimo quod

(z) Incidit fortasse Dn. LAUBERO. p. m. in manus alius Codex, qui quidem etiamnum in Archivo publico custoditur, quique iisdem fere verbis: Hie hebent sich an die Ehafften und antre Recht die diese Stat von Jrer Herschaft herbracht hat rc. incipit: sed originale sive authenticum non est. Præterquam enim quod hic cum nostro supra memorato charactere stili, ductuque antiquiori literarum non conveniat, cuique inspicienti probatur, eum non nisi recentiori tempore esse transscriptum, non solum enim statim in fronte ipsius autor, Mathæus nimirum Schvvarzius, sed etiam compilationis ejus annus scil. 1552. tam ab initio, quam fine appositus, conspicitur, ne dicam, quod multa vel negligenter omissa, vel citra necessitatem aucta, vel aliter scripta, aut literis expressa hic sint, & ab originali aberrent, quod etiam in isto SCHILTERI communicato deprehenditur: ex quibus jam facile augurari licet, quid de isto in Bibliotheca illustr. quondam CHRISTIANI THOMASII exemplari, quod Celeb. SENCKENBERG. vidisse recenset, sentiendum sit. De quo in nota seq.

quod in fcriniis Archivi publici affervatur authentico exemplari, ad finem hujus differtationis, vel faltem prologum cum Indice contentorum fub Lit. B. communicamus, fimulac etiam dubiis Celeb. Viri HENRICI CHRISTIANI SENCKENBERGII in felect. jur. & hift. T. I. p. 516. fatis facere ftudemus. *(aa)* B.

Transgreffio ad hodierna Statuta.

ſ. XIII. Quemadmodum vero omnium rerum viciffitudo eft; fundamentum autem omnis Reipublicæ falutis in legum optimarum, tempori falubriter accommodatarum, fanctione ponitur, juxta Arift. I. Rhet. 4. fic Patres Reipubl. Auguft. Confcripti pro falute civium & ftabiliendis confervandisque juribus civitatis, morumque probitate & cunctis rebus rite peragendis, nullum reliquere immotum lapidem, fed aut fuadente utilitate, aut urgente neceffitate, quovis tempore vel compilatas iftas leges explicuerunt, vel mutarunt, aut emendarunt, vel novas in emolumentum civium, juftitiæ adminiftrationem, morum correctionem, mercaturæ, negotiorum opificiorumque incrementum vergentes conftitutiones promulgarunt. *(bb)*

(aa) Ita enim fcribit SENCKENBERG. c. I. In cujus fententiam et RICCIUS abiit, *Hoc --- nemo a me impetrabit, ut ingentem illam legislationem Augustanam, qua civitas, ni fallor, hodieque gaudet, fimul ac femel illo tempore, quod in præfamine & Epilogo notatur, natam credam, vidi eam quondam in Bibliotheca illuftr. Viri C. THOMASII hoc titulo infignem.* Augfpurgifch-Stadt-Recht / von der Herrfchafft herbracht gefchrieben durch Johanfen den Steinberger von Rafenheim und vollendet am *St. Jeronymi* Tag *A. 1447. ubi in præfamine afferitur, Rudolphum I. omnium hujus juris autorem effe, fed perperam. Antiquior Rudolphum æquans, paucis pergamenti foliis conftiterit neceffum eft, neque enim magnos Codices id ævum fert. Verum de hoc judicent ii, queis autographum Rudolphi I. ævo confectum, cum recentiore hac collectione contendere datur.*

(bb) Non tantum enim multæ jam ipfo Codici autographo infertæ annotationes marginales, ut & interpolatæ leges novæ id luculenter probant, fed etiam mox fubfequuta ordinatio judicii Prætorii, five Stadt-Gerichts-Ordnung/ de qua duo archetyporum Libri adhuc fuperfunt, unus, qui A. 1529. confcriptus eft & dicto judicio ufui effe folet: Alter qui A. 1540. abfolutus, & in cartophylacium publicum relatus eft: uterque FRANCISCUM KOEZLERUM, dicti Judicii fcribam olim, autorem vel potius compilatorem agnofcit, ultimum vero ab antiquo tegumento das fchwarze Büchlein nominatur juxta verfus recentiori ætate adjectos,

Das fchwarze Büchlein werd ich genandt/
Vor vielen Jahren wohlbekhandt
Bey der Stadt Augfpurg Regiment
Anjezt mich fchier niemandt kendt
Dann ich verkhert mein fchwarze Gftalt
In Weiß: weil ich bin worden alt.

Nolo hic in recenfendis omnibus & fingulis iis conftitutionibus, quibus Ill. Senat. Aug. fibi fuisque, ab iftis retro temporibus, confuluit, & publicis typis prodierunt, juftas Differtationis fines transgredi, fed tantum præfentis, & quod anteceffit, Seculi quasdam præcipuas referam: funt autem eine Policey-Tax-Zierd-Kleyder-Hochzeit-Kind-Tauff und Leich-Ordnung de A. 1622. 56. 83. 92. & 1735. Feur-Ordnung de A. 1653. & 1731. Hall-Ordnung de A. 1653. & 1735. Pfleg-Vormund- und Beyftandfchaffts-Ordnung de A. 1682. & 1729. Steur-Ordnung A. 1704. Ordnung und Verhalt der Armen im Spital. A. 1706. Zug- und Wacht-Ordnung der Guarde-

Sol-

Præfectos quos adhunc usque diem retinuit Augusta, hodie ipsa creat per privil.

§. XIV. Supra monuimus Augustanam Provinciam suos semper Præfectos, civitatem autem suos Sub-Præfectos habuisse, quorum potestas, quamdiu hi a suis Præfectis, Præfecti vero ab Imperatoribus vel Ducibus constituebantur, magna, officia vero varia erant. (*cc*) Adepto autem peculiari eoque splendidissimo privilegio (*dd*) quo utriusque electio Ill. Magistratui Augustano concessa fuit, ea tamen conditione, ut Præfectus Provinciæ justa optione, in quem-

Soldaten. 1632. 1711. Verordnung wegen des Kirchen-Hauß- und Gassen-Bettels. 1711. 1725. 1730. Instruction für die Korn- und Malz Mässer wegen des Ungeld-Amts: 1722. --- Worauff die Becken jährlich schwöhren eod. --- Worauff alle und jede Preuen jährlich schwöhren eod --- Für die Bier-Geschauer. eod. --- für die Visierer eod. --- für sämtl. Mahl-Müller/ Zu-Müller und Karrer wegen des Malzes eod. --- für die Hucker/ Melber/ Brandtweiner/ Drentler/ Küchlen-Becker eod. --- für die Thor-Schreiber und Thor-Wart/ wegen des Ungeld-Amts und frembden Biers. eod. --- für die Mühl-Visitatores eod. --- Wegen der Schrand-Karrer eod. Verordnung wegen des Loh-rothen Leders. 1723. Gesetze so jährl. am Schwöhr-Tag der Bürgerschafft vorgelesen werden 1735. Cramer-Ordnung eod. Marckt 1738. Bau-Ordnung 1740. Pfand- und Leyhhauß-Ordnung und deren Erläuterung. 1732. Taceo alia quam plurima Statuta legesque sigillatim editas, quæ a modo publicandi, quo vel tabulis ad curiæ portarumque urbis tam interiorum quam exteriorum ut & aliarum ædium publicarum valvas suspensis affigi solent, vel etiam quandoque præconio, convocatis per buccinæ sonitum civibus, promulgantur, Offentliche gedruckte Anschläge und Verruff dicuntur; adsunt porro ordinationes scriptæ: e. g. Die Stadt- und Handwercks/ Gerichts/ Ungelds/ Getrand-Aufschlag/ Zucht und Straff/ Taxier-Amts/ Bach-Ordnung & simil. quibus haud incongrue die Burgermeisterliche und Reichs-Stadt-Vogdt-Amts-Instructiones, item die Consultation-Ordnung annumerari possunt, quæ singulæ dictis officiis, & quæ illis præsunt personis, instar normæ ac regulæ inserviunt. Huc tandem & Judicii matrimonialis A. Conf. referenda est ordinatio, quæ tamen cum legibus civitatis hactenus adductis communibus nil commune habet, utpote quæ, vi Pacis Westphal non nisi Magistratus August. Confessioni addicti arbitrium atque authoritatem agnoscit, ac ab ipsius dispositione unice pendet.

(*cc*) *Hoc autem erat*, refert GASS. ad A. 1268. *Præfecti civitatis Augsburgensis officium munusque, quamquam ea Sub-Præfecti seu Pretores plerumque obire hodie soleant: Judicia Capitalia, injuriarumque actiones exequi. forenses lites inter cives quoscunque advenasque, in omnibus tam mobilibus, quam immobilibus bonis, sive ea ἐμφιτεύτικα, sive allodia sive etiam feudalia existant, singulis septimanis in Publico Pretorio dirimere, tres item per anni circulum in Episcopali Palatio privatos dicarum dies, speciali quadam prerogativa, peremtorie edicere. Ad hæc contractus, testamenta, legatarias & obligatorias quascunque syngraphas obsignare suo sigillo, vicuum, ponticulorum & rivulorum ne dicam cloacarum ornamenta procurare, nec non, Imperatoris vice, domi injustam pecuniam probibere, pacem conservare, grassatorumque vim interdiu noctuque cobibere. Foris vero itinerum præsertim præfecturæ Provinciæ securitatem curare.*

C. (*dd*) vid. Integrum privilegium Imperatoris ad finem Diss. sub Lit. C. Sciens prudensque hæc verba ex privilegii supra laudati confirmatione gloriosiss.
D. Caroli VI. de dato Viennæ d. 28. 7br. 1737. in appendice sub Lit. D. annexa, in medium adduxi, ut appareat, nemini competere privative aliquam qualitatem præcipuam adspirandi ad hoc summum officium, sed libertatem plenam relictam fuisse magistratui in dicto Sigismundi privilegio, in confirmatione Carolina vero pressius definitam & declaratam optandi quemcunque in nobilitate constitutum: Et sic clariora & veriora evadunt ea, quæ refert GASS. ad 1268. quod summum Prætoris officium etiam Patriciis fuerit collatum v. supr. ad §. 9. not. f.

quemcunque nobilem ohne Unterscheid er seye eine frembde Stands oder Adels Persohn oder ein einheimischer adelicher Patricius, facta, nominatus, Imperatori confirmandus insinuetur ac præsentetur, qui ab ipso Imperatore capitali sive sanguinis judicio investitur, *(ee)* quod Sub-Præfectus deinde, solo Magistratus civici electione designatus, ab ipso per subfeudationem obtinere solet: potestas illa Sub-Præfecti, licet officium ejus satis amplum adhuc præclarumque sit, certis tamen limitibus circumscripta est & mandatis Inclyti Senatus obnoxia. *(ff)*

§. XV. Exstat quidem in Archivo patriæ publico liber conscriptus, qui seriem tam Præfectorum Provinciæ quam Prætorum urbis, adjectis eleganterque depictis eorum armis gentilitiis, recenset atque exhibet, quia vero præsertim ab antiquis temporibus incerta, nec firma aut indubitata nititur fide, in recensione eorum nolo immorari. *(gg)* Sufficiat nominasse Perillustrem ac Generosum Dn. WOLFGANGUM JACOBUM SULZERUM. S. C. M. CAROLO VI. gloriosissimæ memoriæ, & jam CAROLO VII. Augustissimo Imperatori (cui Deus longævam vitam & quietam felicitatem largiatur) a Consil. Actual. Reique publ. Augustanæ Duum-Virum Præfectum, ut splendidissimum, ita & meritissimum, literarum Mecænatem gratiosum, dignitate Provincialis Præfecturæ jamjam fulgere ac A. 1741. a summo, quod Augustæ Vindel. adperiebatur, Imperii Vicariatus judicio, supremorum Vicariorum nomine, præsentante Inclyto Magistratu, investitum fuisse: Sub-Præfecturæ Pretoreæ autem muneri, Generos. Dn. CHRISTOPH. WILLHELM. VINCENT. LANGENMANTELIUM, ex Perillustris ac Generosi Præfecturæ antecessoris, JOH. JACOB. HOLZAPFELII, eidem olim CAROLO VI. gl. m. Imp. a Cons. actual. & R. P. Aug. Duumviri Præfecti, pie defuncti, subfeudatione, adhuc præesse.

Sibique gratulatur de hodiernis; Illustr. nempe Præfecto nostro a Sereniss. Imp. Vicariis infeudato.

Pretoreæque Gen. sub-infeudato.

(ee) *Fuere Augsburgi nostri Consules Paul. Langius Patricius & Hermannus Nördlingerus III. sub quibus senatus maxima cura a Cæsare Sigismundo iterum enixe impetravit, ut is patris sui privilegium renovaret, quo cautum fuerat, ne præfectura civitatis nostræ ulli unquam oppignoraretur, nedum venderetur ab Imperatoribus, quod ubi is clementissime sub Aur. Bulla Viennæ Panonum 14. die Mart. confirmasset, addidit insuper in promtæ fidelitatis obedientiæque civium recompensationem, pro sua Majestate talem prærogativam, qua postbac semper & Præfectorum & Prætorum urbis hujus selectio quam rejectio penes Senatum Augsburgensem libera ea conditione maneat, ut ejusmodi optione assumtus vel Præfectus vel Prætor Imperatori Germanico confirmandus prius insinuetur, præsenteturque. Estque eo modo confestim Stephanus Obserus a Wagraina Præfectus noster dictus.* vid. GASS. ad A. 1426.

(ff) Conficiuntur enim literæ auctorationis vel instructionis, ac reversales, certique articuli, quibus Sub-Præfectus præstito juramento subscribere tenetur, ut ex novissimis, quos infra sub Lit. E. addidimus, apparet. E.

(gg) Exhibet quidem Rever. Dn. BRUCKER. duplicem Præfectorum Prætorumque Catalogum, in addit. Zu der Augspurgischen Regiments-Historie. Ast neutrum in Codice isto civitatis, ad quem ex B. D. LANGENMANTELII relatione provocat, inveniri, certum est; neque etiam eum serie ista, quæ in libro a nobis allegato deprehenditur, convenire & hinc inde variare, ex collatione satis claret.

APPENDIX DOCUMENT.

Lit. A.

Confirmatio Rudolphina Codicis Civitatis ex Copia vidimata.

RUDOLPHUS, Dei gratia Romanorum Rex semper Augustus, Universis Sacri Romani Imperii fidelibus, præsentes literas inspecturis, graciam suam & omne bonum. Diligimus & dilectionis signa, illis digna ducimus exhibere, quorum mens recta, intentio salubris & bona: ad ea quæ sunt Pacis & veritatis se præparat & componit, horum votis curamus concurrere & eorum petitiones desiderabiles favorabiliter exaudire. Hinc est, quod Supplicantibus Nobis Dilectis fidelibus nostris civibus augusten. ut cum ipsi quasdam Sentencias sive Jura, pro communi utilitate omnium, in unum collegerint, ac Scripturarum memorie commendaverint, & adbuc ampliora & utilia cum prioribus velint reponere, & exinde Codicem conficere, Nos tam scripta, quam scribenda velimus auctoritatis nostre munimine confirmare. Nos ipsorum precibus benignum prebentes assensum, Jura sive sententias scriptas & scribendas, sub debito juramenti, confirmamus, confirmatas presentis Decreti munimine roboramus; Ampliorem curantes dictis civibus facere gratiam, volumus, quod de bonis suis, curiis, hubis & aliis possessionibus, extra muros civitatis sitis, ita si nullo jure advocaticio constringuntur, nulla servitia faciant; sed eo libertatis Jure gaudeant & quiete, quod ipsis a Nostris Antecessoribus Dive recordationis Imperatoribus & Regibus, usque ad nostra tempora est servatum. In cujus rei testimonium presens Scriptum exinde conscribi, & Majestatis nostre Sigillo jussimus communiri; Datum Auguste VII. Idus Martii, Indictione nij. Anno Domini Millesimo Ducentesimo Septuagesimo VI. Regni vero nri Anno tertio.

(L.`S.)

Lit. B.

Prologus cum Indice Cod. Stat.

In nomine Domini. Amen.

Fride gnade unde div minne (*a*) des almähtigen Gotes si mit allen Gotes (*b*) getruwen amen.

WAnde (*c*) elliv dinch unde div geschæfte div die lüte (*d*) vværbent (*e*) dicke vergæzzen vværdent vnde ouch verderbent. da von so ist not. svvaz man vvirbet, daz man daz *güter* (*f*) gehvgnusse emphælhe mit der schrift, daz ez stæte (*g*) belibe. Darvber ton chvnt (*h*) die ratgæben, die ze den Ziten

ten

(*a*) Liebe. vid. Schilt. Glossar. Teut. p. 589. (*b*) getreuen.

(*c*) alle. (*d*) beschäfftiget sind. Daher komt das Wort: gewerbe / sich bewerben.

(*e*) offt. Man sagt noch heutiges Tags dick-bemeldten / anstatt offtbemeldten.

(*f*) Gedächtnuß. Schilter p. 472. (*g*) bleibe.

(*h*) Rathsherren /, Räthe.

ten ratgaeben vvaren ze aufpurch. do von gotes *gebürte* vvaren Tufent jar, zvvai hundert jar, fehs vnde fibenzic jar, vnde bi (*i*) Kvnch Rvdolfes Ziten, der do gevvalticlichen Römifch Künch vvas, daz die (*k*) biderben burger, die elteften vnde auch die (*l*) vvitzigften ratgæben von Aufpurch durh ir trivve vnde durh ganze raehticheit ze vnierm herren Kvnch Rvdolfe chomen, vnde im (*m*) forleiten vmbe fogetanen (*n*) gebracften, vnde vmbe elliv div ræht div difiv ftat ze aufpurch von alten Ziten bi Kaifern, bi Kvnigen vnde bi bif-fchöfen her braht hete, ez fi an des vogtes ræhte, oder ans burggrafen, oder an d. münze, oder an zollen, vnde eins ieglichen biderben mannes reht, er fi arm oder riche. Da begnade vns vnfer herre Kvnch Rvdolf mit, vnde (*o*) bechante vns vnfer ræhte, vnd gab vns darvber finen brief, verfigelten mit finem Infigl, vnd mit vnfers Herren Biffchof Hartmannes vvillen, der do Biffchof vvas, vnde mit finer chörh'ren. *Do* difiv gnade der ftat (*p*) gemeinlichen vviderfvr, von vnferm *Herren* Kvnch Rudolfe, vnde von vnferm *Herren* dem Biffchofe, do chomen fi an ir rat, vnde namen mit guter (*q*) be-fchaidenheit vier biderbe man; vnde (*r*) fvv'ren die zen hailigen, daz fi vf ir eit elliv div reht, ez vvære von vogten, oder von burggrafen, oder von mvnze, oder von zollen, oder ains ieglichen biderben mannes reht, er fi arm oder riche, daz fi div (*r*) hiezzen fchrieben, vnde fvvaz fi fchrieben, daz fi daz bræhten fvr ganzen raht, vnde daz ez da (*s*) beftætet vnde bevværet vv'rde, als ez hernach gefchrieben ftat. Daz taten fi, vnde ift daz (*t*) be-vvært, daz ez dem armen vnde dem richen (*u*) ftæte fol (*x*) beliben, fvves man irre vvirt, daz man daz an difem buche vinden fol, daz daz danne reht ift, vnde (*y*) niemen vvider reden fol.

Hie hebent fich an die (*z*) ehaftin vnde elliv div reht, als fi difiv ftat ze aufpurch von (*a*) ir herfchefte mit rehte vnde mit güter gevvonheit herbraht hat.

Daz ift daz erfte capitel.

I. Waz in ir herfchaft Kunige, Biffchofe vnde vogte vnde burggrafen (*b*) behalten fuln.
Von geleite.
Von dem rate den difiv ftat ze aufpurch haben fol.
Von den torn der ftat in vves gevvalt div fin foln.
Welh reht ein (*c*) marggrafe vf finen lant teidingen habe ze rihten (*d*) her zer ftat.
Welh reht vnde vvelhen gevvalt ein ieglich Vogt in der ftat vnde druz haben fol.
Welh

(*i*) König. Schilter. p. 176. (*k*) Ehrliche / redliche / angefehene. Man fagt auch ein Biedermann. Schilt. p. 107. (*l*) weifeften.
(*m*) vorlegten. (*n*) gebrechen.
(*o*) bekräfftigten. (*p*) gemeinen Stadt.
(*q*) bedacht. (*r*) fchwuren.
(*r*) hieffen fchreiben. (*s*) beftätiget.
(*t*) gut geheiffen. (*u*) feft / unverbrüchlich.
(*x*) bleiben. (*y*) niemand.
(*z*) Gefetze. Rechte. Statuten. (*a*) Krafft habender Herrfchafft oder Herrlichkeit / Jurisdiction. (*b*) berechtiget / befugt zu feyn.
(c) Marggraf zu Burgau. (*d*) über die Stadt.

Welh reht vnde vvelhen gevvalt div (*e*) vz vogte (*f*) hinz der burger (*g*) hüber vnde hinz ir gute hant zer rihten vf dem lande.
Welh reht vnde vvelhen gevvalt ein Burggrafe am gerihte vnde in der ſtat haben ſol.
Welh reht ein mvnzmeiſter gen der ſtat haben ſol, vnde ſi gen im.
Welh reht der burcfride hat. (*h*)
Welh reht die Zolner haben ſuln in der ſtat vnde zen bruggen.
Welh reht (*i*) der hofmeiger gen den burgern hat, vnde ſi gen im.
Welh reht daz cloſter von ſant Vlriche hat ze behaltenne ainen ieglichen (*k*) ſchaedeliehen man.
Welh reht vnſer (*l*) herren von dem chore habent auch ſchaedeliche lute ze behaltenne.
Welh reht die burger vnde ein ieglich (*m*) antvvaerck haben ſol als hernach geſchriben ſtat.
Was rehtes der Kauflute ſi vnder den burgern.
Waz rehtes die (*n*) gevvantſnider haben ſuln.
Waz rehtes die kramer haben.
Waz rehtes (*o*) vvizmaler haben.
Waz rehtes (*p*) rinthſchuhſter han.
Waz rehtes (*q*) laederer haben.
Waz rehtes (*r*) ſalzlute haben.
Waz rehtes lodvvaeber haben.
Waz rehtes die hüter haben.
Waz rehtes vlozlute haben.
Waz rehtes viſcher haben.
Was rehtes die mülner haben.
Waz rehtes die (*s*) hünraer haben.
Waz rehtes trager haben.
Waz rehtes die (*t*) Maezzer haben.
Welh reht die Iuden die hie zer (*u*) ſtat ſitzent gen den burgern haben ſuln vnde die burger gen in.
Ob ein Iude hinz ei*ne xpiſten* iht claget. (*x*)
Vmbe beſchlozniv phant div man ivden (*y*) ſetzet.
Ob ein Iude vnde ein criſten (*z*) ze kriege vvaerdent.
Ob ein Iude vf Ros lihet.
Ob ein criſten ſin gut vindet in eins Iuden gevvalt, daz im verſtoln vvirt.
Vf vvelhiv phant ein Iude lihen ſol, vnde vf vvelhiv niht.

Ob

(*e*) frembde / auswärtige Vögte. (*f*) über.
(*g*) beſtänder der Landgüter. (*h*) beſonders befreyte Orte wider gerichtlichen gewalt. (*i*) der Stierbaur im Mayhof.
(*k*) Maleficanten / Ubelthäter. (*l*) Domherren.
(*m*) Handwerck. (*n*) Krämer / die mit gemachten Kleidern handlen / oder Tuch ausſchneiden. (*o*) Weißmaler / verarbeiter der von Weißgerbern bereiteter Felle. (*p*) Gerber / oder die im Pfundleder arbeiten.
(*q*) Lederbereiter. (*r*) Saltzfertiger.
(*s*) die mit Hünern / Eyern / Schmaltz und d. g. handlen. (*t*) Kornmeſſer.
(*u*) wohnen. (*x*) verſiegelt.
(*y*) verſetzet. (*z*) in Proceß gerathen.

Ob ein Iude eime criſten ein phant (*a*) vlivſet.
Ob ein criſten einen Iuden, oder ein Iude einen criſten ze tode ſleht oder (*b*) vv'ndet.
Ob ein Iude bi einer criſten in (*c*) ligt.
Ob ein Iude diupſtal begat.
Von dem flaiſche daz die Iuden (*d*) ſlahent.
Ob ein man herkomt vnde burcraeht hie enphahet. vvelh reht der in der ſtat haben ſol gen ſiner herſchefte vnde ſin herſchaft gen im.
Darumbe ein *burger* in dem Capitel antvvrten ſol.
Von der ſturmgloggen.
Ein ieglich man der hie ze auspurch ſitzet, vnde kaufet, vnde verkaufet der ſol (*e*) dienen als ein ander *burgaer* (*f*) hinder ſvvaemer ſitzet.
Welh reht die burgaer hinze den (*g*) Waibeln hant.
Vmbe vnderkeufel. (*h*)
Vmbe des henchers reht.
Ob de juden vnder ein ander (*i*) iht (k) getvnt ane den todſlac vnde ane die vvnden.
Ob iemen dem andern kalkes oder ſandes ſchultic iſt.
Wer an der ſtet rat niht gan ſol.
Wer vf ein einvnge tribet, vvie man den phaenden ſol.
Wer hinz einen dinſtmanne er ſi ens herren oder ens gotshuſes ze ſprehen hat.

NB. Dieſe und noch andere Articul ſind von einer andern Hand beygeruckt/ welches zu erkennen gibet/ daß ſelbige erſt nach der Hand dazu gekommen/ wie dann faſt durchgehends ſolche neue Inſerta ſich finden.

II. Daz ſint div capitel von des vogtes gerihte.

Vmbe den totſlac. (*l*)
Vmbe daz mort. (*m*)
Vmbe die nothnvmpht. (*n*)
Vmbe den vblen ſtrazraup. (*o*)
Vmbe den gemeinen ſtrazraup.
Vmbe den lantraup.
Vmbe den brant. (*p*)
Vmbe diuphait. (*q*)
Vmbe die achte. (*r*)
Vmbe ketzer.
Vmbe allen valſch. (*s*)
Wen man haupten, henchen, radebraechen, vf (*t*) der hvrde brennen, oder lebendik begraben ſol.

(*a*) auslöſet. (*b*) verwundet.
(*c*) Unzucht treibt. (*d*) ſchlachten/ metzgen.
(*e*) leiſten præſtanda præſtare. (*f*) er mag wohnen/ Unterthan seyn/ wem er will. (*g*) Gerichts-Botten.
(*h*) Käuffler/ proxenetæ. (*i*) etwas.
(*k*) verbrechen. (*l*) gewaltſamen/ offentlichen Mord.
(*m*) heimlichen Mord. (*n*) Nothzwang. Schilt. p. 644.
(*o*) Straſſenraub ohne Fehde. (*p*) Mordbrand.
(*q*) Diebſtahl. (*r*) Acht/ Landtsverweiſung.
(*s*) Betrug. (*t*) Scheiterhauffen.

Wie man vber Zauberer, vber Zauberinne, vnde vber die (u) giftmachent rihten sol.
Ob chint ftaelent div Zir tagen nicht komen sint. (x)
Wie man vber den rihten sol der im selber stilt vnde es ander lute zihet. (y)
Wie man vber (z) tragendiv vvip rihten sol.
Wie man (a) divbic oder revbic gut vvider geben sol.
Wie man vber (b) toren rihten sol.
Der den andern (c) belivmvndet boeser dinge.
Ob ein man einen (d) töten ansprechen vvil, vvie man hinze dem rihten sol.
Von Kamphe.
Ob ein frovve einen man ansprichet kamphlichen. (e)
Vmbe die notvver.
Vmbe die vvnden.
Vmbe die haimsuche. (f)
Vmbe fridebraechen.
Vmbe maineide.
Vmbe schaeltvvort.
Vmbe fraevel.
Vmbe seckelsnider. (g)
Vmbe Kegelaer. (h)
Vmbe riemenstaecher. (i)
Vmbe viertaeter. (k)
Wie man hinze den Iuden rihten sol.
Ob man verstolnz gut vindet in eins Iuden gevvalt.
Vf vvelhiv phant ein Iude lihen sol vnde vf vvelhiv niht.
Ob ein Iude phant laugent, div man im gesetzet hat.
Ob ein man gut (l) verlivst daz im ze behalten geben ist.
Ob ein man gut vlivset daz im umbe lon gelihen ist. (m)
Von arcvvaenigen gezuigen. (n)
Wie ein ieglich frovve vormunt haben sol vor gerihte.
Ob ein man ufgehabt vvirt fvr den andern. (o)
Ob ein man mer chinde hat danne bi einer frovven (p) vvelh reht div habent irs vater gut ze erbenne.
Vmbe allen fürkauf. (q)
Vmbe valsch geloete. (r)
Vmbe valschiv schaph vnde valsche maezzen. (s)

Der

(u) Gifftmischen. (x) zu ihren Jahren nicht gekommen / noch minderjährig sind.
(y) Zeugen. (z) schwangers Weib.
(a) diebisch und räuberisch / gestohlen und geraubt Gut. (b) im Kopf verruckte.
(c) verläumbdet / böse Dinge nachredet. (d) einen verstorbenen gerichtlich belangen. (e) zum Kampff heraus fordern.
(f) freventliche Heimsuchung / Hauß-Friedens-Bruch. (g) Beutelschneider.
(h) Scholterer / die besondere Kegelplätze hielten. (i) falsche Spieler mit stechen zwischen Riemen. (k) Taschenspieler mit Würff.en. vid. Schilt. p. 755. sqq. (l) verlieret.
(m) um Lohn verlichen. (n) verdächtigen Zeugen.
(o) gerichtlich aufgehoben oder gefänglich eingesetzt. (p) aus einer Ehe.
(q) Vorkauff vor dem Marckt. (r) Gewicht.
(s) Schaff / Scheffel und Metzen / Gemäß.

Der dem andern drot an ſin lip oder an ſin gut.
Welh vrteil ein man gen ſinez (t) mage ſpraechen ſol vnde vvelhe niht.
Daz kein vvirt ſinen gaſt (u) beſchädigen mak ane daz in ſaelben (x) ane gat. nivver als hernah geſchriben ſtat.
Daz kein vogt hinze keime chinde rihten ſol daz ze ſinen tagen niht komen iſt.
Daz der aehter (y) niendert keinen (z) fride hat vvan als hernah geſchriben ſtat.
Daz der vogt (a) driv vogtes dink in dem jare hat ze rihtenne vber elliv dinch als hernah geſchriben ſtat.
Vmbe elliv eigen. (b)
Vmbe allez erbegut. (c)
Vmbe allez erbe lehen. (d)
Vmbe allez zinslehen. (e)
Vmbe allez (f) reht lehen (g) vnze an den herren.
Vmbe allez lipgedinge. (h)
Vmbe alle graben.
Vmbe alle vvaege.
Vmbe alle ſtaege.
Vmbe alle vber gezimber.
Ob ein man fremden acker buet.
Ob ein bavm hanget vf eins andern mannes gut.
Der dem andern einen (i) berhaften bavm abehavvet.
Ob ein man in fremdem vvazzer viſſchet.
Vmbe alle morgengabe.
Vmbe alle (k) hiſtivr div vnferbvrget iſt. (l)
Vmbe elliv Zinſvellıgen gut. (m)
Vmbe enpholphen gut. (n)
Welh reht die (o) mvlnaer an dem laeche habent.
Welh reht die ſivzlvte vf dem laeche habent.
Welh reht darvber hoeret der den andern beſchadiget in ſime (p) chorn tages oder nahtes.
Welh reht darvber höret der den andern beſchadiget in ſime garten oder in ſinem bavmgarten oder in ſinen aengern tages oder nahtes.
Welh reht darvber hoeret ob ein vihe daz ander tret oder vvndet.
Vmbe des ſtockes reht. (q)
Vmbe alle ſpaeher. (r)

(t) Familie / Verwandte. Schilt. pag. 559. (u) gerichtlich belangen.
(x) angehet / betrifft. (y) nirgends.
(z) Sicherheit vor dem recht. (a) drey Vogts-Geding / Gerichts-Täge. vid. Miſcell. Berolin. T. IV. pag. 171.
(b) Allodial-Gut. (c) Familien-Gut / Fidei-Commiſſum.
(d) Emphyteuſis. (e) Cenſiticum.
(f) Feudum rectum. (g) bis.
(h) Vitalitium. (i) tragbar.
(k) Ausſteuer. (l) ohne Bürgſchafft und Sicherheit.
(m) Grundzinß-bar. (n) depoſitum.
(o) Müller. (p) Getraide.
(q) Gefängnuß. Man ſagt noch: in Stock und Bande legen. (r) Verräther / Kundſchaffter. Schilt. pag. 752.

Ob einen man ein vihe beſchadiget in ſinem baumgarten oder ſiva ez im ſchaden tut.
Welh reht darvber (s) hoeret der dem andern in ſin hus ſtiget tages oder nahtes.
Wer gezive mac ſin. (t)
Vmbe alle phlaege.
Vmbe elliv burchraeht. (u)
Vmbe alle vngeraten lute.
Vmbe giſelſchaft. (x)
Welh reht aigen lute haben. (y)
Welh reht lehen lute haben. (z)
Welh reht Zinſer haben. (a)
Vmbe phinnik fleiſch. (b)
Wie vvit ieglich laech ſule ſin. (c)
Wie vvit div lantſtrazze ſule ſin.
postero tempore, A. MCXXXII. Lotharius, proficiscens per Vindeliciam in Italiam, Augustæ commoraretur, quæ Conrado Suevo credebatur favisse, ortus est inter milites & cives cruentus admodum tumultus. Multum in eo sanguinis effusum, magnaque & civium & militum cædes facta, quinimmo, quum ignis subjectus esset tectis a militibus, novo incendio dimidia fere pars urbis deleta. (*n*) Nova ingruebat periculorum tempestas A. MDLII. Quum enim Albertus, Marchio Brandenburgicus, cum suis, tum equitum, tum peditum copiis, ex hibernis advenisset, occupassetque Halam, Nordlingam, & alia Sueviæ oppida: Mauritius, Saxoniæ Elector, Calendis Aprilis Augustam quoque nostram obsedit, & quarto die deditione cepit. Ingens terror incussus est urbi: aversum tamen, quæ Dei clementia, majus graviusque, quod imminere videbatur, periculum. (*o*) Quum superiori sæculo ex bello isto exitiali, quod per integros triginta annos, non sine maxima animorum exacerbatione gestum erat, ruina & solitudo & vastitas non quidem per partes aliquas sed universam Germaniam velut turbine quodam invectæ & dispersæ essent: iteratis vicibus Augusta etiam nostra maximis periculis exposita, multisque calamitatibus pressa, sed ex iisdem divina ope iterum erepta fuit. Suecorum rex, Gustavus Adolphus, quum A. MDCXXXII. plures urbes & provincias imperii occupasset, occupavit etiam Augustam nostram, quam tamen simul ex multis angustiis liberavit. (*p*) Quum vero postea diu obsessa teneretur Augusta a mili-

---

sen, zerschlept und dem Boden gleich gemacht vvorden. Wievvol Welffo, als er von dem Kayser Verzeihung erlangt, auch den Augspurgern, sonderlich aber den Geistlichen allen Schaden, so er ihnen zugefüget, vviederum erstattet, und ihnen mit Geld einen Abtrag gethan. Hæc nobis tradit ENGELBERTUS WERLICHIUS, chronic. August. p. II. cap. IV. p. 52.

(*n*) Commemorat hæc ALBERTUS KRANZIUS: *Lotharius*, inquiens, *anno regni VII. Italicam expeditionem pro corona imperii assequenda instituit. Pervenit Augustam, ibique, exorto inter milites & cives tumultu, civitas pro magna parte conflagravit: quum etiam multi in ipso tumultu pugnantes cecidissent; sed, ut fieri solet, major pars civium;* rerum Germanic. libr. VI. cap. II. p. 138.

(*o*) Non rectius hæc iterum, quam quidem jam allegati Illustris & nunquam sine summa reverentia nominandi Viri, Patris patriæ, Gymnasiique Præfecti gravissimi, PAULI a STETTEN, verbis describi possunt: *Ehe sichs jemand vermuthen können, traf zu Augspurg den letzen Martii in der Nacht die Nachricht ein, das Churfürst Moriz bereits zu Nördlingen sein Nachtlager gehabt, den Pass zu Donauvvörth besetzt, und im Begriff vväre, seinen Weg nach Augspurg zu nehmen. Er vvar auch mit seiner Armee den 1. April vvürcklich vor die Stadt gerucket, und hatte sein Lager bis auf den Mittag bereits bey Oberhausen geschlagen. Von dort aus schickte er einen Trompeter mit einem an den Rath gefertigten Aufforderungs-Schreiben in die Stadt. Es vvar kein anders Mittel übrig, als sich mit dem Churfürsten und seinen Bundsvervvandten in gütliche Handlung einzulassen. Nach einer dreytägigen Handlung brachte man endlich einen, damaligen Umständen nach, noch simlich leidentlichen Accord zuvvegen;* hist. Aug. p. I. cap. IX. p. 477. seq.

(*p*) Uberius hæc descripsit SAMUEL PUFENDORFIUS: *Lico transmisso Rex Augustam versus ad Lechusam castra ponebat: ex altera Lici ripa Torstensohnius cum majoribus machinis & delecta peditum equitumque manu non procul urbe stationem capiebat. Mox Hornius ad præfectum præsidii litteras dat, quibus monet, ne intempestiva defensione pulcerrimam urbem exitio involuat, non satis munitam, ac nulla auxilii spe. Quibus persuasus iste cum suis militari more egressus, Ingolstadium deducitur, ac statim viginti quatuor Suecorum cohortes in urbem immittuntur. Inde Senatus ac civium delecti ad Regem in castra Lechusam evocan-*

militaribus copiis: ingens admodum fames A. MDCXXXIV. MDCXXXV. exorta est, ut adsumeretur in cibos, quicquid jusserat longi jejunii imperiosa necessitas. Canes, feles, mures non amplius reperiebantur, equinæ carnes ditium tantum mensarum deliciæ erant. Multi quotidie, fame confecti, in publico concidebant: ipsis mortuorum cadaveribus rabida fames manus injicere cogebat. (q) Quumque postea Archidux Leopoldus Anno MDCXXXXVI. cum suis apud Ilmenstadium, non procul Nidda fluvio, castra posuisset, Sueci horum adventu cognito, subito in Franconiam, reducto ex Westphalia exercitu, & simulata in agrum Moguntinum irruptione, divertunt, Rainamque superato Danubio octo dierum spatio expugnant. Quo facto ad Augustam nostram conversi, obsidionem ejus moliuntur. Sed cum immissum esset urbi a Cæsaris exercitu præsidium, & ne Sueci in Bavariam progrederentur, collatis contra castris, abunde provisum: huic etiam discrimini exemta patria nostra. (r) Et quam asperæ, quam turbidæ erant res nostræ quinquaginta abhinc annis! quam dura reipublicæ tempora! Novimus vulnera, vidimus calamitates, audivimus querimonias. Sed in his quoque angustiis præstitum fuit Augustæ auxilium divinum augustissimum! Nimirum hoc temperamentum ferme sequi consuevit Deus, ut objiciat quidem calamitatibus ac miseriis, sed manum tamen perpetuo porrigat: atque dum probat patientiam, simul amorem suum ac benevolentiam declaret. Quo et bene semper speremus, et nunquam desperemus.

---

evocantur, de futuro urbis statu acturi. Quibus transactis, Rex urbem ingressus, ad ædem D. Annæ recta contendit. Ubi sacra, ritu Protestantium, hactenus abrogata, maxima cum civium lætitia instaurabantur; rer. Suecic. libr. IV. §. 15.

(q) *Man meldet, das in den Jahren 1634. und 1635. als die Stadt Augspurg hart bloquirt gehalten vvorden, man in derselben eine lebendige Kuh um 120 Gulden, ein Kalb um 30. Gulden, ein Ros zum schlachten um 30. Gulden, ein Scheffel Roggen um 100. Gulden, einen Sack Haber um 30. Gulden, ein Pfund Kühfleisch um 30. Kreutzer, ein Pfund Kalbfleisch um 45. kr. ein Pfund Rosfleisch um 16. kr. ein Pfund Schmalz um 5. Gulden, ein Pfund Schmalz um 1. Gulden, ein Ey um 12. kr. ein Pfund Brod um 45. kr. verkauft habe.* Hæc memorat MARTINUS ZEILERUS de decem circ. Imper. Germ. tit. XII. pag. 525. Confer. ejusdem chron. Suevic. pag. 150.

(r) De his sequentia memorat SAMUEL PUFENDORFIUS: *fœderati, ut urbem expugnarent, omni vi connitebantur, ac Fridbergam, & quicquid vicorum intra duo milliaria trans flumen Licum jacet, flammis delebant, ut sub dio hosti consistendum ibi foret: castellum quoque ad alteram pontis partem, qua usitatus per flumen transitus, excitant. Enimvero Cæsareis id tantum agebatur, ut, immisso urbi novo milite, obsidentium laborem redderent irritum. Cum autem fœderati destinata hostis impedire non possent, qui jam celsiore ripa machinas suis protegendis disposuerat: nil aliud ipsis supererat, quam obsidium solvere, ac transitu fluminis decedere, id quod etiam factum.* Rerum Suecic libr. XVII. §. 25.

DISSERTATIO VIII.

DE

JURIBUS AC PRIVILEGIIS LIB. S. R. J. CIVITATIS AUGUSTÆ VINDELICORUM.

§. I.

JUre Gentium Imperia divisa fuisse satis constat. Diversorum imperiorum status publicus & privatus iterum variat, prout utilitas & necessitas vel unius gentis, vel etiam plurium, aut unius imperii hoc suadet. In quolibet imperio occurrunt diversæ rationes pro conditione subditorum & ipsius modi regendi populum. Hinc vulgo tria tradunt genera, quod nimirum status publicus sit, vel Monarchicus vel Aristocraticus, vel ita comparatus, ut suprema potestas ad totum populum spectet, qui alias dicitur popularis. Non tamen credunt, ullum statum pure talem revera existere, sit enim ita, quod Monarcha omnia ad se trahat & se pro domino omnium subditorum omniumque rerum gerat, tamen necesse habebit, ut gubernatio rite procedat, instituere certa collegia pro salute publica & privatorum. Hinc est, quod plerumque habeatur senatus, cujus est præsentem & futurum, internum & externum statum probe considerare, quid faciat ad utilitatem & necessitatem publicam expendere, rationibus subditorum prospicere & consilia suggerere saluberrima. Inprimis etiam pro diversitate climatum genius populi considerandus; sic enim Romani erant frugales, Sybaritæ luxuriosi, Senones fortes, Lacones timidi, Narbonenses candidi, Britones vafri, Siculi acuti, Itali devoti (a).

§. II. Ne longius procedamus, considerabimus imperium Romano-Germanicum, quod omissis ejus vicissitudinibus hodie constat ex imperatore & statibus, neque de forma erimus valde solliciti, utrum sit Monarchia pura nec ne, & status tantum ut membra consideranda sint an non, hæc enim & alia, jam dudum examinarunt Iuris Publici doctores & inter hos inprimis LIB. BARO DE LYNCKER (b), qui etiam HIPPOLYTUM A LAPIDE fervente adhuc bello tricennali *de ratione status Imperii Rom. German.* scribentem late refutavit. Sunt qui imperium non esse unam rem publicam, sed corpus ex multis rebuspublicis fœderatis conflatum disputant, sed & illis satisfactum est apud laudatum illustr. autorem, qui etiam SEVERINUM DE MONZAMBANO varie loquentem inducit.

§. III. De *superioritate Territoriali* statibus imperii competente frustra est hodie disputare, postquam in *Instrumento Pacis Osnabrugensis Art. VIII.*

(a) vid. CRUGER. *disp. polit.* 3. (b) *de forma Imper. R. G.* th. 2. 8.

VIII. (c) satis est stabilita, hinc de libertate statuum Imperii, de variis ejus speciebus, aliisque IDEM ILLUSTR. AUTOR ex genuinis fundamentis disputavit, eosque qui singulis statibus in suis terris veram majestatem competere atque illos plus in eisdem posse, quam reges Angliæ, Sueciæ, Daniæ, Galliæ &c. in suis possint regnis asseruerunt, refutavit.

§. IV. Hoc certum est, ad jura *superioritatis Territ.* pertinere jus homagium exigendi, protectionem provincialem indulgendi, leges provinciales condendi, mandata, edicta, rescripta edendi, privilegia concedendi, comitia provincialia instituendi, visitationes provinciæ ordinandi, rationes à civitatibus provincialibus exigendi, magistratus confirmandi, dicasteria erigendi, archiuum habendi, jurisdictionem altam & bassam exercendi, privilegia, aggrationem, dispensationem, asyla & saluum conductum indulgendi, & quæ sunt plura alia jura, inter hæc suprema Jura singulariter referuntur & eximie, **die Landes-Huldigung/ Land-Schutz/ Landes-Folge/ Ober-Gebot und Verbot/ Ordnungen in geist- und weltlichen Sachen/ ohne Mittel/ nechst dem Kayser und dem Reich aufzurichten/ Stadt- und Markt-Recht zu geben/ Maaß und Gewicht zu bestimmen/ eiserne Briefe zu ertheilen** rc. rc. Hæc jura eximia uberius deduxit HERTIUS (*d*) qui etiam de subjectione Territor. in speciali differt. egit, quibus & pluribus immorari non est hujus loci.

§. V. Ideo autem hæcce jura præmittere nobis utile visum est, ut eo clarius pateat, in quo consistat superioritas Territ. *civitatum imperialium.* De *harum* origine egit MYLERUS AB EHRENBACH (*e*) hinc actum agere nolumus, sed paucis saltem referemus jura quædam *civitatibus imperialibus* competentia. Quando status imperii in certas classes distribuuntur, ut 1) in classem Electorum, 2) Archiepiscoporum, 3) Episcoporum, 4) Principum secularium, 5) Prælatorum & Abbatissarum, 6) Comitum & Baronum, tunc in classe septima *civitates imperial.* comprehenduntur (*f*).

§. VI. Cumque *civitatibus imperialibus* votum non tantum consultatiuum sed & *decisiuum* in *Instrumento Pacis Art. VIII.* §. 4. fundatum sit, disquirere solent autores Juris Publici de *quantitate & valore* hujus voti, & solent votum tanquam totum integrale sive assem considerare, illumque in duas dividere semisses, quorum UNUS tribuitur *imperatori* ex clausula *Recess. Imper.* **Demnach so haben wir uns mit den Ständen und sie sich hinwiederum mit uns verglichen** rc. ALTER *statibus Imperii*, qui iterum in tres sextantes subdividitur, secundum triplex imperii Collegium, Electorum, Principum & Civitatum Imperialium. Electores universi *unum* habent sextantem seu duo vota (*g*), *alterum* sextantem sive duo vota occupat Concilium Principum **die Fürsten-Bank** (*h*), *Tertium* sextantem habet concilium civitatum imperialium, **der Städte Bank** (*).

§. VII.

(*c*) conf. Autor Medit. ad Instr. Pacis Spec. IV. Mant. I. de Superioritate Territ. Statuum Imperii.

(*d*) *de superiorit. Territor.* §. 10. seq.

(*e*) in *archolog. Ordin. Imper.* cap. 17. sqq.

(*f*) PAURMEISTER de *Jurisdict. I. R.* L. 2. cap. 1. LIMNAEUS L. 1. I. P. cap. 7. ARUM. de *comit.* c. 4. n. 97.

(*g*) ARUM. de *comitiis* cap. 7. num. 58. sqq.

(*h*) ARUM. *cit. loc.* n. 87. sqq. (*) ARUM. *cit. loc.* n. 141. sqq.

§. VII. Ex hisce promanat *Jus Correlationis* cum duobus superioribus Collegiis, de quo fuse egit JOH. JAC. MOSER (*i*). Nam quandoque civitates consentiunt cum duobus majoribus collegiis, & res est satis clara; si vero dissentiunt, tunc aut duo collegia superiora concordant, quo casu de conciliandis sententiis agitur, electoribus & principibus ex una parte conjunctim contra civitates stantibus, quæ plerumque auctoritati illorum cedunt, si nihil rationibus suis obstet; aut vero duo illa majora Collegia inter se dissentiunt, civitatum collegium uni vel alteri parti accedere & ita majora vota efficere potest (k) Hinc ILLUSTR. DN. B. DE LYNCKER (*l*) ait: *Certum est si cum civitatibus institueretur, inter medias deliberationes collegiorum superiorum Re-& Correlatio, quod tunc facilius aliquando pertractaturæ essent in sententiam suam eorum unam vel alteram:* qua de re plura habet MOSERUS (*m*).

§. VIII. Porro frequenter apud Historicos Germaniæ legitur, quod principes & civitates inierint fœdera (*n*): hinc refert abbas Thritemius (*o*) hisce temporibus (i. e. A. C. 1366.) magna & firmissima inter civitates imperiales confœderatio facta est, quo etiam principibus potentissimis in exordio suo formidabilis videbatur (*p*). Quandoque consultum fuit tale fœdus inire cum consensu imperatoris, sic Lubecenses fœdus cum Belgis initum Imperatori Rudolpho II. confirmandum obtulerunt, (*q*) alias enim statuum confœderationes indigne tulit Imperator; sic Belgarum & Magdeburgensium fœdus ab Imperatore Matthia 1614. impugnatum fuit, sed hodie laxior potestas contrahendi fœdera principibus & statibus imperii per *Pac. Osnabrug.* competit. (*r*).

§. IX. Cumque in imperio R. Germanico principes & status hoc singulare Jus habeant ab antiquissimis temporibus, ut libere per legatos tam in imperio quam extra illud agere eosque mittere & recipere possint (*s*), catenus non distinguitur, sive sint principes seculares sive ecclesiastici (*t*), sive sint duces, marchiones, sive comites imperii (*u*) sive *civitates Imperii liberæ* (*x*).

§. X.

(*i*) im teutsch. Staats-Recht / 49ten Theil / & quidem Lib. 4. cap. 34. §. 42. sqq.

(*k*) vid. MYLERI Tract. de *stat. & princip. Imper. R. G.* c. 15. n. 25 & sqq.

(*l*) in *anal.* ad SCHWEDERI *Jus Publ.* Sect. 2. cap. 9.

(*m*) antea cit. loc.

(*n*) CARPZOV. de *Lege Regia sive Capitul. Cæsar. Germ.* Sect. 5. & 6.

(*o*) ABBAS THRITEM. *in Chron. Hirsaug. sub abbat. Wignand fol. 34.*

(*p*) de Fœderibus Civitatis Augustæ Vindel. cum Rege Conradino & Ludovico, Duce Bavariæ A. 1264. Episcopo Wolffhardo contra Ducem Bavariæ Rudolphum A. 1296. aliisque Principibus & Civitatibus initis. vid. PAULI A STETTEN VIRI, tam genere & avita gloria, quam propriis in patriam meritis ILLUSTRIS *Augspurgische Geschichte.*

(*q*) ARUM. P. 2. diss. 28. th. 12.

(*r*) vid. Bar. DE LYNCKER de *libertat. stat. Imper.*

(*s*) HERMANN. KIRCHNER de *legat.* L. 1. c. 3. n. 13. sqq.

(*t*) KIRCHNER *cit. loc.* n. 31.

(*u*) MAUL. *de jure conduc.* tit. 2. n. 23.

(*x*) KNIPSCHILD *de civitat. Imper. jur.*

§. X. Hinc porro deducitur, quod de principibus dicitur, idem etiam obtineat in *civitatibus imperial.* (*y*) adeoque si *civis* ad oppugnandam patriam veniat, crimen læsæ majestatis analogicæ vix evitare poterit (*z*). Studio autem diximus, si *civis* ad tale quid proruat, nam ad non subditos hoc extendi nequit. Ceterum superioritas territorialis, quæ civitatibus Imper. liberis denegari nequit, omnes personas afficit, quæ in territorio status existunt non tantum ratione domicilii, sed etiam ratione contractus, si quidem reus in loco contractus deprehenditur (*a*). Non minus vero, ut & alias ratione delicti forum competens est, ita ut jurisdictio territorialis contra delinquentem exerceri possit (*b*).

§. XI. Ex hisce & aliis apparet, quod non tantum electores principes, marchiones, Landgravii, Comites, Barones, sed etiam civitates Imperii liberæ exigere possint homagium, cum etiam hæ in districtionibus suis territorial. jurisdictionem habeant (*c*).

§. XII. Habitationem autem quis in eo loco constituit, quo cum tota sua familia migravit, ibique larem ac rerum & fortunarum suarum summam constituit, L. 2. C. ubi Senator L. 27. ff. §. 1. ad Municipal. (*d*). Ubi tamen aliæ etiam circumstantiæ sunt ponderandæ, interim moribus nostris plerumque in civitatibus German. post annum hoc forum acquiri tradit GAILIUS (*e*), e. gr. Augustæ Vind. ubi Statutum „Sollen sich alle und jede Personen / so sich zu „Burgers Wittiben oder Töchtern allhier verheürathen und aufhalten / im „Fall sie das Burger-Recht nicht alsbalden gedächten anzunemmen / in„nerhalb eines Jahres solches gebührend anzeigen / und sich mit E. Hoch„Edlen Rath behörig vergleichen: welche aber das nicht thäten / die sollen „nach Ausgang des Jahres ohne anders für Burger geachtet und gehal„ten werden ꝛc.“ Qua occasione disputatur, an maleficus invocare possit dominum territorii pro administranda justitia, & an dominus de jure se intromittere possit? quod merito negatur, quia ibi finiri debet judicium, ubi est cœptum, *L. 30. ff. de judic.* & hoc extenditur etiam ad talem casum, ubi maleficus v. gr. per cœmeterium eccles. aut per locum, ubi jus asyli viget, v. gr. per agrum Reutlingensem civitat. Imper. in quo amplissimum asyli jus viget, ducatur, quia propter continuationem jam cœptæ jurisdictionis ibi et judicium finiendum, ubi est cœptum (*f*).

§. XIII. Propter collectas vulgo requirunt, ut bona, de quibus collectæ sunt solvendæ, sita sint intra collectantis territorium. Sed civitates imperii hoc non observant, nam quilibet civis, statis temporibus, omnia sua bona, sive intra sive extra territorium sita, jurato in æstimationem referre tene-

(*y*) KLOCK de *contribut.* cap. 5. num. 42.

(*z*) DAN. HEIDER in *act. Lindau.* fol. 179.

(*a*) ZANGER de *except.* P. 2. cap. 1. n. 107.

(*b*) ZANGER *cit. loc.* n. 221.

(*c*) NIC. MULLER *de princ. & status Imp.* c. 38. n. 8.

(*d*) Add. Dn. de LYNCKER *resol.* 484.

(*e*) L. 2. OBSERVAT. 35. n. 8.

(*f*) BESOLDUS de *jure territorial.* c. 3. n. 4.

tur (*g*). Nam etiam Augustæ Vindelicorum, si extra territorium in alieno fundus est situs, pars octava pro 100. exigitur.

§. XIV. Singularia privilegia habent cives Spirenses & Wormatienses, quorum vi emigrans cuncta debita prius exsoluere, nec intra annum contra patriam quicquam agere & in caussarum determinatione intra annum acquiescere debet (*b*). Simile statutum etiam Augustæ Vindelicorum viget: Von Aufgebung des Bürger-Rechts/ & quidem sub fide juramenti. Quo in casu etiam jus detractionis exerceri solet, nisi pacta in contrarium allegari possint; ita Dux Würtenberg. cum quibusdam civitatibus imperii certa pacta iniit.

§. XV. Civitatibus Imper. liberis competit etiam Religionis libertas (*i*): sed hodie dispositio instrumenti Pacis art. 5. §. 28. servanda est.

§. XVI. Disputatur quidem: an imperator status Imper. ad comitia vocare possit ut personaliter compareant? sed hoc ad civitates imperii vix pertinebit, quæ non tenentur rationem personalis absentiæ addere (*k*). De hac libertate vero maxime contenditur, an civitas v. gr. Emden, jurisdictioni imperii sese omnino eximere possit, vel semetipsam in libertatem omnimodam vindicare? Sane hoc ut plurimum negatur, & hinc quoad primum casum camera imper. decernit mandata sine clausula de non submittendo sese extraneo, & persistendo in obedientia imperii (*l*).

§. XVII. Pluribus *jura Civitatum imperialium* persequi, institutum non patitur, satis enim ex hactenus dictis constat, nec ullum dubium *Instrumentum Pacis Cæsareo-Suecic. Artic. VIII.* §. 4. relinquit, ibi enim his verbis clarissime cautum est: „*Tam in universalibus vero quam particularibus Diætis* „*LIBERIS IMPERII CIVITATIBUS*, *non minus quam ceteris statibus imperii* „*competat VOTUM DECISIUUM, iisque rata & intacta maneant REGALIA*, „*vectigalia, reditus annui, libertates, PRIVILRGIA confiscandi, collectandi* „*& inde dependentia, aliaque JURA AB IMPERATORE ET IMPERIO LE-* „*GITIME IMPETRATA, vel LONGO USU ANTE hos motus obtenta, POS-* „*SESSA & exercita, cum OMNIMODA JURISDICTIONE intra muros &* „*in territorio; cassatis, annullatis & in futurum probibitis iis, quæ per RE-* „*PRESSALIAS, arresta, viarum occlusiones & alios actus præjudiciales, sive* „*durante bello quocunque prætextu in contrarium facta & propria autoritate huc* „*usque attentata sunt, sive dehinc, nullo præcedente legitimo juris & executio-* „*nis ordine fieri, attentarive poterunt.*

§. XVIII. Quamvis ergo *ante Instrumentum Pacis* ann. 1551. hac de re disputatum fuerit, uti notat LEHMANN in *Chron Spirens.* illi ipsi tamen, qui hanc disputationem inceperunt, rursus ab ea destiterunt. In his autem terminis

(*g*) MULLER de *princip. imperii* c. 62. n. 11. ubi tamen quoad limitationes lectorem remittit ad KLOCK. de *contribut.* cap. 11. n. 17.

(*b*) WEHNER in *observat.* verbo: Nachsteuer.

(*i*) R. A. de ann. 1555. §. 27. Nachdem aber &c.

(*k*) LIMNAEUS J. P. c. 1. n. 105. & 106.

(*l*) R. A. zu Trier und Cölln d. ann. 1512. §. 6. Nämlich welche Stände &c. GYLMANN. T. 3. *symphor.* fol. 209.

minis controversia ista tractabatur: an civitates sint status imperii? & si hoc, utrum votum *consultatiuum* an *decisiuum* ipsis competat? Ludovicus GREMPIUS & HIERONYMUS zum Lamb ICti rationes civitatum collegerunt. De *usu* autem *hujus voti decisivi* hodie nullo modo dubitatur (*m*). Notum enim est hac de re sic esse comparatum, ut etsi duo superiora ista collegia jam consenserint, unumque *commune Conclusum* conscribi curarint, illud tamen in vim *Senatus-Consulti* sive *Decreti* & *Placiti imperii* non valeat, antequam *civitatum* etiam *sententia* accesserit. Et his institutis vivitur etiam hodie in comitiis, ut primo singulæ curiæ deliberent, deinde superiora duo conferant inter se de factis in unaquaque decretis, quo pacto in unum redigi possint, quod deinde vocatur *Conclusum duorum superiorum Collegiorum*, beyder höhern *Collegiorum* gemeinsamer Schluß. Tum vero agitur cum *civitatibus* earumque etiam expetitur sententia in *Conclusum* redacta. Quod si isti eadem sentiunt, transactum est & conscribitur *decretum totius imperii* ad Cæsarem referendum: si vero *civitatibus* aliud videtur, de conciliandis sententiis suscipitur negotium. Si contingat, ut se vinci non patiantur, *de sententia illarum simul referendum est ad Cæsarem*, quod *uno* fit *eodemque scripto*, non *separatis*, ut & hic OBRECHTUM lapsum esse constet. Aliquando accidit, ut *duobus superioribus Collegiis* de re aliqua conveniri non possit. Hoc quum accidit & nulla spes conciliationis tentatis omnibus mediis superest, tum fit quidem *Conclusum commune duarum curiarum*, sed in quo nihil communi nomine decernitur, cum hoc unum agatur, ut recenseantur, quæ ambobus diversa placuere: posthæc fit *relatio ad civitates* & quidem *eodem modo*, *qui paulo ante inter electores & principes fuerat*, quibus integrum vel accedere utri velint parti, vel alia etiam & separata censere. Quod si cum una se parte conjungant, non ideo tamen numero collegiorum hoc agitur, ut de *imperii decreto* transactum putetur, nulla unius partis habita ratione, sed oportet hujus etiam sententiam in *Decreto* memorare. Ubi vero tres diversæ forte sententiæ fuerint, nemine cedente, omnium in *decreto* conscribendo mentio facienda erit. Atque hæc jam est natura *voti decisiui Civitat. Imperial. vi Juris Status & Instrumenti Pacis Osnabrugensis competentis*. Qua de re eximie egerunt viri celeberrimi B. G. STRUVIUS (*n*), KNIPSCHILDT (*o*) & HENNIGES (*p*), qui etiam ULRIC. OBRECHTUM (*q*) multis in locis solide refutavit.

§. XIX. Cum Civitatibus imperial. jura statuum imperii habentibus, non sunt confundendæ aliæ civitates, quæ immediatæ quidem sunt, non tamen voto & sessione in comitiis imperii gaudent, quorsum spectat civitas Deißhausen (*r*).

(*m*) SCHWEDER *de voto decisiuo Civitat. Imperial in S. R. G. Imper. comitiis universalib.* & D. WICK *de Jur. Re- & Correlationis*, aliique.

(*n*) *in Corpor. Jur. Public. Imperii nostri Romano-German.* cap. XXIII. *de comitiis Imper. Universalibus & Particularibus* §. 27. & seqq.

(*o*) *de Juribus & Privilegiis Civitatum Imperialium* Lib. II. cap. II. §. 45. sqq.

(*p*) *in Meditationibus ad Instrumentum Pacis Cæsareo-Suecicum ad Artic. VIII.* §. 4. voce *Votum Decisiuum.*

(*q*) *in expoſit. Instrumenti Pacis Cesar. Suecic. ad Artic. VIII.* voce *Votum decisiuum.*

(*r*) de qua vid. *illustr. Dn. Baro de* LYNCKER *resp.* 26.

§. XX. Sicuti etiam omnium statuum imperii privilegia & jura jam olim Carolus V. in Capitulatione §. 4. ejusque sacratissimi serenissimi successores non solum servare, sed et confirmare promiserunt verbis: **In alle Wege sollen und wollen wir die teutsche Nation / die Churfürsten / Fürsten / Grafen / Herren und Stände bey ihren Hoheiten / Würden / Rechten / Gerechtigkeiten / Macht und Gewalt jeden nach seinem Stand und Wesen bleiben lassen ohn unser und männiglichs Eintrag und Verhinderniß / und ihnen dazu ihre Regalien / Oberkeiten / Freyheiten / Privilegien / Pfandschaften und Gerechtigkeiten auch Gebrauch und gute Gewohnheiten / so sie bisher gehabt haben / oder in Ubung gewesen sind zu Wasser und zu Land / in guter beständiger Form ohne alle Weigerung confirmiren und bestättigen / sie auch dabey als Römischer König handhaben / schützen und schirmen; doch männiglich an seinen Rechten unschädlichen.** Ita etiam sine omni dubio comprehenduntur *liberæ civitates imperiales*, quæ uti postea apparebit, præcipue *Augusta Vindelicorum* plane singularibus gaudent privilegiis. Quamvis ergo in *Bulla Aurea* Caroli IV. tantummodo fit mentio confirmationis privilegiorum &c. Electoribus competentium, quod hanc electus in Regem Romanorum peracta electione statim debeat præstare. Verum quæ ratio illius confirmationis est, eadem etiam militat pro confirmatione Privilegiorum reliquorum imperii statuum. Inde quod in Aurea Bulla, quæ potissimum electoribus prospexit, omissum, reliquis imperii statibus detrimento esse non potest, sed aliunde suppleri debet. Nihil tamen novi hæc confirmatio, quod quidem ipsum esse privilegii attinet, confert: unde necessario petenda non est (*s*), licet in signum reverentiæ petens jus jam valide acquisitum confirmari, eo ipso illud imperatoris gratiæ quasi submittere ac notitiæ insinuare possit. Quod autem a parte petentis voluntarium, a parte imperatoris regulariter necessarium est, ut verba **ohne alle Weigerung** innuunt, quæ civiliter accipienda sunt. Nam si quis e. gr. tempore interregni privilegii se incapacem reddiderit, ei utique confirmatio privilegii recte denegabitur. Si vero ex gratia nova concessio quædam fiat, tunc ex debito confirmationem inepte quis peteret. Ceterum poterat alicui videri dari adhuc differentiam inter confirmationem privilegiorum electoribus competentium, & illorum quæ principibus & statibus reliquis confirmanda: *Aurea* namque *Bulla* expresse disponit duplici vice Electoribus Privilegia ab Electo confirmanda esse, una tanquam a rege Romano, altera Corona illi Imperatoris imposita sub titulo Imperiali. Verum sciendum est, olim duplicem hanc confirmationem non solum electoribus, sed & reliquis imperii statibus factam, posteaquam vero errore detecto cognitum, unam non duplicem personam Regis Romani & Imperatoris esse, unamque potestatem, secundam confirmationem vel innovationem, nomine Imperatoris faciendam, ab aula recessisse (*t*). In novioribus autem capitulationibus, quod hanc confirmationem Jurium & Privilegiorum attinet, v. gr. in capitulat. *Caroli VII.* §. 9. & *Augustissimi Imperatoris nostri* FRANSICI I. *Cui DEUS det vitam & prosperitatem!* artic. I. §. 9. illustrationis gratia est insertum: **auf gebührendes Ansuchen / ohne Weigerung und Aufenthalt in beständiger Form confirmiren /** quamvis enim, ut recte LIMNAEUS statuit ad capitulat. Caroli V. status imperii non ex necessitate, sed ex reverentia confirmationem petant, & Cæsar ex necessitate confirmare debeat, non excludenda tamen est humillima petitio pro impetranda confirmatione, & ita status libere quidem petunt, sed Cæsar necessario confirmationem expediendam curare debet.

§. XXI.

(*s*) KLOCK *de contribut.* cap. 20. n. 101. seqq.

(*t*) LIMN. ad Art. 4. capitulat. Caroli V.

§. XXI. Hisce omnibus præmissis, accedo ad *Civitatem Imperialem liberam*, AUGUSTAM VINDELICORUM, cujus Jura & Privilegia exhibuit inter alios LIMNAEUS (u) imprimis laudatus Auctor ad n. 6. & 7. pag. m. 101. seq. enumeravit secundum seriem annorum jura & privilegia specialia Civitatis Augustæ, ubi tamen omissa merito ex *partis specialis Continuat. IV. archivi Imper. Lünigiani supplenda* veniunt, sic enim ad *ann. 1162.* LIMNAEUS c. l. n. 1. allegat FRIDERICI I. *Imperatoris Privilegium ann. 1162.* datum, quo *hæc* civitas pro libera Imperii civitate est declarata & jure principum donata also: daß sie nunmehro eine unter denen vier Haupt-Stätten und Säulen des Reichs ist/ welches ihr/ daß sie noch den andern dreyen vorgezogen worden/ nicht eine geringe Ehre ist.

An. 1266. CONRADUS *Rex* in hanc libertatem cives constituit: daß sie hinführo Ihnen selber aus ihren Geschlechtern/ daran sie weder einigen Herzogs noch Land-Vogts Befehl sollte hindern/ einen eigenen Rath erwählen möchten/ und Stadt-Pflegere/ an welchen das ganze Stadt-Regiment solte gelegen seyn/ zu machen gute Macht hätten.

Nimis longum esset omnia jura & privilegia tantum etiam secundum seriem titulorum & annorum ob oculos ponere & contenta recensere; remitto me potius ad LIMNÆUM cit. loc. LUNIGIUM, ex quibus etiam, quæ alteruter omisit, per collationem suppleri possunt.

§. XXII. Maximi vero momenti sunt *sequentia Privilegia* & quidem inter ea *de non evocando cives ad aliena judicia & extra territorium.* In genere hanc quæstionem tractavit SUTORIUS cum aliis, breviter vero *celeberr.* MENCKENIUS (x). Nobis quædam addere lubet. Nempe multis & a multis disputatur Jus principum & quænam illa fuerint a juribus comitum destincta & diversa. SCHILTERUS (y) annotavit, quod fundatores reipublicæ Argentoratensis sanciverint:

Der Rat der en richtet nicht nach deme Lantrechte Wen nutwer nach der Warheite und der Stette rechte die hie geschrieben stant.

Altum est silentium de jure civili & expresse prohibetur judicare nach dem Land-Recht/ secundum Jus Provinciale, unde colligi potest, quod lites, quæ ex statutis decidi non potuerunt, ex jure Civili & Provinciali decidi debuerint, & consequenter ad principes, quibus ex jure civili & provinciali lites decidere licuit, recurrendum fuerit, & quod consequenter jus evocandi Cives & subditos necesse fuerit. Clarius hoc patet ex *diplomate Cæsareo* ann. 1310. VIII. Kal. Aug. dato, quo HENRICUS R. Imp. Rex *Comiti Bertholdo de Henneberg ac suis heredibus omnia jura principum tam in ingressu quam in egressu ad deliberationem imperialem in sententiis conveniendis, dictandis, pronunciandis in jure civili & plebiscito*, quod vulgo dicitur Land-Recht/ contulit, & inter alia, quod ipse comes & sui liberi non alibi, quam ubi alii principes imperii, & homines eorum non alibi, quam ubi homines aliorum principum conveniuntur, valeant conveniri. Qua de re inspiciendus

(u) Lib. VII. *Jur. Publ.* cap. 4. & *in addit.* ad hoc cap. 10. & in specie ad pag. 156. ad num. 4.

(x) in programm. 6. dissert. suis adjecto.

(y) in præfat. ad jus feudal. Alemannic. & Saxon. §. 13.

ciendus est CYRIAC. SPANGENBERG. (z), qui cap. 9. p. m. 137. in fine addit: Graf Berthold brachte noch bey seinem Leben bey Kayser Carl IV. vor die Römhilder Linie die Freyheit aus/ daß sie vor fremden Gerichten gesichert.

Ex quibus satis patet, quod comites, ut tales, secundum jus civile & provinciale judicandi potestatem non habuerint, sed contra evocationem subditorum vel etiam jura Principum in genere privilegia & exaltationem ad dignitatem principum impetrare necesse habuerint.

§. XXXIII. Quemadmodum vero unius rei plures dantur causæ, ita etiam huc referendum est, quod curiæ vicinæ, Hof- und Land-Gerichte/ concurrentem jurisdictionem exercere tentaverint, vel etiam exercuerint. Qua de re plura cumulavit IMMAN. SUTORIUS (a). Huc pertinet *Privilegium* a CAROLO IV. A. 1355. *civitati Augustanæ* concessum: daß kein Bürger für keinen ausländischen Richter/ er wäre gleich ein Land- oder Hof-Richter/ solle geladen oder zu erscheinen gedrungen werden / bey Straf 50. Mark löthigen Goldes und Caßirung des Urtheils. Id quod etiam Ann. 1501. MAXIMILIANUS I. renovavit & confirmavit, & jam antea A. C. 1361. CAROLUS IV. *hoc Privilegium* dederat: daß die von Augspurg um alle Sachen / vor Niemand anders antworten sollten/ als vor ihrem Land-Voigt und in ihrer Stadt zu Augspurg/ auch nicht vor dem Kayserlichen Hof-Gerichte/ nisi ob denegatam vel protractam justitiam.

§. XXIV. Non mirum itaque est, *Civitates imperiales* & inter eas *Augustanam* sollicite impetrasse *Privilegia*, & eorum renovationem contra tales attentatas *evocationes*. Nam ann. 1294. Rex ADOLPHUS hanc gratiam fecit, *quod super debitis & aliis causis quibuscunque extra Civitatem Augustensem Cives Augustani ad judicium alienum vocari non possint aut debeant: hoc Privilegium* multoties est repetitum scil. Wormatiæ a Rege Romano LUDOVICO 1315. ab Imperatore RUPERTO Augustæ an. 1401. a Rege SIGISMUNDO an. 1432. ab Imperatore FRIDERICO III. an. 1482. Item *Augusta* hac de caussa prospexit Imperatoris MAXIMILIANI I. *Privilegium* an. 1501. worinn er die Stadt Augspurg von dem Kayserlichen Hof-Gerichte zu Rothweil/ ingleichen allen andern Hof- und Land-Gerichten befreyet. Porro eam Imperatoris FERDINANDI I. General-Confirmation aller und jeder Privilegien der Stadt Augspurg/ worinn zugleich alle diejenigen Briefe und Urkunden/ so wider der Stadt Augspurg Privilegien für fremde Gerichte sind/ caßiret und annulliret werden/ de an. 1559. securam ab hisce evocationibus reddidit. Inprimis vero huc pertinet RUDOLPHI II. *confirmatio & extensio* Privilegiorum exemtionis ab alieno foro de an. 1606.

§. XXV. Plura singularia *Privilegia Cæsarea* circa pleraque *Superioritatis Territorialis* Jura collecta sunt tam a LIMNAEO, quam LUNIGIO, *ille* tantum rubricas, *hic* vero tenorem & contenta simul retulit; supersunt vero multa alia in *IV. Tomis Codicis Privilegiorum Civitatis Augustanæ*, vulgo Privilegien-Bücher (b) verbotenus contenta, quæ huc referre vel superfluum, vel

(z) in der Hennebergischen Chronick pag. 180.

(a) in tractatu *de non evocando & non appellando.*

(b) quorum *Originalia* in secreto Archivo Perillustr. Dnn. Duum-Virorum Præfectorum conservantur & custodiuntur.

vel etiam præter meum institutum esset (c). Hinc quædam solum *Privilegia* huc attingam, quæ *jurisdictionem* concernunt. Hæc secundum usum hodiernum dividitur in *civilem* & *criminalem*. *Illa* versatur circa caussas civiles & plerumque mixtum imperium annexum habet, nulla enim est jurisdictio sine modica coercitione, l. ult. ff. de officio ejus, cui mandata est jurisdict. *Criminalis* vero comprehendit merum imperium, quod est potestas gladii, sive facultas vindicandi crimina & animadvertendi in facinorosos. Sicuti nunc *jurisdictio civilis* comprehendit & cognitionem & executionem sive adjunctum nempe mixtum imperium, ita et *criminalis jurisdictio* & cognitionem de criminibus & executionem continet. Sed hac de re maxime olim valde disceptatum est, præprimis quoad nobiles immediatos & civitates Imperii. Veteres enim ICti captarunt vocem: *potestatem gladii*; inde inferre voluerunt, quod licet immediati in terris suis exerceant cognitionem de criminibus, non tamen executionem sententiæ condemnatoriæ ad mortem habeant. Adduxerant etiam in hunc finem l. 6. pr. ff. de offic. Pro-Conf. ubi hic suo legato cognitionem custodiarum mandare possit, nam supponunt merum imperium ex speciali legis concessione dependere, quæ autem ejus generis sunt, mandare nequeunt. L. 1. pr. de offic. ejus cui mandat. est jurisdictio. Cum nunc cognitio custodiarum mandari legato potuerit, videtur necessario sequi, maximam differentiam esse inter imperium merum & cognitionem de criminibus. Et in tantum hæc opinio invaluit, ut immediati necesse habuerint, magistratus vicinos ad executionem suscipiendam magnis sumptibus implorare, quod, quia in publicum damnum vergebat, & sæpe gravissima delicta, metu sumtuum impunita manebant, hinc ab Imperatore & Imperio merum imperium, sive signa executiva, Galgen und Stock in feudum impetrarunt. Hoc præsupposito cognitionem de criminibus exercebant Jure allodiali, sed ejus executionem jure feudali; hinc etiam diversitas vocabulorum invaluisse videtur, ut cognitio de criminibus dicatur: die peinliche Gerichte / die Hals-Gerichte / Nothpeinliche Hals-Gerichte / & sermone latino diceretur jurisdictio superior, alta &c. Executio vero germanice: der Blut-Bann / die Hochnothpeinliche Hals-Gerichte. Utilitas enim publica exigit, ut delinquentes sine mora afficiantur debita pœna. Hæc diversitas vocabulorum in locis & regionibus, ubi ante memorata opinio non invaluit, ignota est, & vocabula confunduntur.

§. XXVI. Huc respiciunt ni fallor, varia privilegia civitatibus ab Imperatoribus concessa. Sic Imperator SIGISMUNDUS An. 1426. *Civitati Augustæ* splendidissimum Privilegium concessit, daß Sie keinen andern Land- noch Stadt-Voigt / als um den Sie / die Stadt / selbst bitten wird / von Kayserl. Majestät bekommen solle: ita ut vi hujus Privilegii ipsi Magistratui potestas constituendi einen Land- und Stadt-Voigt / ad hæc jura exercenda, competat. Hoc Privilegium Imperator FERDINANDUS III. specialiter renovavit per litteras Investituræ über die Land- und Stadt-Vogtey / samt dem Bann über das Blut zu richten. Presburg die IX. Mart. Anno 1638. quarum verba quoad clausulas concernentes sunt: Als uns die Ersamen unsere

(c) Præsertim inspiciendum est opus excellentissimum atque maximo cum studio summaque cum eruditione confectum *Viri Illustris* PAULI a STETTEN *Reipubl. Patr. Senatoris & Scholarchæ* &c. *Mecænatis* atque *Patroni mei* submisse Venerandi, quod inscripsit: Geschichte der H. R. R. Freyen Stadt Augspurg An. 1743. editum; cujus Continuationem felicissimam totus Litteratorum Orbis ab Illustri Auctore omni honoris cultu quotidie sibi exoptat.

fere und des Reichs liebe Getreuen &c. usque ad verba: den man Stadt-Vogt nennet / befehlen möge / & in *Archivo Imper. Lünigiano* legi possunt (*d*). Unde simul apparet, quod una cum Territorio der Land-Vogtey & Juribus annexis, etiam der Blut-Bann civitati Augustanæ in Feudum sit concessum, etsi jam antea Civitas vi ejusdem Statt-Buchs / ab Imperatore RUDOLPHO I. an. 1276. per Diploma confirmati, omnimodam cognitionem in Criminalibus habuerit & exercuerit. Quam ob causam etiam ipsa civitas Jus habet nominandi certam Personam zu einem Reichs-Land-Voigt / ita ut Imperator non possit non hunc confirmare, eoque ab officio dimisso, alium denominatum rati habere. Hoc Privilegium SIGISMUNDI etiam confirmavit Imperator CAROLUS VI. glor. memor. Viennæ die 28. Sept. an. 1737. cum clementissima ulteriori declaratione: „Daß denen Pflegern / Burgermeistern und Rath der Statt Augspurg frey bleiben solle / Uns als Römischen Kayser und Unsern Nachfolgern &c. einen Reichs- und Land-Vogten / ohne Unterscheid / er sey eine frembde Stands- und Adels-Persohn / oder ein Einheimischer Adelicher Patricius zu benennen / und diesen mit besagter Reichs- und Land-Vogten zu belehnen / dem Herkommen gemäß Uns unterthänigst zu bitten: Demselben Wir sodann den Bann verleyhen und obbesagten Kaysers Sigismundi Privilegio gemäß zugeben wollen / daß an statt Unser und eines jedweden Römischen Kaysers ein solcher Reichs- und Land-Vogt ermeldten Bann wiedergebe und befehle &c." Sic etiam Sub-Præfectus, der Stadt-Voigt / ab ipso Magistratu constituitur & denominatur, qui deinde a Dn. Præfecto den Blut-Bann per subfeudationem obtinere solet (*e*).

§. XXVII. Quamvis autem secundum hodierna imperii jura in causis criminalibus ad judicium imperii appellationes sint prohibitæ, & solum querela nullitatis obtineat (*f*) cujus exemplum refert *illustrissimus Dn.* ESTOR (*g*) *Civitas* tamen *Augustana* varia Privilegia pro hoc jure confirmando specialiter impetravit, nam *Imperator* FRIDERICUS III. die 5. Novembris Anno Chr. 1485. Norimbergæ constituit: Daß niemand von dieser Stadt Urtheilen über Acht und peinliche Sachen / auch Lähm und Todschläge betreffend / appelliren / und kein sicheres Geleit darwieder haben solle.

§. XXVIII. Quod attinet ad *Privilegia Augustana de non-appellando & de non-provocando in causis civilibus*, *Augusta nostra* jam a FRIDERICO III. Imperatore sub d. Wien 8. Maji An. 1482. ad summam X. florenorum ejus generis *Privilegium* obtinuit. Verum hocce *Privilegium pluribus extensionibus ac declarationibus* auxerunt MAXIMILIANUS I. sub. d. Neustadt 1. April. an. 1506. CAROLUS V. sub d. Regenspurg 21. Jul. an. 1531. in quo *summa appellabilis* CCCC. florenorum Rheinischer Währung determinata erat, & postea RUDOLPHUS II. *duobus diplomatibus* sub. d. Prag 30. Julii an. 1593.

(*d*) Part. Special. Continuat. 10. fol. 99. & 159. Num. XXII. & LXIII. sub voce Augspurg.

(*e*) De hujus officio vid. pereruditе elaborata Differt. de *Jure Statutario illustr. Reipublicæ Augustanæ* &c. Honoratissimi mei Cognati Dn. JOH. GOTTFRID. MORELLII, J. V. L. Altorfii de an. 1743.

(*f*) Ordinat. Cameral. Part. II. Tit. 28. §. 5. Item Nachdem auch versu doch da sich jemand u. s. w.

(*g*) Im 5ten Stück seiner kleinen Schriften pag. 261.

1593. per extensionem Privilegii de non-appellando usque ad DC. aureos. Novissima autem atque plenissima forma conscripta sunt *Privilegia* FERDINANDI II. sub d. Wien 4. Sept. an. 1627. & FERDINANDI III. sub d. Preßburg 22. Januar. an. 1638. cum annexa *eadem extensione de non-appellando* a CCCC. ad DC. floren. aur. (*b*).

§. XXIX. Quamvis vero in *Recessu Imperii* de an. 1654. *summa appellationis* regulariter ad 400. *Thaleros Imperial.* extensa est, obtinet tamen adhuc hodie, quod in *Ordinatione Camerali* P. II. cap. XXVIII. §. 4. continetur: Doch solle andern wohlerlangten rechtmäßigen Privilegien der Unter-Gerichten / die auf höhere Summen dem 50. Gülden sich erstrecken / durch diese Ordnung nichts entzogen oder benommen / sondern deren mit den Appellationibus auch Zulassung derselbigen gehalten / und solchen gemäß gehandelt werden. Id quod etiam innuit. *cit. Recess. Imper.* §. 112. in fin. in verb. Doch mit Vorbehalt eines jeden Standes Rechten / Gerechtigkeiten und Freyheiten / erhöhet werden.

§. XXX. De *Jure fluminum, ad Civitatem Augustanam* adfluentium, quæ dicuntur *Vindo & Lycus*, die Wertach und der Lech / certa etiam *illi Privilegia* sunt concessa. Etsi enim *Jure Romano* flumina omnia & portus *res publicæ* sint, ideoque Jus piscandi omnibus commune erat in porta fluminibusque §. 2. I. *de Rerum divis.* interpretes tamen hanc illarum rerum indolem ad respublicas democraticas restringunt, in reliquis rebuspublicis superiorum arbitrio non sine gravissimis rationibus publicum bonum potissimum concernentibus eas vindicant, ut nemo usum privatum earum habere possit, nisi ex consensu & beneficio superiorum (*i*). Quæ res commode dicuntur Juris Publici, Reipublicæ, Aerarii, Fisci, certoque sub respectu Regalia. Ad hasce res Juris Publici & *Reipublicæ Augustanæ* merito referimus prædicta flumina Wertach und Lech / saltem quousque hæc *territorium Augustanum* ad- & per fluunt. Supra enim ex *Instrumento Pacis Osnabrug.* deduximus, *civitatibus Imperii* competere *jura superioritatis territorialis*, ad quæ etiam pertinent *Jura fluminum* (*k*), & consequenter *Jus traducendi & vehendi ligna & rates*, Germanis dicitur das Floß-Recht / Floß-Gerechtigkeit / Holz-Flöße (*l*). Hinc etiam STYPMANNUS (*m*) notat, principem posse in aquæ ductu seu fossæ manu facta, im Holz-Fluß-Graben / per quam flumen labitur, hoc Jus exercere & Dominus à SECKENDORF (*n*) statuit: die Flöße ist ein solches Recht / welches niemand als der Landes-Herr und dem er es vergünstigen will / exerciren kan. Plura collegit FRITSCHIUS (*o*), ubi & hoc defendit,

(*b*) *Quam rem* solide ac eximie tractavit *Vir Prænobiliss. Doctiss.* J. B. HECKING, *I. V. L.* in Diss. Inaugur. de *Provocat. & Appellation. &c. illustr. reipubl. Augustæ Vindelicor. Erlangæ 1752.*

(*i*) Celeberr. STRUVIUS in *syntagm. Jur. Feud.* cap. 6. aph. 7.

(*k*) STRUV. in *syntagm. Jur. Feud.* cap. 6. aph. 22.

(*l*) Conf. FRITSCHII Diss. de *Jure Flossandi* EIUSDEMque *Jus fluviaticum.*

(*m*) De *Jure maritimo.*

(*n*) In elegantiss. libro, quod inscriptum Fürsten-Staat Part. III. cap. 3. von den Forst-Bahn- und Wald-Nuzungen.

(*o*) De *Jure Gratiæ.*

fendit, quod nec principes, qui proprietatem fluminis & jus piscandi in eo habent, hoc impedire possint. Latius quoque de hac re agit LEYSERUS (*p*).

§. XXXI. Jura hæcce *fluminum* Lech und Wertach/ *Civitati Augustanæ* jam jam vi *superioritatis Territorial.* competentia, ampliora reddita & munita sunt tam *Transactionibus*, quam *Privilegiis* Cæsarum. Sic enim LUDOVICUS BAVARUS exornavit *eam Privilegio* sub dato Augspurg Anno 1346. die Freyheit mit Flößen aus der Wertach in den Lech zu fahren betreffend. Deinde *Imperator* SIGISMUNDUS sub dato Augspurg an. 1418. concessit *Privilegium* denen von Augspurg/ den Lech nicht zu verbauen und gegen diejenigen/ so es thun würden/ Repressalien zu gebrauchen/ & FRIDERICUS III. sub dato Grätz an. 1462. clementissime decrevit: Daß die Vorgenannten von Augspurg die Freyheit haben sollen/ den Lech in die Stadt zu leiten *sub pœna 20. marcarum auri* ab illis, qui eos in *hujus Privilegii* exercitio turbant, solvenda (*q*).

§. XXXII. Præterea vero de *libero & tranquillo horum fluminum usu* aliisque ea concernentibus caussis ad magis magisque stabilienda *haece Jura* inter *serenissimos Duces Bavariæ* & *Augustam* nostram variæ *solennes* conflatæ sunt *pactiones*. Memorabilia enim sunt inter alia conventa de an. 1470. 1561. & 1596. Quæ quoque pacta, saltim quatenus ad præsentem rerum statum respiciunt, semper religiose sanctèque servanda sunt.

§. XXXIII. *Jus collectandi Civitas Augustana* habet & ex Jure *Superioritatis Territorialis* & ex *Privilegiis* Imperatorum. Ne enim quis *eam* in *hoc* eximio Jure interpellaret, vigilarunt & impetrarunt *Augustani* jam ab Imperatore RUDOLPHO I. sub dato apud *Heylprunne* III. Non. Decembr. anno 1288. & ALBERTO Romanorum Rege sub dato Ulmæ d. 16. April. an. 1306. *hocce Privilegium: Quod omnia bona sita in decimis & judicio Civitatis Augustensis, quæ ab antiquo exactiones & decimas solvere consueverunt, sive ad religiosos, sive ad quoscunque alios devolvantur, adhuc ut antea exactiones & steuras debeant & teneantur persolvere, devolutione hujusmodi non obstante.* Neque in eo substitit *hoc Privilegium*, sed ita continuatur: *Si vero aliquis religionem seu ordinem ingreditur aut sui heredes, aut amici, & bona sua propter ingressum ordinis, aut alias propter Deum ipsi ordini conferat & assignet, illa bona infra unius anni spatium debent venditioni Civibus Augustensibus exhiberi pariter & exponi* &c. &c. Et porro: *Sed si non fecerit, Communitas Civitatis Augustensis auctoritate nostra regia, bona hujusmodi sibi attrahat & teneat tanquam sua.*

§. XXXIV. Hac de re frequens fuit querela fere in omni republica christiana maxime ante Reformationem Lutheri, ubi Laici principes & nobiles aliique quasi gregatim infinita bona clericis concesserunt ex variis caussis. Exemplum præbet respublica Venetorum, contra quos Paulus V. indignabatur impediri ecclesiasticos & pia loca, quo minus fundos acquirere possint. Sed responderunt Veneti, hoc ideo ut constituerent necessario fuisse, ne nempe Laici

(*p*) Lib. III. c. 35. quod de *Jure Gratiæ* inscribitur, Nec non conf. DIETHERI *Continuatio Thesauri Practici* BESOLDI voce Floß-Recht.

(*q*) Exhibet *illa* LUNIG in des teutschen Reichs-Archivs Part. Spec. Contin. IV. Part. I. dritten Absatz von Augspurg. N. X. XXI. & XXIX.

Laici aliquando redigantur ad incitas cum addito: licere utique heredem instituere ecclesiam, legare illi, donare non tantum bona mobilia, sed etiam immobilia, ita tamen ut intra biennium laicis vendantur, & sufficere, si pecunia inde redacta apud argentarios aut privatos aut publicos in seræ posteritatis commoda fœnori detur, sic enim consultum esset & clericis & laicis. Quæ & multa alia in II. Tomis exhibuit PAUL. SARPIUS (r) reipublicæ Venetæ Consiliarius, qui Jura Principum contra excommunicationes & interdicta Pontificum Romanorum publice & cordate defendit.

§. XXXV. *Hocce Jus* vero *Collectarum* majorem adhuc efficaciam & incrementa posterioribus temporibus Cæsarum benignitate accepit, atque tutius illud & magis securum reddiderunt adversus omnes aliorum impetus & postulationes *Privilegia* FRIDERICI III. sub dato Wien d. 8. Mai. an. 1482. quod *Augusta* concessit wider alle Schirm- und Frey-Briefe / so der gemeinen Stadt Steuer / Ungelt / Renthen / Gülten und Einkommen abbrüchig / nachtheilig und zuwider sind; & MAXIMILIANI I. sub d. Grätz d. 10. April. an. 1506. vi *cujus* die Bürger / so Kayserliche Räthe oder *Assessores* des Kayserlichen Cammer-Gerichts sind / dennoch alle bürgerliche *onera* tragen und die steuerbahren Güter / wenn sie alieniret werden / dennoch steuerbahr bleiben sollen. *Ejusdemque declaratio hujus Privilegii* sub dato Freyburg d. 16. Febr. an. 1511. *Quod* etiam *Privilegium* recentiori ætate sæpius contra usurpatas & prætextas Exemtiones Cæsareorum aliorumque Legatorum & Procuratorum der Kayserlichen und Königlichen Residenten und Agenten reipublicæ emolumento fuit.

(*p*) Compara *Anuli Carolini* ſignum impreſſum Diplomati, quod æri inciſum exhibet JOHANNES FRIDERICUS FALCKE *Codice Traditionum Corbeienſium P. III.* §. *216.* & *p. 376.* & tam acriter oppugnatum ac defenſum *Privilegium Osnabrugenſe Caroli M.* in *Monumentis Paderbornenſibus p 328.* Edit. ſplend. ſecundæ, in quo tamen litera K. in nomine Caroli JOA. GEORGIO ECCARDO ſuſpecta fuit, vide Viri in arte Diplomatica verſatiſſimi libellum inſcriptum: *Diploma Imperatoris Caroli M. de Scholis Osnabrugenſis Eccleſiæ Græcis & Latinis critice expenſum ab A. I. 1717.* p. 45. ſeqq & EIUSD. *gründliche Unterſuchung eines alten Caroliniſchen Schenckungs-Briefes, in welchem der Griechiſchen und Lateiniſchen Schule zu Osnabruck gedacht iſt,* in *Tabula ænea* Opuſculo præfixa & *p. 61.*

(*q*) Confer. THEOD. HOEPINCK egregio & practico de *priſco & novo Sigillorum Jure* Libro *Noribergæ, 1642.* edito.

(*r*) Adde B. CHRISTIANI HENRICI ECKHARDI noſtri *Introductionem in Rem Diplomaticam præcipue Germanicam* Sect. II. Cap. II. §. XXX. p. *67. Edit. ſec.*

(*s*) In eruditiſſima *Monogrammatum Imperatorum & Regum Germanicorum Analyſi & Uſu in Probationibus* §. *VII.*

(*t*) *Syntagmate hiſtorico de Sanctis Franciæ Cancellariis p. 743. ſeq.* Collectionis *Wenckerianæ* de *Archivi Juribus.* Genuinos Caroli M. Archi Notarios recenſet MABILLONIUS *Cap. XII.* §. *IV.*

(*u*) P. 224. 226. Editionis *Wenckerianæ.*

(*x*) Poſt TENZELIUM in *hiſtoricis Vindiciis Diplom. Lindau. Adpend. 3. p. 79.* 80. ita judicat B. de LUDEWIG *Præfat, ad Reliquias MSCtorum T. I. p. 64.* §. *27.*

§. XII. Gravior autem falsitatis nota inuritur *Praecepto* huic *Carolino* adscriptae nempe voces in recognitione Cancellariorum: *Actum Moguncie in Concilio magno coram multis Principibus tam spiritualibus quam secularibus in Dei nomine feliciter Amen!* JOANNE MABILLONIO & JOA. PETRO LUDEWIGIO judicibus in hoc argumento peritissimis distinguendi omnino anni Formularum ACTI & DATI, *ultimum esse Scriptoris absente licet Caesare, primum vero Caesaris ipsius negotio praesentis* (y) de *Re Diplomatica Lib. II. c. XXVI. §. 10. 13.* & Cancellarius LUDEWIGIUS *Commentario in Aur. Bullam Tom. 1. p. 403.* Jam vero ex EGINHARDO locupletissimo Rerum Caroli M. scriptore & teste constat (z) Anno DCCCXIII. Imperatorem *Aquisgrani* egisse, Concilia equidem JUSSU ejus celebrata sunt: *quorum unum Moguntiaci, alterum Remis, tertium Turonis, quartum Cabilloni, quintum Arelati congregatum est. Et constitutionum* (non vero Diplomatum) *quae in singulis facta sunt collatio coram Imperatore in illo Conventu* (generali nempe Aquisgranensi) *habita, quas qui nosse voluerit, in supra dictis Civitatibus invenire poterit, quanquam & in archivo Palatii exemplaria illarum habeantur.* Acta Concilii *Moguntiaci* Caroli M. Imperatoris jussu in claustro Basilicae S. Albani celebrati sub die V. Idus Junias INDICTIONE VI. anno Christi DCCCXIII. Leonis III. Papae XVIII. Caroli ejusdem Regis & Imp. XLV. edidit JACOBUS SIRMONDUS Socius Jesu eruditissimus & cordatus, (a) ex quorum *Praefatione* constat *Famulos* & *missos*, ut se ipsi nominant, Imperatoris adfuisse *Hildebaldum* sacri Palatii Archi-Episcopum, (non vero uti in subscriptione est *Lubertum* Archi-Cappellanum) *Richolfum* & *Arnonem* Archi-Episcopum, una cum reliquis Co-Episcopis atque Abbatibus & *cetero Clero.* Adfuerunt equidem in hoc Concilio, *Praefatione* commemorante, & *in tertia Turma sederunt: Comites & Judices in mundanis legibus decertantes* VULGI *justitias perquirentes, omniumque advenientium causas diligenter examinantes, modis quibus poterant justitias terminantes.* Adgnoscimus in hoc Concilio Canone L. de *Advocatis Monasticis* paucula statuta fuisse: *Omnibus Episcopis, Abbatibus, cunctoque Clero omnino praecipimus Vicedominos, Praepositos,* ADVOCATOS *sive* DEFENSORES *bonos habere non malos, non crudeles, non cupidos, non periuros, non falsitatem amantes, sed DEUM timentes & in omnibus justitiam diligentes.* Sed talis Judiciaria potestas *Advocatis Monasticis* aevi Carolingici tum non tribuebatur, qualis a fabricatore *Praecepti Carolini Augiensi* adscripta, momentosumque suppositionis praebet indicium.

§. XIII. Malae fidei porro in recognitionis formula fabricatoris argumentum, quod ille scripserit & est *data* ubi? *Aquis grani, Aquis Palatio* addi debuisset, ubi tum degebat *Carolus M.* & statum Imperii sui ante mortem ordinabat. Sed locum *dati* omittit studio impostor & simul *Indictionem*, (b) qua

(y) Praefatione laudata ad *Reliquias MSCtorum* §. 19. p. 43. 50.

(z) *Annalibus de gestis Caroli M.* in ANDREAE du CHESNE *Historiae Francorum Scriptoribus Tomo II. p. 258.* Adde CHRONICON *Moissiacense*; ANNALES LOISELIANOS ad h. a. MONACHUM EGOLISMENSEM *p. 130.* ADEMARUM *ad ann. 813.*

(a) *Conciliorum antiquorum Galliae Tomo II. f. 273.* & in JOANNIS HARDUINI *Conciliorum Tomo IV. f. 1007.* in LABBEANA *Collectione T. VII. p. 1239.*

(b) De omissione *Indictionis* nota falsitatis Diplomatum vide JO. GEORG. ECCARDI excitatam *gründliche Untersuchung des Carolinischen Schenck-Briefes* §. 27.

qua usus in Diplomatibus *Carolus M.* ex quo augustam Imp. dignitatem adquisivit, ut alia *dubia chronologica* taceamus.

§. XIV. Nec minimum falsitatis argumentum est, quod in ipso *Praecepto* scripserit Notarius, venerabilem praesulem *Hettonem* spirituali turmae (*Augiensi*) praefuisse, quum a *Carolo M.* illud 813. concederetur, cum tamen ex vetustissimo CHRONICO AUGIENSI ex veterrimo hujus coenobii Codice descripto (c) constet, annis DCCCXI. & XII. *Werdonem* & *Wiltonem* Abbates praefuisse. Ita enim Chronicon: *DCCCXI. Werdo III. Kal. Aprilis DCCCXII. Wilto IV. Kal. Aprilis DCCCXIV. Annus I. Hludovici Imperatoris.* Nulla heic mentio HETTONIS.

§. XV. Suspecta non minus videtur quibusdam Critices aevi Carolingici peritis, formula initialis & Titulus *Caroli M.* in Diplomate *Augensi*, sic efformatus: *In nomine sancta & individuae Trinitatis Karolus divina favente clementia Imperator Augustus* &c. qui stilum Diplomatum *Caroli Crassi* sapere videtur, quum *Carolus M.* observante ex Diplomatibus MABILLONIO (d) hunc adhibuerit: *Carolus Serenissimus Augustus a Deo coronatus pacificus Imperator Romanorum gubernans Imperium;* sive: *Carolus Imperator Augustus Piissimus a DEO coronatus;* & biennio ante felicem exitum: *Carolus Serenissimus Augustus, magnus, pacificus, Roma gubernans Imperium;* et *Karolus Serenissimus Augustus a Deo coronatus magnus pacificus imperator Romanum gubernans imperium, qui & per misericordiam dei rex Francorum & Longobardorum.* (e) Licet dissimulandum non sit, data sub hoc titulo quaedam *Caroli M.* Diplomata supposititia merito esse habenda, quale est productum in *Antiquitatibus Dionysiani Monasterii* DOUBLETI, cujus falsitatem post CAROLUM *le* COINTE in *Annalibus Ecclesiasticis Francorum*, CAROLUS du BOIS (f) erudite demonstravit: Merito & illud *Caroli M.* Diploma pro adulterino pronunciatum a Domno GUILIELMO MARLOT (g) S. Nicasii Remensis magno Priore & Fiuicnsis Cellae prope Insulas Administratore, quo villas & praedia confirmat, quae *Momiana* Neptis ejus, Monachis *Remigianis* donaverat, cujus invocatio haec: *In nomine sancta & individuae Trinitatis* & titulus: *Karolus divina favente clementia Imperator Augustus*, uti is in nostro *Augiensi* suppositio est effictus. Recte autem doctissimus MARLOTUS monuit praeter alias falsitatis notas *Recognitionem* esse erroneam, quum ad vicem *Luituuardi* Archi-Cancellarii sit facta, eum autem *Luituuardum* Vercellensem Episcopum Caroli Augusti cognomine Crassi Archi-Cancellarium fuisse, ut Ratuerdus docet, & (uti omnes sciunt) apud eum plurimum potuit, at *Carolus Magnus* ejus Proavus nullum eo nomine *Archi-Cancellarium* habuit.

 §. XVI.

§. 27. & quae ad Censoris ANONYMI *Halensis* dubia p. 120. prolata solide respondit ECCARDUS p. 165. *der Vertheidigung des Carolinischen Schenck-Briefs a. 1721. 4.* edita.

(c) Quod edidit STEPHANUS BALUZIUS *Miscellaneorum Libro Primo p. 497.*

(d) De *Re Diplomatica* fol. 391. 507. 512.. TENZELIUS *Vindiciis p. 103. & p. 72. in App.*

(e) Ab JOA. FRIDERICO FALCKIO *Codice Traditionum Corbeiensium* p. 377.

(f) *Historia Ecclesiae Parisiensis, Parisiis 1690. f.* edita, *fol. 312. seqq.*

(g) In *Metropoleos Remensis Historia*, quae *Insulis 1666. f.* prodiit *Tom. I. f. 321.*

§. XVI. An verba Diplomatis: *ut fratres ibidem regulariter subsistentes & divino operi die nocteque jugiter insudantes*, & stilo Carolini ævi & primævæ constitutioni Monasterii *Divitis Augiæ* conveniant, aliis pervestigandum relinquo. GASPAR etenim BRUSCHIUS (*b*) annotavit in illud præclarum & nobilissimum Monasterium Benedictinæ professionis, *assumi primum solebant tantum principes, comites ac Barones, ut hi illic educarentur a prima infantia ad adolescentiæ usque tempora. Tum enim bene institutis ac libere educatis integrum & liberum erat prodire iterum & vel* UXORES DUCERE, *vel aulas Principum &* MILITIAM *sequi. Equitum vero & civium liberi admittebantur nulli, erat igitur tantum Principum & sublimi stirpe natorum schola & pædagogium quoddam. Hodie promiscue omnis generis homines recipi solent.*

§. XVII. Ad princidalem scopum accedimus, cujus causa effictum *Præceptum* Carolinum de *Advocatia* nempe *Ulma*, quam Epigraphen coæva, ut videtur, manu scriptam, præfert Diploma ipsum in margine. In *Villa Regia* nempe *Ulma* hujusque vicinis regionibus donati fuerant, nescimus tamen an a *Carolo Martello* an ab aliis, sequioribus temporibus cum primis *Carolo Crasso* (*i*) reditus, census, aliaque jura utilia, desiderabant igitur Cœnobitæ proprium *Advocatum*, quum Magistratus in hac *Villa regii* minus forte placerent, sed *Advocatum* restricta potestate, determinatis ipsi juribus reditibusque. A fabricatoribus igitur Chartarum veterum, temporibus medii ævi frequentibus, efficta *Monachis Augiensibus* bina Diplomata, quasi essent benignitate *Caroli M.* concessa. *Primum* annum 811. præfert, quod titulos sub Carolo Crasso usitatos stilumque Cancellariæ habet istius ævi, cujus tamen recognitio erroribus chronologicis scatet, & ita inepte compositum est, ut Cœnobitæ post biennium nempe 813. de novo cudendo cogitare, proficuum sibi duxerint. In eo sub anno nempe 811. consarcinato *Hettonem* Abbatem, flebiliter conquerentem producunt, & *Carolum* similia confitentem: *quod & nos satis audivimus & veraciter scimus, scilicet plerosque eorum, qui Ecclesiarum constituuntur Advocati debita potestate in tantum abuti, ut qui deberent esse modesti Defensores impudenter effecti sunt rapaces & iniuriosi Exactores.* Sed quis querelas hujus modi tempore *Caroli M.* justissimi per *Missos* suos & Comites Judicis audivit & consignavit. Fictitium autem hoc *Præceptum* primum memorat personas tempore Caroli M. parum notas *Egenonem* cognatum Caroli M. Bertholdum Comitem de Bussen, ob destructiones pertinaciter factas Advocatiis in Turmetinguen, Offingen, Unlangen, Althem coram multis Principibus nuper privatum, additque Albertum de Brigantia de manu *Hettonis* Abbatis Advocatiam prævia præstatione juramenti suscepisse, & novo Advocato in remunerationem curarum ac laborum: *Tres Scheffones de puro grano in pane & situlam vini, & frischlingum porcinum & vervecem adsignatum fuisse, quales minutias Carolina Diplomata* vix memorant. Multa deinde de *Placitis Advocati*, & in hoc priore & in secundo ordinantur, quæ formulæ Imperii Carolingici & rei judiciariæ adversa sunt, uti CONRINGIUS (*k*) TENZELIUS (*l*) PAULLINI,

(*b*) *Monasteriorum Germaniæ Cent. I. p. 8.*

(*i*) Conf. ex recentioribus ill. JOA. JACOBI MOSERI *Staats-Recht der Abtey Reichenau*, adject. *Juri Publ. Episc. Constant. p. 144.*

(*k*) *Censura Diplomatis Lindaviensis p. 305.*

(*l*) *Vindiciis pro Hermanni Conringii Censura in Diploma fundationis fictitia Lindaviensis p. 320.*

LINI, (m) illustris WEGELINUS (n) solidissime demonstrarunt, quorum commentarios describere nolumus, verba tantum TENZELII adplicata ad Diploma *Augiense* adiicimus: *Cæcus omnino sit, qui non videat Diplomata Augiensia annorum 811. & 813. spuria esse, quoniam Capitularibus & Constitutionibus Carolinis e diametro adversantur.*

§. XVIII. Verosimile est a CAROLO MARTELLO donationum *Augiensium* initia facta, accessisse deinde sensim quædam sub *Ludovico Germanico* hujusque cum primis filio *Carolo Crasso* Rege & Imp. *Ludovico* porro *Infante*, hæcque inter etiam in *regali Villa Ulma*, hujusque confiniis, censusquosdam, reditus & regalia, ut vocantur minora, (o) reservata Regibus suprema potestate & *alta Jurisdictione*, aliisque Regalibus majoribus salvoque *Villæ regalis Ulmæ* immediato statu, nam his temporibus vixit *Hecco* vel *Hetto* Abbas *Augiensis*, a. 864. electus, & sub *Ludovico Infante* ultimo Carolingorum Ernestus Cancellarius. (p) *Carolus* adhæc *Crassus* post injustam flebilemque exauctorationem elegit sibi in *Augia Divitis* Monasterio sepulturam, in quam ex villa regia *Indinga*, ubi extinctus, illatus est. (q) Qui sine dubio *Cœnobio sepulcrali* ad mores hujus & sequentium seculorum, dona varia contulit, cum prædiis & reditibus, & forte eo tempore sub *Caroli M.* nomine hoc Diploma *Augiense* effictum, nam uti MABILLONIUS (r) observavit, *Carolo Crasso* a quibusdam titulus *Magni* adscriptus fuit. Ex contractu enim inter *Ulmenses* atque Monachos *Augiæ Divitis* post institutas frustra an. 1433. coram *Concilio Basileensi*, censuum suorum Ulmæ amissorum vindicias, anno demum 1446. celebrato patet, jura quædam non omnimodam potestatem cessam. In eo enim vendunt *Monachi Ulmensibus: des Gottes-Hauses Gut, Recht, Lebenden, Lehnschafften, Eigenschafften, Nuzen, Zinss, Rent, Gült, und vvas Reichenau deren Herrlichkeit, Guts oder Gerechtigkeit zu Ulm in der Stadt, in den Lebenden der Pfarr-Kirch zu Ulm und in vier Meilvvegs Ringsvveiss in der Stadt gehabt. Mit allen und jeglichen Herrlichkeit, Würden, Ehren, Nuzen, Zugehörungen, Gevvaltsame, Gevvohnheit und Rechten, samt dem Jure Patronatus & præsentandi, item der Schulmeisterey und Messner-Amt, die Anvvartschafft der Lehnschafft der Kirchen zu Grimmelfingen, und dann die Confirmation und Investitur eines jevveiligen Probsts zun Wengen. Jura* igitur *particularia* a Cœnobitis vendita *Ulmensibus*, sensim a donatoribus attributa Jura singularia, qualia in perantiqua Imperii Urbe *Colonia Agrippina* habet exer-

(m) Diss. de *Advocatis Monasticis §. VIII.*

(n) Dissertatione plenissima bonæ frugis de *Civitatis Lindaviensis prærogativa Antiquitatis præ illustri ad D. Virginem Cœnobio ejusdemque famosi Diplomatis Ludoviciani falsitate* p. 360.

(o) CHRONICON vetustum AUGIENSE in STEPHANI BALUZII *Miscellaneis Tom. I. p. 497. & 498.*

(p) Vide *Ludovici Infantis* Regis Germaniæ Diploma de an. 906. in quo *Ernustus* Cancellarius ad vicem *Theotmari* Archi-Capellani recognovit, quod extat in MELCH. GOLDASTI *Scriptor. Rer. Alamannicarum Tomi II. P. I. n. VI. pag. 27.*

(q) MABILLONIUS *Itinere Germanico* p. 42. Annales *Metenses* ad an. 888. & B. KEYSSLERUS *Itinerario* p. 17.

(r) In *Commentario de S. Grimbaldo Abbate Wintoniensi* §. 2. p. 3. *Seculo V. Benedictino.*

exercetque Archi-Episcopus (*s*); in Regiis pervetustis Civitatibus *Wormatia*, *Spira Nemetum*, (*t*) aliis itidem Urbibus immediatis vicini Principes utriusque status habent exercentque salva omnino *earum Immedietate*. Nullam in documentis deprehendimus relaxationem *Homagiorum* aliorumque juramentorum, qualia subditi aliique obnoxii præstare solent, nullam cessionem jurium sublimium aut *Magistratus* legimus.

§. XIX. Quibus ita comparatis vana est *Caroli M.* donatio *Villæ Regiæ Ulmæ* & de jurium *Advocati* ibidem *Monastici divitis Augiæ* constitutio, quæ ficulneo *Præcepti Carolini* fundamento innixa corruit, & recentiorum scriptorum NAUCLERI, BRUSCHII, MAGERI a SCHOENBERG, PETRI ipsius quoque KNIPSCHILDII, quorum alter alterum descripsit, assertionibus fulciri haut potest, quum *Donationis* nullum genuinum adsit exemplum, coævi vel iisdem proximi & vicini scriptores, CHRONICON *vetustissimum Augiense*, EGINHARDUS optimus rerum Caroli M. scriptor, qui beneficia Ecclesiis concessa a Domino suo sollerter annotavit, HERMANNUS CONTRACTUS, BERTHOLDUS *Constantiensis*, aliique taceant.

§. XX. Nec roboris quid huic supposititiæ Donationi conferre *potuit Henrici VII.* Imp. anno 1312. die VI. Calend. Nov. secuta confirmatio, quum Imperator in castris ante *Florentiam* medios inter hostes rebelles ageret, quo sane turbulento rerum statu Cancellaria Augustalis in fidem Diplomatum commentitiorum inquirere haut valuit, istaque Henriciana Confirmatio valde sit suspecta, atque ipsi falsorum Diplomatum defensores, qualis fuit doctissimus alias S. I. RASSLERUS, adgnoscant: *Quorumcunque Principum tabulas confirmatorias nullius plane roboris & valoris esse, cum quæ confirmantur nullæ, commentitia & in alterius Jus antiquius habentis præjudicium concessæ, dolo malo & informatione non sincera extorta sunt.* Jura autem non tuentur *referens* falso *relato*, uti curate docuit DANIEL HEIDERUS *Actis Lindaviensibus pag.* 871. Sane nemo nisi plane rudis *Friderici III.* Imp. Confirmationi quid tribuet, qui Privilegia a *Julio Cæsare* & *Nerone* Austriæ data corroboravit, (*u*) aut *Fridericorum* I. & II. *Aquisgranensium* & *Wilhelmi* R. R. *Frisiorum* Carolina sublestæ fidei *Diplomata*, (*x*) approbantium.

§. XXI. Salva ergo manet in Carolino ævo subsequentibusque temporibus *Ulmæ Villa regia* immedietas, ex recentiorum scriptorum opinione frustra in dubium vocata. Quæ Villa in insignem postea Imperii Civitatem, amplo

(*s*) Quas ample, contradicente tamen graviter Civitate enumerat: *Apologia des Ertz-Stiffts Cœllen wider Burgermeister und Rath dessen Haupt-Stadt Cœllen, Bonnæ f. edita* & recentius scriptum, sub titulo: *Securis ad Radicem* posita, quod *Bonnæ* typis impressum 1719. fol. passim.

(*t*) Compara libellum publicum: *Potestas & Jurisdictio Episcopi Principis in Civitatem Wormatiensem Moguntiæ* 1694. Adde tamen *Apologiam der Stadt Worms*, sive *Wormatiam liberam*, 1695. & scriptum solidissimum *Libera imperialis Wormatia pressa suspirans* 1759. *f.* cujus auctor illustris eruditissimusque Vir Dn. WOLFFGANGUS PAULUS BURGERMEISTERUS *de* DEYZISAU.

(*u*) De hoc ridiculo plane Privilegio legas FRANCISCI PETRARCHAE *Epistolam* de *Falsitate Privilegii Austriam ab Imperio eximentis*, scripta ad Carolum IV. Imp. Epistol. L. XV. Epistola V.

(*x*) De LUDEWIG *Præfat. T. I. Reliquiar. p.* 72. 73.

amplo territorio & Privilegiis plane eximiis ornatam, Deo adjutore, excrevit hodieque inter magni Imperii nostri Urbes magnifice floret. Quam vetustam immedietatem ab aliis sine justa investigatione per errorem negatam, breviter quidem, sed solide comprobavit, quem jam laudavimus, illustris celeberrimusque LUDOVICUS BARTHOLOMAEUS ab HERTTENSTEIN opusculo excitato, (y) & in singulari Commentatione de *origine*, *progressu*, *rebus gestis*, *Juribus & Privilegiis peculiaribus Reip. Vlmensis*. Quis enim *Vlmæ* immedietatem ante redemtionem jurium & redituum particularium, qui Monachis Reichenaviensibus ex donationibus quibusdam usque huc nondum satis probatis, competebant, negare salvo jure poterit, cum *Curtis* & *Villa* hæc *Regalis* pars & portio fuerit Terræ immediatæ a Regibus nostris sibi in Alemanniæ finibus uti & in aliis magnis Regni Provinciis reservatæ. Qui Reges *Palatium* (z) suum in hac Villa nobili extruxerunt, tot in isto *Curias* & *Comitia* (a) celebrarunt, homagium ab *Vlmensibus* ipsi receperunt, per suos *Scultetos*, (b) aliosque Ministeriales, Vectigalium aliorumque redituum ex Regalibus receptores, Monetarios, Venatorum magistros, Jurisdictionem & Regalia exercuerunt, Urbi huic nobilissimæ singulare *Judicium Provinciale* concesserunt, quæ sane non debilia sunt argumenta, quosdam Juris Publici scriptores, re-

---

(y) Curtis *Regia* vocatur *Vlma*, post fictam sub Carolo M. donationem *anni* 813. in *Annalibus Fuldensibus ad an. 892.* apud FREHERUM *Scriptorum Rer. Germ. T. I p. 64.* Edit. Struv. *Rex* (Arnulfus) *de Francia cum Victoria in Alemannia* CURTE REGIA VLMA *honorifice natalem Domini celebravit.* Eadem verba de *Francofurto* adhibet ANNALISTA FULDENSIS ad annum 889. *Placitum* CURTE REGIA FRANCONOFURT *haberi cum Francis Regi placuit.* Sed quis immedietatem incliti *Palatii* FRANCONOFURTI unquam negavit? GUNTHERUS *in Ligurino L. V. v. 504.* editionis *Rittershusianæ* Imperatorem *Fridericum I.* de Conventu *Ulmensi* an. 1156. sic loquentem sistit:

Totus apud NOSTRAM *colens exercitus* ULMAM

Et ne quis putet, GUNTHERUM more Poetarum liberius sensisse ipsum *Fridericum I.* Imp. in Diplomate, de limitibus Diœceseos Constantiensis an. 1155. decernentem audiat, ubi: *videlicet versus Orientem inter Constantiensem & Augustensem Episcopatus sicut Hilera fluvius cadit in Danubium, ac deinde usque* VLMAM *villam* NOSTRAM, quod Diploma extat in *Chronico Constantiensi*, Tomo Tertio Pistoriano Edit. *Struvianæ* p. 695. *Edit. vet.* p. 623. & in GABRIELIS BUCELINI *Constantia Sacra & Profana p. 50.* Si igitur *Ulma*, an. 1155. *villa Imperialis* Augusto confirmante fuit, quis credat a Carolo M. an. 813. plene *Monachis Augiensibus* donatam fuisse.

(z) *Hulmæ* Palatii regli mentio in Diplomatibus frequenter fit, ut in *Ludovici Germanici*, quo controversiæ inter Episcopum *Constantiensem* & *Abbatiam S. Galli*, diu agitatæ, compositio describitur, ubi *Actum Hulma Palatio regio*, extat in *Codice Probationum* R. P. MARQUARDI HERRGOTT, *N. LVI. p. 33. Genealogiæ Diplomaticæ Augustæ Gentis Habsburgicæ, Volumine Secundo* & p. 67. Diploma Conradi I. *Actum Vlma* aliaque plura a subsequentibus Regibus data. Addatur *Chronici Gottwicensis* Liber Tertius de *antiquorum Regum ac Imperatorum Teutonicorum Palatiis, Villis & Curtibus regiis, N. CXVII. p. 517.* ubi ex veteri MSCto apud BUCELINUM in *Germania Stemmatographica P. II. p. 69.* traditur: conditam primum a Clodoveo Francorum Rege fuisse *Vlmam Domum Regiam.*

(a) Quæ ex Diplomatibus copiose recensuit Dn. ab HERTTENSTEIN opusculo laudato apud Dn. PISTORIUM *p. 1451.*

(b) Quorum nomina ex monimentis Historiæ patriæ eruit Dn. ab HERTTENSTEIN l. c.

centiorum historicorum narrationibus & *Præcepto Caroli M.* suppostitio seducutos, sine justa ratione negasse Urbi Imperii in illustri positæ vetustum *Immedietatis* honorem & Jura, ante emtionem rerum juriumque utilium sub *Ludovico IV.* Imp. & cassationem prætensionum Monachalium sub *Friderico III. Aug.* an. 1446. factas.

DISSERTATIO XI.

SEU

CENSURA H. CONRINGII ET W. E. TENZELII IN PRÆDICTUM DIPLOMA FICTITIUM.

Conringius in Censurâ Diplomatis Lindav. pag. 306. hanc dat epicrisin: *Ingenuè neutiquam dissimulavimus, suppostitium esse, & ab impostore quodam non minus, atque hoc nostrum Lindaviense confictum. Arguit vero falsimoniam manifestò* Primùm *illud, quod Carolus, præter morem, non Rex Francorum & Longobardorum, sed duntaxat Imperator Augustus ibi audiat.* Secundò, *in fine Diplomatis non annorum, vel Regnorum vel Imperii ulla fiat mentio.* Tertiò, *quod manu Caroli non fuerit subscriptum: contra quàm aliàs perpetuò solet fieri.* Quarto, *quòd sub finem Diplomatis nulla loci, ubi sit conditum, nulla mensis aut diei, quando sit conditum, facta fuerit mentio.* Taceo *nunc, quòd annus Christi subscriptus videatur, novo non autem recepto tunc more. Mitto alia falsi indicia, cùm hæc sufficiant.*

Palmarium νόθης argumentum ad Hyperaspistæ Caput XII. Num. XIV. pag. 295. produximus, quo palàm fit, Ulmam adhuc fuisse villam regalem, sub Ludovico Pio & Ludovico Germanico, adeòque Cœnobio Augiensi à Carolo Magno haud subjectam. Quod an posteà Carolus Crassus, ab Alemannis etiam, uti ad Defensionis Caput IX. Num. XIII. p. 219. vidimus, *Magnus* appellari solitus, pro singulari erga Alemanniæ Monasteria favore fecerit, aliis expendendum relinquimus; satis habentes ostendere, fictitium illud Augiense Diploma ad normam genuini alicujus à Carolo Crasso profecti, eâdem ratione, compositum esse, quâ Lindaviense ad genuinum aliquod Ludovici Pii hactenus contendimus. Primò enim inscriptio planè Caroli Crassi est, ut liquet ex ejus Diplomate apud Freherum P. I. Originum Palatinarum Cap. VI. *In nomine sanctæ & individuæ Trinitatis. Karolus divinâ favente clementiâ Imperator Augustus.* Et ex alio apud Aventinum in Oetingæ Historiâ: *In nomine sanctæ & individuæ Trinitatis: Carolus divinâ favente clementiâ Imperator Augustus.* Hinc Mabilio Lib. II. de Re Diplomat. Cap. IV. pag. 82. de Carolo Crasso observat, *communiorem esse hanc formulam initialem:* In nomine sanctæ & individuæ Trinitatis, Karolus divinâ favente gratiâ Imperator Augustus. *In spicilegii Tomo VII., in Italia sacra Tomo IV. variis in locis, ubi pro* gratiâ *legitur* clementiâ, *& apud Sirmundum in Conciliorum Galliæ tomo tertio,*

Dein-

Deinde ſub Carolo Craſſo Abbas Augienſis fuit Hatto, qui poſteà in Moguntinum Archiepiſcopum & Ludovici, filii Arnolphi, tutorem evaſit, & in ſpurio Diplomate vocatur *venerabilis præſul Hetto.* Præterea ſub eodem Carolo Craſſo vixit Adalbertus, pagi Turgaugenſis Comes, de quo actum à nobis ad Defenſoris Caput IX. Num. XIII. Si clauſula Diplomatis adeſſet, plura argumenta pro ſententiâ noſtrâ inde elicerentur. Certè Conringius ex ejus defectu pleraque νόθης indicia deſumpſit. Imposturam autem in fabricando Diplomate commiſſam manifeſtè prodit adſcriptus numerus, *Dat. Anno ſalutis 813.* qui non ſolùm in Mageri, ſed Naucleri etiam apographo habetur, ſatisque oſtendit, confictorem voluiſſe, ut credamus, á Carolo κατ' ἐξοχὴν Magno Diploma illud confectum. Confudit igitur non ſolùm Caroli nomen, ſed etiam Heithonis ſive Haythonis, qui Caroli Magni tempore Epiſcopus Baſileenſis & Abbas Augienſis fuit, ac Adalberti, quem eodem tempore vixiſſe, communis ferebat opinio. At fraus commiſſa ex iis, quæ de Carolo Craſſo, Hattone Moguntino & Adelberto Turgaugenſi diximus, ſtatim elucet: quibus adde, quòd Hatto ſub Carolo Craſſo nondum fuit Moguntinus præſul, ſed demùm anno DCCCXCI. eò evectus, ex Bucelini computo. Supinus itaque error impoſtori obrepſit, quòd Hattonem, tunc ſolùm Abbatem, *præſulem* ſive Epiſcopum, ut in Lindavienſi *Salomonem præſulem* Conſtantienſem, dixit, Haythonem cum Hattone perperàm confundens. Simillimo errore Lindavienſis impoſtor Rhabanum, ſub Ludovico Pio Abbatem Fuldenſem, tanquam Moguntinum Metropolitam nobis ſiſtit. Neque ex Carolini ævi conſuetudine repetam iſtud gloſſema, *quòd vulgò* Balmund *dicitur*, priusquàm alia genuina illius ætatis Diplomata videam, in quibus ſimilia exſtent gloſſemata: quanquam facilè largior Frehero & Cangio, *Balmond* veteribus Teutonibus & Francis ſignificâſſe *falſum tutorem*, & *Balmonden, malè tueri rem pupilli.* Sed totum Diploma jugulat mira limitum Advocatis præſcriptorum in illo convenientia, ad ipſa propè verba ſeſe extendens, cum Lindavienſi & Utenburano, quorum utrumque apertiſſimè ſuppoſititium eſt. Fraudem igitur obtegere conatus impoſtor magis detexit.

DISSERTATIO XII.

VLMA DESTRUCTA ET RESTAURATA.

§. I.

FAtales rerum humanarum, Imperiorum præſertim & urbium, periodos frequenter mirantur, qui gentium annales evolvunt. Maxima enim regna & urbes ampliſſimas deſtrui mox ac everti videas, quæ paulo ante præter, ne cœlum aliquando in ſe rueret, nihil timuerunt. Non ex longinquo nobis repetenda res eſt, neque exteris exemplis confirmanda, dum domeſtica ſufficiunt, & ipſa dulciſſima noſtra Patria evidentiſſimum hujus inſtabilitatis

litatis nobis perhibet testimonium, cujus secunda & sinistra fata tanto magis præ cæteris discuti merentur, quo rarior in annalibus illorum fit mentio, & quo mirabilior, quam subiit, est fortunæ Catastrophe, quæ cum ab exiguis natalibus ad justam paulatim formam pervenisset, postea ita rursus diminuta, ut cum restituenda esset, vestigia pristinæ civitatis reperire difficile fuerit, deinde vero paucis Seculis tanta iterum cepit incrementa, ut hodie Ulma vetus in nova tantum non frustra quæratur. Propositurus igitur, quo id præcipue modo factum, eversæ & restauratæ civitatis historiam ex optimæ notæ monumentis editis, ineditis, breviter exponam, causasque tot casuum comites subjungam.

§. II. Incidit vero memorabilis hæcce periodus in Seculum P. C. N. XII. dum, facta post decessum HENRICI V. Imp. qui anno cIↄ CXXV. accidit, LOTHARII Saxonis electione, fatalia ista & feralia litium semina non in Suevia modo nostra, sed universa fere Germania dispersa, & vastissimi Regni Proceribus in diversas abeuntibus partes, intestinæ cædemque pestiferæ enatæ sunt turbæ, quibus etiam nobilissima hodie Sueviæ gemma, Alemannorum olim contra Romanos, ac Romanorum dein contra Alemannos in Rhætia litorali castrum, postea regalis Francorum villa & firmissimum tunc Ducatus Suevici oppidum, haud diu post, plenissime recuperata libertate, Imperiales inter civitates relatum, Ulma veteribus sub corruptis *Alcimennis* & *Samolucenis* nominibus nota, fuit implicita.

§. III. Exhausta enim per civilia bella Germania multum augustæ dignitati fuit detractum, cum nemo jam esset, qui imperialem propagaret apicem. Eligendus erat, quem pietas, & virtus, & potentia commendaret. Difficilis omnino electio in copia talium heroum, quorum raritas alias spinosas reddere solet electiones. Quatuor præcipue Teutoniæ Proceres diversis dissentientium optimatum studiis rerum summæ fuerunt destinati, quos inter principem sibi vindicarunt locum LOTHARIUS Saxo, & CONRADUS Suevus. Illum præter eximias animi dotes, ALBERTI inprimis Moguntini & Pontificis HONORII contra familiam HENRICI odium, hunc vero regius ortus fratrisque auctoritas commendavit. Uterque sine dubio propter virtutes & potentiam Diadema promeruit, & æquali forsan Marte de palma certassent, ni Vaticanum fulmen circulos CONRADI turbasset. Eadem tamen illius constantia, eadem virtus, idem consilium, neque ut æmulo vel latum unguem cederet, minis vel precibus moveri potuit. Properatum hinc utrinque ad arma, lecti milites, educti exercitus, advocati socii. CONRADUS quidem pro sua causa armaverat clarissimas Germaniæ urbes, Norimbergam, Spiram, Augustam Vindelicorum, Rotwilam ac Ulmam, quæ postrema tunc temporis erat mediocris magnitudinis, formæ rotundæ, liberi ubique circuitus, ambitu 2100. passuum complectens, fortissimis muris de quadratis lapidibus constructis, ut & firmissimis turribus & pinnis munita, ac duabus portis, nec non portula quadam minori, propter pecoris ad aquam appulsum *das Trinck-Thörlein* dicta, ornata. Harum vero altera vergebat fere ad occidentem, & decorata erat duobus leonibus ex lapide sculptis, qui anno cIↄ Iↄ XXXVIII. in murum porticus panariæ, vulgo *das Brod-oder Schuh-Haus*, fuerunt inclusi, unde etiam dicebatur *das Löwen-Thor*, in cujus loco hodie est *die Mehl-Waag*. Altera autem inclinabat versus orientem, ac à vicino campo arcubalistariorum dicebatur *das Armbrust-* vel sententia FABRI, *das Schnitzer-Thor*, sitaque erat in eo loco, ubi hodie est custodia reorum, *der Thurn*, per quam etiam patebat exitus in Ecclesiam Parochialem omnium Sanctorum, quæ anno DC. ædifica-

ficata fertur, & postea cIↄ CCC LXXVII. in urbem translata fuit. In ipsa urbe enim nulla erat Parochia, ne ministeriales, nobiles ac reliqui lautioris conditionis cives, qui soli oppidum inhabitabant, strepitu campanarum, vel concursu suburbanorum turbarentur.

§. IV. Inter ædificia veteris urbis eminebant præcipue tria. Domus Abbatis Divitaugiensis, ubi hodie est *der grüne Hof*, Curia Provincialis, *das Stadel-Gericht*, ubi hodie est *der Stadel-Hof*, & Curia Regis, *der Königs-Hof*, ubi hodie est aula nova, *der Neue Bau*. Quod ad primum attinet, habitabant ibi Officiales Monasterii Augiensis, ibidemque habebant amplum viridarium, unde & platea illa nomen retinuit. Domus ipsa erat alta, spatiosa, ex lapidibus constructa & propter metum seditionis fortissimis muris ad modum castelli munita. In altero celebrabatur Judicium Provinciale, quod deinde post destructionem à CUNRADO translatum dicitur Rotvvilam, unde etiam est, quod Ulma nostra in Speculo Suevico inter urbes Palatinas & Imperiales referatur.

§. V. Tanta enim justitiæ laude floruerunt majores, ut illorum decreta à vicinis tanquam oracula fuerint exorata, unde etiam CAROLUS IV. an. cIↄcccLXI. Ulmensibus antiquum hoc Judicium, quod forsan non usu evanuit, cum pristinis Juribus & Privilegiis ad normam Judicii Rotvvilani cum clausula derogatoria restituit, sed re ipsa illud restauratum fuisse nullibi legimus. Tertium denique erat Palatium Regum Germaniæ, quod in annalibus Fuldensibus apud du CHESNE *Curtis Regia*, apud LUNIGIUM vero in Diplomate quodam FRIDERICI I. de anno 1181. *Curia Regalis* appellatur, in quo etiam non tantum CAROLUS M. LUDOVICUS Germanicus, CAROLUS Calvus, ARNULPHUS Nothus aliique plus una vice resederunt, sed comitia quoque celebrarunt, id quod inter alios de LUDOVICO II. ad annum DCCCLVIII. CONRADO II. ad annum MXXVII. HENRICO III. ad annum MXLVIII. HENRICO IV. ad annum MLXXVII. & Proceribus Sueviæ ad annum MXCIII. constat, immo non desunt Scriptores, qui cum URSTISIO HENRICUM IV. dicto anno Ulmæ coronatum fuisse perhibent.

§. VI. Et hæc quidem in urbe agebantur, opifices vero, & quicquid strepitum movere poterat, colebant suburbia, quemadmodum etiam Xenodochium & Ecclesia Parochialis omnium Sanctorum extra mœnia stabant, usque dum diu post restaurationem utrumque in urbem fuit translatum. Atque horum suburbiorum unum reste FABRI *in Historia Manuscripta* situm erat ad litora Danubii versus meridiem, in quo piscatores, fullones & cerdones residebant, alterum vero versus Occidentem & Septentrionem, in quo mercatura præcipue florebat & forum celebrabatur, unde etiam multi opifices illud incolebant & caupones. Trans Danubium vero uno alteroque ab urbe lapide erat villa *Schvveickhofen* dicta, in qua alebantur civium pecora & quicquid ad agriculturam pertinebat, pertractabatur. Atque ita comparata erat facies Ulmæ, cum LOTHARIUS illam aggrederetur.

§. VII. Postquam enim CONRADUS præcipuis Alemanniæ civitatibus pro se munitis Italiam intraverat, & contempto anathemate, Mediolani se pro rege gesserat, LOTHARIUS ejusque gener HENRICUS Superbus, Dux Bojoariæ, ut CONRADI vires extenuarent, urbes Teutonicas ad obsequium trahere summa ope studuerunt. Quapropter primo omnium arcem Hohenstauffensem, haud procul à confiniis Würtembergensis & Ulmensis terri-

ritorii, prope Gœppingam, in monte excelso sitam & demum anno cIↄDXXV. à rusticis seditiosis destructam, anno cIↄcXXVII. impressione atque cuniculis, frustraneo quidem labore, oppugnavit. Inde per Ducem quendam NOTHARDUM de MIRD Ulmam simili eventu obsedit, & à Rotvvilensibus quoque fortiter repulsus fuit. Quare ipse cum genero HENRICO Superbo & magna Saxonum, Bojoariorum, Italorum, Lombardorum, Hungarorum, Croatarum, Sclavorum & Vandalorum manu Ulmam corona cinxit, & ex vicina arce *Eichklingen*, ubi hodie est Monasterium *Elchingen*, circumjacentem regionem, ut terrorem civibus incuteret, ferro & igne vastavit, quicquid usui esse potuit, corrupit, & Ulmenses multis aliis rationibus vexavit, qui contra frequentibus excursionibus multa Saxonibus eorumque Sociis intulerunt damna.

§. VIII. Hinc caduceatorem LOTHARIUS Ulmam misit, qui denunciaret, *ni portas aperirent, & se dederent, ipsos ultima esse passuros.* At Ulmenses, rebus licet desperatis & modico quamvis firmati præsidio, pro fide ad ultimum morituri imperterrite responderunt; *Ulmam non Saxonibus nec Italis, sed Suevorum Ducibus & Romanorum Regi ex iisdem electo patere debere*, quemadmodum id in plerisque Chronicis ita annotatum legimus. Obsidione igitur decreta per muros turresque tormenta disponunt, arma distribuunt, omnia belli adparatu strepunt; ferreæ quoque manus, quas operibus hostium injicerent, corvique & alia tuendis urbibus excogitata præparabantur. Exhortabantur alios alii ad fidem & constantiam, omnia pro patria & facere & pati parati cives. LOTHARIUS vero arctius urbem oppugnaturus suburbia cum ad terrorem civium, tum ad majorem obsessionis opportunitatem incendi jussit. Inde ad Blavum è regione Portæ Leonum versus Danubium, quem pontone junxit, castra disposuit, urbem ab occidente & oriente oppugnaturus. Copiæ divisæ, turres concitatæ, scalæ mœnibus adplicatæ, faces in urbem immissæ, muri arietibus pulsati. Sed frustra: quemcunque enim locum vivus occupaverat, ad ultimum usque halitum fortiter defendit.

§. IX. Quare LOTHARIUS urbem impressione aggredi decrevit, arietes muris admovit, eosque aliis quoque machinis bellicis petiit. Interea in pinnis vexillum Ducum Sueviæ tribus leonibus nigris insignitum sublime eminebat, & civibus ad se tuendum, & hostibus ad incessendum ingens incitamentum. Circa portas & muros jacebant nobilissimi cives, omnes in ora proni, sicut dimicantes procubuerunt, adverso corpore vulneribus acceptis. Nec militaris modo ætas aut viri tantum, sed fœminæ quoque, puerique supra animi corporisque vires adsunt: propugnantibus tela ministrant, saxa in muros munientibus gerunt; non libertas solum agebatur, quæ virorum fortium pectora acuit, sed ultima omnibus supplicia & fœda mors ob oculos erat: accendebantur animi & certamine laboris ac periculi, atque ipso inter se conspectu: Itaque tanto ardore certamen initum est, ut victor ille CONRADI ab unius oppidi juventute sæpe à muris repulsus fuerit. Id ubi vidit LOTHARIUS, veritus, ne vanis tot conatibus suorum hostibus cresceret animus, & segnior miles fieret, exercitum ad constantiam excitavit, dum interea HENRICUS ex altera parte institit. Tunc Ulmenses ultima quæque experturi versus meridiem per portulam, *das Trinck-Thörlein* dictam, in hostes magna audacia se effundunt, & quicquid ad impediendam irruptionem excogitari poterat, haud segniter exsequebantur.

§. X. Interea Bavari undique tormentis, & maxime arietum pulsu, muros quatiunt, quos quidem Ulmenses raptim obstructis saxis refecerunt; sed

undi-

undique vis mali urgebat, & ut fieri solet, quum ultimi discriminis tempus adventat, in solicitudinem tandem versa est civium fiducia, dum crebris arietibus portam Leonum, saxorum compage laxata, ruptam deprehenderunt. Tum victa oppidanorum vis, dejectisque propugnatoribus occupantur muri, intromittuntur copiæ, repelluntur cives. Non tamen defecere animis Ulmenses, quamquam à muris & portis destituti erant, fortiter, quicquid accideret, laturi. Quare alii in altas turres ascendunt, ingentique ibi animo, periculo majori, pro libertate & vita dimicant; nonnulli ruunt in hostes, haud inulti tamen perituri; magna pars summa tectorum obtinebat, saxa & quicquid manibus sese dederat, ingerentes subeuntibus; Trunci quoque & debiles arma non omittebant, donec multo sanguine effuso exanimati procumberent; debilior autem ætas in templa confugiebat, iratum Numen votis & precibus placatura. Verbo: nihil ab Ulmensibus pro propugnanda civitate omissum; numerus suppletus virtute, virtuti addita consilia, consiliis juncta pertinacia, pertinaciæ sociata fiducia, preces, vota. Sed incassum! vicit enim Saxonum numerus atque audacia, & institit fatale Ulmæ momentum. Hostes, deploratis novissime rebus, cum clamore in urbem irrumpunt, igne & ferro armati per urbem discurrunt: alii prædæ inhiant, patentibus ad direptionem omnibus; alii ira & odio obcœcati trucidant inermes juxta atque armatos; fœminas pariter ac viros; usque ad infantum cædem ira crudelis pervenit: Inde violatæ aræ, spoliata sacra, diruti muri; quum Ulmenses tot simul malis victi alii in templa supplices confugiunt, alii in fuga suam pignorumque salutem quærunt, & semetipsos è muris in præceps jactant; alii supplicationibus victores ad misericordiam excitant; alii attonitis similes in vestibulo suarum quisque ædium stabant, parata sævientibus turba.

§. XI. Tandem cum in oculis populatio esset, præcipuos cives obsoletis amiculis velatos supplices ad LOTHARIUM miserunt, precantes, *ut à cædibus & ab incendiis parceretur*; inde ad pedes LOTHARII prostrati signa militaria, claves portarum, & Privilegia sua ipsi obtulerunt, quæ vero ille equo superbo insidens, ac imperiali in galea diademate, nec non armis fulgentibus & auro distinctis, conspicuus, atque Zona aurea, ex qua gladium suspenderat, cinctus, sceptrumque militare sinistra tenens, minitabunda facie indignatus calcavit, respondens, *non esse veniæ locum*, eosque in præsentia amicorum Achæmenia ira in durissima vincula conjici jussit. Tum honestissimæ matronæ, victo malis muliebri pavore, urbem, quam armis viri defendere non poterant, precibus lachrymisque defensuræ, velatæ, vestimentis albis procedunt, imaginem Christi crucifixi & S. Deiparæ supplices jactantes, & HENRICO Superbo, una cum parvulis innocentibus, demisse ac humiliter in genua prolapsæ, osculatione pedum, lachrymis atque suspiriis supplicarunt, ut maritis, filiis, fratribus, cognatis, civibus parceret, sin minus ipsis ignosceret, pro necessariis ac propinquis suis, jam non hostibus, sed supplicibus, tantum vitam precantibus. Sed nihilomagis flexerunt animum, & triste hoc die spectaculum victoribus LOTHARII ira præbuit: Nobilissimis enim civibus vel trucidatis vel relegatis ignem tectis injecit, ac quæ incendio consumi non poterant, diruit: adeo vestigia quoque urbis extinguere, ac delere memoriam hostium sedis cordi erat.

§. XII. Incensis igitur templis, dirutis ædibus, munitionibus dejectis, arsit civitas fidissima, ornamentum Provinciæ, cui inserta erat. Perierunt illius decora, domus incolis, templa signis, aræ hostiis destituebantur, urbs denique pro scrupulo relinquebatur, hactenus solo non exæquata, quatenus,

qui

qui cladis refricarent memoriam, lapidum corporumque perditorum reliquiæ permistæ eminebant. Atque sic tandem Ulma post pertinacissimam oppugnationem capta est atque destructa, quæ postea multis casibus defuncta & post excidium renata, nunc pace cuncta refovente sub divini Numinis tutela adquiescit. Cæterum egregium superest diræ hujus desolationis monumentum, quod artificioso penicillo pictum antiquæ urbis, ejusque occupationis & destructionis ichnographiam ad vivum repræsentat, & tanquam pretiosissimum antiquitatis cimelium in conclavi quodam Aulæ novæ asservatur, ac ad minimum Seculo XV. fuit delineatum, ex quo multa in hanc nostram Commentationem transtulimus.

§. XIII. Interea tamen, quæ singularis fuit Divini Numinis clementia, non diu duravit dira hæcce desolationis abominatio. Cum enim LOTHARIUS ex Italia redux Bretinæ prope Tridentum anno cIↃcXXXVII. diem obiisset supremum, CONRADO nostro, vincentibus Francorum Suevorumque suffragiis, Confluentiæ imperialis dignitas altera vice fuit delata, qui tantarum calamitatum misertus revivificavit iterum lapides de acervis pulveris, & resuscitavit ex cineribus veteris civitatis parvæ & angustæ novam urbem priori multo ampliorem & augustiorem. Quare ante omnia dispersos incolas collegit, & Scultetum seu Advocatum nomine Imperii, teste BUCELINO, ipsis præfecit, qui, si FABRI habenda fides, fuit nobilis de ERBISHOFEN, à quo judice BUCELINO illustris Dominorum Baronum de ULM & SCHADIORUM de MITTELBIBERACH propago, per descendentes & à latere junctos derivatur. Porro fidissimos cives in præmium constantiæ multis iisque egregiis Privilegiis ornavit, terris ac prædiis vicinis ditavit, materia, pecunia & hominibus ad urbis restaurationem magnam tulit opem, qua insigni & nunquam satis celebranda optimi Principis clementia & liberalitate multi vicini nobiles, à quibus hodierni Domini Patritii maxima ex parte descendunt, excitati sedes suas relicto rure illuc transtulerunt, quorum exemplum dein fuerunt imitati incolæ vicinarum villarum *Schweickhofen*, *Offenhausen* & *Pfuhl*, qui resolutas domunculas pariter Ulmam transtulerunt, & inferiorem urbis regionem, *das Gries*, inhabitarunt, quod & de suburbanis intelligendum. Unde etiam est, quod cum Ulma antiqua vix 2100. passus complexa fuerit, novæ urbis circuitus spatium triplo amplius, i. e. 6400. passus comprehenderit, quod deinde sensim sensimque tanta cepit incrementa, ut JOANNES EHINGERUS jam anno cIↃ IↃ LXVIII. 8739. passus numeraverit, hodie vero externus munimentorum ambitus 11950. pedes Geometricos, sive II. milliaria, III. stadia, & LXXV. pedes exæquet.

§. XIV. Inde statuto restaurationis die, qui teste Chronographo antiquo inedito, fuit XVIII. Maji anno cIↃ CXL. peractis sacris populoque universo ad laborandum parato, antiquo more, junctis bobus aratro in litore Danubii cœperunt sulcare terram per gyrum in formam ovi, locum murorum designantem, & ubi portam fieri voluerunt, aratrum portarunt, foderuntque ante omnia vallum & fossas profundas, quibus antiqua civitas destituebatur, hisque paratis ædes recipiendis civibus idoneas extruxerunt, inde anno cIↃ CXCI. mense Martio, ut securitati suæ contra hostes externos consulerent, inceperunt paulatim ædificare murum, qui vero propter varia impedimenta per plurima lustra imperfectus stetit; unde fabula Ulmam inter quatuor Imperii villas refert, qua de re SCHEDELIUS in *Chronico* suo *magno* ita canit:

- - - - Villa ex quatuor una:
Non quod villa fuit, sed quondam forte revicta,

Vi

Vi belli vastata, iterum constructa carebat,
Temporibus certis, muris.

Sed facile refutatur fabula cum ex supra memoratis, tum etiam testimonio CAROLI Crassi apud GOLDASTUM & WIPPONIS, quorum uterque Ulmam oppidi nomine insignivit; quare murorum vice multis in locis palos & ligna ad formam septi fixerunt, prudenter rati, non lapides civitates efficere, sed ubi viri fortes sint, ibidem urbes esse & mœnia. A que inter hos ligneos muros, sit venia verbo, multis hostilibus vexationibus fuerunt expositi, præcipue anno cIↃccXLVII. quo ab HENRICO Raspone, Thuringiæ Landgravio, fuerunt obsessi, quippe tunc Ulma sine dubio altera vice fuisset eversa, nisi HENRICUS d. VII. Decembr. à cive quodam sagitta venenata fuisset vulneratus & obsidionem solvere cum vitæ dispendio coactus. Animadvertentes igitur, periculum indies crescere, iterum ad ædificium murorum se contulerunt, illudque magno animo, magnisque sumptibus, junctis viribus circa annum cIↃccc. perfecerunt, neque sic quidem satis tuti, quippe urbs an. cIↃcccVI. d. XX. Apr. uno die à cive quodam CONRADO KUNZELMANN, opera Judæi cujusdam, ULRICO Comiti de SCHELCKLINGEN & BURCARDO Equiti ab ELLERBACH bis prodita, sed virtute civium totidem iterum liberata fuit; inde à LUDOVICO Bavaro anno cIↃcccXLVI. CAROLO IV. anno cIↃcccLXXII. ALBERTO Brandenburgico anno cIↃIↃLII. frustra obsessa & oppugnata, usque ad præsentis Seculi initium inconcussa stetit.

§. XV. Porro statim à primordiis restaurationis condiderunt portas tres, hodie quinque sunt & posticum, cum turribus & pontibus, portam scilicet Gregis ad Danubium versus meridiem, *das Herdbrucker-Thor*, versus Septentrionem portam S. LEONHARDI, quæ hodie B. Virginis audit, *das Frauen-Thor*, ac denique versus occidentem portam Gœgglingensem, quam FABRI portam judiciariam haud incongrue appellavit, à vicino vico dictam *das Gögglinger-Thor*. Tandem hisce feliciter peractis ad abstergendum cruorem, restaurandas aras, restituenda templa se contulerunt, & inter alia ædificia publica restituerunt quoque curiam regiam, *den Kayser- oder Königs-Hof*, in qua haud diu post FRIDERICUS I. annis cIↃcLXII. LXV. LXVII. & LXXVII. FRIDERICUS II. anno cIↃccXIII. LUDOVICUS Bavarus cIↃcccXVI. & XXXVI. comitia celebrarunt, ibidemque interdum habitarunt, quod etiam de CONRADIS III. & IV. RUDOLPHO I. ALBERTO I. CAROLO IV. RUPERTO. SIGISMUNDO, FRIDERICO III. MAXIMILIANO I. & CAROLO V. annales perhibent, qui etiam in illius area, antiquis temporibus, clientelaris obsequii obligationem à civibus acceperunt, quæ solennitas postea in foro publico sub cathedra curiæ, denique vero in vinario foro, ubi est *das Schvvör-Haus*, peragebatur.

§. XVI. Ne vero erga tanta Summi Principis beneficia ingrati existerent, eaque quasi oblivioni darent, immortalia ejus in Ulmensem civitatem merita publico condecorarunt monumento, quod apud posteros quoque perpetuæ gratitudinis esset testimonium. Factum hoc demum videtur Seculo XV. quo splendidum portæ Gœgglingensis propylæum, cujus rudera frustatim in Cœmeterio SS. Trinitatis, ubi ad propugnaculum, quod ab aquila nomen habet, ascenditur, sunt dispersa, fuit ædificatum. Ipsum monumentum, vel potius illius basis, anno cIↃIↃcXX. diruta turri, ejusque propylæo in fabricam lapidariam publicam, vulgo *die Stein-Hütte*, ut à teste fide digno edoctus sum, fuit translatum, ubi hodienum fere integrum asservatur: Constructa vero

eſt hæcce baſis ex marmore albicante puriſſimo atque politiſſimo, cui glorioſa hæcce verba leguntur inſculpta:

IMP. CÆS.
CVNRADO. III. SVE-
VO. P. F. P. P.
A. D. CIↃCXL.
VRBIS. REPARATORI.
PERP. GRATIT. ERGO.
S. P. Q. VLMAN.
SIGN. CVM. BASI.
F. C.

Quia vero multis in rebus illuſtratione quadam Inſcriptio hæcce indiget, ad clariorem illius intellectum pauca annotare liceat.

IMP.) lege IMPERATORI, qui titulus quid ſignificet, & unde originem ducat, in vulgus notum eſt. Hic tantum nota, CONRADUM Romæ nunquam fuiſſe coronatum, ideoque in illius ævi annalibus tantum Regem audire, nunquam Imperatorem, niſi quod S. P. Q. R. in epiſtola quadam eum *Romanorum Regem ſemper Auguſtum*, teſte OTTONE Friſingenſi, adpellaverit. Fuit tamen revera Imperator, conſecratio enim Pontificia rite electo Cæſari nihil amplius juris confert.

CÆS.) lege CÆSARI, qui quidem titulus CONRADI noſtri ævo fuit inſolitus, & demum à FRIDERICO II. primum uſurpatus.

CUNRADO.) Scriptores coævi eum appellant *Chunradum*, *Cuonradum*, *Chuonradum*, interdum *Kunradum*, & *Conradum*, nunquam vero *Cunradum*, quemadmodum hic nomen expreſſum eſt. Eſt vero, teſte LUTHERO, vocabulum Germanicum ex *Kunnen*, ſcire, & *Rath*, conſilium, compoſitum, unde rectius *Kunrat*, i. e. vir prudens conſilioque valens.

III.) Apud HEDANUM, SCHATENIUM, TOLNERUM & LUDEWIGIUM in variis Diplomatibus vocatur II. & quidem, ſi Imperatorum & Regum Romanorum ſeriem reſpicias, recte, ſecus ſi ordinem Regum Germaniæ conſideres, tunc enim utique erit III. In gente Hohenſtauffenſi itidem eſt II. inter Duces Franconiæ autem V.

SUEVO) Ita vocatur, quia FRIDERICI I. Stauffenſis fuit filius & FRIDERICI II. Luſci frater, quorum uterque Ducatum Sueviæ tenuit. Ipſe vero Ducatui Franconiæ præfuit, quem ab HENRICO V. avunculo ſuo, teſte CONRADO Urſpergenſi, anno CIↃXXVI. accepit.

P.) lege PIO. Hoc cognomen inter Romanos METELIUS primus geſſit, poſtea exemplo ANTONINI Pii inter encomia Cæſarum relatum, & in Germania quoque LUDOVICO Pio tributum.

F.) lege FELICI, quo encomio apud Romanos primus inclaruit SYLLA. Imperatoribus quoque tributum fuiſſe teſtantur Inſcriptiones & nummi plurimi.

P. P.

P. P.) lege PATRI PATRIÆ; ita enim frequenter GRUTERUS & REINESIUS singulares has literas in antiquis lapidibus explicant.

A. D.) lege ANNO DOMINI, qui in monumentis Seculi XII. & XIII. rarius notatus, XIV. vero ut & XV. initio totus literis expressus plerumque deprehenditur.

cIɔcXL.) Hæcce numerorum signa exprimendi methodus nullibi certe in monumentis medii ævi occurrit, in quibus non tantum annus rarissime occurrit, sed etiam, si occurrit, simplicissimo modo numeris vel Latinis vel Gothicis est expressus.

URBIS) Ulmæ scilicet. Patet exinde, quod ex superioribus quoque clarum est, urbem à LOTHARIO non modo captam, sed etiam destructam fuisse: urbis enim salvæ nulla est restauratio.

REPARATORI.) Hujus reparationis historiam supra jam declaravimus.

PERP. GRATIT. ERGO.) lege PERPETUÆ GRATITUDINIS ERGO.

S. P. Q.) lege SENATUS POPULUSQUE, quæ formula, à Romanis derivata, antiquo stilo Curiæ Ulmensis vix convenit, in cujus sigillis antiquis tantum legimus: SIGILLUM UNIVERSITATIS CIVIUM IN VLMA. Cæterum hæc formula, quantum scio, primum post nostram in Inscriptione portæ exterioris Gœgglingensis de cIɔIɔcXXI. usurpatur, ad portam B. Virginis autem legitur II. VIRI. COSS. SENATUSQUE. VLMANORUM.

VLMANUS.) curatius, quam Ulmensis.

SIGN.) lege SIGNUM, quod in Inscriptionibus notat imaginem, vel sculptilem, vel fusilem, sive hominum, sive Deorum, unde lapides prisci apud GRUTERUM frequenter dicunt, SIGNUM ET BASIM, ARAM CUM SIGNO, SIGNUM CUM BASI. Quale vero hic signum intelligatur, expeditum non est, quamvis satis probabile sit, statuam CONRADI subintelligi. Ego certe, postquam omnia solicite perquisivi, nihil inter rudera hujus propylæi signo simile deprehendi, nisi quod in fabrica lapidaria, cujus sæpius fecimus mentionem, simulacrum quoddam humerorum tenus, lauro cinctum, testaceum, & incrustatum invenerim, quod olim basi huic superimpositum fuisse referebant, sed ne dicam, nullam esse inter statuam, quæ II. pedum altitudinem excedit, & basin, quæ vix III. pedes exæquat, proportionem, quis quæso diceret, statuam testaceam basi marmoreæ fuisse junctam? Equidem non negaverim, materiam baseos à materia signi plerumque fuisse distinctam, sed quamvis inveniamus statuam marmoream cum basi ænea, vix tamen quisquam deprehendet statuam testaceam cum basi mormorea. Verbo, pro signo ipso non habeo, proplasma vel ectypum signi facilius admitto.

CUM BASI) i. e. sustentaculo, fundamento vel fulcimento, cui statua tanquam sedi insisteret; atque hæc basis, ut dixi, marmorea cum regulis, parergis & ornamentis suis hodienum omnibus partibus integra superest, altitudinis III. pedum, latitudinis mediæ I. pedis, & VI. pollicum, ea scilicet parte, qua inscriptio comprehenditur.

F. C.) lege FIERI CURAVIT. Ita frequenter in lapidibus legimus. S. P. F. *Sua Pecunia Fecit* S. P. F. C. *Sua Pecunia Faciendum Curavit.*

Tandem coronidis loco paucis disquirendum, quando hoc monumentum fuerit erectum? quæstio ambigua, quæ deficientibus clarioribus testimoniis non nisi conjecturis resolvi poterit. Miror certe maximopere & admiror inter tot Chronographos, qui alias minutissima quæque de Historia Ulmensi annotarunt, ne unicum quidem vel verbo illius fecisse mentionem. Sed ea plerumque est semieruditorum consuetudo, ut nucleo perdito putaminibus ludant. Primo quidem intuitu multi id ex adjecta æra in Seculum XII. referent, at instituto curatiore examine parvo negotio contrarium deprehendent. *I.* enim, ut annotavimus, titulus Imperatoris Cæsaris isto Seculo CONRADO nunquam fuit tributus, neque etiam in ullo illius ævi monumento occurrit, nisi quod LOTHARIUS in tabula plumbea, quæ in illius Mausoleo in LOTHARII regia, *Königs - Lutter*, reperta fuit, vocetur. LOTARIUS. DI. GRA. ROMANORUM. IMPERATOR. AUGUSTUS. *II.* Orthographia nominis CUNRADI longe alia fuit, quam in hac nostra basi. *III.* CUNRADUS tunc temporis plerumque Secundus nullibi, quod tamen hic factum est, Tertius appellatur. *IV.* ne unicum quidem illius ævi monumentum magnificos veterum Imperatorum Romanorum titulos, quos in nostro curiose observamus, præ se fert. *V.* annus vel plane in iis omittebatur, ut factum est in eo, quod modo citavimus, vel simpliciter sine ullo artificio exprimebatur. *VI.* Senatus Populique Ulmani mentionem tantum abest ut in monumentis Seculi XII. deprehendamus, ut potius CRUSIUS, ZEILERUS aliique Senatum constituendi facultatem demum ex Privilegio LUDOVICI Bavari repetant, hactenus quidem falso, quatenus in antiquis Chronicis frequens Tribunorum & Consulatuum, immo apud CRUSIUM ad annum CIↃCCXXIII. nominatim Prætoris Ulmensis, qui fuit JACOBUS GIENGERUS, fit mentio, & hodienum de anno CIↃCCXXVII. literæ antiquæ prostant, ex quibus constat, Ulmenses jam ante LUDOVICUM suum habuisse Senatum, quod etiam ex duobus ADOLPHI & ALBERTI Cæsarum Diplomatibus manifestum est, quorum ille in Privilegio quodam anno CIↃCCXCVI. Ravensburgensibus concesso expressis verbis pronunciat, se illorum civitati omnia jura, libertates, gratias & honestas consuetudines, quas *civitati suæ & Imperii de Ulma* de novo sub sigilli sui impressione concesserit, de regali clementia donare, hic vero in diplomate Monachis Bebenhusanis anno CIↃCCXCIX. concesso illos *Scultetis, ædilibus & omnibus dilectis & fidelibus suis civibus in Ulma* commendat; in quibus certe nulla S. P. Q. V. mentio fit. *VII.* denique forma externa cum regularum & ornamentorum baseos, tum literarum & stili, multo est nitidior & curatior, quam quidem Seculi XII. barbariei maxime impliciti, monumenta demonstrant. Ne jam dicam, Ulmam non protinus uno die, nec anno, fuisse restauratam, sed, ut supra pluribus annotavimus, post aliquot demum Secula perfectam, unde probabile est, hoc monumentum quoque absoluto demum opere fuisse erectum. Certe, si cum stili, tum literarum criteria consideremus, & reliquas, quæ Ulmæ supersunt, Seculi XIV. & XV. Inscriptiones in consilium advocemus, facile liquet, nostram si non ad primordia Seculi XVI. at summum ad finem Seculi XV. esse referendam. Stilum enim quod attinet, ille cum quoad materiam, tum quoad formam, Romanus est, & restaurationem literarum ubique arguit; jam vero Seculis XIV. & XV. vel paucissimas inscriptiones latinas hic locorum deprehendimus, & si deprehendimus, nulla certe stili lapidaris invenimus vestigia. Dictio barbara vel obscura, orthographia plurimum vitiosa, literæ plerumque Gothicæ, vel si Latinæ, minores, sin majores, certe irregulares;

in

in nostro vero monumento dictio pura, & elegans, literæ acutæ, tenues, ad amussim compositæ, lineæ æqualiter distantes, singula ad nitorem composita. Porro diphthongus AE non separatis, sed coalitis Æ. literis expressa; I. neque puncto neque accentu notata; puncta ubique interposita; notæ, signa & voces ad veteris puritatis exemplar abbreviatæ; numeri nitidissime distincti; quæ omnia certe recentius Seculum arguunt. Sed hæc quidem, ne angustos Dissertationis limites excedam, in præsentiarum de elegantissimo atque utilissimo argumento dicta sufficiant.

DISSERTATIO XIII.

VLMA

NEC à LOTHARIO SAXONE, NEC ANNO 1129. SED ANNO DEMUM 1134. AB HENRICO MAGNANIMO, BAVARIÆ DUCE DESTRUCTA.

PRÆFAMEN.

Cum ante hos tres fere annos in hac Academia Diss. *meam* de vita itineribus & Scriptis Fr. Felicis Fabri *publici juris facerem, inter varias theses miscellaneas, quas ex Historia patria mea subnectebam, & hanc adjeci*, Ulmam neque à Lothario Saxone Imp. neque anno 1129. sed demum anno 1134. ab Henrico Magnanimo, Bavariæ Duce, fuisse destructam. *Animus tum erat, hoc thema in peculiari Schediasmate aut Dissertatione latius diducendi & veritatem asserti mei comprobandi, præsertim cum varii meorum conterraneorum & ore & literis me certiorem redderent, sibi receptam in patria nostra traditionem de Vlma ann. 1129. per* Lotharium Saxonem Imp. *diruta, firmiter adhuc hærere, & prorsus impossibile videri, dictis meis fidem conciliare.*

Verum enim vero aliis negotiis occupatus, & cumprimis contexendæ Genealogiæ Augustæ Anglicæ, cujus Specimen ante Senestre edidi, irretitus, plane oblivioni dederam Vlmam meam ab Henrico Magnanimo, *mea quidem, at vera ex sententia, eversam, donec forte fortuna factum est, ut* Annalistam Saxonem Eccardianum *animi reficiendi causa perlegens, atque* Lotharii Saxonis Imp. *gesta inibi præclare descripta accuratius perpendens; hoc sepositum fere argumentum iterum in memoriam revocaverim.*

Cum itaque Disputatio publice a me esset ventilanda PRO LOCO, ab Amplissima Facultate Philosophica *benigne concesso, legitime obtinendo, hoc præ aliis selegi thema. Ne autem speciale nimis pertractandum esset argumentum, om-*

rum turbarum, quæ Germaniam nostram æque ac Italiam ex electione Lotharii *afflixerunt, historiam exponere, mecum constitui, cum hanc historiæ nostri Imperii partem cernerem, variis adhuc difficultatibus laborare, quibus forsan hac qualicunque Scriptione lux affundi potest.*

Scriptores coævos suppares, quin imo & recentiores paululum, horum temporum gesta describentes, domesticos pariter ac exteros debita perlustravi sedulitate, & cum Saxones Lothario, *eos autem, qui sub Imperatoribus Suevicis floruerunt, ut & nonnullos Italos* Conrado *justo æquius favere deprehenderem; mediam inire viam, tutissimum ratus; animum ab omni partium studio longissime remotum in toto meo opusculo præ me ferre, suprema annisus sum solicitudine. Diligentius hinc in caussas horum dissidiorum Germaniam turbantium inquisivi, sectatores Conradi quantum potui, investigare & probabili nunquam conjectura, ubi scilicet Scriptorum testimonia me destituerunt, eruere studui, cuncta autem justis suis annis vindicavi & propterea haut raro veterum Scriptorum loca sibi aperte contradicentia aut conciliavi, aut rejecta & refutata unius sententia, alterius amplexus sum opinionem.*

Cæterum negare non possum, varia adhuc in hacce Dissertatione occurrere, in quibus mihimet ipsi non ex omni parte satisfeci, quorum disquisitio vero prolixius temporis spatium, quam quo in præsentia fruor, atque audaciores paululum conjecturas, a quibus tamen maximopere abhorreo, requirunt. His vale, Benevole Lector, *& conatibus nostris fave. Dabam in alma* GEORGIA AUGUSTA, *in Vigilia Nativitatis B. M. V. A. S. R.* cIↄ Iↄ CCXXXXV.

§. I.

Brevis Status Germaniæ his temporibus adumbratio.

Dissidia ex electione *Lotharii* orta expositurus, brevem Status Germaniæ, qualis tempore mortis Henrici V. fuit, adumbrationem præmittere, necessarium reputo. Gravissimæ inter Imperium & Sacerdotium per quinquaginta & plures annos agitatæ contentiones tandem per Concordatum inter Henricum V. & Calixtum II. A. 1122. in Comitiis Wormatiensibus consensu Statuum initum, fuerant sopitæ (*a*). Verum per diutinas has lites & frequentiores Papales excommunicationes, haut parum labefactata erat Majestas Imperatoria, altasque e contra radices egerat Procerum Imperii nostri autoritas. Quamvis enim *Henricus V.* primis Regni sui annis, ea gaudebat autoritate, *ut nullus* (Principum) *rebellare auderet, vel rebellans cum maximo damno sui, vel etiam vitæ detrimento in gratiam ejus rediret*, testante OTTONE FRISINGENSI (*b*); tamen per subsecura P. R. anathemata, atque infelix, quod *Henricus* cum Saxonibus gesserat bellum, ejus autoritas adeo attenuabatur, ut CONRADUS URSPERGENSIS de ejus abitu in Italiam agens, diserte scribat (*c*): *Scindebatur inter hæc & hujusmodi regnum Teutonicum, quod jam decennio,*

(*a*) Extat hæc *Conventio* in *Baronii Annal. Eccles. T. XII. ad h. a. n. 6. & 7. p.* 158. edit. Colon. a. 1624. conf. *Annales Hildesheim. ad h. a*, in Leibnitii *Scriptor. Brunsvic., T. I. p. 714.* & *Otto Frising. Chron., L. VII. c. 16. ap.* Urstisium, *Script. Germ. T. I.* p. 148.

(*b*) *Chron. L. VII. c. 15. l. c. p. 147.*

(*c*) *Ad a. 1116. p. m. 199.* edit. Argentor. de a. 1609. fol.

tennio, vel paulo plus concorditer quieverat. Et quia Rex abjerat, unusquisque non quod rectum, sed quod sibi placitum videbatur, hoc faciebat. Sedabantur equidem paululum hæc intestina dissidia, variique agebantur conventus, in quibus de dirimendis hisce litibus tractabatur, quo referenda sunt celebrata illa Comitia Herbipolitana A. 1121. habita (*d*), in quibus magna Statuum Imperii nostri autoritas elucebat; verum haut plane compesci poterant exasperati Principum in *Henricum*, ejusque Domum animi, ac vitam inquietam ad mortem usque ducere *Henricus* cogebatur. Infensos sibi cumprimis reddiderat Principes Ecclesiasticos, interque eos præcipue *Albertum* Moguntinum, *Fridericum* Coloniensem, & *Conradum* Juvaviensem Archiepiscopos (*e*), quorum primum etiam per tempus captivum duxerat (*f*). Inter præcipuos Germaniæ Proceres seculares tunc temporis eminebant nepotes *Henrici* ex sorore, *Fridericus* scilicet, qui Patri A. 1105. defuncto in Sueviæ Ducatu successerat (*g*), & *Conradus*, cui A. 1116. Franconiæ Ducatum tribuerat (*h*). Hi semper *Henrico* fideles erant, & eo etiam absente, expeditione nimirum Italica occupato, vicariam Imperii administrationem gesserant (*i*). Bavariæ Ducatum tenebat *Henricus Niger*, ex Welfonibus ortus, inde ab A. 1120. post fratris natu majoris *Guelfonis V.* obitum improlem (*k*). Saxoniæ præerat *Lotharius* noster, filius *Gevehardi*, Comitis Saxoniæ, per fœminas ab Imperatoribus Saxonicis genus derivans (*l*), qui mortuo an. 1106. absque prole mascula *Magno*, Saxoniæ Duce, hunc Ducatum ab Henrico V. obtinuerat (*m*), postea tamen in eundem rebellis (*n*). Marchiam Orientalem, sive hodiernam Austriam regebat *Leopoldus*, postea in Divorum censum relatus. Denique inferioris Lotharingiæ Dux erat *Godefridus Barbatus*, ab Henrico V. A. 1106. ad hanc dignitatem evectus (*o*). His itaque Principibus Germanicæ provinciæ suberant, cum *Henricus V.* d. 23. Maji A. C. 1125. oculos clauderet (*p*), qui morti vicinus de

---

(*d*) Vid. *Conrad. Urspergensis ad h. a. l. c. p. 202.*

(*e*) Vid. *Otto Frising, Chron. L. VII. c. 15. l. c. p. 147.*

(*f*) Vid. *Alberici Chronicon ad a. 1115.* in Leibnitii *access. histor. T. II. p. 227.* & *Alberti Stadensis Chronicon ad an. 1126. p. m. 156. a.* edit. Helmstad. an. 1587. 4.

(*g*) Vid. *Otto Frising. de gestis Frider. l. L. l. c. 10.* in Muratorii *Scriptor. Ital. T. VI. col. 649.*

(*h*) Vid. *Conr. Ursperg. ad an. 1116. p. m. 197.*

(*i*) Vid. *Otto Frising. Chron. L. VII. c. 15. p. 147.*

(*k*) Vid. *Monach. Weingart.* in *Historia de Guelfis, c. 9.* ap. Leibnit. *l. c. T. I. p. 785.* & *Chron. Bigaug. ad an. 1120.* in Hoffmanni *Scriptor. Lusat. T. IV. p. 124.*

(*l*) Vid. Venerandi nostri Dn. Præceptoris *Koeleri*, *Stemmato-graphia Aug. Saxon. Tab. II.*

(*m*) Vid. *Annal. Hildesh. ad an. 1106. p. 737. Annalista Saxo, ad h. a.* in Eccardi *Corp. Histor. medii ævi, T. I. col. 618.* & *Helmoldi Chron. Slavor. L. I. c. 35.* in Leibnitii *Scriptor. Brunsvic. T. II. p. 568.*

(*n*) Conf. *Annalista Saxo Eccardinus ad an. 1112. l. c. col. 629.* & *ad an. 1115. col. 631. sq.* ut & *Helmoldus, l. c. L. I. c. 40. p. 573.*

(*o*) Vid. *Sigeb. Gemblac. Annales ad an. 1106.* in Ant. Miræi *rerum toto orbe gestarum Chronica* (Antvverp. 1608. 4.) *p. 175.* & *Albericus ad h. a. l. c. pag. 205.* Cæterum statum Germaniæ his temporibus elegantissime quoque descripsit *ill. Schmaussius*, in seiner *Reichs-Historie, Part. V. §. 43. p. m. 164.*

(*p*) Vid. *Chron. Halberstad. ad an. 1125.* ap. Leibnit. *l. c. T. II. p. 134.* & *Conrad. Ursperg. ad an. 1124. p. m. 207.* coll. *p. 209.*

de Statu regni consilium dabat, atque Imperii insignia Imperatrici *Mathildi* asservanda committebat, quam vero *Albertus*, Moguntiæ Archiepiscopus, variis promissis post mortem *Henrici V.* eo adegit, ut illa sibi redderet (*q*).

§. II.

Vera electionis Lotharii Saxonis Imp. epocha.

In definiendo electionis *Lotharii* nostri anno Scriptores coævi & suppares non conveniunt. Sic eum *A. C. 1120.* electum fuisse, asserit EPKO DE REPKAU (*r*). *Annum 1124.* indicat ALBERICUS, *Monachus Cassinensis & Præpositus S. Mariæ de Albaneta* (*s*). Plures *A. 1126.* ponunt, quo referendi sunt HELMOLDUS (*t*), ROBERTUS DE MONTE (*u*), SICARDUS, *Cremonensis Episcopus* (*x*), CHRONICA *Fossæ novæ* (*y*), & *S. Petri Catalaunense* (*z*), ANONYMUS SAXO (*a*), CONRADUS URSPERGENSIS (*b*), CHRONICON *Luneburgicum* (*c*), ALBERTUS STADENSIS (*d*), & plures alii. Reliquos, qui annis 1127. vel 1129. hanc electionem adscribunt, nominare non placet, cum nimis recentiores sint. Verum ex optimæ notæ Scriptoribus, ut & nonnullis Diplomatibus satis abunde demonstrari potest, *A. C. 1125.* ad Regni fastigium *Lotharium* fuisse evectum. Hoc scilicet testantur CHRONICON

(*q*) Conf. *Ordericus Vital. Hist. Eccles. L. XII. ad an. 1125*, in Du Chesne *Scriptor. Norm. p. 882. sq.* & *Otto Frising. de gest. Frid. I. L. I. c. 15.* ap. Murator, *l. c. col. 652.* Minime ergo assentior *Conrado Ursperg. ad an. 1124. p. 207.* & *ad an. 1126. p. 209.* asserenti, *Henricum V.* disposuisse, ut post mortem suam Imperii insignia in castello *Hamirstein* reponantur, eaque postea in potestate *Friderici* & *Conradi* Fratrum, nepotum suorum, fuisse. Nec fidem tribuo *Alberto Stadensi ad an. 1126. p. m. 156.* artes describendi, quibus *Albertus* Moguntinus Imperii insignia a Friderico obtinuit. Nec denique placet *Habnii* assertum, in seiner *Teutschen Staats-Reichs-und Kayser-Historie, P. III. c. 3. §. 9. p. 160.* ex horum quatuor Scriptorum testimoniis conjiciens, Imperii insignia sub *Imperatricis* viduæ, *Friderici* & *Conradi* custodia *Hamersteinio* reposita jacuisse.

(*r*) In *Chron. brevi Magdeb.* in Menkenii *Scriptor. rer. Germ.* T. III. col. 356.

(*s*) In *brevi Chron. Cassin.* apud Murator. *l. c. T. V. p. 61. a.* coll. *p. 141. a.* de quo vero *Muratorius l. c. p. 137.* observat, eum semper unum anticipare annum, illumque excusare studet.

(*t*) *L. I. c. 41. l. c. p. 574.*

(*u*) In *Append. ad Chronogr. Sigeberti Gemblac. ad an. 1126.* in Pistorii *Scriptor. rer. Germ. T. I. p. 873.* edit Struv.

(*x*) In *Chronico ad h. a.* ap. Murator, *l. c. T. VII. col. 595.*

(*y*) *Ad an. 1126.* ap. Eundem, *T. VII. col. 868*, quæ vero de nescio quonam *Ottone* interfecto, cui *Lotharius* successerit, somniat.

(*z*) *Ad an. 1126*, in Labbei *Nova Biblioth. MSS. T. I. p. 296.*

(*a*) In *Historia Impp.* apud Mencken, *l. c. T. III. col. 104.*

(*b*) *Ad an. 1126. p. m. 209. & 213.*

(*c*) Apud Eccardum, *l. c. T. I.* col. 1372. quod vero in eo errat, dum asserit, *Lotharium* a Nobilissimis Saxonum fuisse electum.

(*d*) *Ad h. a. p. m. 156.*

NICON *Leodiense* (e), ANSHELMUS GEMBLACENSIS (f), ANNALES *Hildesheimenses* (g), PETRUS DIACONUS (h), ANNALISTA SAXO (i), ORDERICUS VITALIS (k), CHRONICA *Mellicense* (l) ac *Salisburgense* (m) & OTTO FRISINGENSIS (n), omnes coævi, quorum plures facile coacervari possent. His autem supparem DODECHINUM Abbatem (o) subjungere liceat. *Diplomata* quod attinet, varia occurrunt *A. C. 1125.* data, quæ regnum *Lotharii* nostri præ se ferunt. Sic v. c. in BURCHARDI II. *Wormaciensis Episcopi*, *Notitia pro fundatione Monasterii Franckenthalen* (p), hæc subscriptio occurrit: *Data est pridie Nonas Octobris Anno Incar. dom. MCXXV.* PRIMO ANNO REGNI *nobilissimi Regis* LUTHERI. In ARNULFI, *Comitis Arschotani*, *Donatione vici Buggenboudt*, *Monasterio Affligemensi facta* (q), hæc subnotata sunt: *Acta sunt hæc Dominicæ Inc. millesimo centesimo vicesimo quinto*, *Indictione tertia*, *Epacta XIV.* REGNANTE LOTHARIO, *Romanorum Imperatore*, quæ ipsa repetita sunt in GODEFRIDI BARBATI, *Ducis Lotharingiæ & Brabantiæ*, *Confirmatione hujus Donationis A. 1125. facta* (r). In ADALBERONIS, *Ep. Leodiensis*, *Confirmatione Fundationis Prioratus Sarti Monachorum* (s), talis obvia est subscriptio: *Actum Leodii anno ab Inc. Domini MCXXV. Indictione III.* REGNANTE LOTARIO, *anno primo Regni ejus.* Nec opus est, ut solummodo aliorum chartas, in quarum temporis subnotatione *Lotharii* mentio fit, in medium proferamus, cum suppetant ipsius *Lotharii* Diplomata satis abunde testantia, eum jam *A. C. 1125.* electum fuisse. Sic in LOTHARII *Confirmatione Donationis loci Osinbusin Monasterio S. Blasii facta* (t), hæc temporis subnotatio legitur: *Signum Domni Lotharii Dei gratia Tercii Regis. Data Argentinæ*, ANNO *Inc. Domini* MCXXVI. *Indictione quarta*, *IV.* NONAS JANUARII. ANNO I. LOTHARII REGIS. Parilis fere subscriptio *de eodem die* obuia est in LOTHARII *Diplomate pro im-*

(e) *Ad an. 1125.* ap. Labbeum, *l. c. T. I. p. 339.*

(f) In *Chronico ad h. a.* apud Pistorium, *T. I. p. 949.*

(g) *Ad h. a.* ap. Leibnit. *T. I. p. 740.*

(h) In *Chron. Cassinens. L. IV c. 87. p. 513.* editionis, quæ cum notis *Angeli de Nuce* prodiit, Parisiis 1668. fol.

(i) *Ad an. 1125.* ap. Eccardum *T. I. col. 657.*

(k) *L. c. ad h. a. p. 882. sq.*

(l) *Ad h. a.* ap. Pezium in *Scriptor. Austr. T. I. col. 229.*

(m) Apud Eundem, *l. c. col. 343.*

(n) In *Chronico*, *L. VII. c. 17. l. c. p. 148.*

(o) In *Append. ad Mariani Scoti Chronic. ad an. 1125.* ap. Pistorium, *l. c. T. I. pag. 671. b.*

(p) In *Jo. Frid. Schannati Hist. Episcopat. Wormat. T. II. n. 72. p. 65. sq.*

(q) In *Miræi Donat. Belgic. L. I. c. 44.* in Ejus *Opp. Diplomat. & Historic. cura Jo. Franc. Foppens* recusis, *T. I. p. 375. b.*

(r) In *Miræi Opp. Dipl. & Histor. T. II. P. I. c. 19. p. 817. b.*

(s) In *J. F. Foppens Dipl. Belgic. nova Collect. s. Miræi Opp. Dipl. & Hist. T. III. P. II. cap. 42. p. 327. & 328.*

(t) In *Marq. Hergotti Genealogia Diplomat. Habsburgicæ Vol. II. num. CCV. pag. 147. coll. p. 149.*

munitate Monasterii S. Blasii super libera electione Advocati (*u*). Cum enim inter eos etiam Scriptores, qui *Lotharium* A. 1126. electum fuisse tradunt, convenit, electionem hanc *mense Septembri* fuisse peractam; necessario ex his *Lotharii* Diplomatibus, jam *mense Januario A. 1126.* datis, sequitur, eum solium Regale A. 1125. conscendisse (*x*).

§. III.

Accurata & prolixior electionis & coronationis Lotharii Descriptio.

Post mortem *Henrici V.* Moguntinus Archimysta, *Albertus*, cui hoc jus ab antiquo competebat, Imperii Proceres ad novam electionem, autumnali tempore peragendam, Moguntiam convocabat (*xx*). Conveniebant ibi Regni Proceres, Archiepiscopi scilicet, Episcopi, Abbates, Præpositi, Clerici, Monachi, Duces, Marchiones, Comites, cæterique Nobiles (*y*) *festo Bartholomæi die*, i. e. *d. 24. Aug.* ut & Legati Apostolicæ Sedis *Eurardus* & *Romanus* (*z*). Altera die f. *d. 25. Aug. Reinberti f. Reginberti* Episcopi Brixiensis electio confirmabatur (*a*), tum *d. 26. Aug.* electionis negotium ordiebantur Principes, Spiritus S. auxilium, decantata prius antiphona *Veni S. Spiritus*, invocantes, atque decem ex singulis Bavariæ, Sueviæ, Franconiæ & Saxoniæ provinciis Principes deligebant, quorum electioni cæteri omnes assensum præberent, absente tamen cum suis *Friderico*, Sueviæ Duce, quippe qui secessionem a reliquis faciebat, prætexens, sibi a Moguntinensibus esse metuendum. Hi ergo delecti super hoc negotio, ut probabilissime conjicio *d. 27. Aug.* deliberantes, postera, nimirum *28. Aug. die*, tres præcipuos Germaniæ Principes, nimirum *Fridericum* Sueviæ, *Lotharium* Saxoniæ Duces & *Leopoldum* Marchionem Austriæ prætaxabant, liberum relinquentes, quem ex his tribus cæteri Ordines eligere vellent (*b*). *Lotharius* & *Leopoldus* præsen-tes

---

(*u*) Apud *Eundem*, *l. c. Vol.* II. *n. CCVI. pag. 149.* & *150.*

(*x*) Conf. *Godofredus*, Abbas Gotvvicensis, *Chronici Gotvvic. Lib.* II. *c. XI.* §. *XI. p. 341.* ubi ex collatis Diplomatibus confirmavit, *Lotharium* annos regni Germ. ab A. 1125. numerasse.

(*xx*) Vid. *Orderic. Vitalis*, *l. c. L.* XII. *ad an. 1125. p. 882.* & *Otto Frising. de gestis Frid.* l. *L.* I. *c. 16. l. c. col. 652.*

(*y*) Vid. *Narratio de electione Lotharii, Saxoniæ Ducis*, *in Imp. Rom. cap. 1.* ap. Pezium. *l. c. T.* I. *col. 570.*

(*z*) Vid. *Anshelm. Gemblac.*, *l. c. p. 949. sq. Annales Hildesheim.* l. *c. p. 740.* & *Annalista Saxo Eccardinus ad h a T.* I. *col. 657.* *Otto Frising.* quidem, *Chron. L.* VII. *c. 17. p. 148.* & *Gotfridus Viterb. l. c. P.* XVII. *p 347. unius* tantum *Sedis Apostolicæ Legati* meminerunt, verum major mihi est autoritas *Narrationis de elect. Loth.* & *Anshelmi Gemblac.* *ll. cc.*

(*a*) Vid. *Narratio cap. 4. loc. cit. col. 570.* & *Hundius in Metrop. Salisb. T.* I. *pag. 298. n. 35.*

(*b*) Vid. hæc ipsa *Narratio*, *cap. 1.* & *2. col. 570.* His *tribus* prætaxatis Principibus *Otto Frising. Chron. L.* VII. *c. 17. pag. 148. Cottfrid. Viterb. l c.* & *Chronicon Admontense*, *ad an. 1125.* apud Pezium, *T* II *col 185 quartum* superaddunt, scil. *Carolum* Flandriæ Comitem. *Ordericus Vitalis* autem, *l. c. L.* XII. *p. 883.* omisso *Carolo* Flandrensi & *Leopoldo* Austriaco, substituit *Hen-*

tes oblatam dignitatem omni deprecabantur modo, qua de re certior factus *Fridericus*, sequenti die *d. 29. Aug.* Moguntiam ingrediebatur, & Principum conventui sese sociabat, certissimus de sua electione. Verum cum ad Moguntini quæstionem, num æque ac *Lotharius* & *Leopoldus* promiserant, fidem dare vellet, se eligendo Regi omnem præstiturum obedientiam esse, responderet, se sine suorum consilio nihil polliceri nec velle, nec posse, simulque animadverteret, Principes nequaquam pro ipsius electione unanimes esse, urbe iterum exibat. Hac re Imperii Proceres nimium quantum exasperati, *Friderico* etiam & *Henrico* Bavariæ Duce absentibus, subsequa die, quæ erat *30. Aug.* (*c*); operam cumprimis interponente *Alberto* Moguntino, *Lotharium* eligebant, Laicis præsertim initium facientibus, ei vota sua dandi. Contradicebant quidem Bavarici Episcopi, & *Salisburgensis* Archiepiscopus *Conradus* cum *Hartwico Ratisbonensi* Episcopo palam profitebantur, se sine Duce Bavarico nihil de Rege constitutores esse; at tandem mediatoris officium in se suscipiente Cardinali, Sedis Apostolicæ Legato, & superveniente Bavariæ Duce, unanimi Principum consensu *Lotharius* in Regem sublimabatur, solemnissime statim confirmata pactione A. 1122. super Investitura cum P. R. inita (*d*). Et hac ratione contradicentes veterum Scriptorum de hac electione narrationes, me judice, optime cohærent, fundamenti loco in hac conciliatione posita allegata *Narratione de electione Lotharii*. Altera post electionem die, i. e. *d. 31. Aug. Lothario* primum præsentes Episcopi, quorum XXIV. erant, tum Abbates, denique & reliqui Imperii Principes fidelitatis juramentum præstabant, ab eoque e contra feuda recipiebant. Tandem et *Fridericus*, interventu cumprimis *Ratisbonensis* Episcopi aliorumque Principum, tertio ab electione die, i. e. *d. 2. Sept.* ad curiam *Lotharii* redibat, eique debitam exhibebat reverentiam (*e*). Errant itaque quamvis antiquiores nonnulli Scriptores, qui contendunt, *Conradum*, fratrem hujus *Friderici*, in dissidiosa cum *Lothario* electione Regem fuisse creatum (*f*). Statuta dein pace per omnem Germaniam usque ad proximam Nativitatem Domini, & inde per annum adhuc, observanda (*g*), *Lotharius* Aquisgranum proficiscebatur, ibique *Idibus Septembris*, i. e. *d. 13. hujus mensis*, quæ erat *dies Dominica*, *a Friderico* Coloniensi Archiepiscopo in Regem ungebatur ac coronabatur (*b*), uxore autem

 ejus,

Henricum Lotharingorum Ducem; verum fidem solummodo tribuo laudatæ *Narrationi*, coævæ nimirum & omnia optime exponenti. Nec amplecti lubet *Habnii* hac de re conjecturam, *l. c. P.* III. *c. 4. §. 1. p. 173. not. bb*)

(*c*) *Dodechinus ad an. 1125. l. c. p. 671. b.*

(*d*) Vid. *cit. Narratio. cap. 3-6. l. c. col. 570.-573. Ansbelm Gemblac. ad an. 1125. l. c. p. 949. sq. Annales Hildesheim. ad b. a. p. 740. Annalista Saxo ad b. a. l. c. col. 657. Otto Frising. Chron. l. c. p. 148.* & *Gottfrid. Viterb. l. c. p. 347. b.*

(*e*) Vid. *Narratio* sæpius *citata, c. 7. l. c. col. 573.* Labitur itaque *Ordericus Vitalis*, licet coævus, *l. c. ad an. 1125. p. 883.* scribens: *dissoluto conventu, Friderici exercitus super Lotharium irruit, ipsumque & plurimos de parte illius vulneravit & terga vertentes fugavit.*

(*f*) *Chronica Austriac. ad an. 1125.* ap. Pezium *T. I. col. 556. sq. Halberstadense ad b. a.* ap. Leibnit. *T. II. p. 134 Conr. Ursperg. ad an. 1126 p. m. 209.* Fabulosa autem sunt, quæ *Albertus Stadensis ad an. 1126. p. m. 156.* hac de re narrat.

(*g*) Vid. *Narratio cit. cap. 7. l. c. col. 573.*

(*b*) Diem indicant *Ansbelm Gemblac. ad an. 1125. l. c. p. 950.* & *Robertus de Monte*, quamvis hic falso *ad an. 1126, l. c. pag. 873*, rem modo, locum & annum testan-

ejus, *Richenza*, Coloniæ eodem adhuc anno ab hoc ipso *Friderico* Coloniensi coronata (*i*). Inde in Bavariam recedebat *Lotharius*, quo forsan Bavarorum animos faventiores sibi redderet, & *Ratisbonæ* Comitia agens (*k*), *Argentinam* adibat, ubi sub initium an. 1126. degit (*l*). Cæterum negari non potest, *Lotharii* electionem turbulentissime equidem fuisse peractam, multumque in ea *Alberti* Moguntiaci artibus, & Legatorum Papalium suasionibus tribuendum esse; verum nec hoc negari potest, eum tandem ab omnibus Germaniæ Principibus pro legitimo suo Rege fuisse agnitum. Denique sub finem hujus §. silentio præterire non possum, B. HAHNIUM (*m*) in describenda *Lotharii* electione multum ingenio suo tribuere & laudatæ *Narrationi* sensum nonnunquam affingere nativæ ejus menti plane contrarium.

§. IV.

Causæ verumque initium dissidiorum inter Lotharium & Conradum. Lotharii frustranea in Sueviam expeditio.

Simulata magis, quam sincera erat amicitia, quam *Fridericus* cum *Lothario* inierat, magisque coactum, quam ex libera voluntate ortum obsequium ipsi spospondcrat. Aegre namque ferebat *Fridericus* ejusque frater *Conradus*, ereptum sibi esse Regnum, quod ad se jure spectare putabant, quod *Henrici V.* nepotes erant (*n*). E contra *Lotharius*, instigante *Alberto* Moguntino, omnium harum calamitatum face & tuba, quippe *Henrici* hæredes odio plus quam Vatiniano prosequente, potentiam *Friderici* & *Conradi* quovis modo attenuare studebat (*o*). Factum hinc est, ut jam sub initium anni 1126. *Fridericus* variorum moliminum accusaretur & Principum judicio damnaretur. Quæ sententia paulo post in magno Principum conventu, *Lothario* etiam præsente, *Goslariæ* confirmabatur, simulque expeditio post festum Pentecostale contra *Fridericum* suscipienda decernebatur (*p*). Tum expeditionem nimis incautam ipso

---

testantur, *Annal. Boson. ad. an.* 1125. ap. Eccard. *T. I. col.* 1007. *Dodechinus ad h. a. l. c. p.* 671. & *Chron. Pegau. ad h. a.* ap. Mencken. *T. III. col.* 130. Errat itaque *Chron. Reg. Colon. ad an.* 1125. *l. c. col.* 928. Lotharium *Coloniæ* coronatum tradens.

(*i*) *Annalista Saxo Eccardinus, ad an.* 1125. *col.* 658. & *Chronica Regia S. Pantal. Colon. ad h. a. l. c. col.* 928.

(*k*) Teste *Annalista Saxone Eccardino*, *l.* modo *c.* & *Dodechino*, *ad an.* 1125. *p.* 671.

(*l*) Ut patet ex Diplomatibus hoc tempore *Argentinæ* datis & supra *pag.* 6. & 7. *not.* (*t*) & (*u*) adductis. conf. *Annal. Hildesh. ad an.* 1126. *l. c. p.* 740. & *Annalista Saxo ad h. a. col.* 658.

(*m*) *L. c. P. III. cap. IV.* §. *VIII. p.* 194. *sq.*

(*n*) Vid. *Welbertus*, hujus Conradi postea Imp. Cancellarius, excerptus a *Gewoldo* in *de S. R. I. Septemviratu c.* 70. ext. in *Repræsentatione Reipubl. German. p.* 690.

(*o*) Vid. *Otto Frising. Chron. L. VII. c.* 17. *p.* 148. & *de gestis Frid. I. L. I. c.* 16. *col.* 652. *Gotfr. Viterb l. c. p.* 847. *b. Chron. Austriac. ad a.* 1125. apud Pezium *l. c. T. I. col.* 556. *sq. Sicardus*, Ep. Cremon. *l. c.* apud Murator. *T. VII. col.* 595. & *Albericus ad an.* 1127. *l. c. p.* 252. Silet hanc præcipuam subsecutarum turbarum causam *Hahnius*, *l. c. P. III. c. IV.* §. 4. *p.* 181. hoc ipso nimium suum partium studium prodens.

(*p*) *Annalista Saxo ad an.* 1126. *l. c. col.* 658. & *Chron. Regia Colon. ad h. a. l. c. col.* 928.

ipso hiemali tempore movebat in Bohemos *Lotharius*, multa hinc suorum strage reversus (*q*), cujus cladis causam cum quidem sat gravis Scriptor (*r*) *traditioni quorundam ipsius Principum* adscribat, probabilissime inde conjicio, varios jam Germaniæ nostræ Proceres si non palam, clandestine tamen *Friderici* partibus favisse. E bohemia redux *Lotharius* Magdeburgum sese conferebat, ibique celebrato Paschatis festo (*s*), castra movebat contra *Fridericum*, sed hoc, ce in munitiora provinciæ suæ loca sese recipiente, *Lotharius* infecto negotio redire cogebatur (*t*). Ad hunc annum, probe perpensis omnibus circumstantiis, referenda mihi merito videntur, quæ MONACHUS WEINGARTENSIS (*tt*), turbata admodum temporum serie, de *Welphonis VI.* gestis in *Suevia* bellis memorat. Duxerat nempe *Welpho* filiam *Gotfridi*, ditissimi Comitis Caluensis & Palatini, *Itham* nomine, cum eaque omnia soceri feuda & allodia acceperat. *Albertus* Comes, *Gotfridi* fratuelis, hoc ægre ferens, bello *Welphonem* lacessebat, in auxilium vocatis *Friderico* & *Conrado* Suevis fratribus. *Conradus* etiam, Zæringiæ Dux, ejus tutabatur partes. Verum *Lotharius* suppetias ferebat *Guelfoni*, qui expugnatis variis *Alberti* castris, hunc eo adigebat, ut gratiam ipsius quæreret, cui non modo Magnanimus *Guelfo* ablata restituebat, sed & novas ditiones ei in feudum conferebat. Quæ plenaria autem hujus litis compositio forsan sequenti demum anno contigit. Tum *Lotharius* Nativitatem Domini An. 1126. *Coloniæ* & *Aquisgrani* Epiphaniæ festum an. 1127. celebrabat, quo in posteriori loco autem gravis inter Primores Regni, quos secum habebat, oriebatur contentio, *Lotharii* prudentia tandem sopita (*u*).

§. V.

Gesta an. 1127. Lotharius unicam filiam Henrico Magnanimo uxorem dat. Frustranea Norimbergæ obsidio. Conradus Rex proclamatur, propterea a quibusdam Germaniæ Archi- & Episcopis excommunicatus. Henrici frustranea expeditio in Sueviam.

Crescentibus in dies ortis *Lotharium* inter & *Fridericum* diffidiis, ille firmandis suis partibus omne studium impendebat. Hinc celebratis *Merseburgi*

(*q*) *Annales Hildesb. ad an. 1126. l. c. p. 740. Annalista Saxo ad e. a. l. c. col. 658. sq. Otto Frising. de gest. Frid. I. L. I. c. 20. l. c. col. 655.* conf. *Albertus Stadensis, ad an. 1126. p. m. 156.* qui diem pugnæ indicat.

(*r*) Vid. *Ansbelm. Gemblac. ad. an. 1126. l. c. p. 950.*

(*s*) *Annalista Saxo ad h. a. l. c. col. 659.*

(*t*) *Idem l.* modo c. & *Ann. Hildesh. ad an. 1126. p. 740.* Has hostilitates in *Alsatia* h. a. initium cepisse, sine ullo testimonio tradit *Hahnius*, *l. c. p. 181.*

(*tt*) *L. c. cap. 12. p. 787. & 88.* conf. *Crusius, Annal. Suevic. P. II. L. VIII. c. VI. p. m. 263.* ubi ait, *Itham* circa an. 1126. *Guelfoni* nupsisse, labitur autem dum subjungit, *Albertum de Calve*, auxilio Ravespurg. *Guelphonis* arcem *Wirtembergam* combussisse.

(*u*) *Anselm. Gemblac. ad an. 1127. p. 950. Annalista Saxo ad h. a. col. 661.* & *Chron. Regia Colon. ad h. a. col. 928.* Cf. tamen *Germanicam* hujus Chronici *versionem*, apud Eccardum, *l. c. T. I. col. 985.*

gi feriis Pentecostalibus (*x*), ibique in gratiam recepto *Sobieslao*, Bohemiæ Duce (*y*) filiam suam unicam *Gertrudem* Bavariæ Duci, *Henrico* Magnanimo, nuptum collocabat. Valde discrepant Scriptores in describendo harum nuptiarum loco, cum quidam eas *Merseburgi* (*z*), alii autem *ad Licum* in loco, qui *Concio Legionum* dicitur, ultraque *Augustam* situs erat (*a*) celebratas fuisse, pari adstruunt autoritate. Sed forsan hæc primo intuitu apparens contradictio hac ratione conciliari potest, adstruendo, unum Legatorum, quos *Henricus*, teste MONACHO WEINGARTENSI *l. c.* in Saxoniam ad deducendam sponsam suam miserat, eam *Merseburgi* ipso Pentecostis festo, procuratorio nomine despondisse, ipsas autem nuptias in *Pentecostis Octava*, sive festo *SS. Trinitati* dicato, quod *in diem 29. Maji* cadebat (*b*), in multa Bavariæ & Sueviæ Optimatum præsentia in loco, *Concio Legionum* dicto, fuisse peractas (*c*). Finitis nuptiarum solemnibus, *Henricus* noviter ductam *Ravensburgum* comitabatur, eamque ibi relinquens (*d*), ad Socerum suum *Norimbergam* tum temporis magno stipatus exercitu, cum Bohemiæ Duce (*e*) obsidione prementem se conferebat, a quo *Saxoniæ* Ducatum, anno postea 1136. ipsi traditum, ut et *Norimbergam* et *Gredingam*, in Episcopatu Eichstettensi sitam, a *Lothario* in feudum obtinebat, eique e contra auxilium adversus Fridericum pollicebatur (*f*). *Norimbergam* tanquam hæreditario jure ad se spectantem tunc temporis

---

(*x*) *Annalista Saxo ad an. 1127. l. c. col. 661. Annal. Bosov. ad h. a. col. 1007. Dodechinus ad h. a. l. c. p. 672.* Errat itaque *Anshelm. Gemblac.* licet coævus, *ad an. 1127. l. c. p. 950.* & *Albericus, ad h. a. p. 255.* asserentes, *Lotharium* Pentecostali tempore *Babenbergæ* egisse.

(*y*) *Annal. Bosov. ad an.* 1127. *l. c.* col. 1007. *Chronica Bigaug. ad h. a.* apud Hoffmannum, *l. c. T. IV. p. 124. b.* & *Pegav. ad h. a.* apud Mencken, *T.* III. *col.* 131. quæ vero *Sobieslaum* falso *Ulricum* nominant. Conf. *Chron. Bohemic. cap. 60. ad h. a.* apud Mencken *T.* III. *col.* 1698.

(*z*) Nimirum *Annalista Saxo ad h. a. col. 662.* & *Dodechinus ad a. c. l. c. p. 672. a.*

(*a*) *Monach. Weingart. l. c. c.* 11. p. 787. & *Conrad. Ursperg. ad an.* 1127. *p. m.* 211. Cf. *Gassari Annal. Augsburg ad an.* 1130. apud Mencken. *l. c. T.* I. *col.* 1416. & *Joach. Frid. Felleri Genealogische Historie des Braunschvveig Luneburg. Hauses, Cap.* IX. §. 2. *not.* (9) *p.* 218. *sq.* qui de hoc loco *Concio Legionum* dicto notitiam suppeditant.

(*b*) Vid. *Rabei Calendar. Diplom. p.* 113. *coll. p.* 145.

(*c*) Harum nuptiarum mentionem porro faciunt *Chronogr. Saxo ad an.* 1127. *l. c. p.* 286. *sq. Chron. Montis Sereni ad h. a.* apud Mencken. *l. c. T.* II. *col.* 170. Cæterum *Habnius l. c.* P. III. *c.* IV. §. 7. *not.* (*l*) *p.* 194. similem fere cum nostra affert conjecturam.

(*d*) Vid. *Monach. Weingart.* l. c. p. 786.

(*e*) Vid. *Otto Frising. de gest. Frid.* I. *L.* I. *c.* 16. *l. c. col.* 652. *Chronogr. Saxo, ad an.* 1127. *p.* 286. *Annal. Bosov. ad h. a. col.* 1007. & *Dodechinus ad a. c. p.* 672. *a.* Vitium itaque aut Scriptoris aut Librarii est in *Chron. Bohem.* paulo ante *nota* (*y*) allegato, quod *l.* ibi *c.* asserit, *Lotharium* cum *Sobieslao* obsedisse *Bambergam.*

(*f*) Vid. *Monach. Weingart. l. c. cap.* 11. *p.* 786. coll. *Ottone Frising. de gest. Frid.* I. *L.* I. *c.* 16. *col.* 652. & *Conr. Ursperg. ad h. a. pag.* 211. Allegatus *Monachi Weingartensis* locus vexatus admodum est, & uti *Leibnitio* in subjecta notula videtur, plane corruptus. Verba sunt: *Ipse* (sc. Henricus) *ad imperatorem reversus Ducatum Saxoniæ, NURENBERG, Gredingen & omnia beneficia, quæ Imp. ab Episcopis & Abbatibus habuit, suscepit, ac REBELLIONEM, ID EST*

poris *Friedericus* & *Conradus* possidebant, ibique præsidium locaverant (*g*). Urbe itaque per duos continuos menses obsessa (*b*), ac circumjacente regione per tres menses dirissime vastata (*i*), & quidem per Bohemos, quos eapropter *Lotharius* dimittebat (*ii*), dum oppidani fortiter sese defenderent, *Conradus* insuper & *Fridericus* cum valido exercitu urbi suppetias laturi appropinquarent (*k*), *Lotharius*, soluta obsidione, inglorius discedebat (*l*), atque *Bambergam* transiens *Herbipolin* se conferebat, quem *Conradus* & *Fridericus* insequentes, manus cum ejus exercitu conferebant, eoque profligato ad mœnia usque urbis Herbipolitanæ procedebant (*m*). Tum *Conradus* & *Fridericus*, fugato *Lothario*, Rhenum transibant, *Spiraque* præsidia collocabant (*mm*), ejecto civitatis Episcopo *Sigefrido* (*n*). Hac quali quali victoria & prospero rerum successu elati, *Conradus* impositum sibi a Fratre *Regis* nomen publice assumebat (*nn*) & quidem *d. 18. Dec.* hujus an. 1127. (*o*). Quamprimum autem *Lotharius*, Herbipoli adhuc latitans, ibique Natale Domini celebrans (*p*), hac de

---

EST FRIDERICUM Ducem sororis suæ maritum pollicetur. Loco *Nurenberg*, substituendum esse *Nuenberg* & loco *Gredingen* ponendum esse *Getingen*, conjicit *Leibnitius*, in nota subjecta. *Fellerus* quoque, *l. c. p. 219. sq. not.* (10.) in dubium vocat, num *Lotharius* genero suo *Henrico* in feudum concesserit *Norimbergam*, eo quod scil. hæc civitas haut in ipsius potestate fuerit. At mea ex sententia vox *Nurenberg* critica manu haut indiget, poterat enim *Lotharius* hanc urbem, Bavarico Ducatui confinem, maximeque opportunam, *Henrico* post ejus expugnationem tradendam promisisse, ipsumque cum ea interim infeudasse, pari ratione ac cum Ducatu Saxonico, quem tamen demum an. 1136. obtinuit *Henricus* noster. Quod autem verba: *REBELLIOREM ID EST Fridericum Ducem -- pollicetur*, attinet, facili minimeque coacta emendatione legendum puto: *REBELLIONEM IN Fridericum Ducem -- pollicetur*. h. e. *Henricum* pollicitum esse *Lothario* se pariter bellum gesturum esse contra Fridericum. *Rebellare* enim apud medii ævi Scriptores idem erat ac *bellare*, & *rebellio* ab eis sumebatur pro *bello*, *resistentia*, ut patet ex *Du Fresne Glossario medii ævi*, hac voce.

(*g*) Vid. *Otto Frising. de gest. Frid. I. L. I, c. 16. col. 652.*

(*b*) Vid. *Dodechinus ad an. 1127. l. c. p. 672. a.*

(*i*) Vid. *Annal. Bojov. ad an. 1127. l. c, col. 1007.* & *Chron. Pegav. ad b. a. col. 131.*

(*ii*) Vid. Autores *nota* anteced. (*i*) citatos, add. *Otto Frising. de gestis Frid. I. L. I, c. 16. col. 652.*

(*k*) Vid. *Otto Frising. l.* modo *c. cap. 17. col. 653. Chronica Bojov. ad an. 1127. col. 1007. & Bigaug. ad b. a. l. c. p. 124. b.*

(*l*) *Annales Hildesh. ad an. 1127. p. 740. Annalista Saxo, ad b. a. col. 661.* & *Dodechinus ad a. e. p. 672. a.* Errat itaque *Chron. Luneburg.* (*ad b. a*) apud Eccardum *l. c. T. I. col. 1373.* tradens, *Noribergam* tum temporis fuisse expugnatam.

(*m*) *Otto Frising. de gestis Frid. I. L. I. c. 17. col. 653.*

(*mm*) *Otto Frising. de gestis Frid. I. L. I. c. 17. col. 653.*

(*n*) *Annalista Saxo ad an. 1128. col. 662.* & *Chron. Reg Colon. ad b. a. col 928.*

(*nn*) *Otto Frising. Chron. L. VI. c. 17. p. 148. Annal. Bojov. ad b. a. col. 1007.* & *Chron. Bigaug. ad b. a. p. 124. b.*

(*o*) *Chronogr. Saxo, ad an. 1127. p. 287.*

(*p*) *Annalista Saxo ad an. 1128. col. 662, Chron. Regia Colon. ad b. a. l. c. col. 928.* & *Annal. Bojov. ad a. c. col. 1007.*

de re certior fiebat, anathematis fulmen per *Albertum* Moguntinum, *Conradum* Salisburgensem & *Norbertum* Magdaburgensem Archiepiscopos, eorumque Suffraganeos, in *Conradum* ejusque Fratrem evibrandum curabat (*q*). In hujus denique anni finem & quidem ante sumtum a *Conrado* regium nomen referenda mihi videtur frustranea *Henrici* Magnanimi in Sueviam expeditio, cujus OTTO FRISINGENSIS (*qq*) meminit, quamvis eam demum, turbato narrationis chronologicæ ordine, post primam *Spiræ* obsidionem referat. *Sueviam* namque cum haut parvo exercitu intraverat *Henricus*, jamque fluvium *Werrenzam*, hodie *Wernitz* dictum, trajecerat, cum de adventu *Friderici* & *Conradi* certior redditus, fugam arripere, inque Bavariam remeare, consultius duceret, quam manus cum fratribus Suevis conserere.

§. VI.

Conradi asseclarum in Germania investigatio.

Conradum a fratre ac quibusdam aliis Regem creatum fuisse, tradit OTTO FRISINGENSIS (*r*). Juvat ergo investigare, quinam fuerint hi *quidam alii*, quos CHRONOGRAPHUS SAXO (*s*) *Principes* & ALBERTUS STADENSIS (*t*) *Francigenas* appellitat. Si suppeterent Diplomata a *Conrado*, durante sua rebellione data, ex iis commode investigari posset, quinam a partibus ejus steterint. Haut equidem me fugit, HEDAM (*u*) producere CONRADI III. *Rom. Regis Confirmationem Comitatuum de Oostergouwe & Westergouwe pro Andrea Episc. Trajectino, Dat. Indict. I. A. D. 1128.* REGNI IPSIUS ANNO I, & apud LUNIGIUM (*x*) extare CONRADI II. *Rom. Regis Sententiam, qua mediante Ecclesia Trevirensi abbatiam S. Maximini adjudicat ac restituit*, ubi: *Actum Regii Argentinæ* An. DOM. *1134. Ind. II. regn. Conr. Conr. Rom. R. secundo*, ANNO REGIMINIS EJUS II. quas eapropter etiam Consultiss. GEORGISCH (*y*) his annis adscripsit. Verum facili ratione patet, harum priorem *anno 1138.* posteriorem autem *anno 1139.* adscribendas esse; siquidem in hos annos conveniunt Indictionis æque ac Regni Conradini anni, adhæc *Conradus* in utraque *Lotharii* tanquam *prædecessoris sui* mentionem facit, quin imo in posteriori ad *Lotharii* expeditionem Apulicam, quæ demum an. 1137. contigit, provocat, denique & plures subscriptorum testium minime quadrant in annos 1128. & 1134. Nec plus solatii capi potest ex Diplomatibus (*z*), quæ an. 1133. & 1134. *regnante Conrado* data dicuntur, cum

(*q*) Vid. Autores *nota* (*p*) cit. Conf. *Chronographus Saxo ad an. 1127. p. 287.* & *ad an. 1134. p. 291.*

(*qq*) De gestis Frider. I. L. I. c. 18. col. 693.

(*r*) *Chron. L. VII. c. 17. p. 148.*

(*s*) *Ad. an.* 1127. *pag.* 287.

(*t*) *Ad an. 1126. pag. m. 156.*

(*u*) In *Hist. Episcopor. Ultraject.* cum notis *Arn. Buchelii* edita, *p. 157. sq.*

(*x*) In des *Spicilegii Ecclesiast. I. Theils Fortsezung. p. 209. sq.*

(*y*) In *Regestis Chronologico-Diplomat. ad an.* 1128. *n. 9. p. 531.* & *ad an.* 1134. *n. 16. p. 547.*

(*z*) Spectant huc *Diploma* Burchardi *Cameracensis Ep.* in I. F. Foppens *Historia Episcopatus Silvæducensis, p. 193.* coll. *p. 196.* & *Privilegium* Stephani, *Metensis Ep.* in Aug. Calmet. *Histoire de Lorraine T. II.* dans les Preuves *col. CCCI. sq.*

cum & horum subnotatio facile describentis incuria vel inscitia viziari potuit. Hinc ex solis hujus ævi Scriptoribus eruendi, & nonnunquam probabili conjectura assequendi sunt *Conradi* asseclæ. Inter Principes Germaniæ Ecclesiasticos a partibus *Conradi* stetisse *Meginherum*, Treuirensem Archi-Episcopum, eumque eapropter Romam esse profectum, ex ANNALISTA SAXONE (*a*) colligi posset; verum e GESTIS TREVERORUM (*b*) & GOLSCHERO (*c*) patet, *Meginherum* longe ob alias causas Romam ivisse, atque a *Conrado*, tunc in Italia degente, in via interceptum & carceri mancipatum fuisse. Clarius hoc patet de *Friderico*, Colon. Archi præsule, quippe quem inde ab anno 1127. per duos annos inimicitias in *Lotharium* exercuisse, Scriptores disertis testantur verbis (*d*). *Ottonem*, Episcopum Bambergensem, clam *Conrado* favisse, non immerito conjicio ex intermissa ab eo *Conradi* excommunicatione (*e*) & absentia a curiis Lotharii (*f*). Pari probabilitatis gradu inter *Conradi* asseclas referre possumus *Gebhardum* Herbipolensem (*g*), *Brunonem* Argentinum (*h*), *Hermannum* Augustanum (*i*), *Bertholdum* & postea *Henricum* Basileenses (*k*) & *Henricum* Ratisbonensem (*l*) Episcopos. De *Udalrico*, Constantiensi Præsule MANLIUS (*m*) affirmat, eum Constantiam ab *Henrico* Magnanimo an. 1128. obsessam fortiter cum civibus defendisse, quo in asserto autem MANLII autoritas nimis levis mihi videtur. E Principibus Secularibus *Conradi* partes maxime tutatus est *Fridericus* frater, Dux Sueviæ. Nec Bavariæ Proceres, quos inter *Otto*, *Comes de Wolfratenhausen*, diserte nominatur, ab eo alienos fuisse, ex eorum dirissimo bello cum ipsorum Duce Henrico ge-

(*a*) *Ad an.* 1130. *l. c. col.* 663.

(*b*) *Cap.* 75. & 76. in Leibnitii *Accession. T. I. p.* 122. *sq.*

(*c*) In *Gestis Archi Ep. Trevir.* apud Eccardum, *l. c. T. II. col.* 2198. *sq.*

(*d*) *Annalista Saxo*, *ad an.* 1129. *col.* 662. & *Chron. Reg. Colon. ad h. a col.* 928.

(*e*) Vid. *Alberti* Moguntini Epistola ad *Ottonem*, Bamb. Ep. in *Udalrici Babenb. Codice Epistol. num.* 337. ap. Eccardum *l. c. T. II. col.* 350.

(*f*) Vid. modo allegatus *Udalr. Babenb. Codex*, *num.* 347. & 348. *l. c. col.* 357.

(*g*) Hunc an. 1127. Lotharium sede sua ejecisse, testantur *Annal Bosov. ad an.* 1128. *l. c. col.* 1007. & *Chron. Pegav. ad h. a. col.* 131.

(*h*) Cf. *Dodechinus*, *ad an.* 1129. *l. c. p.* 672. *b.* ubi narrat, *Brunonem* interventu Reginæ & Episcoporum quadriennio expulsum gratiam iterum Lotharii iniisse. Strenue tum a partibus Lotharii stetit, ut patet ex duabus ejus Epistolis, quarum una ad Reginam *Richenzam*, altera ad *Lotharium* extant in *Udalrici Babenb. Cod. Epist. num.* 355. & 356. *l. c. col.* 361-363. At an. 1131. sede sua iterum pulsus fuit, teste *Dodechino*, *l. c. ad an.* 1131. *pag.* 673. *a.* Cf. hujus *Brunonis exulis Epist. ad Ecclesiam suam Argentin.* circa an. 1131. datam, in Bernh. Pezii *Codice Diplomatico-Historico-Epistolari P. I. num. XCI. f. Thesauri Anecdotor. T. VI. col.* 311. *sq.*

(*i*) Cf. hujus lamentabilis Epistola de excidio Augustæ ad *Ottonem* Bamb. Ep. in *Udalrici Babenb. Cod. Epist. num.* 359. *l. c. col.* 364-366.

(*k*) Priorem in electione *Lotharii* a partibus *Friderici* stetisse, patet ex *Narrat. de Elect. Loth. c.* 1. ap. Pezium. *l. c. T. I. col.* 570. Posteriorem a Pontifice an. 1133. depositum fuisse, testantur *Annalista Saxo ad an.* 1133. *col.* 666. & *Chronogr. Saxo ad h. a. p.* 290.

(*l*) Cf. *Monachus Weingart. l. c. p.* 787. De quo *Henrico* Ratisbon. infra, nimirum §. XI. adhuc nonnulla erunt dicenda.

(*m*) In *Chron. Episc. Constant.* ap. Pistorium, *l. c. T. III. p.* 744.

ſto (*n*) colligi poteſt. In hunc cenſum porro referendi ſunt *Leopoldus IV.* Marchio Orientalis (*o*), qui *Conradi* matrem *Agnetem* duxerat (*p*), *Godefridus Barbatus*, Dux Brabantiæ (*q*) *Gerhardus*, Comes Geldrenſis (*r*), *Adelbertus* Marchio (*s*), ſub quo *Albertum Urſum*, poſtea ſub Friderico I. Imp. Saxoniæ Ducem intelligi, facile liquet. Denique & huc ſpectant *Conradus*, Dux Zaringiæ (*t*) & *Adelbertus* quidam Tyrannus, de quo paulo inferius adhuc mihi ſermo erit. LEIBNITIVS equidem (*u*), *Hermannum de Winzenburg*, inter *Conradi* ſectatores etiam numerat, verum Scriptorum autoritate deſtitutus, fidem ei tribuere merito ambigo. Inter præcipuas Germaniæ urbes *Conrado* adhæſiſſe *Noribergam*, *Auguſtam*, *Ratisbonam*, *Vlmam*, *Spiram* & *Coloniam*, ex jam dictis apparet & ex adhuc dicendis melius patefiet. Maxima ergo Germaniæ pars *Conrado* ſucceſſu temporis & nonnunquam favebat, ſed minime in fide ejus conſtanter permanebat. Horum recenſitorum enim plurimi poſt aliquod rebellionis tempus gratiam *Lotharii* quærebant, eamque facile impetrabant, id quod de nonnullis eorum veteres Scriptores diſerte teſtantur. Solos vero Suevos ad illud fere temporis momentum, quo *Conradus* cum *Lothario* iterum in gratiam redibat, partes ejus ſtrenue tutatos eſſe, ex poſtea dicendis palam fiet.

§. VII.

Geſta anni 1128. Conradi excommunicatio ab Honorio II. P. R. Fruſtranea Spiræ obſidio.

In viam nobis redeundum eſt, a qua recenſione *Conradi* aſſeclarum declinavimus. *Lotharius* Paſchatis feſtum *Merſeburgi* celebrabat (*z*), in qua feſtivitate Romæ *Conradus* cum fratre *Friderico*, omnibusque ſuis complicibus a Papa *Honorio II.* extinctis luminibus excommunicabatur (*a*). *Lotharius*, relicto *Merſeburgo*, iter faciebat verſus *Aquisgranum*, ibique Pentecoſtali tempore agens

---

(*n*) De hoc bello loquitur *Monachus Weingart. l. c. Cap* 12. *pag.* 787. *ſq.* Cf. *Conr. Urſperg. l. c. p. m.* 211. ubi verba: *Lotharius quoque Imperator eo modo* (ſc. Bavariæ pacatione) *confortatus eſt in imperio.*

(*o*) Hic enim Bavaris contra *Henricum* Ducem ſuppetias tulit, teſte *Mon. Weingart. l.* modo *c. p.* 788.

(*p*) Vid. Koeleri *Geneal. Famil. Aug. Stauffenſis*, *Tab. I.* ex fontibus.

(*q*) Hunc enim an. 1129. *Lotharius* Ducatu ſuo privabat, teſtibus *Annal. Boſov. ad an.* 1129. *col.* 1008.

(*r*) Vid. Annaliſta Saxo, ad an. 1129. col. 662. & *Chron. Luneb. ad an.* 1129. ap. Eccard. *T. I. col.* 1373.

(*s*) Vid. *Annaliſta Saxo*, *ad an.* 1129. *col.* 662. *Chronogr. Saxo ad an.* 1129. *p.* 287. & *ad an.* 1130. *p.* 288. *Chronica Bigaugienſe ad an.* 1131. *l. c. p.* 124. *b.* & *Luneb. Eccardin. ad an.* 1129. *col.* 1373.

(*t*) Cf. *Monach. Weingart. c.* 12. *l. c. p.* 788.

(*u*) In *Introd. ad T. I. Scriptor.* Brunsvic. *ad num. XLIII. g.* 2. *b.*

(*z*) *Annaliſta Saxo*, *ad h. a. col.* 662. & *Chronogr. Saxo ad h. a. p.* 287.

(*a*) Vid. *Geſta Treverorum*, *c.* 76. *l. c. p.* 123. *Annaliſta* & *Chronogr. Saxones*, *l.* nota anteced. (*z*) c. *Otto Friſing. Chron. L. VII. c.* 17. *p.* 148. & *Gottfrid. Viterb. l. c. p.* 347. *b.* conf. *Innoc. II.* Epiſt. ad *Lothar.* in *Udalr. Babenb. Cod. num.* 342. *l. c. col.* 352.

agens (*b*), circa festum S. Joannis Baptistæ (*c*) expeditionem contra *Conradum* movebat, auxilium ei iterum ferente *Sobieslao*, Bohemiæ Duce (*d*). Tum *Lotharius*, juncto sibi *Alberto* Moguntino (*e*) Spiram obsidione cingebat, eamque ab Idibus Augusti sive *d. 13. Aug.* usque ad *Calendas Novembris* (*f*) oppugnabat. In obsidii auxilium *Lotharius* accersebat generum suum *Henricum*, qui, non obstante bello Bavarico, quo irretitus erat, cum DC. & amplius armatis *Spiram* advolabat, in quo per Sueviam transitu *Ulmæ* territoria, suburbia & villas eum vastasse, merito conjicio (*ff*). *Spiræ* adventans castraque trans Rhenum metatus, *Fridericum*, qui nocte quadam in ipsius castra irruebat, hac de re præmonitus fugabat, atque ad Gruningam usque persequebatur (*g*). Cum autem Spirenses urbem suam fortiter defenderent, mediante *Alberto* Moguntino (*h*) factum est, ut *Lotharius*, acceptis de eorum fidelitate obsidibus (*i*) & oppugnatione urbis *cal. Nov.* soluta, circa *Martini festum* (*k*) discederet (*l*), Natale Domini *Wormatiæ* (*m*) celebraturus. *Henricus* in Bavariam redibat, *Fridericus* autem, Suevorum Dux, clade, dum *Spiræ* suppetias ferre tentabat, accepta exasperatus, *Henrici* Bavari Ditiones patrimoniales in Suevia sitas, *Altorfium* & *Ravenspurgium* armata manu invadebat & circumjacentes villas, ut et *Memmingam* incendio devastabat (*n*).

§. VIII.

Conradi in Italiam abitus, duplex ejus coronatio, ejus in Italia gesta & reditus in Germaniam.

Conradum ipsum *Spiræ* a *Lothario* fuisse obsessum, tradit equidem ANNALISTA SAXO (*o*), verum ex mox subjungendis falsitas hujus asserti patefiet.

(*b*) *Annalista Saxo ad an. 1128. col. 662.* & *Chronogr. Saxo ad h. a. p. 287.*

(*c*) *Annal. Hildesh. ad an. 1128. p. 740.* & *Annalista Saxo*, *l.* modo *c.*

(*d*) Vid. *Chron. Bohemic. Cap. 60. ad an. 1128.* apud Mencken. *T. III. col. 1698.*

(*e*) Vid. *Otto Frising. de gest. Frid. I. L. I. c. 17. col. 653.*

(*f*) Vid. *Dodechinus*, *ad an. 1128. p. 672.*

(*ff*) Vid. *Monach. Weingart. c. 11. p. 787.* ubi vastationem *Sueviæ* per *Henricum* A. 1129. factam describens subjungit: *Ad Ulmam vertere noluit, qui ejus territoria & suburbia ac villas longe ante dira vastatione destituit.*

(*g*) Vid. *Monach. Weingart. c. 11. l. c. p. 786. sq.* & *Conradus Ursperg. ad h. p. 211.*

(*h*) Vid. *Autores* nota anteced. (*g*) *citatos.*

(*i*) *Chronica Regia Colon. ad an. 1128. col. 928.* & *Annal. Bosou. ad h. a. col. 1007.*

(*k*) *Annales Hildesh. ad an. 1128. l. c. p. 740.* & *Annalista Saxo ad h. a. col. 662.* Hac ratione *hi* optime concordant cum *Dodechino*, asserendo scilicet, *hunc* de soluta obsidione, *illos* vero de *Lotharii* discessu loqui.

(*l*) De frustranea *Spiræ* obsidione præter citatos conf. *Ansbelm Gemblac. ad a. 1128. l. c. p. 951. Chronograph. Saxo ad h. a. p. 287.* ubi vero vitiosa lectione pro voce *obsidetur* occurrit vocabulum *possidetur*, & *Albericus ad h. a. p. 256.*

(*m*) *Annalista Saxo ad an. 1129. col. 662.* & *Dodechin. ad h. a. p. 672. b.*

(*n*) *Monachus Weingart. c. 11. p. 787.* & *Conrad. Ursperg. p. m. 211.*

(*o*) *Ad an. 1128. l. c. col. 662. circa Nativitatem S. Johannis Baptistæ expeditio Regis fuit contra Conradum invasorem regni OBSEDITQUE EUM SPIRÆ.*

fiet. *Conradus* nempe, cura rerum suarum in Germania Fratri *Friderico* commendata, in Italiam abire decrevit, hoc regnum tanquam hereditarium & extinctæ Henricorum familiæ Imperatoriæ, cujus ipse heres erat, quasi affixum vindicaturus. CHRONICON CREMONENSE (*p*) quidem & CONRADUS URSPERGENSIS (*q*) hanc profectionem Italicam demum in A. 1129. ponunt; verum PAGIUS (*r*) & Cl. SAXIUS (*s*) optime demonstrarunt, *Conradum* jam anno 1128. in Italiam abiisse. Certo nimirum colligi potest ex OTTONE FRISINGENSI (*t*), *Conradum* eo anno in Italiam esse profectum, quo bellum Cumanum a Mediolanensibus fuit finitum. Cum itaque Cumarum destructio *mense Martio A. 1128.* fuerit peracta (*u*), necessario inde sequitur, *Conradi* expeditionem Italicam in hunc annum & quidem *mensem Aprilem* vel *Majum* incidere. *Conradum*, cum parvo exercitu adventantem, *Mediolanenses* magna cum pompa tanquam *Regem* suum *naturalem* id est hereditarium susceperunt. De quo populi affectu *Alselmus de Pusterula*, Mediolanensis Archiepiscopus, certior factus, *Conrado* coronam Regni Italici *Modoëtiæ* (*uu*) in Ecclesia S. Michaelis *festo S. Petri die*, id est *d. 29. Junii* (x) solenni pompa imposuit, hancque coronationem postea *Mediolani* in Ecclesia S. Ambrosii repetiit (*y*). Hac de causa vero *Conradus* cum sequacibus a *S. Bernbardo*, Parmensi Episcopo, anathematis fulmine ictus (*z*) *Anselmus Mediolanensis* autem in Concilio Papiensi, præsidente Johanne Cremensi Cardinali, excommunicatus & depositus fuit (*a*). Italiam interea pervagabatur *Conradus*, eam quantum ad Lombardiæ Regnum pertinebat, sibi vindicaturus. In *Thusciam* usque perveniebat, sed Romam appropinquantem *Honorius II.* a proposito suo devoluebat (*aa*); hic namque a partibus Lotharii stabat, cui etiam favebant *Romani*, eum ad suscipiendam expeditonem Italicam tum temporis literis

(*p*) Apud Muratorium, *l. c. T. VII. col. 633.*

(*q*) *l. c.* in *Annis Lotharii*, p.m. 213. *Chunradus in Italiam fugit. Anno Domini millesimo 129.* Errat itaque el. Saxius *l.* mox *c. col. 509. not.* (10), tradens, *Conradum Urspergensem* testem esse, *Conradum* an. 1128. in Italiam abiisse.

(*r*) In *Critica Baron. ad an.* 1128. *num. XII. T. IV. p. m. 454. sq.*

(*s*) In *Notis* ad Landulphi Jun. *Historiam Mediolan. ad cap. 37. not.* (10) ap. Murator. *l. c. T. V. p. 509.*

(*t*) *Chron. L. VII. c. 17. p. 148. sq.* Porro Conradus --- *Pyrenaeum per jugum septimi montis -- transcendit: Ubi a Mediolanensibus, qui TUNC Cumanum bellum per X. annos -- protractum, capta ac deleta urbe, -- consummarunt, honorifice suscipitur.*

(*u*) Vid. antiquissimum Chronicon, cui titulus: *Flos Florum*, excerptum a *Pagio, l. c. n. XI. p. 454. b.*

(*uu*) Vid. *Otto Frising. Chron. L. VII. cap. 17. p. 149.*

(*x*) *Landulphus Junior in Hist. Mediolan. cap. 39.* apud Murator. *l. c. T. V. p. 511. a. De cætero ipse* (sc. Anshelmus, Archiepiscopus Mediol.) --- *coronam electo Conrado IN FESTO S. PETRI posuit.*

(*y*) Vid. *Landulphus*, *l.* modo *c. p. 511. b.* De duplici *Conradi* coronatione conf. etiam *Gottfrid. Viterb. P. XVII. p. 347. b.* coll. *versibus p. 348. a.*

(*z*) Probat hoc *Pagius* ex Coævi aut supparis *Anonymi vita S. Bernbardi*, *l. c. ad an. 1130. N. XLIX. sq. p. 471. b. & 472. a.*

(*a*) Vid. *Landulphus*, *l. c. c. 39. p. 512. a,* & *Otto Frising. Chron. L. VII. c. 17. p. 149.*

(*aa*) *Landulphus*, *c. 39. p. 511. b.*

teris (*b*) exhortantem. Multos insuper sibi resistentes *Conradum* in Italia invenisse, patet ex Epistola *Litifredi*, Episcopi Novariensis, ad *Lotharium* data (*c*). Cæterum quo anno *Conradus* in Germaniam redierit, silent Historici. LANDULPHUS ait (*d*): *Sed fortis manus Honorii Papæ ipsum* (sc. Conradum) *resupinavit, atque ad Germaniam, quasi ad sua propria loca redire fecit.* Hisce ex verbis Cl. SAXIUS (*e*) colligit, *Conradum* intra tempus, quod a mense Septembri ann. *1129.* (*f*) usque ad obitum *Honorii* P. R. qui *d. 14. Febr. 1130.* contigit (*ff*), superfuit, in Germaniam rediisse, alias enim de *Honorio* dici non posse, quod *Conradum* compulerit, illuc redire. Verum alia mihi hæret sententia. LANDULPHUS testis hac in re optimus, quippe tam coævus, quam præsens, annorum seriem gestis a se narratis non adscripsit,

 neque

(*b*) In *Udalrici Babenb. Cod. n. 351.* ap. Eccardum *T. II. col. 358.*

(*c*) *l.* modo *c. n. 354. col. 36*r. ubi verba: *Ideoque excellentia vestra pro certo cognoscat, quod Novoria, Papia, Placentia, Cremonio & Brixia, civitotes Italiæ, firmiter fidelitatem vestram custodiunt & adventum vestrum unanimiter cupiunt.*

(*d*) *l. c. c. 39. p. 511. b.*

(*e*) In subjuncta *nota* (17) *pag. 511. b. & 512. a.*

(*f*) Cl. *Saxius*, *loco* anteced. *nota* (*e*) *cit.* asserit, *Conradum die 4. Sept. 1129 Lucæ* moratum fuisse, ibique Diploma dedisse, in quo nonnulla *Monasterio S. Pontiani* est largitus. Testem asserti sui allegat *Franc. Mariom Florentinium* in *Hist. Mothildis, L. II. p. 346.* Sed gravissimum hac in re errorem errat *Saxius.* Quamvis enim *Florentinius* in citata Mathildis Vita, quam Italice, sub titulo *Memorie di Matilda*, *Lucca 1642. 4.* edidit, *L. II. p. 346.* hunc *Conradum* Marchionem *Henrici Imp.* nepotem vocitet, qua in re pariter labitur, eum tamen a nostro *Conrado* diversissimum esse, ex solo titulo, quo iste in hoc Diplomate usus est, scilicet *Ravennatum Ducis*, *Thusciæ Præsidis & Marchionis*, patescit. Qua ratione enim hic titulus quadrat in nostrum *Conradum*, antecedenti anno in *Regem Italiæ* coronatum? Hoc dubium equidem levare conatur *Ill. Spannagelius*, qui itidem *Conradum Marchionem* cum nostro *Conrado* consundit, sed præter rem; Vid. Ejus *Notisia dello vera Liberta Fiorentina*, *Cap VI. §. 133. & 134. p. 369. sq* Integra Charta, cujus initium modo *Florentinius* edidit, extat in Muratorii *Antiquit Ital. medii ævi*, *T. I. Diss. VI. col. 315.* ubi hæc subscriptio obvia est: *Hec octa sunt juxta Lucanom civitatem in Burgo, qui dicitur S Fridiani -- anno dominicæ incarn. millesimo centesimo vigesimo nono, pridie nonas Septembris,* Indictione *VIII Daisus Notarius Domni Imperatoris, cujus presentia ista sunt acta, ex jussione Domni Conrodi Ducis Marchionis hec scripsi.* Hæc subnotatio autem admodum suspectum mihi reddit hoc Diploma, nam 1) *in an. 1129.* non cadit Indictio *VIII*, sed potius *VII.* 2) *Lerborius* hoc anno nondum *Imperator* erat. Cons. *Sigonius*, *de regno Ital. sub init.* L. XI. *p. 259.* edit. Francos. 1593. fol. & *Muratorius*, *l.* paulo ante *c. col. 316.* qui etiam *Conradi* hujus Marchionis meminerunt, sed eum neutiquam, ut *Florentinius Saxius* & *Spanagelius* fecerunt, cum nostro *Conrado* consundunt. Si *Florentinio* fides habenda esset, *Conradum* nostrum A. 1119. *Henricus V.* Marchionem Tusciæ constituisset, hoc anno autem *Conradus* in Germania erat, vicariam ibi Regni administrationem gerens, ut supra §. I. probatum dedi. Nec *Florentinii* assertum probat *Ptolomæus Luccensis*, ad quem tamen provocat, cum ille quidem in suis *Annal. ad an. 1120. & 1126. p. 58. & 61. sq.* edit. Lugdun. 1619. 8. cujusdam *Conradi Marchionis Thusciæ* mentionem faciat, sed non addat, eum *Henrici V.* nepotem fuisse, quod *Florentinius* gratis contendit. Silent denique omnes, quos evolvi, Scriptores antiqui de Marchia Thusciæ *Conrado* ab Imp. *Henrico V.* concessa.

(*ff*) Id quod ex coævis probat *Pagius*, *l. c. ad an. 1130. n. I. T. IV. p. 461. a.*

neque temporum ordinem semper accurate servavit. Hoc observato superius prolata verba commode hac ratione explicari possunt, *Honorium* sua resistentia, suis anathematibus, atque prohibita *Conrado* Romam appropinquatione effecisse, ut *Conradus* haut totam Italiam sibi subjugare potuerit, adeoque necesse habuerit, infecta re in Germaniam remeare. *Conradum* enim ultimis anni 1129. diebus, vel sub initium Anni 1130. adhuc in Italia fuisse, ex hoc patet: *Meginherus*, Trevirensis Archiepiscopus, *mense Novembri*, ut loquuntur GESTA TREVERORUM (*g*), *Romam ire disposuit*, id est, hoc mense itineri Romano sese accinxit, hunc autem *Meginherum* in Italiam postea venientem, cui itineri facile duo aut tres menses impendendi erant, *Conradus* ibi adhuc degens comprehendit, & Parmensibus pro DC. libris tradidit (*h*). Accedit, quod *Innocentius II.* P. R. in sua epistola (*i*), qua *Lotharium* ad suscipiendum iter Italicum invitat, hortetur, *ut munitus accedat, quo & pacem statuere &* HOSTES *Ecclesiæ &* IMPERII *suffragante divina gratia* VALEAT SUBJUGARE. Denique & hoc observandum est, OTTONEM FRISINGENSEM (*k*), Scriptorem æque coævum, ac gravissimum hujus rei testem, disertis asserere verbis: *Conradum paulo ante* (sc. Lotharii in Italiam adventum,) *pene omnibus suis amissis, periculose ad patriam repedasse.* Qualis denique *Conradi* in Italia fortuna fuerit, ex supra allegata *Litifredi* (*l*), Novariensis Episcopi, epistola (*ll*) disci quodammodo potest. Sibi namque infensos sentiebat *Conradus* Pontifices Romanos, non modo *Honorium II.* & *Innocentium II.* sed & Anti Papam *Anacletum II.* qui & ipse *Conradum* nostrum fulmine Vatiniano percellebat (*m*), ut adeo error sit PAGII (*mm*) adstruentis, *Conradum* & *Anacletum* usque ad Concilium Pisanum An. 1134. inter se concordes fuisse, nullo nimirum Scriptore idoneo hoc assertum comprobante.

§. IX.

(*g*) C. 76. in Leibnitii *Access. Histor. T.* I. *p. 123.*

(*h*) Vide *Gesta Treveror. l.* modo *c. Dodechinus ad an. 1129. l. c. p. 672. b. Golscheri Gesta Archiepiscop. Trevir. l. c. col. 2198. sq.* Add. *Brovveri Annal. Trevir. T.* II. *L.* XIII. *c. 94. ad an. 1129. p. 26.*

(*i*) In *Udalr. Babenb. Cod. n. 342. l. c. col. 353.*

(*k*) *Chron. L. VII. c. 18. p. 149.*

(*l*) Hic enim ab an. 1124. usque ad 16. Kal. Junii 1151. quo obiit, Episcopus Novariensis erat, teste *Ughello* in *Ital. Sacræ T. IV. col. 704.* edit. nov.

(*ll*) *l. c. col. 361.* in qua hæc verba occurrunt: *Cunradus autem Mediolanensium idolum ab eis tamen relictum, qui arrepta fuga solum Parmæ habent* (leg. *habet*) *refugium, ubi tam pauper tamque paucis stipatus viliter moratur, quod ab uno loco ad alium vix fama ejus extenditur.* Cæterum *Litifredum* adulationis caussa *Conradi* fortunam nimis attenuasse, persuasissimus sum, siquidem nullibi inveni, Mediolanenses *Conradum* reliquisse, quin potius eos, adventante etiam in Italiam *Lothario*, partes illius strenue adhuc tutatos esse, infra probatum dabimus.

(*m*) Ut patet ex *Ejus Epistola ad* Lotharium, in Baronii *Annal Eccles. T.* XII. *ad an. 1130. n. XX. col. 201. sq.* ubi verba: *Conradum regni invasorem, licet ejus nomen nobis pro minimo fuerit, in Cœna Domini Laterani in basilica Salvatoris, sub oculis ecclesiæ, quæ frequens ea die de diversis partibus mundi convenerat, in conspectu etiam omnium terræ suæ, solemniter excommunicavimus.*

(*mm*) *l. c. ad an. 1130. n. XLVII. p. m. 471. b.*

§. IX.

Gesta anni 1129. in Germania. Repetita Spiræ obsidio & expugnatio. Sueviæ vastatio.

Redeamus cum *Conrado* in Germaniam, ibique acta exponamus. *Lotharium* Natale Domini Wormatiæ An. 1128. celebrasse, supra (§. VII.) probavimus. In Festo Purificationis Mariæ An. 1129. *Coloniæ* morabatur (*n*), inde per *Duisburgum* (*o*) *Goslariam* ibat, ibique Paschali tempore subsistebat, (*p*) tum XVII. Cal. Junii s. *die 16. Maji* frequentem Principum Conventum *Corbeiæ* ad Visurgim agebat, *Fridericum*, Coloniensem Archiepiscopum, hucusque rebellem iterum in gratiam recipiebat (*q*). Inde *Quedlinburgum* delatus, Sacris Pentecostalibus, quæ hoc anno in *d. 2. Junii* cadebant (*r*), ibi vacabat (*s*). Post Pentecosten autem expeditionem movebat in *Spirenses*, qui fidem superiori anno datam rursus fregerant (*t*). *Spiram* inde ab idibus Julii s. *d. 15. Julii* (*u*) fortiter oppugnabat, urbem vero cives fortius adhuc defendebant, majorem ad resistentiam excitati per *Friderici* Suevi secundam uxorem, *Agnetem* Saræpontanam (*x*), quæ in urbe præsens erat (*y*). Verum dum oppidani constantiam *Lotharii* nostri animadverterent, quippe quem nec sæva hyems ab obsidione absterrere poterat, celebrando scilicet festum Jesuli nati cum multis Principibus sub tentoriis, & intolerabilis intra muros hostis, fames nimirum, accederet, in *Natali SS. Innocentium* s. *d. 28. Dec.* A. 1129. Regi sese tradebant (*z*), libero abitu *Friderici* uxori permisso (*a*), & Spirensibus

(*n*) Vid. *Annalista Saxo ad an. 1129. l. c. col. 662.* & *Chron. Reg. Colon. ad h. a. col. 928.* Errat itaque *Dodechinus*, *ad h. a. p. 672. b.* asserens, *Lotharium* Purificationis B. M. V. festum *Altenæ* egisse.

(*o*) Coniicio hoc ex *LOTHARII*, *Rom. R.* Privilegio *de jure lapides effodiendi & frangendi in foresto Duisburgensi* (non autem *lignandi*, ut inscriptio l. mox c. fert.) *civitati Duisburgensi indulto* in Dithmari *Cod. Diplom. n. 3. p. 2. sq* subjuncto Teschenmacheri *Annal. Cliv* ubi hæc subscriptio: *Dat. VIII. Idus Mart. an. 1129. indict. VII. -- Actum Duisburg.*

(*p*) Vid. *Annalista Saxo*, *ad an. 1129. col. 662.* & *Chronogr. Saxo*, *ad h. a. p. 287.*

(*q*) Vid. *Annal. Saxo*, *ad h. a. col. 663.* conf. *Chron. Reg. Colon. ad h. a. col. 928.*

(*r*) Vid. *Rabei Calendar. cit. p. 113. coll. p. 144.*

(*s*) Conf. *Annal. Saxo*, *ad an. 1129. col. 662. Chronogr. Saxo*, *ad h. a. p. 287.* & *Chronic. Montis Sereni ad a. c.* apud Mencken, *l. c. T. II. col. 172.*

(*t*) *Annales Hildesh. ad an. 1129. l. c. p. 740.* & *Annalista Saxo*, *ad h. a. col. 663.*

(*u*) Vid. *Dodechinus ad a. 1129. l. c. p. 672. b.*

(*x*) Hanc enim, post defunctam an. 1126. priorem conjugem *Juditham* Guelficam, duxerat *Fridericus*; Vid. ex fontibus Cel. Kœleri *Genealogia Familiæ Aug. Stauffensis*, *Tab. I. n. 12.* Cæterum ex hac circumstantia, quod *Agnes*, secunda *Friderici* uxor, *Spiræ* durante obsidione fuerit, patet, eam jam ante *an. 1129.* ad minimum *hoc anno*, fuisse desponsatam.

(*y*) *Annalista Saxo ad an. 1130. col. 663.* ubi verba: *Conjux Ducis Friderici, quæ civibus ad solatium a Duce infra urbem relicta fuerat* &c.

(*z*) *Annales Hildesheim. ad an. 1130. p. 740.* & *Annalista Saxo*, *ad h. a. col. 663.* *Dodechinus* quidem *ad an. 1129 p. 672. b.* ait, Spiram obsessam fuisse *ab idibus Julii usque ad calendas Januarias*; verum vitio forsan Librarii omissus est *numerus V.* ante vocem *Calendas* ponendus, & sic concordabit cum *Annal. Hildesh.* & *Annalista Saxone.*

(*a*) Vid. *Annalista Saxo*, *ad an. 1130. col. 663.*

ſibus immunitate rebellionis conceſſa (*b*). Plures dies in pactione ſuper deditionem effluxiſſe, urbemque demum *III. Non. Jan.* ſ. *d. 3. Jan. feria ſexta* h. e. *die Veneris* (*c*) A. 1130. (*d*) traditam Lothario fuiſſe, admodum probabile mihi videtur, qua ratione Scriptores in *notis* (*a*) & (*c*) allegati & invicem diſcrepantes optime conciliari poſſunt (*e*). Victor *Lotharius* urbem ingrediebatur, in illaque Ephiphaniam Domini celebrabat (*f*). *Sueviam* quod attinet, ei an. 1129. dura ſors erat ſuſtinenda. *Henricus* enim Magnanimus vaſtatione ſuarum ditionum, a *Friderico* Suevo ſuperiori anno facta (§. VII.), nimium quantum exaſperatus, & par pari relaturus, Sueviam cum magno exercitu intrabat, eamque, quantum ad Fridericum ſpectabat, incendiis crudeliſſime vaſtabat & prædabatur, a villa *Cougindorf* ſive *Degendorf*, quæ in Danubii ripa ſita eſt, incipiens & ultra caſtrum *Stauffenſe*, quod prope oppidum Gœppingam ſitum eſt, perveniens (*g*). Atque in hunc annum vulgo refertur *Ulmæ* everſio, quam falſo autem infra ad §. XIII. oſtendam.

§. X.

Geſta an. 1130. Noriberga capta. Innocentius II. legitimus Papa Wirceburgi agnoſcitur. Hermanni de Winzenburg captivitas. Fridericus Henrici inſidias eludit.

Haut diu *Spiræ* morabatur *Lotharius*, ſiquidem jam *d. 9. Febr.* an. 1130. *Goslariæ* degebat (*h*), ubi etiam Paſcha celebrabat (*i*). Tum *Quedlinburgum* pergebat, ibique in feſtivitate Pentecoſtali ſubſiſtebat (*k*). Inde *Lotharius* in Bava-

(*b*) *Anshelm. Gemblac. ad an. 1130. l. c. p. 955.* & *Albericus, ad h. a. p. 263.*

(*c*) Vid. *Autores nota* anteced. (*b*) citatos.

(*d*) *Spiram* A. 1130. traditam eſſe, haut notato die, plura coæva teſtantur Chronica, v. c. *Leodienſe ad h. a.* apud Labbeum, *l. c. T.* I. *p. 339. Regium Colon. ad h. a. col. 928. Zwetlenſe ad a. e.* apud Pezium, *l. c. T.* I. *col. 521.* & *Auſtriacum*, apud Eundem, *T.* I. *col. 557.* Errat autem *Chronographus Saxo, ad an. 1129. p. 287.* aſſerens, Spiram jam an. 1129. deditione captam eſſe, ſiquidem is annos numeret a *Nativitate Domini*, quo tempore vero Spira nondum tradita erat. Errant quoque *Annales Boſovienſes, ad an. 1129. col. 1008.* adſtruentes, *Spiram per novem menſes continuos oppugnatam, captam eſſe.* Nam & hi novum annnm cum *feſto Nativitatis Dominicæ* incipiunt, nec *Spira* obſidionem per IX. *menſes* paſſa eſt.

(*e*) Aliam conciliationem affert *Habnius*, *l. c. P.* III. *c. IV.* §. 4. *p. 183. not.* (*r*) quæ vero nimis coacta & temeraria mihi videtur.

(*f*) *Annaliſta Saxo*, *ad an. 1130. l. c. col. 663.*

(*g*) Vid. *Monach. Weingart. c. 11. l. c. p. 787.* & *Conrad. Urſperg. p. 211.* Male ergo *Habnius*, *l. c. p. 183. ſq. not.* (*t*) hanc vaſtationem Sueviæ demum in an. 1134. ponit.

(*h*) Patet hoc e *LOTHARII Diplom. Eccleſiæ S. Mauritii Magdeb. dato ſuper concambio abbatiæ Alsleve*, in Lunigii *Spicil. Eccleſiaſt.* I. *Theils Fortſezung.* im I. *Anhang n. LXXXVI. pag. 32. ſq.* ubi nimirum Subſcriptio: *Actum Goslariæ* IX. *Febr. Anno Incarn. Dom. MCXXX.* Ind. *VIII.* &c.

(*i*) Vid. *Annaliſta Saxo, ad an. 1130. col. 663.* Errat itaque *Chronogr. Saxo, ad h. a. p. 388.* tradens, *Lotharium* Paſcha *Bambergæ* celebraſſe.

(*k*) Vid. *Autores* nota anteced. *citatos.*

Bavariam procedebat, *Ratisbonæ* (*l*) paululum moratus, quo in auxilium ejus iterum veniebat *Sobieslaus*, Bohemiæ Dux (*m*). In hac expeditione *Noriberga* ad obsequium tandem fuit reducta (*n*). Aderat postea *Lotharius* Concilio XVI. Episcoporum *Wurceburgi* mense Octobri h. a. congregato, in quo, præsente Archiepiscopo Ravennatensi, Sedis Apostolicæ Legato (*o*), *Innocentius* II. ab omnibus ibi congregatis legitimus agnoscebatur Papa (*oo*), *Anacletus* e contra, ut & *Conradus*, *Fridericus*, omnesque eorum asseclæ denuo diris devovebantur (*p*). Mortuo enim *Honorio II.* in discordia fuerant electi *Gregorius* Cardinalis & *Petrus Leonis*, quorum ille se *Innocentium*, hic autem *Anacletum* vocabat (*pp*). Uterque suam electionem legitimam venditabat, atque ad *Lotharium* & Germaniæ ordines literas dabat, quo eos suas in partes pertraheret (*q*); verum prævaluit, uti jam dixi, *Innocentius II.* Finito demum Concilio *Conradum*, Juvaviensem Archi-Episcopum & *Egbertum*, Monasteriensem Ep. ad *Innocentium* Legatos missos fuisse, persuasissimus sum, quamvis ordinem prævertat ALBERICUS (*qq*). *Gandersbemii*, ubi *Lotharius* Natale Domini h. a. celebrabat (*r*), obvium habebat *Gerbardum* Cardinalem sedis Apostolicæ Legatum, qui eum ad colloquium cum Pontifice *Innocentio II.* instituendum invitabat (*s*). Hoc insimul tempore *Hermannus de Winzenburg*, qui *Burchardum de Luckenheim*, Comitem Fresonum ac *Lotharii* amicum, interemerat, & hac de caussa *Regis* indignationem incurrerat, se suumque castrum *Lothario* tradebat. Ipse captiuus abducebatur, castrum solo æquabatur, ejusque Comitatus *Ludovico*, Comiti Thuringiæ, adjudicabatur (*t*). Hoc anno nihil in

(*l*) Hoc apparet ex *LOTHARII*, *Rom. R. Confirmatione Donationis Ottonis de Undenstorf Cœnobio Undenstorfensi facta*, quæ extat in Hundii *Metropoli Salisb. T.* III. *p. 303.* & hanc Subnotationem habet: *Acta sunt hæc an. Dominicæ incarnationis MCXXX.* Indict. *VII. IN CURIA RATISPONÆ* &c. ubi verò notamus, vitio aut describentis aut typothetæ legi *Indictionis annum VII* cum potius *Indictio VIII.* in an. 1130. cadat; vid. Cel. Kœleri *Directorium Chronologico-Diplomaticum*, subjunctum *Directorio Freberiano*, *p. m. 285.*

(*m*) Vid. *Chron. Bohem. Cap. 61. ad an. 1131.* ap. Mencken. *T. III. col. 1699.* Quamvis enim Chronicon hanc *Sobieslai* expeditionem *anno* 1131. adscribat, falli tamen in eo, necessum est, cum *Lotharius anno* 1131. nequaquam *Ratisbonæ* fuit, ut ex gestis h. a. patefiet.

(*n*) *Annalista Saxo, ad an.* 1130. *col. 663.* & *Dodechin. ad h. a. p. 673. a.*

(*o*) Vid. *Annal. Saxo*, *l. c. col. 664.*

(*oo*) *Anselm. Gemblac. ad an.* 1130. *p. 955. Chronogr. Saxo*, *ad h. a. p. 288.* & *Annal. Bosov. ad a. e. col.* 1008.

(*p*) Vid. *Annal. Saxo*, *ad h. a. col. 664.*

(*pp*) Hac de re conferri possunt *Baronius*, *l. c. T. XII. ad an.* 1130. *n. II.* -- *XII. col. 194. sqq.* & *Pagius*, *l. c. ad h. a. n. III.* -- *XVIII. p. m. 458. sqq.*

(*q*) Extant ejusmodi Epistolæ, v. c. *Innocentii* in *Udalr. Babenb. Cod. n. 541. col. 352* & *n. 353. col. 360. sq. Anacleti* vero *ibid. n. 339.* & *340. col. 351. sq.* & ap. *Baronium*, *l. c. ad an.* 1130. *n. XIII. XIX.* & *XXII. col. 199. sqq.*

(*qq*) *ad an.* 1130. *p. 265.* Cf. *Otto Frising. Chron. L. VII. c. 18. p. 149.*

(*r*) *Annal. Hildes. ad an.* 1131. *p. 740.* & *Annalista Saxo ad h. a. col. 664.*

(*s*) *Dodechinus*, *ad an.* 1131. *p. 673. a.*

(*t*) *Annales Hildesh. ad an.* 1130. & 1131. *p. 740. Annalista Saxo*, *ad hh. aa. col. 664.* Cf. *Chronic. San-Petrinum Erfurt. ad an.* 1131. ap. Mencken. *T. III. col. 211.* quod testatur, *Hermannum* II. Cal. Jan. i. e. *d. 31. Dec. an. 1130.* se in potestatem *Lotharii* dedisse.

Suevia actum videtur, silentibus saltim Scriptoribus, nisi quod quidam (*u*) memoret, *Fridericum*, Sueviæ Ducem, hoc anno prœlium commisisse cum *Gebhardo*, Argentinensi Episcopo, ad *Gugesbemium*. At ad hujus anni initia dubio procul referendæ sunt insidiæ, quas *Henricus* Magnanimus *Friderico* Suevo struit, dum eum scilicet, amicum simulans, ad colloquium in *Monasterio Zwiefaltensi* invitabat, atque incaute eo venientem captiuum ducere tentabat. Verum has insidias *Fridericus*, consilio e vestigio capto, eludebat (*x*).

§. XI.

Gesta anni 1131. Concilium & Comitia Leodiensia, in quibus Lotharius cum Uxore a Papa Innocentio II. coronatur. Nova, at irrita in Fridericum suscepta expeditio. Henrici Magnanimi bellum Bavaricum.

Lotharius sub initium anni 1131. *Goslariæ* degebat (*y*), inde tempore Quadragesimali iter faciebat *Leodium*, ubi hoc tempore & *Comitia* (*z*) & *Synodus* (*a*) agebantur. Papa namque *Innocentius II.* Roma profugus, *Dominica tertia Quadragesimæ*, quæ erat *XI. Kal. Aprilis*, sive *d. 22. Martii*, *Leodium* veniebat (*b*), multo cum honore a *Lothario* exceptus (*c*). In condictis *Leodii* Comitiis præsentes erant Principes totius Regni, Archi-Episcopi, Episcopi, Duces, Marchiones, Palatini, Comites & cæteri Nobiles (*d*). Concilium

(*u*) Vid. *Incerti Autoris Fragmentum historic. ad an. 1130.* apud *Urstisium*, *l. c. T. II. pag. 85.*

(*x*) Vid. Otto *Frising. de gestis Frid. I. L. I. c. 19. col. 653. sq. Alio inde tempore prædictus Dux Henricus Alemanniam ingressus, ad propria ibi domicilia se contulit -- missis legatis ad Fridericum Ducem Suevorum* &c. Jam vero *Henricus* an. 1130. in *Epiphaniæ* festo *Altorfii* in Suevia erat, ut patet ex fratris ejus *WELPHONIS Donatione cellæ S. Pantal. in Buchhorn*, *Cœnobio Weingartensi facta. & hoc ipso die Altdorfii* data, apud *Crusium*, *l. c. P. II. L. IX. c. XIV. p. m.* 350. cui *Henricus* inter testes subscripsit. Cæterum *Crusius*, *l.* modo c. *Cap. XI. p. m. 340.* has insidias prætee rem ad an. 1128. refert.

(*y*) Vid. *EJUS Diploma*, *quo Reichenbergensi Monasterio benefacit*, in Heineccii *Antiquit Goslar*, *L. II. p. 131.* ubi *Datum* GOSLARIÆ *VII. IDUS FEBRUARII Indict.* IX. *regn. Lothario tertio Rom. Rege*, *anno regni ejus VII.*

(*z*) *Annalista Saxo*, *ad an.* 1131, *col. 664.* & *Chron. Regia Colon. ad h. a. col. 928.*

(*a*) *Otto Frising. Chron. L. VII. Cap. 18. p. 149 Innocentius -- profectus apud Leodium Belgiæ urbem SYNODUM EPISCOPORUM convocans* &c. Cf. *Annal. Bosov.* ad an. 1131. col. 1009. Errant autem *Chronographus Saxo*, *ad an. 1131. p 288.* & *Chron. Montis Sereni ad a. c. l. c. col. 173. sq.* asserentes, *Synodum generalem* habitam fuisse *Leodii*. Hoc enim eefutatur per *Anonymum*, testem occulatum, *de miraculis S. Godehardi*, *Ep. Hildesheim.* exeerptum a Pagio, l. c. ad an. 1131. n. II. p. m. 474. a. qui de *Godehardi* canonisatione *Leodii* frustra quæsita scribens, subjungit: *Sed cum consuetudo sit Romanæ Ecclesiæ IN GENERALI CONCILIO Sanctos Dei canonizare, quod tunc temporis in Remensem civitatem in festo S. Lucæ indictum fuerat -- petitionem Ecclesiæ nostræ distulit.*

(*b*) *Anselm. Gemblac. ad an. 1131. p. 955. Albericus, ad h. a. p. 268.* & *Pagius*, *l.* modo *c. n. II. & III. p. 474. a.* ex fontibus.

(*c*) Vid. *Anselm. Gemblac. l.* modo *c. & Dodechinus*, *ad h. a. p. 673. a.*

(*d*) Vid, *Dodechinus*, *hoc ipso loco.*

cilium autem consistebat ex XXXVI. Episcopis (e). In hoc ecclesiastico pariter ac seculari conventu *Innocentius* auxilium *Lotharii* implorabat, quo *Anacletum* Anti-Papam Roma pellere posset (f), quod ei etiam Lotharius pollicebatur (g). E contra *Lotharius* a Pontifice ablatum *Henrico V.* jus investiendi Episcopos per annulum & baculum reposcebat (h), at intercessione *Bernhardi*, Claraevallensis Abbatis à postulato suo desistebat (i), obtenta cæterum *Terrarum Mathildinarum* promissione (k). Ibi porro *Anacletus*, *Conradus*, *Fridericus*, omnesque eorum asseclæ denuo excommunicabantur (l) & *Lotharius* cum *Richenza* uxore *Dominica media Quadragesimæ* (m) sive *d. 29. Martii*, ab *Innocentio II.* in Ecclesia S. Lamberti *Leodii* coronabatur (n). Finitis Comitiis & Synodo *Lotharius* per Abbatias *Stabulensem* (o) & *Epternacensem* (p) divertebat *Trevirim*, ibique Sacris Paschalibus vacabat (q). Tum nova Synodus *Moguntiæ* celebrabatur, in eaque præsentibus *Lo-*

(e) Annal. *Saxo*, *ad an.* 1131. *col.* 664. & *Chron. Luneburg. ad h. a.* apud Eccardum, *T.* I. *col.* 1374. Annales *Bosov. ad h. a. col.* 1009. asserunt, *quinquaginta Episcopos* affuisse, *Albericus* autem *ad a. e. p.* 269. *triginta duos Episcopos & quinquaginta tres Abbates* præsentes fuisse, ait.

(f) Vid. *Dodechin*, *ad h. a. p.* 673. *a.* & *Conrad. Ursperg. p.* 212.

(g) *Otto Frising. Chron. L. VII. c.* 18. *p.* 149. & *Chronogr. Mauriniac.* apud *Pagium*, *l. c. n.* II. *p.* 474. *a.*

(h) *Otto Frising.* & *Conr. Ursperg. ll.* paulo ante cc. cf. *Albericus*, *ad h. a. p.* 296. Errat itaque *Petrus Diaconus*, quamvis coævus, *l. c. L. IV. c.* 97. *p.* 522. asserens, *Lotharium* jus Investituræ ibi a Pontifice recuperasse, *mendacis & mendacissimi hominis* titulo ideo notatus a *Baronio*, *l. c. ad an.* 1131. *n. VIII. col.* 226.

(i) *Conrad. Ursperg. p.* 212. & *Bernhardi Abbatis Vita S. Bernhardi*, excerpta a *Baronio*. *l.* modo *c. n. VII. col.* 226.

(k) Vid. *Petrus Diaconus*, *l. c.* L. *IV. c.* 97. *p.* 522. Aliter quidem videtur *Baronio l. c.* at nullus dubito, *quin Petro Diacono* assensum meum præbeam.

(l) *Annalista Saxo*, *ad an.* 1131. *col.* 664. *Chronogr. Saxo*, *ad h. a. p.* 288. & *Chronicon Montis Sereni*, *ad e. a. col.* 173. *sq.*

(m) Sic enim a Scriptoribus hujus ævi vocatur *Dominica Lætare*; v. Cl. *Haltausii Calendarium medii ævi*, *p. m.* 66.

(n) *Anselm. Gemblac. ad an.* 1131. *p.* 955. & *Albericus*, *ad h. a. p.* 268. *sq.* Minime ergo fidem tribuo *Guil. de Nangis in Chron. ad an.* 1130. in D'Achery *Spicil. T.* III. *p.* 4. a. edit. novæ, asserenti, *Lotharium*, deducendo *Innocentium* ad templum, *Stratoris* munia obiisse.

(o) Vid. *EJUS Diploma Abbatiæ Stabulensi concessum*, in Martene & Durandi *Collect. ampliss. veter. Scriptor. & Monum. T.* II. *col.* 90. ex quo hæc verba notari merentur: *Lotharius tertius Dei gratia Romanorum Rex -- NOS cum conjuge nostra Richiza ob venerationem b. Remacli LOCUM STABULAUS DEVOTE ADIVIMUS &c.* Tum *col.* 92. hæc Subscriptio subjuncta est: *DATA STABULAUS idus Aprilis ANNO ab inc. Dni. MILLESIMO CENTESIMO TRICESIMO PRIMO indictione nona.*

(p) Vid. LOTHARII *Diploma Abbatiæ Epternacensi datum*, in Miræi *Diplom. Belgic.* L. *II. c.* 48. Opp. *T.* I. *p.* 278. *sq.* in quo hæc leguntur: *Lotharius tertius Dei gratia Rom. Rex.* CUM VENISSEMUS EPTERNACUM *implorandi gratia S. Clementis Willibrordi patrocinia &c. -- Datum IX. Kal. Maji anno Inc. Dni.* MCXXXI. Indict. IX. -- *Actum Treviris feliciter, amen.*

(q) Vid. *Annalista Saxo*, *ad an.* 1131. *col.* 664. *Chronogr. Saxo*, *ad h. a. p.* 288. & *Chron. Luneburg. l. c. col.* 374.

thario & multis Germaniæ Episcopis, præsidente *Matthæo* Albanensi, Pontificio Legato, Bruno, Episcopus Argentinensis, dignitate sua exuebatur (r). Inde *Argentinam* pergebat *Lotharius*, ibique Pentecostali tempore agebat, expeditionem postea movens in *Fridericum*, in qua plurima Alsatiæ castella expugnata solo æquabantur, *Fridericus* ipse autem prœlium cum *Lothario* ineundum summa evitabat solicitudine (s). In Saxoniam itaque revertebatur *Lotharius* belloque aggrediebatur *Danos* (t), cujus fata, quippe a nostro scopo aliena mittimus. Tandem Nativitatem Dominicam *Lotharius* hoc anno *Coloniæ* celebrabat (u). In hunc annum porro colloco finitum ab *Henrico* Magnanimo gestum in Bavaria bellum, quod superiori anno initium ceperat. Mortuo sub finem an. 1130. (x), *Conrado*, Ratisbonensi Episcopo, *Henricus*, Comes a Wolfrathshausen, non consulto *Henrico* Duce, per machinationes *Friderici a Pogen*, Advocati Ecclesiæ Ratisbonensis, Episcopus eligebatur. Hoc Dux *Henricus* indigne ferens, bellum inferebat noviter electo, a cujus partibus stabant *Fridericus*, Advocatus Ratisbonensis, *Otto*, Comes a Wolfrathshausen, & maxima pars Nobilitatis Bavaricæ cum urbe *Ratisbona*, in auxilium denique etiam veniente *Leopoldo*, Marchione Orientali. Varia fortuna multisque deprædationibus ac vastationibus hoc bellum gerebatur, donec mediante *Ottone*, Bavariæ Palatino, rebelles arma ponerent, seque gratiæ Ducis ac Domini sui committerent, quorum exemplum paulo post secutus *Henricus* Episcopus, Præfectura *Hohenburgica*, prope Oenum sita, pacem ab *Henrico* Duce mercabatur, concedens eam Duci in feudum (y).

§. XII.

Gesta An. 1132. & 1133. Augustæ combustio. Lotharii expeditio & coronatio Romana. Reditus in Germaniam.

Lotharius, relicta *Colonia* sub initium Anni 1132. *Bambergam* se conferebat, ibique in festo Purificationis B. M. V. moratus (z), solennem *Curiam* sive *Comitia*, præsente *Sobieslao*, Bohemorum Duce agebat (a). Inde iterum tertia Quadragesimæ hebdomade *Colonia* degebat, sed nihil majestate sua dignum ibi agebat (b). Festum Paschale *Aquis* celebrabat (c), nihil de Regni statu

(r) *Dodechinus, ad an. 1131. p. 673. a.*

(s) Vid. autores *nota anteced.* (q) citatos præter *Chron. Luneb.*

(t) Vid. *Annal. Saxo ad an. 1131. col. 665.*

(u) *Anshelm. Gemblac. ad an. 1131. p. 956. Annalista Saxo, ad h. a. col. 665. Chronica Regia Colon ad a. e. col. 929. Chronogr. Saxo, ad h. a. p. 289. & Albericus ad h. a. p. 270.*

(x) Errat itaque *Chronogr. Saxo, ad an. 1132. p. 289.* mortem *Conradi* demum in hunc annum referens.

(y) Vid. *Monach. Weingart. c 12. p. 787. & 88.* qui hoc bellum prolixe descripsit. Cf. *Hundii Metropolis Salisb. T. I. p. 532. n. 22.*

(z) Vid. *Annalista Saxo, ad an. 5132. col. 665.* & *Chronogr. Saxo, ad h. a. p. 289.*

(a) Vid. *Chron. Bohem. c. 61. ad an. 1132.* apud Mencken, *T. III. col. 1700.*

(b) *Anshelm. Gemblac. ad an. 1132. p. 956.* & *Alberic. ad h. a. p. 270.*

(c) Vid. Autores *nota* (z) cit. Add. LOTHARII III. *Confirmatio jurium & Privil. Ecclesiæ S. Servatii Traject. ad Mosam data*, in Miræi *Cod. Donat. piar. cap. 85.* Opp. Ejus *T. I. p. 95.* ubi hæc subscriptio occurrit: *Actum est hoc* AQUISGRANI IN PASCHALI CURIA *ab Inc. Dni. MCXXXII Indict. X. regn. Lothario* -- III.

ſtatu diſponens, ſed omnium querelas differens (*d*). Tum in *Fuldenſi Monaſterio* Sacris Quinquagenalibus vacabat, & poſtea promiſſi ſui Innocentio de ferendis ei ſuppetiis dati memor, itineri Romano ſeſe accingebat. Aſſumtionem ergo B. M. V. ſive *d. 15. Aug. Herbipoli* celebrabat (*e*), & inde cum modico exercitu (*f*), cujus cauſa inteſtina Regni diſſidia erant (*g*), quippe tantummodo ex MD. armatis conſiſtente (*h*), ſtatim poſt feſtum Aſſumtionis S. Mariæ (*i*) iter Romanum aggrediebatur cum uxore *Richenza* (*k*), quo Italiam vindicaret, *Innocentium* in ſedem Papalem reſtitueret (*l*), ab eoque coronationem Imperialem impetraret (*ll*). In hoc itinere Romano *Lotharius* veniebat quoque *Auguſtam Vindelicorum*, eamque pacifice ingrediebatur; verum cum oppidani, *Conrado* dubio procul juſto faventiores, tumultum excitarent, Cæſareani arma arripiebant, vim vi repellebant, multos vulnerantes, occidentes ac captivos abducentes, denique civitas fere tota, cui ignem ſubjiciebant, in cineres miſerrime redigebatur (*m*). Dein per *vallem Tridentinam* in Italiam pergebat *Lotharius*, ab incolis harum, quas tranſibat, regionum tam ob amorem in *Conradum*, quam ob exiguum ipſius exercitum deſpectui habitus (*n*). Montana transgreſſus, ſuperioris *Longobardiæ* loca ſibi reſiſtentia ſubigebat, exceptis tamen *Mediolano* & *Verona*, quæ civitates ſtrenue adhuc *Conradi* partibus favebant (*o*), *Norbertum* porro, Magdeburgenſem Archie-

(*d*) Conf. Autores *not.* (*b*) alleg.

(*e*) Vid. Autores *nota* (*z*) cit.

(*f*) Vid. *Bernhardi Epiſt. 139.* excerpta *a Baronio, l. c. ad an. 1133. n. I. col. 233.* & *Chron. Admont. ad an. 1132.* apud Pezium, *T.* II. *col. 185.*

(*g*) Vid. *Otto Friſing. Chron. L. VII. c. 18. p. 149.* & *Albericus, ad an. 1132. p. 270.*

(*h*) *Annales Boſon. ad an. 1132. col. 1009.* & *Chron. Bigaug, ad h. a. p. 125. a. Falco Beneventanus* quidem in *Chronico* ad *an. 1133.* apud Murator. *l. c. T. V. p. 115. a.* de *Lotharii* adventu *Romæ* agens, ſcribit: *Audivimus, revera DUO MILLIA MILITUM ſecum adduxiſſe.* Verum facile concordat *Falco* cum *Annal. Boſon.* & *Chron. Bigaug.* ſi *horum* verba de *Lotharii* exercitu, qualis fuit, cum Germania exiret, *illius* autem de copiis *Romam* ductis interpretamur. In ipſa enim Italia *Lotharius* agmen ſuum usque ad duo millia armatorum augere potuit.

(*i*) *Annales Hildesheim. ad an. 1132. p. 740.* & *Dodechinus, ad h. a. p. 673. b.*

(*k*) *Annales Boſon. ad h. a. col. 1009.* & *Chron. Reichersp. ad an. 1132.* in Ludevvig. *Script. Bamb. T. II. col. 244.*

(*l*) *Chron. Reg. Colon. ad an. 1133. col. 929.* & *Annal. Boſon. ad an. 1132. col. 1009.*

(*ll*) *Annal. Hildesh. ad an. 1132. p. 740 Annaliſta Saxo, ad h. a. col. 665.* & *Annal. Boſon. l.* modo *c.* Male autem *Lotharii* expeditionem Italicam demum in an. 1133. collocant *Chron. Reg. Colon. ad an. 1133. col. 929 Chronic. Reicherſperg. ad an. 1132. col. 244.* & *Robertus de Monte ad an. 1133 l. c. p. 876.* Hanc primam vero expeditionem *Lotharii* cum altera ab eo ſuſcepta confundunt *Chronica Salisburg. ad a. 1132.* apud Pezium *T. I. col. 343.* & *Admontenſe. ad h. a. col. 185.*

(*m*) Vid. *Annales Hildesh. ad an. 1132. p. 740. Annaliſta Saxo, ad h. a. col. 665. Annales Boſon. ad a. c. col. 1009.* & *Conrad. Urſperg. p. 213* Conf. *Hermanni, Epiſcopi Auguſtani, lamentabilis Epiſtola de excidio Auguſtæ ad Ottonem, Bamberg. Epiſcop.* in *Udalrici Babenberg Cod. Epiſtol. n. 359. l. c. col. 364-366.*

(*n*) *Otto Friſing. Chron.* L. *VII. c. 18. p. 149.* & *Albericus, ad an. 1132. p. 270.*

(*o*) *Annal. Boſon. ad an. 1132. col. 1009. Mediolanenſes* demum poſt *Lotharii* in Germaniam reditum, ſuaſu *Bernhardi* Clarævallenſis plenarie ad obſequium.

chiepiscopum, ob absentiam *Brunonis*, Coloniensis Archipræsulis, qui jure Archi Cancellarii muniis in his partibus fungi debebat, *Archi-Cancellarium* per Italiam constituebat (*p*), circa festum OO. SS. *Cremæ* per mensem subsistens (*q*), eamque cum *Cremonensibus* obsidens (*r*). Habito postea cum *Innocentio II.* in *Roncaliis* colloquio (*rr*), qui per Italiam transierat (*s*), *Modoetiam* pergebat *Lotharius*, ibique Natale Domini celebrabat (*t*). Sequenti anno 1133. *Lotharius* ulterius in Italia procedebat, loca munita sibi resistentia expugnabat (*u*), Sacris Paschalibus, quæ illo anno in *d. 26. Martii* cadebant (*x*), ad *S. Flavianum* vacans (*y*). *Thuſciam* deinde transiens *Innocentium* obvium habebat ad *Carcinariam* in territorio Pisano (*z*), cum quo Romam pergens urbem *II.*

---

quium redierunt, uti ex fontibus comprobavit *Pagius*, *l. c. ad an. 1134. n. V.* & *VI.* p. 488. b. Conf. *Landulphi Jun. Hist. Mediolan. c. 41.* & *42. l. c. p. 513-516.* collatis tamen *Saxii* in eundem *notis* subjectis. Minus accurate hæc observasse videtur *Habnius*, *l. c. §. V. p. 187. not.* (*l*)

(*p*) *Annalista Saxo*, *ad an. 1132. col. 665. Chronogr. Saxo*, *ad h. a. p. 289.* & *Chronic. Magdeb.* in Meibomii *Scriptor. rer. Germ. T. II. p. 327.* Conf. LOTHARII *Epistola encyclica de gestis a se Romæ*, in D'Achery *Spicil. T. III. p. 485 b.* In hac enim *Lotharius* inter cæteros Principes, quos secum *Romæ* habuit, nominat: *NORBERTUM Magdeburgensem CANCELLARRIUM suum.* In LOTHARII Privilegio *Mantuanis civibus concesso*, in Murator. *Antiquit. Ital. medii ævi, T. I. Diss.* XIII. *col. 729. sq.* hæc subscriptio occurrit: *Ego NORBERTUS* ARCHI CANCELLARIUS *recognovi. Datum anno Inc. millesimo centesimo trigesimo tertio Indictione XI. tertio Kal. Augusti -- actum in Episcopatu Mantuano in Campo S. Leonard*. Sed hoc ipso adhuc anno *Bruno* Coloniensis Archi *Cancellarii per Italiam* munia obibat, ut patet ex LOTHARII *Privilegio Ecclesiæ S. Vincentii Bergom. concesso*, in Ughelli *Ital. Sacræ T. IV. col. 451.* ibi enim hæc subnotatio obvia est: *Ego Enehardus Sub Cancellarius* VICE BRUNONIS ARCHI-CANCELLARII *recognovi. Datam anno Inc. Dominicæ 1133. 4. Kal. Octobr. Indict. 10. -- actum in Gardisa feliciter Amen.* Errat itaque *Albericus*, ad an. 1132. p. 270. testatus, *Brunonem* expeditioni Italicæ affuisse.

(*q*) Vid. *Chron. Cremon. ad an. 1133.* apud Murator. *Scriptor. Italic. T. VII. col. 633.* quamvis hoc falso referat ad an. 1133.

(*r*) Vid. *Sicardi*, Cremon. Episc. *Chronicon ad an. 1132.* apud Murator. *l. c. T. VII. col. 596.*

(*rr*) Id quod e fontibus probat *Baronius*, *ad an.* 1132. *n.* II. *col. 231.*

(*s*) Solide hoc probavit *Pagius*, *l. c. ad an.* 1132. *n.* I. & II. *p. 479.* Errant itaque *Chronicon* Leod. *ad an.* 1132. apud Labbeum, *l. c. T. I. p. 339. Anselm. Gembl. ad h. a. p. 956.* & *Albericus*, *ad a. c. p. 270.* qui asserunt, *Innocentium* socium itineris Lothariani fuisse. Graviorem errat errorem *Conradus Ursperg. p. 213.* tradens, *Innocentium* per *septem annos* in partibus Germaniæ permansisse.

(*t*) Vid. *Annalista Saxo*, *ad an.* 1133. *col. 665. Annales Hildesh. ad h. a. p. 741.* & *Chronogr. Saxo*, *ad a. c. p. 289.* Hi duo posteriores vero vitio dubio procul Librarii pro voce *Modoëcia* legunt *Medicinam*.

(*u*) *Annal. Hildesh. l.* modo c. *Annalista Saxo*, *ad an.* 1133. *col. 666.* & *Chron. Reg. Colon. ad h. a. col. 929.*

(*x*) Vid. *Rabeus*, *l. c. p.* 113. *coll. p. 137.*

(*y*) Vid. *Annalista Saxo*, *ad an.* 1133. *col. 666.* & *Chronogr. Saxo*, *ad h. a. p. 289.*

(*z*) Vid. *Baronius*, *ad an.* 1133. *n. I. col. 233.* ex fontibus.

II. Kal. Maji ſive *d. 30. Aprilis* (*a*) ingrediebatur (*b*), Innocentium in ſede Papali (*c*) & quidem *Laterani* (*d*) collocans, ipſe autem circa *Monaſterium S. Pauli* (*e*) in *monte Aventino* caſtra metatus (*f*), per ſex hebdomadas Romæ morabatur, ibique Feſtum Pentecoſtale celebrabat, in quo ad Eccleſiam S. Sabinæ conſecratam, coronatus procedebat (*g*). Tandem ex conſilio & voluntate Principum ſuorum (*h*), mediante *Norberto* Magdeburgenſi (*i*), cum uxore *Richenza* (*k*) *II. Non Junii* ſive *d. 4. Junii* (*l*), quæ dies Dominica (*m*) & quidem tertia poſt adventum Spiritus S. erat (*n*), a Papa *Innocentio II.* in *Eccleſia S. Johannis Lateranenſi* (*o*), quæ & *S. Salvatoris* (*p*) *Conſtantiniana* (*q*), aut

---

(*a*) Hunc diem indicant *Annaliſta Saxo*, *ad an. 1133. col. 666.* & *Chron. Reg. Colon. ad h a. col. 929.* Errant vitio aut Scriptoris aut Librarii *Annales Hildesh. ad h. a. pag. 741.* hunc urbis ingreſſum II *Kal. Martias* adſcribentes. Apud *Chronogr. Saxonem* vero, *ad a e p. 289.* vitio aut Librarii, aut typothetæ pro *II. Kal. Maji* legitur *in Kal. Maji* Cæterum *Hahnius* pariter. l. c. *§ V. p. 185. not. c*), *Annales Hildesh.* emendat, ſed neſcio, quare eorum fidem poſtponit *Chronographo Saxoni*, qui tamen iis multo recentior Scriptor eſt.

(*b*) Vid. *Anshelm. Gemblac. ad an. 1133. p. 956.*

(*c*) Vid. *Chron. Reg. Colon. ad an. 1133. col. 929.* & *Annal. Boſou. ad h. a. col. 1009.*

(*d*) Conf. hic ante omnia *Lotharii Epiſtolam encyclicam*, ſupra *not* (*p*) cit. *p. 485. b.* Add. *Anſelm. Gemblac. ad an. 1133. p. 956. Robert. de Monte, ad h. a. p. 876.* & *Albericus*, *ad a. e. p. 271.*

(*e*) *Falco Beneventanus*, *l. c. p. 115. a.*

(*f*) Vid. *Lotharii Epiſt. encycl. l. c. p. 485. b.*

(*g*) *Annaliſta Saxo*, *ad h. a. col. 666.* & *Chronogr. Saxo*, *ad a. e. p. 289.*

(*h*) Vid. *Autores* nota anteced. *cit.*

(*i*) Vid. *Iidem*, add. *Chron. Mont. Sereni*, *ad an. 1133. col. 174.*

(*k*) Vid. *Scriptores* nota anteced. *allegati* & quidem *Chronogr. Saxo p. 290.* Conf. *Incerti Autoris Chronicon*, quamvis falſo *ad an. 1132.* in *Caniſii Lect. antiq. T. III. P. II. p. 259.* edit. novæ, *Chron. Reicherſperg. ad h. a. col. 244.* & *Albert. Stadenſis*, *ad an. 1133. p. 156. b.*

(*l*) Vid *Chron. Reg. Colon. ad an. 1133. col. 929. Chron. Montis Ser. ad a. e. col. 174.* & *Chron. Luneb. Eccardin. ad h. a. col. 1374.*

(*m*) *Annales Hildesh. ad h. a. p. 741.*

(*n*) *Annaliſta* & *Chronogr. Saxones*, *ll.* modo *cc.*

(*o*) Vid. præter Autores in *notis* (*k*) — (*n*) citatos *Anshelm. Gemblac. ad an. 1133. p. 956. Petrus Diacon. L. IV. c. 97. p. 522. Otto Friſing Chron. L. VII. c. 18 p. 149. Gottfrid. Viterb. l. c. P. XVII. p. 348. a. Chronicon Auſtriac. ad an. 1133.* ap. Pezium, *T. I. col. 557. Annal. Boſou ad h. a. col. 1009. Dodechinus ad a. e. p. 673. b.* & Robertus *de Monte*, *ad h. a. p. 876.*

(*p*) *Gottfrid. Viterb. l.* modo *c.* ubi verba: *Innocentius* — Regem *Lotharium in Lateranenſi palatio APUD S. SALVATOREM MORAVIT. Non enim poterat apud S. Petrum* MORARI &c. Corrupta lectio hic occurrit, nam pro vocibus: *moravit*, *morari*, legendum eſt: *coronavit*, *coronari.*

(*q*) Sic eam appellant *Otto Friſing. l.* modo *c.* & Albericus *ad an. 1133. p. 271.*

aut *Basilica Constantiniana* (r) dicitur, corona imposita consecrabatur (s), eo quod Anti-Papa *Anacletus* Templum *S. Petri Vaticanum*, ubi imperialis coronatio de jure fieri solebat, armata occupaverat manu, quem pius Imperator armis inde pellere religioni ducebat (t). Cæterum non possum non, quin HAHNII sententiam & meam faciam, qua scilicet asseruit, fidem non mereri, quæ communiter de ignominiosa *Lotharii* Romana coronatione traduntur (u) cujus rationes huc transcribere minus necessarium puto, cum HAHNII *Liber citatus* in omnium versetur manibus. Hoc unicum moneo, quod ab HAHNIO prætermissum fuit, notos illos versiculos:

Rex venit ante fores. Jurans prius urbis honores.
Post homo fit Papæ. Recipit quo dante coronam.

minime probare, *Lotharium* factum fuisse hominem Ligium Pontificis ratione dignitatis Imperialis. Quod reliqua *Lotharii* peracta *Romæ* negotia attinet, in feudum a Pontifice accipiebat jam *Leodii* promissas *Terras Mathildinas* (x), & hac ratione in modo excerptis versiculis *homo Papæ* dicitur. *Anacletum* porro Pontificem, cum eum ad obsequium reducere haut posset, per Principes, quos secum habebat, damnandum curabat (y) *Lotharius Imp.* Tum quod Romanos haut plenarie a dissidiis revocare poterat, reditum in Germaniam parabat (z). Sub initium ergo *mensis Augusti* Italiam linquebat (a), cum autem ad *Clusas* perveniret, transitus ibi ei negabatur per quendam *Adelbertum* Tyrannum (b), qui se cum *decem millibus* (c) ibi locaverat, verum Imperator

(r) Sic eam vocant *Chronograph. Saxo*, *l. c. p. 290.* & *Chron. Admontense ad an. 1132. l. c. col. 185.* omnes vero hos significatus *Ecclesiæ Lateranensi* convenire, patet ex *Jac. Cobellii Notitia Cardinalatus*, Romæ 1653. fol. *cap. 58. p. 312. sqq.* & Rossiorum *Descrizione di Roma moderna*, *p. 582. sqq.*

(s) Nescio itaque, quid sibi volunt *Incertus Autor Chronici*, apud *Canisium*, *l.* supra not. (*k*) *c.* & *Chron. Reichersperg. ad an 1132. l. c. col. 244.* asserentes, *Lotharium* in *Ecclesia S. Bonifacii* fuisse coronatum.

(t) Vid. *Otto Frising. Chron. L. VII. c. 18. p. 149. Gottfr. Viterb. l. c p. 348. a.* & *Annales Boson. ad an. 1133. col. 1009.* qui posteriores plures adhuc rationes afferunt.

(u) Vid. *Hahnius*, *l. c. §. V. p. 185 sqq. not.* (g)

(x) Hac de re extat *Diploma Investituræ*, Datum *Laterani VI. Id. Junii h. a.* ap. *Baronium*, *l. c. ad h. a. n.* III. *col. 234.*

(y) Vid. *Lotharii Epist. Encycl. l. c. p. 289. b.* & *290. a.* ex qua simul patet, quosnam Proceres Ecclesiasticos & seculares *Romæ* secum habuit *Lotharius.*

(z) Vid. *Anshelm. Gemblac. ad an. 1133. p. 741.* & *Albericus*, *ad h. a. p. 271.*

(a) *Lotharium* adhuc *die 30. Julii h. a.* in Italia fuisse, patet ex subscriptione *Ejus Privilegii Mantuanis concessi* & supra *not.* (*p*) excerpti.

(b) Diu investigavi, quinam hic *Adalbertus Tyrannus* sit, sed hucusque frustra. Apollinem itaque expecto.

(c) Sic scribunt *Annales Boson. ad an. 1133. col.* 1010. & *Chron. Pegau. ad h. a.* ap. Mencken, *T. III. col. 133.* verum mendosum hunc locum esse, facile liquet. Qua ratione enim *decem millia* armatorum in tam angusto loco collocari potuerunt? & qua ratione *Lotharius* paucis copiis stipatus eos fugare potuit? Mea itaque ex sententia, loco *milibus* legendum est *militibus*, & pro *decem* substituendam forsan vocem *ducentis* puto.

tor hostes profligabat, *Adelbertum* in arcem suam, *Lodrin* dictam, profugientem persequebatur, castroque expugnato captivum secum abducebat *(d)*. *Frisingæ* dein Imperator *hoc mense Aug.* morabatur *(e)*, inde *Herbipolin* pergebat, ubi Nativitatem B. M. V. celebrans, numerosam & illustrem curiam agebat. Tandem sub finem hujus An. 1133. *Coloniam* profectus, natale Domini ibidem celebrabat *(f)*, ubi vero tumultus civium oriebatur, quo nondum plane sedato Imperator inde discedebat *(g)*.

§. XIII.

Gesta anni 1134. Tristissima Ulmæ eversio. Fridericus Lotharii gratiam quærit & impetrat.

Dixi sub finem antecedentis §. *Lotharium Imp.* ex Italia reducem illustria ac numerosa Comitia *Herbipoli* celebrasse. Digna sunt ANNALISTÆ SAXONIS *(h)* verba, quæ huc transscribantur: *Imp. Lotharius transscensis Alpibus nativitatem S. Mariæ Wirceburgh celebravit, habuitque gloriosum occursum ad Curiam suam ex Principibus diversarum provinciarum, tam Ecclesiastici ordinis sublimitate, quam & seculari dignitate præfulgentibus.* Patet itaque ex hoc loco, maximam Germaniæ partem legitimo suo Imperatori debitam exhibuisse obedientiam, atque partes *Conradi* & *Friderici* rebellium deseruisse. Sola supererat *Suevia*, in eaque fortissimum oppidum *Ulma*, fratribus Suevis adhuc favens. Hæc ergo pariter ad obsequium reducenda erat, id quod demum hoc anno effectui fuit datum. *Lotharius Imp.* ob tumultum superiori anno *Coloniæ* ortum *Aquisgranum* secesserat, ibique Epiphaniam Domini hoc anno celebrabat *(i)*, Sacris Paschalibus vero *Halberstadii* vacabat, quo etiam venerat *Magnus*, Daniæ Rex, jurejurando fidem faciens, se suosque successores nonnisi Imperatoris permissu regnum esse adepturos *(k)*. Tum *Lotharius* Pentecostali tempore *Merseburgi* *(l)*, in festo SS. Petri & Pauli vero *Magdeburgi* degebat *(m)*. Tandem *Lotharius Imp.* debilitatus jam successu temporis *Conra-*

(d) Vid. *Annales Hildesh. ad an. 1133. p. 741. Annalista Saxo, ad h. a. col. 666. Annal. Boson. l.* modo c. & *Chron. Luneb. Eccardin. ad h. a. col. 1374.*

(e) Patet hoc ex LOTHARII *Dipl. quo ecclesiam Burin a dominio Augustensis Ecclesiæ liberam declarat*, in Meichelbeckii *Histor. Frising. T. I. P. II. n. 1274. a. p. 531.* ibi enim p. 532. hæc subscriptio occurrit: *Data anno Inc. dominicæ MCXXXIII. X. Kal. Sept. Indict. XI. - - Actum in Frisingensi Ecclesia.*

(f) Vid. *Annalista Saxo, ad an. 1133. col. 666.* & *ad an. 1134. col. 667.* & *Chronogr. Saxo, ad hh. aa. p. 290.*

(g) Vid. *Annalista Saxo, ad an. 1134. col. 667.* & *Chron. Reg. Colon. ad h. a col. 929.*

(h) *ad an. 1133. col. 666.*

(i) Vid. *Chronogr. Saxo, ad an. 1134. p. 290.*

(k) Annales *Hildesh. ad an. 1134. p. 741. Annal. Saxo, ad h. a. col. 667. Chronogr. Saxo, ad h. a. p. 290. Chronica Halberstad. ad a. e.* apud Leibnit. *T. II. p. 135.* (quod recenset, quinam Principes curiæ Imperiali interfuerint,) *Bigaug. ad h. a. p. 125. a.* Luneburg. *Eccardin. ad a. e. col. 1374. sq. Montis Sereni, ad a. e. col. 174.* & *Albertus Stadensis, ad h. a. p. m. 159. b.*

(l) Vid. *Annalista & Chronogr. Saxones, ll.* modo cc. Errant autem *Annal. Bosov. ad h. a. col.* 1010. tradentes; *Lotharium* Pentecosten *Halberstadii* celebrasse.

(m) Vid. *Annalista & Chronogr. Saxones*, ut & *Chronicon Montis Sereni, ll.* modo cc.

di & *Friderici* viribus, hoc intestinum malum funditus eradicare, secum constituebat. Celebrata itaque *Herbipoli* festivitate Assumtionis Deiparæ (*n*), quæ in *d. 15. Augusti* cadit, *Sueviam* ingrediebatur, *Ulmam* in qua fratres Suevi præsidia sua collocaverant, ipsique præsentes erant, expugnaturus. Verum *Henricus* Magnanimus jam ante Sueviam intraverat, urbemque obsidione cinctam atque expugnatam depredatus erat, igneque subjecto incenderat, Ecclesiis vero parcens. *Conradus* & *Fridericus* jam ante *Henrici* adventum inde fugerant, abductis secum captivis duodecim de præstantioribus civibus, quo ipsis dubio procul essent obsides fidei ab Ulmanis servandæ. Optimus fideque dignissimus hujus casus tragici testis est ANNALISTA SAXO (*o*), AD ANNUM MCXXXIV. ita scribens:. *Imperator - - cum exercitu Sueviam intravit. Super Fridericum Ducem & fratrem ejus Conradum, qui quoddam oppidum* ULMA *dictum, contra eum munierant & cives ad resistendum incitaverant, sed* HENRICUS *Dux Bavariæ Imperatorem præveniens* OPPIDUM EXPUGNAVIT, DEPRÆDAVIT, INCENDIT ABSQUE ECCLESIIS, DUCE ET FRATRE SUO INDE FUGIENTIBUS & *XII. de præstantioribus captivos abducentibus.* Huic gravissimo & coævo Scriptori, aliisque æque vetustis Scriptoribus *nota (o)* citatis, me non monente, quivis historiæ solidæ amator & æstimator plus fidei tribuet, quam recentiorum hominum assertis, Chronica sua fabellis plusquam anilibus nonnunquam conspurcantium. In asserendis rebus historicis Veterum Scriptorum testimonia eruenda sunt, iisque fides adhibenda est, non autem audienda, multo minus amplectenda sunt, quæ Ludimagister, sutor, sartor aut istiusmodi furfuris homines, in angulo quodam obscuro latitantes, una manu calamum, altera baculum, subulam aut forficem tenentes & multa secula post rei gestæ narrationem viventes, fastis suis urbicis intulerunt. Maximopere falluntur, aliosque egregie fallunt, qui, neglectis dapibus, istiusmodi quisquiliis & leguminibus Lectores suos pascunt. Cæterum negari non potest, vetustam in mea patria esse traditionem, Ulmam an. 1129. per Lotharium Saxonem Imp. esse destructam. Sed quid juvat in rebus facti traditio, cum adsint idoneorum Scriptorum testimonia in contrarium? Non libuit laboriosam & diutinam primi hujus fabulæ autoris investigationem instituere, cum posita & probata sententiæ meæ veritate, ultro diffugiant nubeculæ huic historiæ patriæ meæ almæ parti hucusque obfusæ. Hoc autem silentio præterire nequeo, TRITHEMIUM (*p*) hoc *Ulmæ* excidium jam in annum 1128.

reii-

(*n*) Vid. *Chronogr. Saxo*, *ad h. a. p. 291.*

(*o*) *l. c. col. 667. Henrico* porro *Ulmæ* expugnationem adscribunt *Chronogr. Saxo, ad an.* 1134. *p. 291.* & *Chron Montis Ser. ad h. a. col.* 174. *sq. Ad Annum* 1134. vero solummodo hoc *Ulmæ* excidium, ceteris circumstantiis silentio pressis, referunt *Annales Bojov. ad h. a. col.* 1010. *sq. Chronica Bigaug. ad h. a. p. 125. a. Pegaviense, ad a. c. col. 134.* & *Luneburg. Eccardin. ad h. a. col. 1375.*

(*p*) In *Annal. Hirsaug. ad an.* 1128. *Opp.* Ejus *T. I. p. 389.* ubi scribit: *Eodem anno Lotharius Rex magno suorum coadunato exercitu Ulmam Sueviæ oppidum obsidione vallavit. Cum introitum peteret, Ulmenses, qui partes Conradi sequebantur, clausis portis Lothario tale dederunt responsum: Non te intromittemus, o Princeps alienigena, quoniam hoc oppidum non Saxonibus, nec Italis, sed Suevorum Ducibus & Regibus Romanorum (qualem te non esse constat,) patere consuevit. Quibus motus Rex Lotharius suburbana imprimis ignibus cremans subvertit. Deinde muros oppidi machinis concutiens, ad solum dejecit multisque civium occisis, & captis, aliisque fuga elapsis urbem obtinuit, evertit & destruxit, civesque in sua verba jurare compulit.* Quot quæso errores & fabellæ in hoc *Trithemii* loco excerpto?

reiicere, variaque hac occasione narrare, vetustioribus Scriptoribus ignota. FELIX FABRI, sedulus Historiæ patriæ meæ Scriptor, hanc eversionem an. MCXXXIX. adscribit *(q)*, unde forsan nonnullis opinio orta, unum denarium numerum (X.) demendum esse, eo quod an. 1139. *Lotharius Imp.* haut amplius in vivis erat, sicque traditio *de Ulma an. 1129. eversa* oriri potuit, verum majori probabilitatis gradu contendere possum, vitio aut Librarii aut typothetæ pro anno MCXXXIV. substitutum fuisse MCXXXIX. cum numeri X. & V. facile inter se commutari possunt. Primus denique inter eos, apud quos, aliud quasi agendo, *Ulmæ* excidium *anno 1129.* adscriptum inveni, est ACHILLES PIRMINIUS GASSARUS *(r)*, quem deinceps CRUSIUS *(s)* aliique insecuti sunt. Sed his missis exponamus reliqua hujus anni 1134. gesta. In hac *Lotharii* & *Henrici* suscepta in *Sueviam* expeditione plurima regionis castella expugnabantur soloque æquabantur *(t)*, ipsa *Suevia* autem dirissime vastabatur *(u)*. Plurimi porro provincialium Lotharium supplices adibant, gratiamque ejus imploranres, delictorum veniam impetrabanr, quo negotio confecto *Imperator Fuldam* divertebat *(x)*. *Fridericus* itaque Dux dum a plurimis se derelictum, sibi adhærentes autem valde afflictos cerneret, ipse quoque per decem fere annos in legitimum suum dominum rebellis, gratiam ejus quærebat. *Fuldam* itaque & ipse proficiscebatur, & *Richenzam* Imperatricem *nudis pedibus*, more tunc temporis delictorum veniam petentibus usitato, adiens per eam gratiam *Lotharii* implorabat. Hæc eum protinus per præsentem Legatum Pontificium ab anathemate, quo per septem continuos annos ab Ecclesiæ communione separatus fuerat, absolvi curabat. Tum obtenta *Lotharii* gratia, jurejurando sese obstrinxit, ad fidelitatem ei in posterum præstandam *(y)*, & ad gratiam *Imperatoris* in solenni Principum conventu denuo expetendam *(yy)*, de quo postero submissionis actu nonnulli Scriptores, ad sequentem annum excitandi, loquuntur, hac prima reconciliatione silentio pressa, quod eapropter obseruare juvat, ne Scriptorum testimonia sibi contradicere, præter rem statuamus. Denique *Lotharius* festum Nativitatis Dominicæ *Aquisgrani* celebrabat *(z)*, ibique pariter in gratiam recipiebat *Colonienses*, qui superiori anno in eum tumultuaverant, inimicitias cæterum contrahens cum *Brunone*, Coloniensi Archi-Episcopo *(a)*.

(q) In *Historia Suevorum* L. I. in Goldasti *Scriptor. Suevic. p. 92.* edit. primæ.

(r) In *Annal. Augsburg.* apud Mencken, *l. c. T. I. col.* 1416.

(s) *l. c. P. II. L. IX. Cap. XI. p. m. 341.* quamvis hic ait, Ulmam *circa a.* 1129. adeoque non præcise hoc anno, captam esse.

(t) Vid. *Annal. Bosov. ad an. 1134. col. 1011. & Chron. Luneb. Eccard. ad a. e. col. 1375.*

(u) *Annalista Saxo, ad h. a. col. 667. Chronogr. Saxo, ad a. e. p. 291. Annales Bosov. l.* modo *c.* & *Chron. Bigaug. ad h. a. p. 125. a.*

(x) Vid. *Annalista & Chronographus Saxones*, *ll.* antecedenti nota *cc.*

(y) *Annal. Saxo, ad an. 1134. col. 667. & 668. Chronogr. Saxo, ad h. a. p. 291.* & *Chron. Montis Sereni, ad a. e. col. 175.*

(yy) Hanc circumstantiam solummodo *Annalista* & *Chronogr. Saxones*, *ll.* præcedenti nota *cc.* nobis servarunt.

(z) Vid. *Annalista Saxo, ad an. 1135. col. 668. Chron. Reg. Colon. ad h. a. col. 929.* & *Chronograph. Saxo, ad h. a. p. 291.*

(a) Testibus *Annalista Saxone* & *Chron. Regia Colon. ll.* modo *cc.*

§. XIV.

Gesta anni 1135. Lotharius Fridericum Bambergæ, Conradum Mulhusæ in gratiam recipit.

Spofponderat *Fridericus*, ut antecedenti §. obfervavi, fe in publicis Regni Comitiis gratiam *Lotharii* effe imploraturum. Hoc itaque præfenti anno fiebat, illuftriori adhuc facta etiam *Conradi* fubmiffione, adeoque totius Germaniæ poft inteftina decem annorum diffidia pacatione. *Lotharius* feftum Purificationis B. M. V. *Quedlinburgi* celebrabat (*b*), tum, ficuti promiferat, *Dominica ante mediam Quadragefimam*, five *d. 10. Martii* (*c*), cum valida armatorum manu *Bambergam* veniebat (*d*), ibique Conventum totius fere Regni Principum agebat (*e*), quo tandem etiam licet renitens primum accedebat *Fridericus* (*f*). Interventu itaque *S. Bernhardi* (*g*) *Fridericus* ad Cæfaris Victoris pedes provolutus (*h*), ac delictorum veniam denuo fupplex obfecrans, in gratiam *Lotharii* recipiebatur (*i*), & quidem *Dominica media Quadragefima* (*k*), fidem dans, fe cum Imperatore in Italiam profecturum, atque pacem per omnem

(*b*) Vid. *Annalifta Saxo*, *ad an. 1135.* col. *668.* & *Chronogr. Saxo*, *ad h. a. p. 291.*

(*c*) *Annales* equidem *Hildesheim. ad an. 1135. p. 741.* & *Annalifta Saxo*, *ad h. a. col. 668.* fcribunt: *Dominica ante mediam Quadragefimam*, *fcil. XVI. Kal Apr.* &c. verum ex *Rabei Calendar. Dipl. p. 123.* coll *p. 133.* patet, *Dominicam ante mediam Quadragefimam*, non in *XVI. Cal. Apr. f. d. 17. Martii*, fed potius in *d. 10. Mart.* cadere. *XVI. Cal. Apr.* autem erat *Dominica media Quadragefimæ.*

(*d*) Vid. *Annalifta Saxo*, *l.* modo *c.*

(*e*) Vid. *Annal. Hildesh.* & *Annalifta Saxo*, *ll. cc.* Conf. *Otto Frifing. Chron. L. VII. c. 19. p. 119. Monachus Weingart. c. 12. p. 788.* & *Chronogr. Saxo*, *ad a. 1135. p. 292.* Quam illuftris Principum Conventus *Bambergæ* fuerit, patet ex fubfcriptione Teftium in *LOTHARII Diplomate fuper concambio inter Monafterium Madilbartesdorff & Præfectum Ratisbonæ pro villa Stainkirchen & Leucharftorff*, *Dato XVI Kal. Apr. 1135. Act. Bambergæ*, in Hundii *Metrop. Salisb. T. II. p. 319.*

(*f*) *Annalifta* & *Chronogr. Saxones*, *ll.* modo *cc.* In pofteriori vitiofa lectione pro: *renuiffet*, occurrit: *retinuiffet.*

(*g*) Vid. *Otto Frifing.* & *Monach. Weingart. ll.* nota (*e*) *cc.*

(*h*) Vid. *Annalifta* & *Chronogr. Saxones*, *ll. cc.*

(*i*) Præter Autores hucusque citatos hanc *Friderici* reconciliationem, notatis tamen neque loco neque die, memorant *Anfelm. Gemblac. ad an. 1135. p. 957.* & *Chron. Reg. Colon. ad h. a. col. 929.* Locum indicat *Chron. Zvvetlenfe ad h. a.* ap. Pezium, *T. I. col. 522.*

(*k*) Hanc reconciliationis diem merito ftatuo cum *Annal. Bofon. ad h. a. col. 1011.* ubi verba: *Fridericus Dux Suevorum gratiam Imp. Lotharii Babenberc acquifivit ad curiam MEDIA QUADRAGESIMA habitam.* Concordat fere *Otto Frifing. Chron. L. VII. c. 19. p. 149* fcribens: *Imperator - - generalem curiam Babenberg CIRCA MEDIAM QUADRAGESIMAM celebrans* &c. Hos itaque de reconciliationis, *Annales Hildesheim* vero & *Annaliftam Saxonem ll. cc.* de adventus Cæfarei die loqui, mihi perfuadeo. Cæterum in notando hoc celebri reconciliationis die admodum feduli fuerunt vetufti noftri Chronographi, quamvis admodum in eo determinando difcrepent & a vero aberrent. Sic notant v. e. *XV. Kal.* Apr. f. *d. 18. Mart. Chronic. Auftriac. ad h. a.* apud Pezium, T. I. col. 557. *X. Kal.* Apr. f. *d. 23. Martii*, *Chro-*

omnem Sueviam obſervaturum eſſe (*l*). Ibi ſimul *Bruno*, Colonienſis Archi-Epiſcopus, gratiam *Imperatoris* rurſus obtinebat (*ll*). Sunt equidem ſat graves Scriptores (*m*), qui aſſerunt, *Conradum* ſimul cum *Friderico* Fratre *Bambergæ* in gratiam Cæſaris fuiſſe receptos, verum quo minus fidem eis tribuam, vetat *Lotharii* ad *Innocentium* Epiſtolæ (*n*), quamvis non plane negaverim, *Conrado* quoque jam *Bambergæ* pactam fortaſſis fuiſſe rebellionis immunitatem. Finitis his Comitiis, *Lotharius* pergebat *Quedlinburgum*, ibique Paſchali tempore degebat (*o*). Inde *Magdeburgum* delatus Sacris Quinquagenalibus ibi vacabat, ac Principes primum, tum & reliquam multitudinem eo adigebat, ut pacem per X. continuos annos obſervandam jurarent (*p*). Venerant illuc quoque *Boleslaus*, Bohemorum Dux, ut & Legati *Polonorum*, *Hungarorum*, *Danorum* & *Slavorum* (*q*) luculento, me judice, indicio, quanta apud exteras Nationes autoritate *Lotharius* noſter fuerit. *Primo menſis Auguſti die*, ſive in feſto ad S. Petri Vincula, *Naumburgi* morabatur *Lotharius* (*r*), die vero S. Laurentino ſacro, ſ. *d. 10. Aug.* (*s*), & in feſto Aſſumtionis S. Mariæ, ſive *d. 15. ejusd. menſis*, domicilium ſuum *Merſeburgi* inſtituebat, quo & præter *Bohemiæ* & *Poloniæ* Duces *Græcorum* quoque *Imperatoris* & *Venetorum* Legati venerant, auxilium ejus contra quendam *Rokkerum* Tyrannum imploraturi, ibietiam *Boleslaus*, Poloniæ Dux, in ipſo die feſto Aſſumtionis B. M. V. fide Vaſallitica ſeſe adſtringebat, & Cæſari in Eccleſiam conferenti gladium præportabat (*t*). Tan-

---

Chronicon Auſtrale ad h. a. in Freheri *Scriptor. Germ. T. I. p. 444. ipſas Kal. Apr. Chron. Clauſtro Neoburg. ad h. a.* apud Pezium, T. I. col. 444. Errant vero *Chronic. Admont. ad an. 1134.* ap Eundem *T. II. col. 185.* & *Chron. Luneb. Eccardin. ad h. a. col. 1375.* hanc reconciliationam in A. *1135.* collocantes. *Pagius* pariter, *l c. ad an. 1135. n. XII. p. 449. a.* male aſſerit, *Conradum* jam an. 1133. *Lothario* fuiſſe reconciliatum.

(*l*) Vid. *Annaliſta Saxo, ad an. 1135. col. 668.* & *Chronogr. Saxo, ad h. a. p. 292.*

(*ll*) Vid. *Annaliſta Saxo, l.* modo *c.*

(*m*) v. c. *Otto Friſing.* L. *VII. c. 19. p. 149. Monach. Weingart, c. 12. p. 788.* & *Conrad. Urſperg. p. 211. ſq.*

(*n*) Extat hæc in *Annal. Saxone ad an. 1135. col. 669.* e qua hæc verba huc faciunt: *Siquidem tam materiali, quam ſpiritali utroque convictus gladio, Fridericus in Babenberg, Conradus in curia proxime celebrata ad gratiam noſtram venit* &c.

(*o*) Vid. *Annaliſta & Chronogr. Saxones, ll.* nota (*l*) *cc.*

(*p*) Vid. *hl ipſi* modo citati *Scriptores* Add. *Annal. Hildesh. ad h. a. pag. 741. Chron. Reg. Colon. ad a. c. col. 929.* & *Chr. Mont. Sereni, ad h. a. col. 175.* Male autem *Annales Boſov. ad h. a. col. 1011,* hanc conſtitutam pacem publicam ad *Comitia Bambergenſia* referunt.

(*q*) Teſtibus *Annaliſta & Chronogr. Saxonibus*, item *Chron. Montis. Ser. ll.* modo *cc.* qui vero *Boleslaum* male *Ulricum* appellant.

(*r*) *Annaliſta Saxo, l. c.* cujus verba: *Imperator commemorationem S. Petri ad vincula NIENBURH - - celebravit. Chronogr. Saxo* autem, *l. c. p. 292.* hunc locum *Nuenburch* appellat. Sed *Numburgum* intelligi, facile patet. Conf. *LOTHARII Dipl. fundationis & Dotationis Eccleſiæ in Luthere*, in Rethmeieri *Braunſchweig. Lüneburgiſcher Chronica, P. II. c. 18. p. 297.* ubi *pag. 298.* hæc Subſcriptio occurrit: *Dat. KAL. AUGUSTI*, *indictione* XIII. - - *MCXXXV. IN NEVENBERG.*

(*s*) Vid. *Annaliſta Saxo, ad h. a. col. 668.* & *Chronogr. Saxo, ad a. c. p. 292.*

(*t*) Vid. præter Autores *anteced. nota* citatos, *Annal. Boſov. ad an. 1135. 1011. Chronica Bigaugienſe, ad h. a. p. 125. a.* & *Montis Sereni, ad a. c. col. 175.*

dem *post* festum S. Michaelis (*u*) in *villam regiam* (*uu*) *Mulhusam* sese conferebat *Imperator*, ubi intercessione Conjugis *Richenzæ Conradum* quoque pedibus suis provolutum (*x*) in gratiam recipiebat (*xx*), quem postea ab excommunicatione absolvebat *Conradus*, Magdeburgensis Archi-Episcopus (*y*), plenaria tamen absolutione Pontifici reservata (*z*), & dubio procul dein obtenta. *Conradum* autem ipsum secundum in Regno & summum *Imperii Signiferum* constituebat *Lotharius*, ut canit GOTEFRIDUS VITERBIENSIS (*a*).

> *Regnat Lotharius Conradus amicus habetur*,
> SUMMUS & IMPERII SIGNIFER *ipse fuit*.
> - - - - - - -
> *Interea juvenis* (sc. Conradus) *regni vexilla tenebat*
> *Fit* PRIOR IN DUCIBUS *semper* PRIMUSQUE SEDEBAT,
> *Hoc sibi Nobilitas dignaque forma dabat.*

§. XV.

Brevis dictorum recapitulatio & judicium de his dissidiis.

Et sic tandem post intestina decem fere annorum, quæ *Germaniam* nostram, inprimis *Sueviam*, *Franconiam*, *Bavariam* & *Terras Rhenanas*, miserrime

---

(*u*) Fidem hac in re tribuo *Annalistæ Saxoni*, *ad h. a. col* 669. & *Chronogr. Sax. ad a. e. p.* 293. qui asserunt, *Lotharium* venisse *Mulhusam* demum *POST FESTUM S. MICHAELIS.* Nam *Annales Hildesh. ad h. a. p.* 741. *IN FESTO*, *Annal. Bosov.* vero *ad a. e. col.* 1011. & *Chron. Bigaug. ad h. a. p.* 125 *a CIRCA FESTUM S. MICHAELIS Conradum* reconciliatum fuisse *Lothario*, tradunt.

(*uu*) Sic eam appellant *Annal. Bosov. l.* modo c. & *Chronic. Pegau. ad h. a. col.* 134.

(*x*) Has circumstantias nobis servarunt, *Annalista Saxo*, *ad h. a. col.* 669. *Chron. Saxo*, *ad a. e. p.* 293. & *Chron. Montis Sereni*, *ad h. a. col.* 741.

(*xx*) Vid. præter Autores *nota anteced.* allegatos *Annales Hildesh ad an.* 1135. *p.* 741. *Bosovienses*, *ad h. col.* 1011. & *Chron. Bigaug. ad a. e. p.* 125. *a.*

(*y*) Testantibus hoc Scriptoribus *nota* (*x*) citatis.

(*z*) Patet hoc ex paulo superius, *nota* (*n*), allegata Epistola *Lotharii*, ex qua sequentia verba huc pertinent: *Fridericus* - - (&) *Conradus* - - *ad Ecclesiæ servitium nobis obligati, quos tamen non minus tibi obligatos sub hac cautela & conditione recepimus, UT PLENITUDINEM ABSOLUTIONIS SUÆ NONNISI APUD TUAM PATERNITATEM OBTINEANT.*

(*a*) *Chronici* sui *P. XVII. l. c. p.* 348. *b.* Conf. *Landulphus Junior* in *Hist. Mediol. c.* 42. *l. c. p.* 515. cujus verba: *Interea Princeps CONRADUS altiori consilio potitus IMPERATORIS LOTHARII VEXILLIFER est factus.* Præter rem *Cl. Saxius* in subjuncta *nota* (*r*) *p.* 515. *a. duplicem reconciliationem Conradi* cum *Lothario* statuit, unam *an.* 1134. alteram vero *an.* 1135. factam. Provocans, quod priorem attinet, ad autoritatem *Trithemii*, qui in *Annal. Hirsaug. ad an.* 1134. hæc narrare a *Saxio* dicitur. Verum & hac in re labitur *Saxius*, cum *Trithemius* potius *ad an.* 1129. *Annal. Hirsaug. l. c. p.* 390. quamvis falsissime, post captam *Spiram Conradi* reconciliationem referat, scribens: *Dux Conradus in eadem urbe* (sc. Spirensi) *tanquam tutissimo præsidio inventus*, & *ad Regem Lotharium perductus*, *veniam commissorum in eum humiliter petiit & impetravit.* Nihil dein amplius *Trithemius* de nova *Conradi* rebellione aut reconciliatione affert. Adhæc *Trithemii*, Scriptoris quippe longe recentioris, autoritas non tanta est, ut omnibus dictis suis fidem conciliare possit.

rime laceraverant, diffidia firma & exoptata pax fuit reducta, fceptra ponente *Conrado*, quæ injufte ufurpaverat, e contra *Lothario* eum *Imperii fummum Signiferum Ducemque primum* conftituente. Operæ quidem pretium foret, de hac obtenta *a Conrado* dignitate paululum disquirere, verum cum jam præfcriptos mihi fines fim transgreffus, hanc disquifitionem alii tempori refervo, ejus pertractandæ commodam nacturus occafionem in Schediasmate meo, quod de *Suevis primipilaribus* ad celebratum illum LAMBERTI SCHAFFNABURGENSIS locum molior. Brevitatis ftudio pariter prætermifi, ea notare & confutare, quæ recentiores nonnulli Scriptores vel falfa, vel fabulofa de rebus a *Lothario* & *Conrado* hoc decennio geftis memoriæ mandarunt, quippe vetuftis Scriptoribus ignota, quos tamen in defcribendis his *Germaniæ* calamitatibus unice fequendos effe, regulæ boni Hiftorici a me poftularunt. Nihil ergo attuli meumque feci, nifi quod coævi, faltim fupparis Hiftorici autoritati inniti poteram, eamque curam geffi, ne circumftantias ab uno tantummodo Scriptore narratas alteri tribuerim. Natæ hinc tot allegationes, ex ipfa veterum Hiftoricorum fedula lectione erutæ, non vanæ oftentationis, fed majoris accurationis ergo appofitæ, quas Benevolus Lector æqui bonique confulat. De cætero fi adhuc licet, meum de hifce difcordiis judicium, ab omni partium ftudio longe remotiffimum fubjungere, hoc efto. *Germania* equidem noftra, faltim inde a *Comitiis Forchemenfibus*, in quibus an. 1077. *Rudolphus*, Sueviæ Dux, Anti-Cæfar eligebatur, formam regni electitii induerat; verum negari non poteft, Principes noftros, vacante folio Imperiali, refpexiffe cumprimis ad defuncti Sobolem, aut hac deficiente, ad illius proximos vel Agnatos, vel Cognatos. Hinc magnam utique juris fpeciem ad ambiendum regnum habebat *Fridericus*, quippe proximus *Henrici V. Imp.* Cognatus & heres. Excufare porro neutiquam poteft, quod *Lotharius* odio *Alberti* Moguntini, quod hic in fratres Suevos conceperat, tantum apud fe dederit, ut & ipfe horum fratrum potentiam attenuare, eorumque jura bono juftoque titulo poffeffa infringere, omni ftudio allaboraverit, cum jam illo tempore præeminentiæ Procerum noftrorum altas egerant radices. Nec unquam patronum agam illarum artium, quibus *Henricus* Magnanimus, *vir* cæterum *per omnia laudabilis, tam animi quam generis nobilitate infignis*, ut OTTO FRISINGENSIS *de geftis Frider. I. L. I. c. 19. col. 654.* fcribit, *Fridericum* circumvenire ftuduerat. E contra *Friderici* & *Conradi* aufus nequaquam ab apertæ rebellionis labe liberari poterunt. Agnoverant enim omnes *Germaniæ* Principes *Lotharium* noftrum legitimum fuum Regem ac Dominum, *Fridericus* infuper paulo poft electionem fidem fuam ei palam adftrinxerat, ideoque fi ipfi legitimæ contra injuftam *Lotharii* vim ac oppreffionem querelæ fuppetiiffent, Principes Regni adire, de minus legitima jurium fuorum infractione queri, remque Procerum judicio fubiicere, non autem ftatim ad arma provolare, multo minus regios honores ufurpare debuiffent & *Fridericus* & *Conradus*. Haut enim Principibus noftri Imperii licet, jura fua gladio vindicare aut dirimere, cum fe Superiorem habeant & prima Societatis principia jubeant, ne cives bella invicem gerant, fed litium fuarum decifionem conftituto fupra fe Capiti permittant. Quæ cum ita fint, Diuus *Lotharius* non potuit non, quin hos rebelles & immorigeros Regni fui Principes armis & fpiritualibus & temporalibus ad obfequium reducere, neceffum habuerit. Qua in re juftam ipfius cauffam adjuvit evidentiffimum Numinis auxilium, cum fcilicet jufta Dei nemefis tot & tantis cladibus *Fridericum* & *Conradum* affecerit, hos fuperbos dejecerit, his contumacibus contraiverit, ut tandem fupplices *Lotharii Victoris* gratiam implorare, fuerint coacti.

DISSER-

DISSERTATIO XIV.

DE JURE ADVOCATIÆ IN CIVITATEM ULMENSEM.

DOCUMENTUM I.

Pactum super jure Advocatiæ Ulmensis de anno 1255.

IN Nomine Domini 1.) *Amen. Universis Christi fidelibus præsentium Inspectoribus. Minister, Consules & Universitas Civium apud* Ulmam. 2) *Salutem in eo, qui est omnium vera salus.*

Ne gesta in Tempore labantur cum Tempore, consuevit modernorum studiosa sagacitas facta sua scripturarum Memoriis æternare. Hinc est, quod universos vos & singulos scire volumus, quod nos Jus Advocatiæ 3.) & *Honores, quæ* Comites Dillingen: 4) *ab antiquis in nostra habuerunt civitate, Domino & Advocato nostro Alberto illustri Comiti de Dillingen integraliter cum plena Libertate habendum & possidendum, suisque* possessoribus *hæreditariis* 5) *fidelitate sibi per* Sacramenta 6) *præstita, quemadmodum etiam ipse nobis per jusjurandum Defensionis pro viribus suis fidele promisit Auxilium & favorem, Jus etiam & Honorem nostrum, quæ ex antiquis Civitas nostra habuit, salvum habendo præsentibus per singula confitemur:*

I. *Primum quidem est, quando Imperator, Rex vel Dux Sueviæ* curiam Ulmæ 7.) *celebraturus est, tunc Dominus & Advocatus noster, Albertus Comes de Dillingen Herbergam sive Hospitium accipiet in* Schvvaichauen 8) *sine Damno illorum Hominum inconsulto.*

II. *Aliud est, quod omnes Constitutiones & Conditiones pro bono, pace & bonore Civitatis nostræ debent cum Comite Dillingensi vel suo Ministro statui* & institui, 9)

III. *Cum ergo propter bonum Pacis inhibiti fuerunt ad ferendum* gladii & cultelli 10) *sub pæna pecuniaria vel quacunque, tunc Dominus noster Comes ad nos veniens cum omnibus secum venientibus potest ferre gladios & cultellos.*

IV. *Similiter* Minister suus 11) *quemcunque pro sua Parte nobis præfecerit, ipso Comite abeunte non obstante Statuto Civitatis nostræ feret gladium & cultellum.*

V. *Item quicquid* Minister nostræ Civitatis 12) *judicare non valuerit, Judicium illius causæ devolutum est ad Dominum nostrum Comitem de Dillingen supra dictum. &*

VI. *quicquid illic ut in omni Judicio alio de pecuniaria pæna promeretur, sive cum baculo judiciario acquiritur, Ministro Domini nostri Comitis absente, illius duæ Partes cedunt Ministro nostræ Civitatis, Tertia vero prædicto illustri Domino nostro Comiti* cedere debet 13.)

VII.

VII. *Item ad quamcunque Causam nondum judicatam Dominus noster illustris Comes venit, de illo casu, si vult, judicabit.*

VIII. *Item si Minister nostræ Civitatis de aliquo super excessu illius judicare voluerit, volens forte illum damnificare, si ille reus ad satisfactionem excessus sui Ministro suo se devotum obtulit, illum Minister noster non potest Domino nostro Comiti vel alicui Judicio & Judici ulterius præsentare.*

IX. *Similiter qui super excessu aliquo emendaverit Domino nostro Comiti, illum pro tali excessu tenetur dictus Dominus noster Comes apud quemlibet Judicem eximere.*

X. *Item quicquid judicabitur a Ministro nostræ Civitatis, de hoc Dominus noster Comes non habet judicare.*

XI. *Item Minister Domini nostri Comitis Ministro nostro à latere in quolibet Judicio* consedebit. 14.)

XII. *Item Dominus noster Comes super excessibus Ministri nostri de ipso judicare habet, nisi prius accessit nos* Imperator, Rex aut Dux Sueviæ, 15.) *cui tunc idem Judicium.*

XIII. *Item cum Dominus noster Comes personaliter in Judicio præsidet, quicquid ipse infra Sedes judiciarias sine Dolo remiserit, hoc debet esse remissum ex parte nostri Ministri.*

XIV. *Similiter dum Dominus noster Comes absens est, Ministro suo præsente ut absente, quicquid Minister noster tempore Judicii infra sedes Judiciarias remiserit sine Dolo, remissum erit ex parte Domini nostri Comitis.*

XV. *Item Dominus noster Comes* tribus temporibus anni 16) *celebrare habet* provinciale Placitum 17) *in nostra Civitate & illic Minister noster sibi à latere habet considere. Et quicquid tunc de pœna pecuniaria promeretur, illius duæ Partes cedunt Domino nostro Comiti, Tertia vero pars Ministro nostræ Civitatis.*

XVI. *Debet etiam & potest inclitus Dominus Comes propter bonum pacis cum armatis, si vult, hominibus suis & Civibus judicio præsidere.*

XVII. *Item cum Dominus Comes extra nostram Civitatem apud loca determinata, videlicet apud Lapidem in Narve, sub Tilia, apud Bermaringen, apud locum, qui dicitur Rubimhübel & apud Lapidem apud Ringingen celebrabit Provincialia Judicia, tunc Minister noster* Domino nostro Comiti 18) *à Latere in Judicio consedebit, & quicquid ibi de Judicio acquiretur, duæ Partes cedunt Comiti, tertia pars Ministro nostro, & quicquid ibidem Comes remisit, remittendum erit ex parte nostri Ministri;*

XVIII. *Item quem Minister noster proscripserit in Civitate nostra, si ille in Proscriptione tali sex hebdomadas & duos dies mansit obstinatus, si Minister nostræ Civitatis voluerit & petierit, Dominus Comes potest illum proscriptioni secundario innotare in Provincialibus Placitis apud loca memorata.*

XIX. *Item omnis proscriptus Civitatis nostræ apud* Sevilingam 19) *pacem habere debet quatuordecim diebus, etiamsi Dominus Imperator, aut Rex aut Dux Ulmæ fuerint; quod si medio tempore gratiæ non fuerint reformati scilicet*

proscripti, Dominus Comes habet eos aliunde per tria miliaria ad loca sibi tuta conducere.

XX. *Item cum celebrantur Curiæ in nostra Civitate, tunc Dominus Comes & universi sui ferent gladios & cultellos, etiamsi prohibiti fuerunt. Et omnis proscriptus quacunque proscriptione tam in Herberga Comitum* zu Schvvaichhofen, *quam etiam ubique in Civitate nostra habitando cum ipso Comite pacem habebit. Quodsi non obtinebit gratiam absolutionis a sua proscriptione, tum Comes habet eum conducere, quocunque vult per duo Miliaria à nostra Civitate Ulmensi.*

XXI. *Confitemur etiam, quod* tertia pars vini, 20) *Medonis, cerevisiæ in redditibus cedere debent Comiti, duæ vero Ministro nostræ Civitatis.*

XXII. *Item ab antiquo statutum est in nostra Civitate, ut qui à festo S. Michaëlis usque ad festum S. Martini Medonem decoxerit,* pro Bannalibus, 21) *solvet Ministro nostræ Civitatis duos solidos, Ministro vero Domini Comitis unum solidum* Ulmensis Monetæ. 22)

XXXIII. *Confitemur etiam, quod Sevilingen. &* Erichstainensis 23) *in nostra Civitate non dabunt Theloneum sive Ungelt. Ut autem hæc pagina robur & Munimen in futurum Tempus obtineret firmitatis, eum Sigillorum Domini nostri Alberti Illustris Comitis de Dillingen &* nostro 24) *decrevimus roborando communiri.*

XXIV. *Testes hujus Confessionis & facti sunt Ulricus inclitus Comes de Wirtenberg. Hartmannus illustrissimus Comes de Grœningen. Gotfridus egregius Comes de Calvve. Wolmradus & Wolmradus virtuosissimi Comites, Senior & Junior de Vöringen. Eberhardus & Conradus magnifici & fidelissimi Comites de Kirchberg. Eberhardus nobilis de Aychan, Waltherus nobilis de Vanningen. Rudolffus Dapifer de Sevilingen. Rudolffus de Höringen. Niger de Sevilingen. Rudolffus de Clingenstein. Conradus de Obinhusen. Heinricus Lugillinus. Wicmannus de Aislingen.* Minister Ulmensis dictus Schapirius. *M. Scutarius. Otto Rufus. H. Stoikanius. Cappti quatuor. A. Biglinus. H. de Togan. Ulricus Schaper. Guarlichi duo. Luitprandus de Hallis. Ditericus Raycildinus. Vol. Welfarius. Wisatii duo. Vamagorns duo. Hainricus & Marquardus Conradus Stokarius. W.* Monetarius Gerus. *Uto. Rosilmannus. Conrad & Ulric. filii Domini Wernheri Ministri de Erichstain.* Notarius Berchtoldus Ulmensis Civitatis 25) & *alii quam plures. Acta sunt hæc Ulmæ super Curiam apud Capellam Sanctæ Crucis in facie* Universitatis 26) *Anno verbi incarnati Mille CC. LV. Indictione XII. Cal. Sept. foeliciter. Amen.*

NOTÆ.

1) *In Nomine Domini.* PRimus; quantum scio, Pactum hoc Typis publicavit Celeberrimus *Senckenbergius in Sel. Jur. & Hist. T. II. p. 261. 59.* ex quo illud transsumsit Autor Anonymus *Prodr. ad Hist. Norimberg. Diplom. Per. 1. f. 129.*

2) *Minister, Consules & Universitas Civium.* Similis fere formula extat in Charta *Chonradi Militis de Blochingen* de a. 1294. quam *Otto Minister, Consules & Scabini Civitatis Ulmensis* suo Sigillo confirmarunt, & in charta *Alberti* Regis de a. 1299. qua Monasterium Bebenhusanum *prudentibus viris, Sculteto, Consulibus & universis Civilibus in Ulma* com-

commendavit. vid. *Besold. Docum. rediviv. Monast. Wurtemberg.* P. I. p. 390. à qua haud multum discrepat charta *Johannis Güff*, Plebani de a. 1372. in qua memoratur *Magisterium, Consules & Universitas oppidi Ulmensis.*

Duplex olim Ulmæ Jus Advocatiæ floruisse videtur, altera Imperialis, *die Reichs-Vogtey*, de qua præsens Pactum solicitum est, altera vero Ecclesiastica, *die Kasten-Vogtey des Closters Reichenau*, cujus Præceptum de a. 813. P. V. amœnitatum Pistor. p. 1455. dedimus. Harum prior causis Criminalibus præsidebat & Civilibus assidebat, posterior vero redituum, servitiorum. Decimarum & prædiorum Monasterii Divitaugiensis curam gerebat, de qua utriusque Advocatiæ, Urbicæ scilicet & Ecclesiasticæ differentia conferri meretur eruditissimus Tractatus *Dan. Heideri von denen alten Reichs-Vogteyen* Ulmæ a. 1732. recusus. *3) Jus Advocatiæ.*

Comites Dillingenses præter hanc Ulmensem Eraneofurtanam etiam Advocatiam teste *Heidero l. c. P. II. p. 86. & Bruschio de Monaster. German. voc. Neresheim f.* 337. administrarunt; Postquam vero *Hartmannus III.* ob nefandum Parricidium Soceri *Ægydii* Comitis *de Kellmünz* a. 1258. jussu *Henrici* Præsulis Trevirensis decollatus fuit, *Conradinus* Dux Sueviæ a. 1268. injusto *Caroli* Andegavensis jussu eodem supplicii genere enectus, vacantem Ulmensis Civitatis Advocatiam a. 1259. una cum Marescallatu Sueviæ & Judicio in Pyersse, *dem Land-Gericht auf der Pürsch, Ulrico VI.* Comiti *de Wirtemberg* concessit, vid. Elect. Jur. Publ. *die Reichs-Sturm-Fahne betreffend. P. II. p. 7. & Moser. Spec. Würtemberg. Diplom. p. 1.* quam postea filius ejus *Eberhardus VI. illustris*, etiam ad alias Sueviæ Civitates extendere conatus est; vid. *Crus. An. Suev. P. III.* L. 4. C. 6. improbante id *Rudolpho I. Habsburgico*, qui pro ea, qua pollebat, autoritate Civitates in pristinam libertatem restituit, vid. *de Roo Hist. Austr. L. I. f. 35.* & in specie a. 1274. Ulmensibus Privilegia sua confirmavit. Fecit id etiam a. 1296. *Adolphus* Nassovicus & *Albertus I.* qui Ulmensibus a. 1300. Privilegium colligendi bona Ecclesiastica concessit, sed eodem anno *Eberhardum VI.* Civitatibus Sueviæ, reluctantibus & invitis, Advocatum ac Defensorem obtrusit. Cum vero iste nova hac Juris ratione suffultus, ad pristinum genium reverteret & Jura Advocatiæ plus justo extenderet, vid. *Lehmann. Chron. Spir. L. III.* C. 11. cruentum inter eum & dictas Civitates bellum exortum est, in quo *Henricus VII.* Jura Civitatum literis & armis strenue defendit, vid. *Peucer. Chron. L. V. Naucler. Chron. Vol. II. Gen. 44. f. 875. Crus. l. c. P. III.* L. 4. C. 1. & Eberhardum a. 1309. imperiali Banno notavit, vid. *Aventin. Annal. Boj.* L. 7. C. 14. §. 11. at hoc defuncto *Eberhardus* cristas iterum erexit, potentiorque quam antea factus est. Quare etiam Civitates post ejus obitum non ausæ sunt bellum contra ejus filium *Ulricum X. Ludovici Bavari*, qui ei a. 1330. Advocatiam Civitatum pariter commiserat, gratia fretum continuare, quamvis proinde non penitus quieverint, sed facta a. 1331. Civitates inter Suevicas & Rhenanas unione Libertati suæ provide prospexerint, cui fœderi Ulma etiam inter primas accessit, vid. *Dat. de Pac. Publ. L. I. C. 4. Lehmann. l. c. L. VII. c. 46.* Postquam vero *Carolus IV.* dictam Præfecturam a. 1347. *Eberhardo VII.* rixoso contulit, a. 1350. novum bellum exarsit, in quo inprimis a. 1352. apud villam Weidenstetten & a. 1372. apud pagum Altheim, memorabilis pugna accidit, quam a. 1376. præsente Imperatore *Carolo IV.* obsidio Ulmensis Civitatis insecuta est, usque dum feralia ista Dissidia a. 1377. hac ratione fuerunt composita, ut *Eberhardus* Advocatiæ Civitatum renunciaret, Civitates vero in recognitionem hujus Resignationis certam ei pecuniæ summam & nominatim Ulmenses 52000. florenos solverent, *4) Comites de Dillingen.*

vid. *Crus. l. c. P. III. L. V. c. 10. sq.* Sed non potuit concordia esse diuturna, cum utrisque utrobique omnia, quæ fiebant & accidebant, suspecta essent, & ex odio alterius opprimendi causa proficisci censerentur. vid. *Heider. l. c. P. II. p. m. 121.* Quapropter bellum a. 1388. iterum recruduit, in quo imprimis ad Wilam fortiter pugnatum fuit, usque dum a. 1389. *Wenceslaus* inter litigantes Pacem de novo firmavit; At nec sic quidem finis erat discordiarum, dum a. 1448. *Ulricus XVI.* bellum iterum suscepit, in quo a. 1449. ad Eslingam decretorium prælium datum fuit, donec a. 1451. omnibus hisce litibus ac dissidiis per stabilem & sempiternam pacem exoptatus conciliatus fuit finis.

5) *Possessoribus hereditariis.* Patet exinde, Advocatiam Ulmensem fuisse hereditariam, quod etiam comprobat Charta *Conradini* de a. 1259. in qua expresse continetur, quod Advocatia in Ulma per mortem *Hartmanni* Comitis de Dillingen vacare coeperit, quippe *Hartmannus* iste præter filium cognominem, Episcopum Augustanum, nullam masculam prolem post se reliquit. Econtra vero hæc ipsa Advocatia postea *Ulrico* Wirtembergico non hereditario, sed personali tantummodo Jure concessa fuit.

6) *per Sacramenta.* Observandum hic est, Ulmenses Advocatis Juramentum hoc non in signum Subjectionis, sed Clientelæ præstitisse, quale Homagium *die Schutz- nicht aber der Unterthanen Pflicht* concernit & nullam Jurisdictionem inducit, cum Superioritas & Advocatia maxime differant, vid. *Heider. l. c. p. m. 45. P. I.* Quare etiam Advocatus Civibus vicissim Juramentum Protectionis præstitit, hi autem Homagium Subjectionis & fidelitatis Regibus immediate jurarunt, uti videre est apud *Mutium* L. 20. *Chron. in Pistor. T. II. Script. Germ. f.* 815.

7) *Curiam Ulmae celebratam esse.* Memorabilis hanc in rem locus extat in *Speculo Suevico P. I.* C. 38. ibi: *Der König soll auch seinen Hoff zu Franckfurth und Nürnberg und zu Ulm und in anderen Städten die des Reichs sind, da mag er wohl gebiethen sein Gespräch mit Recht* &c. Atque hac ratione teste *Ratperto Monacho apud Goldastum T. I. rer. Alem. f.* 7. *Ludovicus* Senior a. 858. *Conradus II.* teste *Wippone* apud *Pistor.* l. c. p. 435. a. 1027. & *Henricus III.* teste *Hermanno contracto* ad a. 1048. p. 329. curiam sive placitum celebrarunt, quemadmodum etiam Principes Alemanniæ a. 1076. teste *Monacho Herveldensi apud Schard. T. I. rer. Germ.* p. 433. placitum apud Ulmam celebrarunt & a. 1091. conventu habito apud Ulmam *Bertoldum III.* teste *Bertoldo Constantiensi & fragmento Historico apud Urstisium Script. rer. Germ. T. II. f.* 83. totius Alemanniæ Ducem constituerunt, vid. *Herttenstein. Diss. de Ducatu Sueviæ* C. 4. *p.* 24. *sq.*

8) *in Schvvaichauen.* Hæc villa *Schvvaichauen*, *Schvveckhoffen* sive *Schvveickhofen* uno alterove Lapide ab Urbe distabat, & versus Meridiem trans Danubium haud procul à mœnibus Civitatis in planitie quadam sita, agriculturæ alendisque Civium pecoribus olim destinata erat. Postea vero a. 1140. in urbem translata fuit, ita *quod* teste *F. Fabri Hist. Suev. L. II. C. III. non manserit extra Domus, nec homo*, cum tamen *C. XVII.* ipse circa a. 1480. quo scripsit, testetur, superesse adhuc in Schvveickhofen, olim villa, Ecclesiam S. Johanni Evangelistæ dicatam, ex quo sequitur, villam istam non totam in urbem fuisse translatam, sed tantum quoad aliquam partem, quod & præsens nostra Charta clarissime comprobat.

9) *Statui & instituí.* Licet hic in ferendis Legibus Advocati vel ejus Ministri consensus requiratur, tamen potestas Leges ferendi principaliter senatui reservata fuit, quamvis plenariam autonomiam demum a. 1348. acquisiverit.

Horum

Horum armorum usus olim omnibus Civibus communis fuit, idque non tantum honoris, sed necessitatis ergo, quippe turbulentis istis temporibus Ulma hostium incursionibus undiquaque patebat, opere murorum nondum penitus absoluto & Ecclesia Parochiali extra mœnia existente, quare etiam illam a. 1377. ex ea præcipue ratione in urbem transtulerunt, ne populo cultum divinum extra urbem aliquando celebrante, Civitas aliquando ex improviso opprimeretur, vid. *F. Fabri l. c. L. II. C. III. Frik. Templ. Paroch. Ulm. §. 2.* 10) *gladii & cultelli.*

Liquet exinde, Advocatos, *die Reichs-Vögt*, olim suos habuisse vicarios f. Substitutos, *Unter-Vögt*, qui absentibus vel mortuis Advocatis Bannum sanguinis, cui nemo nisi ex speciali concessione præesse poterat, usurparent, & nomine eorum Judiciis Urbicis, *denen Stadt-Gerichten*, assiderent, extra quam vicariam operam nihil ipsis cum Advocati munere negotii fuit. 11) *Minister fuit.*

Duo ergo Ministri Ulmæ fuerunt, alter qui ab Advocato nominabatur, cujus officium modo indigitavimus, alter vero, qui à Senatu ex Ordine Civium eligebatur, *der Schultheis, oder Ammann*, Magister Scabinorum dictus, cujus officium in eo consistebat, ut Judicio ordinario, *dem Stadt-Gericht*, præsideret, mulctas & debita in causis civilibus exigeret, sententias in Judicio colligeret, suoque sigillo & calculo confirmaret, vid. *Burgermeister. Stat. Equ. C. 15.* quibus postea, extinctis Juribus Advocatiæ, ex Privilegio *Ruperti* & *Caroli IV.* etiam Banni sanguinis administratio accessit, vid. *Schweder. Diss. de par. Civit. Imp. nexu cum imp.* C. 1. §. 21. Præfuerunt autem huic muneri Seculo XIII. a. 1223. *Jacobus Giengcr* Prætor Ulmensis, a. 1226. *Waltherus*, Minister in Ulma, a. 1255. *Schapirius*, Minister Ulmensis, & a. 1292. *Otto de Semita*, Minister in Ulma, cui a. 1307. successit *Heinricus de Halle, der Ammann zu Ulm.* 12) *Minister nostræ Civitatis.*

Tertia pars Banni sive pœnarum & sportularum Advocatis jam in a. 1103. ab Imperatore Henrico III. adjudicata fuit, vid. *Chokier. de Advoc. Qu. 59.* 13) *cedere debet.*

Multo ergo major autoritas fuit Ministri Civitatis quam Ministri Advocati, quippe prior in Judicio Civitatis primum & in Judicio Provinciali secundum, posterior vero in Judicio Civitatis tantum secundum & in Judicio Provinciali tertium locum obtinuit. 14) *consedebit.*

Jus Provinciale Suevicum P. I. C. 13. hac de re sequentem in modum disponit. *In vvelche Stadt der König kommt, die im Reich liegt, dar ist und dievveil er darinn liegt, die Münz, der Zoll und das Gericht ist sein.* Ex quo sequitur, quod in præsentia Imperatoris, Regis vel Ducis omnia reliqua Judicia exspiraverint. 15) *Imperator, Rex aut Dux Sueviæ.*

Tria hæc anni tempora eadem forsan Ulmæ fuerunt, quæ teste *Heidero l. c. P. I. p. 483.* Augustæ Vindelicorum ad exercenda placita Provincialia fuerunt destinata, nempe dies Lunæ, qui proxime Diem Dominicam Invocavit, Festum S. Trinitatis & Festum S. Francisci subsequuntur. 16) *tribus temporibus anni.*

Plura olim in Suevia floruerunt Judicia Provincialia, quæ inter antiquis temporibus haud postremum fuit Ulmense, *das Kayserliche Land-Gericht in dem Stadel-Hoff zu Ulm*, quod tanta olim Justitiæ laude floruit, ut teste *F. Fabri L. II. C. 4. Disceptationes Principum nobilium & Civitatensium coram Ulmensibus fierent, de quo litera habentur in Vervvatingen Monasterio, ut dicitur,* 17) *Provinciale Placitum.*

 cui

cui errori forsan *Caroli IV.* Privilegium de a. 1361. quo Judicium, quod forsan non usu evanuit, ad normam Judicii Rothwilani cum clausula derogatoria restituit, ansam dedit, vid. *Pfeffinger. Vitriar. ill. L. 4. T. 8. §. 1. p. 688.* quippe præsens Charta satis clare demonstrat, Judicium Provinciale Ulmense diu post conditum Judicium Rothwilanum adhuc floruisse. Cæterum locus hujus Judicii in Urbe fuit *der Stadel-Hoff* prope Curiam Divitaugiensem, dictam *Grün-Hoff*, extra urbem vero 1) Lapis in Narve, 2) Tilia, 3) locus Ruhimbühel apud Bermaringen, & 4) Lapis apud Ringingen, ubi provincialia placita pro more majorum sub dio celebrabantur. Præses illius ordinarius erat Advocatus *der Reichs-Vogt*, & illo absente Minister Civitatis *der Stadt-Ammann*, Scabini vero regulariter ex Civibus eligebantur, sed dudum jam obsolevit hoc Judicium Provinciale, cui postea surrogatum fuisse videtur *das Ober-Gericht*, quemadmodum Judicio Urbico *dem Stadt-Gericht* successisse videtur *das Unter-Gericht*, quorum utrique Prætor *der Stadt-Ammann* præsidet, quare etiam *Carolus IV.* a. 1359. Ulmensibus Privilegium indulsit, *das Sie niemand für keinerley Land-Gericht oder ander Gericht laden und heischen solle, ohne allein vor ihren Ammann in der Stadt Ulm* &c. quod deinde *Rupertus* a. 1401. *Sigismundus* a. 1417. & *Fridericus III.* a. 1479. suis suffragiis confirmarunt, vid. *Knipschild. de Civit. Imp. L. III. C. 54. n. 33. & Lunig Reichs-Archiv. T. XIII. f. 565. sqq.*

18) *Domino nostro Comiti.* Hæc curialitas nullam subjectionem probat, dum vox Domini etiam nudæ præeminentiæ, dignitatis, Protectionis vel Defensionis respectu tribuitur, vid. *Heider. l. c. P. I. p. 501.*

19) *apud Sevilingam.* Villa Sœfflingen sita est versus occidentem & vix dimidiæ horæ spatio ab urbe diffidet. Florunt olim ibidem Castellum, quod ad Comites Dillingenses pertinuit & Sacellum D. Jacobo Sacrum, quod *Carolus M.* ædificasse fertur. Hodie autem Cœnobium Virginum Regulæ S. Francisci ibi viget, ab *Hartmanni III.* Comitis Dillingensis vidua *Wildpurgi* Comitissa *de Kellmünz* a. 1258. pro quiete defuncti mariti ibidem fundatum, de quo conf. *Brusch. l. c. voc. Sæfflingen & Fabri L. II. c. 16.*

20) *Tertia pars vini.* Hoc non ita intelligendum, ac si ex omni vino, Medone vel Cerevisia tertia pars Advocato cesserit, sed tantum tertia Pars Tributi de hoc potionum genere, das Umgeld, cujus reliquæ partes dein Ministro Civitatis cesserunt.

21) *Bannalibus.* Fuit hoc speciale exactionis genus, quod autem non per totum annum, sed statis tantum temporibus, ad exemplum forsan vini bannalis solutum fuit.

22) *Ulmensis Monetæ.* Manifestum inde est, Ulmam jam tunc propriam habuisse Monetam, propriumque Monetarium; quod etiam ex alia charta *Luitprandi de Halis* sive *de Halle* de a. 1296. patet, in qua mentio fit *der Ulmischen Phennige und Schillinge* Conf. *Herttenstein. Prodrom. Ulm. nummar. in act. Erud. 1736. p. 515. sqq.*

23) *Erichstaimensis.* Villa Oerenstein haud procul à villa Sœfflingen in eminentia quadam prope vallem Blavi sita est, & similiter ad patrimonium Comitum Dillingensium pertinebat, ex hac ipsa ratione à solutione Telonii & Umgelti exemta, qui Reditus cæteroquin jam tum temporis una cum Collectis ad Senatum spectabat, qui eos per peculiares Ministeriales *Zoller und Umgelter* administrabat, quæ Officii nomina postea in gentilitia mutata fuerunt. Errat ergo *F. Fabri*, quando l. c. *L. II.* C. 4. præter Jus Patronatus Ecclesiarum & decimas Abbati

Au-

Augiensi etiam omnia Telonia, Pedagia, Gvvidagia, Census, angarias & reditus in civitate tribuit, cum tamen tam ex hac nostra charta, quam ex literis venditionis Abbatis *Friderici à Wartemberg* de a. 1446. constet, nihil illorum ad Monasterium unquam pertinuisse.

Sigillum antiquum Civitatis formæ triangularis est, in cujus medio sistitur aquila μονοκεφαλη expansis alis, ad cujus capitis dextram stella, ad sinistram autem lilium conspicitur, Margini autem sequentia verba circumscripta leguntur: *Sigillum Universitatis Civium in Ulma.* Hodie vero Ulmenses utuntur Scuto balthico, linea transversa bipertito, cujus Cephalus nigro, pes vero albo colore tinctus est. conf. *Spener. op. Herald. Part. Gen. P. I. C. 3. §. 38.* 24) *nostro.*

Quem hodie Archigrammateum vocamus, olim Scribam vel Notarium appellavit Antiquitas, vid. *Wencker. de Jur. Arch. & Cancell. p. 592.* munus honorificum, cui præter nostrum *Bertoldum* a. 1298. præfuit *Dominus Krafft*o, a. 1307. ejus filius *Petrus Krafft*o & a. 1444. *Henricus Nithardus*, quorum Epitaphia in Ecclesia SS. Trinitatis & Basilica B. Virginis hodienum prostant. 25) *Ulmensis Civitatis.*

Sacellum S. Crucis suum erat in foro vinario ad litora Blavi haud Procul à Palatio seu Curia Regia, *dem Königs-Hoff* dicta, & ædificata fuisse fertur circa a. 600. ut adeo hoc pactum sub diu *in facie Universæ Civitatis* eo ipso loco celebratum fuerit, quo antiquitus divis Imperatoribus Regibusque Germaniæ clientelare obsequium præstitum fuit & hodienum Consul quotannis Cives sacramento adigit. 26) *Super Curiam apud Capellum S. Crucis.*

Documentum secundum Plebani & Civium in Ulma.

Omnibus Christi fidelibus præsentes inspecturis seu lecturis *Johannes dictus Güss* 1) *Plebanus Ecclesiæ Parochialis in Ulma*, 2) Magisterium, Consules similiter & Universitas ejusdem Opidi Ulmensis gratitudinem in omnibus & prosperitatem vere pium & consentaneum regimini nec non cunctis fidelium animabus salutiferum per bona seminantes opera merendo ad vitam æternam merere in futurum, ut pro fidelibus defunctis devotionem atque in Domino charitatem habeamus ipsum exorando, sique illis pro suis reatibus pene sint in tenebris, quod ipse misericors Dominus ad preces nostras quas sibi fundere debemus exhortari devotissimas Salvator propicius illas de suis afflictionibus eripiens in lucem & gaudium conducat sempiternas. Animadvertentes justi Job exclamationem dicentis duplici vocis lamento miserabilis. Miseremini, Miseremini saltem vos amici mei, quia manus Domini tetigit me, ad propositum dico referamus. Et quia multum valet oratio justi assidua plus ob inde Deum precemur, ut per ipsum secundum ejus gratiam & misericordiam justificati, pro quibus oramus, nostras dignetur exaudire preces. Hinc est quod præparatio pietatis, eos quos vix nos *in Campis villa Altheim* 3) invenimus occisos de Civitatibus Regni, & etiam in parte de Opido nostro Ulmensi eosdem colligentes sub Anno Domini Millesimo trecentesimo septuagesimo secundo, septimo Idus Aprilis bello tunc moto inter Civitates Regni ex una & nobilem Comitem Eberhardum de Wurtemberg ex parte altera humari procuravimus in Tumulo spacioso effosso in *Cemiterio gloriosæ Virginis Mariæ Parochiæ Ulmensis* 4) quorum nomina de alienis Civitatibus Regni nobis minus nota in numero sunt Centum sexaginta tres personæ, de nostris vero concivibus septuaginta vel paulo plures, super quem locum Tumuli fundare incepimus unam Capellam in honore omnium Sanctorum & præcipue Sanctæ Mariæ Magdalenæ, conse-

cran-

crandam. Ad quod corpus Fabricæ complende quatuor ex nobis determinavimus supplicatorie viros idoneos, quos adhoc inter se movet Voluntas personalis videlicet Stephan dictum Roten, Johannem dictum Lapper, Ottonem dictum Langen Krafft & Hainricum dictum Gienger Cives in Ulma, qui Executionem ad Fabricam prædictam intendant, & suam adhibeant diligentiam propter Deum proponentes apud Dominum Apostolicum gratias amplas ac Indulgentias salutiferas sibi & omni manus suas adjutrices porrigentibus impertire, Et quia laudabile in Voluntate Dei existat, ut quisque fidelis ad bonorum usum exercitia suam largitatem largiatur Eleemosinam, ut & ipse mercedem recipiat cum beatis, ut non excipiatur quisquam Catholicus ad luendam in hujusmodi bona dispensatione anime sue salutem. Qua propter ad vos omnes & singulos, qui fidem fatentur, honestum virum dictum Langenhausen presentium exhibiturum nostrum Clericum & idoneum nuncium ad vos emittimus & transmittimus, deprecantes ut nos vobiscum & nos vobiscum in solidum plangentes tam horribilem Interitum eorum occisorum, qui tam per gratiam Dei nostro labore & conamine subter currentibus Ecclesiasticam receperunt Sepulturam. Ob quorum commemorationem ad Fabricam predictæ inchoatam unam Elemosinam daturi sitis propter Deum & in remedium vestrarum animarum. Quatenus quod res & negotium inchoate bonum finem sortiantur & effectum Domino ad hoc cooperante, & in evidentiam omnium premissorum Sigilla nostra tam mei plebani predicti quam & Civium Ulmensium predictorum presentibus sunt appensa.

NOTÆ.

1) Johannes dictus Güss. Ortus fuisse videtur hic Plebanus ex nobili Gussiorum à Gussenberg familia, qui olim oppidum Leipheimense ad Danubium tenuerunt, a. 1373. à Gervvico, Hartmanno, Brunone, Conrado, Diepoldo atque Erhardo Gussiis Eberhardo Comiti de Wirtemberg & a. 1453. ab Ulrico Comite de Wurtemberg Ulmensibus venditum.

2) Plebanus Ecclesiæ Parochialis in Ulma. Quanti & quales olim Ulmæ Plebani fuerint, omnium clarissime colligi potest ex *F. Fabri Hist. Suev. L. II. c. 3. p. 249.* seriem autem illorum ab a. inde 1430. sistit. Pl. Rev. Dn. *El. Frick. in Descript. Paroch. templi Ulm. p. 64.* memini tamen multo antiquiores, v. gr. Marquardum de Ravenstein Plebanum in Ulma a. 12. & Hermannum Krafft, Plebanum in Ulma a. 1354. qui Ecclesia Parochiali omnium sanctorum adhuc extra urbem existente floruerunt, quippe quæ demum a. 1376. in civitatem translata fuit, opus certe gloriosum & antiquissimum, a. 596. extructum & à Childeberto II. Austrasiæ & Alemanniæ Rege sedi Cathedrali Constantiensi subjectum, vid. *Guillemann. Habsburg. L. II. c. I. & Stengel. rer. Aug. P. II. C. I. §. 4.* quod & comprobat Charta Friderici Barbarossæ de limitibus Dioeceseos Constantiensis a. 1155. data, ap. *Pistor. rer. Germ. f. 623.*

3) in campis villæ Altheim. Altheimensis villa, in confiniis Territorii Würtembergici & Ulmensis sita, duobus circiter miliaribus ab Ulma distat. Celebre inprimis est prælium inter Eberhardum Comitem de Würtemberg ab una & socias Sueviæ Civitates ab altera parte a. 1372. commissum, in quo non tantum Ulricus Comes de Helffenstein, Dux exercitus à civitatibus constitutus cum ccc. aliis nobilibus & ignobilibus viris captus & postea jussu victoris spreto lytro 6000. aureorum Neoburg. in carcere militari capite truncatus, sed etiam Henricus Besserer Civitatum Capitaneus cum aliis CLXIII. personis, interque has LXX. Civibus Ulmen-

Ulmenfibus occifus fuit, cujus Epitaphium Ulmæ in Ecclefia Parochiali fequentia continet: Anno MCCCLXXII. da vvard erfchlagen zu Altheim an dem Mitvvoch nach St. Ambrofii Tag der frumm und Völt Hainrich Beflerer, der zu der Zeit gemainer Stadt Hauptmann gevvefen ift. Dem Gott genädig fey. Conf. *Crus. Annal. Suev. L. V. P. VIII. c. 9.*

De hoc Cemiterio ad omnes fanctos *F. Fabri l. c. L. II. c. III.* teftatur, quod habuerit Poliandrium adeo offibus repletum, *ac fi omnis Suevia Offa fuorum defunctorum in eum congereret.* Cæterum præter hanc Capellam S. Magdalenæ etiam a. 1430. alia falutifero Sanguini B. Salvatoris facra à Krafftonibus ædificata, attamen a. 1532. iterum diruta fuit, ut adeo hodie utriusque nullum amplius ibi exiftat veftigium. 4) in Cœmiterio.

Finis notarum.

Continet vero memoriam infelicis illius pugnæ, quam civitates Imperiales, cum Eberhardo Wurtembergiæ Comite pugnaverant, cujusque in Hiftoriis creberrima habetur mentio. Cæterum *Miniftrum* qui in Ulmenfibus fæpe occurrit, idem effe ac Scultetum perfuafiffimum habeo, præprimis cum *Villici* verbum, eodem fenfu apud DU CANGE Glofs. voce *Scultetus* occurrat, qui quandoque Minifter vocatur, uti id pluribus probare poffem.

DISSERTATIO XV.

FR. FELICIS FABRI MONACHI ULMANI VITA, ITINERA ET SCRIPTA.

PRÆFAMEN.

INtegrum mox luftrum decurrit, ex quo in florentiffimo Gymnafio patrio *Differtationem hiftoricam* de *Scholis latinis & Gymnafio Ulmanorum*, proprio Marte elaboratam, fub Præfidio S. R. ANT. BECKII, p. t. *Paftoris ad eadem SS. Trinitatis & Eloquentiæ Prof. Publ. Ord. meritiffimi, Patroni* ac *Præceptoris mei exoptatiffimi*, publice defendi. In præmiffa huic Commentationi præfatiuncula recenfum inftitui quorundam Ulmanorum, eruditione clarorum, publiceque promifi, me eorum vitas cum DEO & die, fub rubro *Ulmæ literatæ*, vernacula confcribendæ, in lucem emiffurum effe. Nec inftitutum hoc unquam abjeci; nam ex eo die multa legi ad propofitum meum facientia, lecta follicite annotavi, annotata tandem in juftum redegi ordinem, *Ulmam*que meam *literatam* promiffam, alumnus adhuc Gymnafii patrii ad umbilicum fere duxi.

In almam hanc GEORGIAM AUGUSTAM anno hujus Sec. XXXIX. bonis avibus delatus, majorique variorum librorum apparatu ex splendidissimis, quæ hic loci spectantur, Bibliothecis, cum *Publica Bülowiana*, tum ILL. GEBAVERI, S. R. FEVERLINI, HEUMANNI & CEL. KOELERI, maximorum & ad promovendas literas natorum Virorum, instructus, Biographias Ulmanorum meorum resumsi, horisque, quas quieti animique recreationi impendere potuissem, opusculum meum hinc inde exornavi atque perfeci. Jamque res eo pervenerat, ut in superiori anno spes adesset summa, fore ut *primus* Libri mei *Tomus* impensis *Dan. Bartholomæi*, Bibliopolæ Ulmani, in lucem prodiret, quippe qui cum optimo meo Genitore de conditionibus quibusdam convenerat. Mittebatur ergo Ulmam primus *Ulmæ literatæ* Tomus, egregiis, quod præfiscini dixerim, testimoniis Virorum Summorum FEVERLINI, HEUMANNI & KOELERI stipatus, at mox à *Bartholomæo* remittebatur, sub prætextu, turbulentissima Germaniæ tempora dissuadere, quo scriptum suis impensis typis exscribat. Verum enim vero viderint alii, num turbidus rerum Germanicarum status, an potius alia argumenta ab invidia ducta foetum meum in ipso partu represserint. At in mentem revoco Symbolum sapientissimæ Angliæ Reginæ, ELISABETHÆ: *Video*, *Taceo*.

Cæterum cum conficienda mihi esset Dissertatio pro legitime obtinendi legendi licentia, thema selegi ex *Ulmæ* meæ *literatæ* Opere, *Vitam scil. itinera* & *scripta* FR. FELICIS FABRI, cum quod ea, quæ hucusque de erudito hoc Monacho nota fuerunt, variis vitiis ac defectibus laboraverint, nobisque autem tam felicibus esse licuerit, è MS. FABRI libris plenam vitæ ejus Historiam contexere, tum quo Orbi literario patescat, quid sibi de *Ulma* nostra *literata* polliceri queat. Benevole ergo accipiat, oro quæsoque! *Lector* hanc FABRI Biographiam, nostraque opera fruatur! Dabam in alma GEORGIA AUGUSTA, *die Francisci*, h. e. d. IV. Oct. Ao. cIↃIↃccXLII.

§. I.

Patria, familia, annus natalis, Parentes & educatio FABRI.

FR. FELICIS FABRI, cujus vitam, itinera & scripta longe accuratius, quam hucusque à quopiam factum fuit, describenda sumsimus, patria erat *Tigurum.* Hoc ipse *natale solum* nominat *Histor. Suevor. L. I. c. 13.* ap. GOLDASTUM in *Scriptor. rer. Suevic.* (edit. primæ ejusque rarissimæ in 4to *p. m.* 144.) Ortum trahebat ex illustri, quæ ibidem hodienum floret, *Schmidtiorum* familia, quorum Sator constituitur *Henricus*, Præfecturam Klingnaviensem a. 1310. gerens, Pater *Ulrici*, Præfecti Kyburgensis Comitatus, & Proavus è nepote anonymo nostri FEL. FABRI. Vid. de hac *Schmidtiorum* familia Tigurina, *Lexic. Historic. Basil. univers. T. IV. p. 298. a.* cf. Jo. STUMPFFIUS in *gemeiner löblicher Eydgenossenschafft, Städten, Landen und Völcker Chronick, L. VI. c. 18. p. 433. a.* & *b.* ubi occurrit *Felix Schmidt*, Consul Tigurinus ab a. 1510-1524. insimulque insigne *Familiæ Schmidtianæ*, nimirum *globus argenteus in campo nigro*, ligno insculptum conspicitur. *Schmidtiorum Uraniensium* vero, æque *Nobilium*, Genealogiam inde a *Jodoco I.* florente sub a. 1390. usque ad sua tempora deductum, vide sis in GABR. BUCELINI *Germaniæ Topo-Chrono-Stemmatogr. Sacræ & Profanæ P. IV. p. 246.* cf. *p. 431.* ubi tabula progonologica *Sebastiani Peregrini Schmidt ab Uri* ejusque fratrum & sororum, usque ad XXXII. majores extensa cernitur. Cæterum, quo ad nostrum FABRI redeamus, illum a. 1441. vel sequenti in lucem editum fuisse, haut difficile collectu est ex ipsis ejus verbis, in *Historia* quippe *Suevorum*, *L. I. c. 16. p. 191.* postquam multa de compositis Thuticensium & reliquorum foedera-

deratorum Suitensium intestinis discordiis attulerat, scribentis: *nam & ego puerulus forte VIII. vel IX. existens annorum flevi, cum tamen extra Thuregam essem in Dyssenhofen, audiens Thuricenses Swiceros fore factos* &c. Jam vero inter omnes constat, Tigurinos anno jam 1351. fœderi Helvetico sese adjungentes, eo vero se iterum A. 1443. abdicantes & partibus Austriacis accedentes, demum post multam sanguinis civilis effusionem, ex edicto arbitri *Henrici à Bubenberg, Sculteti Bernensis*, a. 1450. coactos fuisse, ut fœderi Austriaco nuntium, mitterent seque iterum unioni Helveticæ adjungerent; vid. STUMPFFIUS *l. 2. L. XIII. c. 14. fol. 692. b.* Patrem amisit puerulus admodum, cum iste nempe fortiter pro patria & Austriacis decertaret, eruptionemque cum aliis civibus Tigurinis *die S. Mariæ Magdalenæ* s. *d. 22. Jul.* a. 1444. faceret in fœderatos Helvetios Tigurum obsidione prementes. Ipse FABRI verbis dolorem atque mœstitiam undiquaque spirantibus hanc optimi genitoris cædem describit *L. I. c. 13. p. 144.* quamvis temere obsidionem Tiguri in a. 1443. reiiciat, nisi dicas vitio librarii numerum a. 1443. pro a. 1444. irrepsisse; constat enim ex optimæ notæ Scriptoribus Helvetiis, obsidium hocce demum a. 1444. accidisse; vid. STUMPF. l. c. *L. VI. c. 19. pag. 437. b. ad a. 1444.* Patre orbatum patruus *Ossvvaldus Schmidt*, Comitatui Kyburgensi anno jam 1444. præfectus, atque hujus muneris per XX. annos administrationem gerens, suscepit, inque arce Kyburgensi per aliquot annos educavit, ut ipse testatur, *l. c. L. I. c. 12. p. 113. cf. c. 13. p. 141.* Eum vero non semper in arce Kyburgensi juventutis suæ annos egisse, patet ex ejus verbis paulo superius excitatis, quibus ait, se a. 1450. *Dyssenbovii* fuisse.

§. II. FELICEM FABRI adultiorem factum à Patruo suo *Ulmam* in monasterium, quod ibi floruit, Prædicatorum missum fuisse, bonis literis atque moribus imbuendum, eumque post aliquod temporis spatium ordini ibidem nomen dedisse, tradunt quidem GOLDATUS in *Præfat. Script. rer. Suev. p. 12.* & qui eum sequuntur RR. PP. JAC. QUETIF & JAC. ECHARD in amplist. opere *Scriptor. Ordin. Prædicator. T. I. Sec. XV. ad an. 1489. p. 871.* HENRICUS etiam MURERUS in *Helvetia Sancta p. 135.* testatur, nostrum in cœnobio Tigurino ordinem suum fuisse professum. Verum ipse FABRI obstat, quominus his assertis accedamus. Ille enim in *Evagatorio suo MSto* variis in locis indicat, se in Conventu Ordinis Dominicani Basileensi sacris literis instructum sacraque veste indutum fuisse. Digna sunt verba, quæ è libro hucusque inedito proferantur. Scribit autem in Epistola suo *Evagatorio* præmissa, adque Confratres suos Ulmanos data, sequentem in modum: - - *eodem modo mihi placet, ut hoc meum Evagatorium communicetis aliis ordinis nostri fratribus, præcipue tamen Fratribus mihi singularissime dilectis Conventus Basileensis, inter quos à puero educatus & in religione & sacris literis instructus sum &c.* Porro in ipso *Evagatorio, P. I. fol. 60. b.* exempli, quod in splendidiss. Bibliotheca Raymundo-Krafftiana olim fuit asservatum; *hujus plantulæ* (agni casti) *notitiam à pueritia habui, quam Basileæ accepi, quia habebatur in horto conventus nostri. -- Et dicebatur, quod non posset transplantari - - quod non est verum, quia ego tempore, quo ibidem cursor extiti, unam palmitem discerpsi &c.* Quo vero in anno in conventum huncce Dominicanorum Basileensem fuerit ablegatus, difficile admodum est definitu, quamvis forsan pro a. 1454. militare posset, quod ipse FABRI in *Evagatorii* sui (quod a. 1484. conscripsit, v. infra §. XV.) *P. I. f. 185. b.* scribat, se jam per XXX. annos cum ordinis sui fratribus degisse, & quidem his verbis: *Scio, quod socii & domini mei Nobiles melius me cognoscunt & omnes conditiones meas, quam Fratres Ordinis, cum quibus XXX. annis degui.* In hoc ergo conventu, antequam vestem indueret religio-

In conventu Basileensi Ord. Prædicator. literis imbuitur & vestem religiosam induit.

ligiosam, *Cursoris* officio vacabat. Varius hujus vocis in media Latinitate fuit significatus, ut patet ex DU FRESNE *Glossario ad Scriptores mediæ & infimæ Latinit.* editionis novæ locupletioris & auctioris, opera & studio *Monachorum Ord. S. Benedicti è Congregat. S. Mauri, T. II.* voce *Cursor, p. 1265. sqq.* sed harum diversimodarum significationum eam omnium optime in nostrum FABRI quadrare, censeo, qua *Cursor* idem est ac *Tabellarius*, sive *is, qui ad aliquid perferendum mittitur.* In hoc deinde conventu Basileensi FABRI *ordini Dominicano* se dedit & post exactum *Noviciatus*, quem ajunt, annum, publice eum professus est. Memorabile est, eum in hoc negotio socium habuisse notissimum illum JAC. SPRENGERUM, qui famosissimus eapropter est, quod *confraternitatem Rosarii* in Germania instituit; v. QUETIF & ECHARD l. c. *T. I. p. 881. a.* Sic enim ipse FABRI scribit *Evagator. P. I. f. 190. b. Hic Magister* (Jac. Sprenger) *& ego fuimus, ut ita dicam, collectanei, ambo in conventu Basileensi induti eodem anno & anno revoluto professi, in eisdem scholis, sub eisdem Magistris disciplinati* &c. Annus vero sumtæ vestis religiosæ nos latet.

Quædam ejus itinera. §. III. Antequam novellus Monachus Ulmam in cœnobium ordinis sui ablegaretur, variis itineribus functus est, quæ eo lubentius recensebimus, quoniam ante nos nemo eorum fecit mentionem. Eum a. 1457. *Pforzhemii* fuisse, ipse testis est *Histor. Suevor. L. I. c. 15. p. 182.* quorsum fortasse abiit, aut quo *Cursoris* muniis fungeretur, aut quo ipse animum variis scientiis imbueret; *Pforzemi* enim *semper fuisse scholam literarum frequentiorem*, è MELANCHTHONIS *Tomo I. Declam.* probe observavit b. JO. HENR. MAJUS in *vita Jo. Reuchlini, p. m. 138. sq.* Anno 1467. iter faciebat *Aquisgranum*, quo sanctas reliquias ibi in *ecclesia B. M. V.* asservatas conspicere iisque cultum præstare posset. Ipse mentionem iniicit hujus itineris in *Evagatorii* sui *P. I. p. 179. a.* his verbis: *camisiam autem & caligulas Joseph, & pannos quibus involutus fuerat puer JEsus in Alemanniam bassam transtulit* (Carolus M. Imp.) *eaque Aquisgrani in Ecclesia B. Virginis, quam ædificaverat, posuit, quæ usque in hodiernum diem ibi monstrantur, semper in septimo anno. Hæc ego ibidem vidi an. 1467.* Romam quoque profectus est a. 1476. inque transitu varias permeavit urbes, quas inter commemorat *Tridentum*, totumque iter in *Evagatorio* suo, *P. I. p. 29.* his verbis describit: *in hac civitate* (sc. Tridento) *a. 1475. martyrizatus fuit S. puer -- à Judæis, -- propter quod Judæi fuerunt -- suspendio deputati, quorum maledicta corpora vidi in patibulis pendere, anno sequenti, quando ivi Romam;* cf. *Hist. Suevor. L. I. c. 7. p. 64.* ubi scribit: *unde aliquando dum in Italia essem* &c. Verum enim vero FELICEM FABRI haut diu admodum Romæ commoratum fuisse, vel ex hoc patet, quod a. jam 1477. saltim 1478. in cœnobium Prædicatorum Ulmanum fuit translatus, uti in sequenti §. pluribus evictum dabimus.

In monasterium Ulmanum ord. Dominic. transfertur ibique Prædicator constituitur. §. IV. FR. FELICEM FABRI a. 1477. saltim 1478. in cœnobium ordinis sui, quod tum temporis Ulmæ florebat, missum fuisse, magno probabilitatis gradu ex *Epitaphio* FABRI nostri, paulo inferius integre producendo, coniicio. In hoc ipso enim lapide sepulchrali legitur etiam Epitaphium *Stephani Bottfelsii, Prioris atque Lectoris Dominicani Basileensis*, qui anno 1477. Ulmæ in monasterio Dominicano, in itinere constitutus, obiit. Sub hujus Epitaphio aliud, FR. FELICI FABRI scriptum, huic lapidi est incisum, in quo hæc occurrunt verba: *qui - - fructuose prædicavit in hoc conventu.* Cum ergo FR. FEL. FABRI a. 1502. diem obierit supremum, a. 1488. Ulmæ jam fuerit, uti sequentia docebunt, anno autem 1468. Basileæ adhuc vixerit, quod

ex §. anteced. allatis patet, nullius convenientior numerus, quam *vicenarius*, in hac epitaphii lacuna substitui potest. Hoc vero concesso, simul patescit, FELICEM FABRI a. 1477. vel 1478. in Ulmanum receptum fuisse Dominicani instituti cœnobium. Quin imo probabile admodum mihi videtur, nostrum FABRI cum hoc ipso *Bottfelsio* Ulmam commigrasse ac eapropter mortui post aliquot annos epitaphium lapidi sepulchrali *Bottfelsii* incisum fuisse, eo quod huncce itineris sui ad Cœnobium ordinis Prædicatorii Ulmanum socium habuerat. Audiamus cæterum ipsum FABRI de commigratione sua in conventum Prædicatorum Ulmensem in *Epistola* suo *Evagatorio* præmissa, ita scribentem: - - *demum autem dispositione Prælatorum & superiorum nostrorum vobis in confratrem sum datus & conventui vestro appodiatus.* Ipse porro *l.* modo *c. P. I. subinitium*, testis est, se ad munia *Prædicatoris ordinarii* exercenda Ulmam fuisse missum, his enim utitur verbis: *cum ergo ego F. F. F. Ordinis Prædicatorum per superiores meos ad Prædicationis officium exercendum immissus & per Patres nostræ Provinciæ more Ordinis Prædicator generalis constitutus, ex eo tempore, quo prædicare incboavi, JEsum Christum natum de virgine, passum & mortuum in cruce &c.* Quæ omnia vero satis abunde testantur, quanta eruditionis æque ac infucatæ pietatis laude FABRI noster inter suos floruerit.

§. V. Haut parva autem jam à longo tempore FR. FELICEM FABRI invaserat cupido, ea invisendi loca, in quibus Orbis Redemtor vixerat, docuerat, crucifixus & sepultus fuerat, quod sacri itineris suscipiendi desiderium, in dies vehementius in eo exardescebat, adeo ut multas noctis horas eapropter insomnes duceret. Sic enim ipse in *Evagatorio* suo, *P. I. sub init.* scribit: *Deum autem testor, quod pro illa peregrinatione multis annis tanto desiderio æstuavi, ut pene nibil aliud vigilanti aut dormienti occurreret, cogitandum. Et pro certo possum dicere, quod ultra mille noctis & quietis horas insomnes duxi bis cogitationibus insistens.* Solicito autem, qua ratione, cum veniam ad tam longinquum iter exsequendum, tum sumtus necessarios obtinere posset, cuncta ex voto ceciderunt. Indulgebant enim, operam interponente suam quodam Fratre ordinis sui, nostro familiari, Romæque degenti, non modo P. R. Sixtus IV. verum etiam *Leonbardus de Mansuetis de Perusio*, qui tum ordinis Dominicani Magister generalis erat, (vid. QUETIE & ECHARD *l. c. T. I.* in *Prolegom. pag. XIX.*) Monacho nostro veniam, peregrinationem S. instituendi. Dein *Eberbardus Senior*, Comes Würtembergicus, qui jam antea loca Sacra Palæstinæ visitaverat, & quidam antiquæ ac nobilissimæ prosapiæ vir, cingulo militiæ sacræ Hierosolymis ante annos bene multos cinctus, peregrinaturum variis instruebant salutaribus monitis atque præceptis, in profectione sua observandis. Nec pecunia destituebatur FABRI, ad tam longum iter quippe quam maxime necessaria. Ipse enim in *Histor. Suev. L. II. c. 7. p. 277.* de cœnobio Elchingensi, uno lapide Ulma distanti, scribit: *placuit autem mibi diffusius loqui in boc meo evagatorio de illo insigni conventu, quia singulare adjutorium ex eo babui de gratia præfati patris ac Domini Abbatis* (Pauli scil. Kast de Ulma) *pro exsequendis peregrinationibus meis in terras transmarinas ad dominicum sepulcbrum in Jerusalem & ad alia loca sancta.* Alios quoque cives cumprimis Ulmanos opulentiores, pecuniam ei ad peregrinationem suam donasse, ipse etiam gratus profitetur in *præfat. ad Ulmanos* seines *Bilger-Büchlins*, (de quo MS. v. infra §. XI.) his verbis: *doch das ich nit vndanckpar gescbolten werd von meinen guten gunner vnd freunden die mir stür vnd hilff baben getbon mit geld und gold, damit icb zweymal in dry Jarn bin über Mer zu dem beiligen grabe gezogen* &c. Tergiversantem autem subinde, tandem Ab-

Iter ejus I. Hierosolymitanum.

 batissa

batissæ cujusdam cœnobii, quam in *Evagatorio* suo *MS.* haut nominat, verum ei elogium *vulgatæ devotionis & singularis, ut plures opinantur, sanctitatis* tribuit, excitabat, ut mente agitata ad effectum perduceret. Hanc Abbatissam anonymam unam eandemque esse cum *Elisabetha Krelin*, Vestalium Hegbacensium, Cistercienſis instituti in Suevia, Abbatissa, totus mihi persuadeo, eo quod de hac in sua *Histor. Suevor. L. II. c. 12. pag. 291.* scribit: *Obiit autem dicta Domina* (Elis. Krelin, Abbatissa Hegbacensis) *A. D. MCCCCLXXX. me existente in dominico sepulchro in Jerusalem, cujus decessum dum audivissem, non modica tristitia mœrore affectus fui, quia fuerat mihi in domino familiarissima, utpote spiritualis mater & in Christo filia &c.* Ostensa ergo Provinciali ordinis sui per Teutoniam & Priori cœnobii Ulmani, *Ludov. Fuchsio*, sua peregrinandi licentia cum à Papa, tum à laudato *Leonhardo de Mansuetis* obtenta, cuncta ad iter paravit, habitaque Ulmæ *Dominica Quasimodogeniti* f. *d. 9. Apr.* concione valedictoria, *die SS. Tiburtii & Valeriani* f. *d. 14. Apr.* A. C. 1480. una cum Priore suo *Fuchsio* Ulma abiit ac Memmingam venit. Memmingæ ex condicto offendit *Hypolitum*, f. *Apollinarem*, f. *Pupillum* (cuncta enim hæc tria nomina ipsi tribuit FABRI noster,) *de Lapide* f. *von Stein*, Satrapam Bavariæ superioris, ejusque filium *Georgium de Lapide*. Ille enim cum audivisset, FR. FEL. FABRI iter facturum esse ad loca sancta, ei filium suum nominatum, illuc quoque peregrinaturum, cingulo quippe militiæ sacræ Hierosolymis condecorandum, in peregrinationis socium commendavit. Cum hoc ergo *Georgio de Lapide* ac quibusdam ejus servis FABRI noster Venetias abiit & post aliquam moram, quam ibi ob oppugnatam à Turcis Rhodum facere necesse habebat, triremem Augustini Contareni ingressus est, *die 2. Jun.* vela vento dedit, *vesperique SS. Petri & Pauli* ad littus Corcyrense appulit. Dissuadentibus dein cunctis, multisque viatoribus sacris Venetias renavigantibus, ob naves Turcarum Rhodum obsidentium prædatorias, mare mediterraneum infestum reddentes, FABRI noster, cupiditate visendæ Palæstinæ incensus, iter continuavit suum, & felicior, quam prudentior, præternavigatis Peloponnesi, Cretæ, Cypri & Syriæ portubus orisque maritimis *d. 20. Jul. h. a.* in portum Jaffanum venit. Visis deinde per X. continuos dies locis sacris, iisque magna reverentia cultis, Jaffam ad navem rediit, qua è portu soluta, Venetias renavigavit, ibique, processis in mari multum agitatus & morbis dysentericis gravissime fatigatus, tandem iterum appulit. Verum FABRI continuis maris molestiis, quibus minime assuetus erat, debilitatus admodum, in gravissimum incidebat morbum, Venetiisque per aliquot septimanas subsistere cogebatur, discedente hinc fido huc usque itineris sacri socio, *Georgio de Lapide*. Tandem obtenta iterum pristina valetudine secunda, ad patrios lares reditum paravit, *dieque S. Othmari f. d. 16. Nov.* h. a. 1480. monasterium ordinis sui Ulmanum iterum intravit. Quæ hactenus de primo hoc FABRI itinere exposuimus, fide nituntur ipsius FABRI, illud nobis, quamvis breviter admodum, cum in limine *P. I. Evagatorii* sui *MS.* tum in impresso *Itinerario* suo *germanico*, (de quo infra §. XI. pluribus dicemus) à p. 5. b-9. b. describentis.

Iter ejus II. Hierosolymitanum. §. VI. Priusquam potiores alterius peregrinationis sacræ, à FABRI susceptæ, circumstantias exponemus, haut abs re erit, solvere nodum, quem sibi nectere possent scripta FABRI nostri perlecturi. Omni caret dubitatione, FR. FELICEM FABRI primum suum iter sacrum anno 1480. suscepisse; præter excitata enim in §. antecedenti ex *Historia Suevorum*, *Itinerario germanico* typis excuso, & *Evagatorio latino MS.* FABRI testimonia, pro anno etiam 1480. militant verba, quæ habet *Histor. Suev. L. I. c. 3. p. 53.* & ita sonant: *eo etiam anno, quo primum terram sanctam intravi, inundatione facta Rhenus pontis*

pontis (Basileensis) *partem abduxit & Basilienses timore & expensis plurimum damnificavit.* Rhenum autem anno 1480. pontem, qui ei Basileæ impositus est, dilacerasse, constat è testimonio domestico omnique exceptione majori CHRISTIANI WURSTISENII in der *Basler Chronick, L. VI. c. XII. p. 462.* Extra omne etiam dubium positum est, FELICEM FABRI anno 1483. altera vice in Palæstinam commigrasse. At hic ipse FABRI, cum in *Evagatorio* suo *MSto*, tum in *Itinerario germanico MS.* istiusmodi utitur scribendi formulis, quæ vel primum iter anno 1481. & secundum anno 1483. vel illud an. 1480. & hoc anno 1482. accidisse, innuere videntur. In *Evagatorii* enim *P. I. sub initium* scribit: *à casu autem concordantia accidit prioris peregrinationis & illius* (nempe posterioris) *quoad diem. Primam enim peregrinationem in die SS. Tiburtii & Valeriani inchoavi. Eodem autem die & hora duobus annis revolutis ad secundam evagationem profectus sum,* & *l. c. p. 197. a.* hæc habet: *alium casum referam, cui quidem non interfui, sed à fide dignis audivi. Anno intermedio inter meam primam & secundam peregrinationem navigarunt &c.* Locum ex *Itinerario MS. germanico* huc pertinentem produxi in anteced. §. & faciunt huc cumprimis verba: *damit ich zweymal in dry Jaren &c.* Quo ergo conciliemus FABRI, sibi ipsi contradicere visum, necessum est, ut statuamus, eum in modo prolatorum locorum primo & ultimo de annis completis locutum esse, omittendo scilicet residuas paucas septimanas anni 1480. quo primus iterum è Palæstina rediit, ut & tres priores menses & nonnullos Aprilis dies anni 1483. quo secunda vice in terram S. abiit; in secundo vero horum locorum omissam esse per ellipsin inter voces *anno intermedio* voculam *quodam,* quo ipso FABRI sibi ipsi constabit. FABRI cæterum, ex itinere redux, lætitiam quidem simulabat ob omnimodam voti sui damnationem, verum animo admodum anxius erat, eo quod in prima sua peregrinatione loca sancta ob nimiam festinationem tantum per transennam quasi aspexerat, adhæc in reditu voto sese adstrinxerat, se hoc iter sacrum iterum esse suscepturum. Verum enim vero desperabat plane de exsolutione voti sui ob vix impetrandam à Superioribus suis licentiam in Palæstinam remeandi, metuebat insuper, ne in suspicionem hominis vagabundi, qui sub severissima cœnobii clausura vitam transigere non posset, deveniret, si Priori suo, laudato *Fuchsio,* mentem aperiret suam. Quo magis autem cupidini suæ, terras longinquas oculis lustrandi, frena iniicere studebat, eo magis ista augebatur, adeo ut tandem nullis scientiis delectaretur, nisi historiis sacris pariter ac profanis, quæ de statu locorum sanctorum agebant. Consumto in hoc animi sui statu integro anno, læta FABRI nostro affulgebat spes, fore ut tandem voti damnaretur sui. Evocatus quippe anno 1482. una cum aliis celebrioribus Ordinis sui Prædicatoribus, à Magistro instituti Dominicani, *Salvo de Cassetta,* (quem anno 1482. à Papa Sixto IV. ad Imperatorem Fridericum III. in Germaniam missum fuisse, disces ex *Cassetta* vita apud QUETIF. & ECHARD. *l. c. T. I. p. 859. b. & 860. a.*) *Colmariam,* ad conventum Ordinis ibi habendum, ab hoc licentiam novi itineris instituendi emendicabat. Tum quoque per quendam Doctorem Theologiæ, Monachum Franciscanum, Romam euntem, cui FABRI commendatus fuerat ab *Ulrico Gissling, Suffraganeo Augustano,* veniam in Palæstinam proficiscendi, quo voto suo se liberare posset, à Papa Sixto IV. obtinebat. His literis permissoriis instructus adibat *Conradum Locherum,* qui tum temporis Scultetus Cæsareus Ulmæ erat, eumque precibus obtestabatur, ut se Nobili cuidam in Palæstinam profecturo commendaret, hominem quippe hoc itinere una jam vice defunctum, morumque ac consuetudinum illarum regionum apprime gnarum. *Locheri* tum opera factum est, ut *Jo. Truchsessius à Waldburg* Ulmam veniret, nostrumque FABRI pro se suisque sociis, *Jo. Wernbero, L.*

B. à Zymbern, *Henrico*, *L. B. à Stöffel & Urso*, *Domino à Rechberg & Hohen-Rechberg*, ad sepulchrum Dominicum iter facturis, *Capellanum* atque *Confessarium* à Priore *Fuchsio* expeteret. Diu petitum *Truchsessio* negavit suum *Fuchsius*, donec partim intercessionibus Senatus Ulmani facilem præbens aurem, partim post visas literas permissorias, FABRI à Pontifice & Generale Ordinis sui concessas, & ipse veniam nostro impertiret, ad loca sancta remeandi. Cunctis ergo ad iter longinquum paratis, FABRI iterum die *SS. Tiburtii & Valeriani* f. *d. 14. Apr.* anni 1483. Ulmana reliquit arva, *dieque 27. ejusdem mensis*, visis in itinere celebrioribus urbibus, *Memminga*, *Campiduno*, *Oenipunte*, *Tridento* aliisque, sanus incolumisque *Venetias* pervenit. Ibi dein XXXV. dies commoratus, cuncta templa visitavit, in illisque reconditas Sanctorum reliquias magna veneratus est devotione. Tandem conscensa *die 30. Maji h. a.* triremi *Petri de Lando*, *d. 2. Jun.* mare remis sulcandum ingressus est, *dieque 1. Jul.* post superata varia, quæ navigantes comitari assolenr, pericula, sanus sospesque iterum in portum Jaffanensem pervenit. Relicta dein *d. 5. Jul.* navi, Jaffam ingressus est, ac obtentis militibus gregariis, qui securitati peregrinantium prospicerent, *Hierosolymam* peregre abiit, ibique *die 12. e. m.* adventavit. Tum religiosissimus noster Monachus loca, in quibus Servator noster docuit, passus, crucifixus, mortuus & sepultus est, magna cum animi reverentia visitabat, excurrebat etiam nonnunquam ad alia Palæstinæ loca sancta, conferendo se nimirum *Bethlehemum*, *Nazarethum*, in *montem Tabor*, ad *Jordanem*, ad *mare mortuum* &c. Quum autem d. 22. Jul. supra memorati qnatuorviri, quorum *Capellanus* FABRI noster erat, reditum ad patrias sedes pararent, FABRI multis ab eis obtinuit precibus, quo veniam ipsi impertirent, remanendi in terra sancta atque peregrinationem instituendi ad montem *Horeb*, *Sinai* atque *Sepulchrum S. Catharinæ in Arabia*. In comitatu ergo XIX. viatorum sacrorum, quos inter honoris caussa memorat, *Johannem*, *Com. Solmensem*, mortuum dein in reditu die *1. Nov. a. e.* Alexandriæ, *Bernhardum à Breitenbach*, t. t. *Camerarium* & postea *Decanum Ecclesiæ cathedralis Moguntinæ*, atque *Maximum*, cognomento *Smasmum*, *L. B. à Rappolstein*, huic itineri sacro se dedit *d. 24. Aug.* a. e. Superato tum molestissimo pariter & periculosissimo per magna Arabiæ Petreæ deserta itinere, *d. 22. Sept.* ad *monasterium S. Catharinæ* pervenit, conscensoque *die 24. Sept.* monte *Sinai* & *Oreb*, magno cultu prosecutus est loca, in quibus Deus legem suam Israëlitis per Mosen dedit. Postquam igitur FABRI se omnibus voris suis damnatum viderat, de reditu in monasterium Ulmanum cogitavit. Hinc iter ad pristinam sedem aggressus est *die 27. Sept.* ac peragrata Arabia visoque mari rubro, Ægyptum intravit, *dieque* 7. *Oct.* Cairum venit. Conscensa postea Alexandriæ *d. 14. Nov.* triremi Veneta, undis se permisit, quibus multum & nonnunquam haut absque præsentissimo vitæ periculo agitatus, tandem *die 8. Jan. anni 1484.* Venetum portum iterum cepit atque comite *Johanne Müllero*, mercatore Ulmano, Ulmam perrexit, quo etiam *die 29. Jan.* a. e. mente corporeque sanus pervenit, inque cœnobium ordinis sui ad solita officia se iterum contulit. Quæ cæterum ipsius FABRI, reducis, de his duabus suis peregrinationibus sacris mens fuerit, propriis ejus verbis exponam, quæ leguntur in *Epistola* suo *Evagatorio MS.* præmissa & ita sonant: *Insuper conscripsi diligenter pericula - - & angustias - - & tribulationes diversas, ut vestræ charitati magis placere incipiat monastica quies, claustri stabilitas, regularis disciplina & obedientiæ labor, discursusque & evagatio vilescat. Testis enim mihi Deus est, quod si scivissem, me ex hac peregrinatione ad tantam evagationem mentis & corporis implicandam fuisse, nequaquam eam, quantumcunque sanctam aggressus fuissem, quia proh dolor! nimis à studio utiliori alienatus & distractus factus*

factus sum. De cætero cuncta, quæ de hoc secundo FABRI itinere Hierosolymitano tradidi, desumta sunt cum ex ejus *Evagatorio MS.* tum ex *Itinerario germanico* impresso, à *p. 10. b. ad finem.* Cf. etiam *Histor. Suevor. L. I. c. 19. p. 214.* ubi testis est, *se quendam Dominum de Roplotzstein in sua secunda evagatione Dominum & socium habuisse maximum.* Inservit quoque haut parum ad latius diducendam hujus peregrinationis descriptionem BERNHARDI DE BREITENBACH *Hodæporicon Terræ sanctæ*, vernacula lingua scriptum, cujus nitidissimam æque ac rarissimam editionem Moguntinam de anno 1486. fol. e splendidissimo suo thesauro librario gratiose mecum communicavit, *illustris* GEORGIÆ AUGUSTÆ *Antecessor Primarius*, GEBAVERUS, *Dominus, Patronus ac Praeceptor meus, immortalibus in me meritis conspicuus, hincque devotissima mente à me semper prosequendus*, quod ipsum etiam *Hodæporicon Breitenbachianum* haut parum utilitatis mihi in hac qualicunque dissertatione attulit.

§. VII. Indicabimus jam et alios Scriptores, qui horum FABRI itinerum mentionem fecerunt, at valde jejunam, ob defectum scilicet documentorum huc facientium, modeste etiam refellemus errores quorundam magni nominis virorum, quos itinera FABRI descripturi commiserunt. Primus nobis occurrit CRUSIUS, celebris ille Annalium Suevicorum conditor, natività quidem *Francus*, sed educatione *Ulmanus.* Hic vero *Annal. Suevic. P. III. L. II. c. 8. p. 75.* edit. lat. scribit: *Frater Felix Fabri - - vir - - una atque altera Hierosolymam peregrinatione, (quarum unam lingua itidem germanica ab eo descriptam & typis editam habemus) celebris* &c. CRUSII verba repetit GOLDASTUS in *Præfat. Scriptor. rer. Suevic. pag. 13.* hæc insuper addens: - - *significavit nobis Gaspar Waserus, Professor Tigurinus, servari ab Heinzelio, Patricio Augustano, peregrinationem aliam ineditam ipsius Felicis manu exaratam. An ea secundi itineris acta persecutus est, qua instituit socio atque comite Barone quodam a Rappoltzstein, ut ipsemet in hac historia testis est?* Verum quam hiulca, quam jejuna sit CRUSII de FABRI peregrinationibus relatio, facile patet? Error quoque deprehendi potest in GOLDASTI relatu, asserentis quippe, FABRI nostrum iter suum secundum instituisse socio atque comite quodam *Barone à Rappoltustein*, cum tamen e superiori §. satis abunde liquet, *Truchsessium à Waldburg* ejusque tres ibi nominatos socios FABRI nostrum secum duxisse, quo *Capellani* & *Confessarii* in itinere muniis fungeretur. Ipse quoque FABRI in *Evagatorio* suo *MS.* demum *P. I. p. 221. b. Baronis* hujus *Rappolsteinensis* meminit, ea quidem occasione, cum socios itineris ad *sepulchrum S. Catharinæ* enumerat. Excusari autem GOLDASTUS potest, destitutus *Evagatorio MS.* solumque *Historiam Suevorum* documentum habens, ad cujus fidem relationem suam instituere poterat. HENRICUS WHARTON in *Append. ad Histor. literar. Scriptor. Eccles. Guil. Cave. Sec. XV. ad. an. 1483. p. m. 316. b.* hæc erronee de altero FABRI itinere Palæstino tradit: *Felix Fabri - - claruit an. 1483. Bernardum Breitenbachium, Ecclesiæ Moguntinæ Decanum iter in terram sanctam hoc anno aggressum comitatus, Hierosolymam, montem Sinai, aliosque orientalis plagæ locos visitavit & proximo anno reversus historiam itineris sive peregrinationis suæ Hierosol. scriptis mandavit &c.* Quis vero unquam probavit, *Breitenbachium*, iter suum instituentem, *Decanum* jam *Ecclesiæ Moguntinæ cathedralis* fuisse, ipse enim BREITENBACHIUS in *Hodæporico* suo passim, & cumprimis sub initium *Partis II.* ubi socios peregrinationis ad *sepulchrum S. Catharinæ* recenset, se vocat: *Bernhart von Breydenbach der Zytt yn Kammerer, aber ytz auch eyn wirdiger Dechant des hohen Styffts zu Mentz* &. cf. b. Jo. ALB. FABRICII *Biblioth. latin. med. & inf. æt. T. I. L. II. p. 59. sq.* Porro & hoc falsum est, FABRI nostrum *Breitenbachium*,

Aliorum de his duabus peregrinationibus sacris errores indicantur & refelluntur.

bachium, iter agressum, comitatum esse. Ipse namque *Breitenbachius* tum demum FABRI meminit, cum viæ comites ad *S. Catharinæ sepulchrum* memorat, FABRI etiam tantummodo ὡς ἐν παρόδῳ *Breitenbachii* mentionem facit. & quidem *Evagatorii MS. P. I. p.* 72. *a.* his verbis: *si cui autem placet terræ S. descriptionem pulcherrimam* - - - *legat libellum Fr. Burcardi* - - - *de qua* (quo) *etiam ingenuus Dn. Bernhardus de Breitenbach*, - - *meæ peregrinationis socius*, *sumsit descriptionem terræ S. &c.* Inter errantes notandus etiam venit vir alias ἀκριβέστατος, JO. ALB. FABRICIUS, *l.* modo *c. T. III. L. VI. pag.* 413. primum FABRI iter Hierosolymitanum in an. 1479. reiiciens, cum tamen è §. V. constet, illud à FABRI anno demum 1480. susceptum fuisse. Denique modeste indicandus est error S. R. JOECHERI in dem *compendiœsen gelehrten Lexicon*, voce *Felix Faber*, *T. I. p. m.* 1032. edit. recent. asserentis, nostrum FABRI primum suum iter sacrum lingua latina, alterum vero germanica descripsisse, quod assertum vero omni caret fide, uti paulo inferius, dum de scriptis FABRI nobis sermo fiet, pluribus erit ostendendum. JOECHERUM vero à WHARTONO *l.* supra *c.* in errorem fuisse perductum, probabiliter admodum reputo.

Varia ejus negotia & munia usque ad mortem suam. §. VIII. FR. FELICEM FABRI ex itinere sacro reducem ad pristinum suum officium, *Prædicatoris* scilicet, iterum rediisse, omnino censendum est; sic enim se vocat in rubro *Itinerarii* sui *MS. Germanici*: *Felix Schmid von Zürch, dir Zeit Lesmeister vnnd Prediger zu Ulm im Prediger Closter*, & in dedicatione ejusdem libri impressi sese nominat: *Bruder Felix Lesemeyster und Prediger zu Ulm im Prediger Closter* &c. ex quibus ipsis locis infimul disci potest, FABRI inter annos 1484. & 1488. munus *Lectoris*, sive *Praeceptoris*, aut hodierno stilo *Philosophiæ ac Theologiæ Professoris*, (v. DU FRESNE *l. c. T. IV.* voce *Lector p.* 99.) in cœnobio Dominicano Ulmano obtinuisse, nam in Epistola *Evagatorio MS.* præmissa atque ad Confratres suos Ulmanos data sese tantummodo hac ratione subscripsit: *F. F. F. terræ Sanctæ peregrinus ordinis Prædicatorum conventus Ulmensis. Vestræ charitatis confrater.* Præterea peregrinationibus suis describendis aliisque rebus historicis scripto comprehendendis multum fuit intentus, adeo ut noster minime ad morem plurimorum rasi cœtus ventri Deo libasse, tempusque in otio trivisse, dicendus sit. Adhæc bis ad Comitia generalia Ordinis sui, Venetiis coacta, primum an. 1486. die 28. Jun. & dein anno 1487. vigilia Pentecostes, s. d. 2. Junii, fuit evocatus, illucque profectus est cum Fr. *Jacobo de Stubach* (quem QUETIFIUS & ECHARDUS, *l.* mox *c. de Stambach* vocant) *Priore* suo *Provinciali*; quo in utroque *elector* esset Magistrorum Ordinis. Ipse FABRI in *Histor. Suev.* hæc nobis de se retulit; scribit namque *L. I. c.* 15. *p.* 170. hunc in modum: *Huic capitulo* (nempe Veneto) *& ego interfui Elector ex parte Provinciæ nostræ, & in pœnam, quod dimisimus virum dignum & ordini utilem* (Jacobum de Stubach) *elegimus virum decrepitum & inutilem, qui XXX. die post electionem obiit Venetiis; & omnis labor fratrum & expensa perdita erant & anno sequenti in eundem locum convenimus & alium elegimus, qui hodie est.* Cf. QUETIF & ECHARD. *l. c. T. I. p.* 871. *b.* qui suspicantur, FABRI nostrum in his duobus Capitulis generalibus, non modo *electorem*, sed *forsan* etiam *diffinitorem* fuisse. Sunt autem *Diffinitores* sive *Definitores*, (teste DU FRESNE *l. c. T. II.* voce *Definitor, p.* 1370.) *apud Augustiniano*, *Benedictinos congregationum recens institutarum & reformatarum & alios, superiores novem, electi tempore Capituli generalis, penes quos præcipua est totius capituli potestas, sive ad electiones Superiorum, sive ad statuenda & definienda, quæcumque monasticam spectant disciplinam.* Verum enim vero cum laudati modo duumviri nullam

nullam conjecturæ suæ allegent rationem, ipseque FABRI plane de *Diffinitoris* in his *capitulis* à se administrata provincia sileat, illorum afferto subscribere merito dubitamus. Dubia quoque nobis jure videntur, quæ CRUSIUS, *l. c. P. III. L. II. c. 8. p. 75.* & ex eo GOLDASTUS in *Præfat. Scriptor. rer. Suev. p. 12.* atque GEORG. CONR. PREGIZERUS in edita a se ac revisa Patris sui JO. ULR. PREGIZERI *Suevia & Wirtembergia Sacra, p. 82.* habent, nimirum FR. FELICEM FABRI *Monialium cœnobii Offenbusani sive Gnadenzellensis confessorem fuisse.* Denique fidem nostram etiam negamus GOLDASTO, in *Dedicat. Scriptor. rer. Suev. p. 5.* & qui sua inde hausisse videtur, *Consultiss.* HERTENSTEINIO, *Patrono ac Præceptori nostro colendissimo*, in der *kurzen Nachricht von dem alten Prediger-Klostec in Ulm und einigen daselbst entdeckten Grabschrifften*, quæ extat in *den nuzlichen und auserlesenen Arbeiten der Gelehrten im Reich, IV. Stück, n. VI. p. 346-353.* contendentibus, FABRI nostrum *Priorem Dominicanum, ejusque Ordinis Provincialem* extitisse. Silet enim hos honores Epitaphium FABRI, silet ipse FABRI, silent denique QUETIFIUS & ECHARDUS *l. c.* viri alias perindustrii & in excutiendis Ordinis sui monumentis admodum seduli.

§. IX. Superest, ut de obitu FR. FELICIS FABRI quædam addamus ejusque diem ac annum emortuales, usque ad annum 1734. incognitos ac incertos, ope epitaphii, modo nominato anno forte fortuna reperti, indicemus. **Ulmæ obiit ibique sepelitur.** Nec abs re erit, varias de anno FABRI emortuali variorum sententias brevibus annotare. PREGIZERUM primum in scenam produco, qui *l. c. p. 82.* FABRI nostrum in Sec. XIII. refert, quo posito, FABRI etiam si non in hoc, tamen in sequenti seculo obiisse, necessum est. Memorat nempe PREGIZERUS, *l. c. ad an. 1250.* hoc anno fundatum fuisse *cœnobium Offenbusanum*, atque in eo FABRI nostrum *Confessarii* vices obiisse, apposito lemmate marginali: *Felix Fabri, Tigurinus, Ord. Dominic. eruditus hujus Seculi Scriptor.* Error hic est PREGIZERO, filio editori, minime condonandus, quippe magnum studium, impensam diu noctuque huic paterno operi posthumo, è tenebris producendo, indefessam operam, voluta ac sublata immania saxa & nescio quæ alia, in præmissa Præfatione, verbis plusquam sesquipedalibus exclamanti. Alii obitum FABRI nostri ponunt in annum 1504. alii in annum 1506. quin imo FABRI demum anno 1514. occulos clausisse, testatur *Chronica Ulmana MS.* VITI MARCHTHALERI, quæ inter omnes, qui de Patria mea circumferuntur, *Annales MS.* optima omnino est, inque lucem prodire meretur. Verum quod tamdiu vel latuit, vel incertum fuit, nostra ætate forte fortuna fuit retectum. Cum enim anno hujus Sec. XXXIV. quidam in bello tum temporis ad Rhenum flagranti, capti milites Galli Ulmam mitterentur, custodiæ ibi includendi, ac ante illorum adventum in meridionali ædis SS. Trinitati dicatæ plaga, in cujus vicinia olim substiterat monasterium Prædicatorum, fovea foderetur, cloacæ inservienda, operarii præter omnem exspectationem incidebant in lapidem sepulchralem, cui rudi equidem opera insculpta erat effigies monachi cucullati, calicem manu tenentis. Protracto è fovea illæso hoc ipso cippo, inventi sunt & duo alii, quorum unus monumentum sepulchrale supra laudati *Fuchsii* continebat, alter vero in memoriam *Bottfelsii* & FABRI nostri positus cernebatur. Omnia hæc epitaphia exhibet laudatus HERTENSTEINIUS, *l. c. p. 352. sq.* Sed cum nos cumprimis monumenti sepulchralis FABRI cura teneat, illud proferamus, prout apographum ejus nobiscum pro insigni suo favore ac tenerrimo amore communicavit Cl. STOELZLINUS, *Gymnasii patrii Conr.* ac *Histor. Prof. Publ. Ord.* cui primo nostro in rebus historicis Præceptori & Patrono veterano multa exiguæ nostræ scientiæ

debere, publice hic gratissimo animo profitemur. Differt hoc apographum Stœlzlinianum paululum ab eo, quod Consultiss. HERTENSTEINIUS *l. c.* inseruit, hinc variantes lectiones Hertensteinianas justo suo loco inserere & literis minutioribus exprimere placuit. Cippus vero memoratus hanc inscriptionem continet:

ANNO DNI. MCCCCCII. DIE 14. MARCII (*Maji*) OBIIT (*in Ulm*) VENB. PR. (*Frater*) FELIX FABRI SACRE THEOL ---- ANNIS LECTOR QUI - 4. (*annis*) FRUCTUOSE PREDICAVIT IN HOC CONVENTU REQUIESCAT (*sic quiescat*) IN PACE.

Patet jam ergo FR. FELICEM FABRI *d. 14. Martii anno 1502.* ad superos fuisse evocatum.

Variorum de Fr. Fabri judicia.

dem der hernach da Lantvogt vvürdt, dem Aman, dem Rat von den Burgern gemeinlich der obgnanten Stat zu Norlingen unsern lieben getrvven, daß si den obgnannten von Oetingen, und Iren Erben, di vorgnant dreyhundert pfund Heller jarlich gebend zu der Zit als sie uns und dem Reich gevvonlich bisher geben haben ohn alles verziehen und on vviderreden als lieb in unser und des Reichs Huld sin, und vvelchs jars si sie zu gevvonliche Zeit der obgnannten dreyhundert pfund Heller gevverth haben, so sagen vvir sie derselben Heller für uns und unser nachkommen, ledig und los mit disem brieu und dornach alle Jar zvven sie gevvert haben sagen vvir sie ledig und los für uns und unser nachkumen alledivveyl vvir und unser nachkumen von In die dreyhundert pfuud heller nicht geledigt und gelost habe, umb die obgeschrieben dreytusend pfund heller und vvere das vvir uns darumb vergessen, und die offtgnante dreyhundert pfund heller, einen andern hernach verschuffen oder geben oder verschufft hetten, des soll kein crafft noch macht haben vvir haben sie oder unser nachkumen den vor in erledigt und erlöst. Mit Urkund dietz brieus versigelt mit unsern koniglichen Insigel der geben ist zu Nurmberg do man zalt nach Cristi gepurt drvvzehenhundert und hernah in dem funffzigisten Jar, des nechsten Montags nach den Suntag als man senget Misericordia Domini *in virten Jar unserer Reich.*

DISSERTATIO XVII.

DE REBUS LIB. S. R. J. URBIS HALÆ IN SUEVIA.

CAP. I.

DE NOMINE HALÆ PARADOXA.

§. I.

FAlluntur judicio, qui HALAM, præcipuum illud locis Germaniæ, qui salis feraces sunt, & tantum non proprium nomen, in patria nostra existimant ἑλληνίζειν. Quamvis enim ΑΛΑΙ in glossario CYRILLI, Græcis *salinæ* audiant, imo ἅλα expresse legatur apud HESYCHIUM, qui θαλασσαν reddit; quæ vox & ipsa pro *salina*, aut quando hæc

excipitur vasta circumvallata sagena.

ut verbis MANILII utar, non raro adhibetur: tantum tamen abest, ut Germanicum vocabulum Græcæ originis sit; quantum abest, Græcos ipsos a nostratibus vocem mutuavisse. Stat firmiter animo meo; frustra de antiquitate linguarum certare homines literatos; cum unam omnes ætatem habere videantur. Quod ne temere asseruisse videar, breviter dabo commonstratum. A

familia Noachi, ut sacræ paginæ fidem faciunt, homines universos ut vitam, ita orationem accepisse, extra dubium est. Eadem igitur cum inter mortales quosque lingua fuerit: unde tanta earum in orbe diversitas facta, operæ pretium est, inquisivisse. Non enim, quod fere omnes faciunt, *Babylonicam confusionem*, in sacro codice notatam, in causa hic habeo; de qua, quid sentiam, quando e re fuerit, exponam in conflictu. Alia mihi mens est, idoneis post rationibus suffulcienda. Uno eodemque usos esse idiomate Noachitas, antequam alii atque alii eorum, patriis sedibus relictis, in peregrinas & longe dissitas regiones emigrarunt, facilius est ad credendum, quam ut mea res indigeat probatione. Ast vero quamobrem illi cum regione & linguam mutaverint, ibi demum monitore quodam opus esse videtur. Et vero tantis locorum intervallis disjectas gentes, in diversa paulum, uti morum, ita linguæ idiomata declinasse, causæ plures evincunt. Primum enim cujusque coloniæ socii sermonem ita formarunt, pro ut genius, guttur, fauces, dentes, labia, ceteraque organa, hæc vero quam diversa sunt inter homines! apta erant ad facile pronunciandum. Atque hanc pronuntiandi rationem liberi a parentibus ita acceperunt; uti hodienum cum balba lactante lactantem quoque balbutire exemplis edocemur. Quantam vero pronuntiationis diversitas ipsi etiam linguæ adferat disparitatem, nemo est, qni nequeat intelligere. Deinde major tum atque facilior fuit orationis contortio, quoniam literarum fulcris vocabula carebant, quæ remedia dixeris contra idiomatis mutabilitatem. Porro antiquissimis istis temporibus ut paucarum rerum usus, ita nec plurium nomina fuerunt. Quod si ergo diversæ coloniæ res aut noviter inventas, aut nullo eousque nomine insignitas post adpellare debuerunt, qui fieri potuit aliter? quam ut in rebus, in cujuslibet arbitrio positis, in alias atque alias voces aliæ atque aliæ gentes exciderent. Accedit demum, quod hi ipsi casus idioma linguæ Belgicæ, ut hoc tantum exemplum afferam, a nostra ita diversum fecerint; ut rerum ignari pro diversis linguis, quam unam esse scimus, nunc sint habituri. Præterea in ipsa urbe, quam describendam nobis proposuimus, idiomatis in vernacula etiam, quod mireris, non parva est dissimilitudo. Moderantur orationem aliter *salinatores*; aliter, qui in parte urbis *transcocherana*, aliter, qui in *ciscocherana* habitant; atque inter hos ipsos, viri alicujus *dignitatis* ab hominibus *plebeis* in sermone non minus diversi sunt. Ut adeo diversas linguas, ut vox plurimum accipitur, & idiomata diversa non specie, sed gradibus tantum differre omnino existimem. His conjecturis illud tandem magnum robur addit, quod vocabula rerum, quæ necessarii & quotidiani usus sunt, in plerisque linguis non ita diversa compareant, ut ab artis criticæ perito nequeant conciliari. Sed neque opus est, extra oleas hic vagari. Quis enim non dixerit? ἅλς, *faltz*, *sal* nomine ipso convenire, in pronuntiatione aliquantum differre. Atque hæc una est e vocibus rerum usus quotidiani. Instituerunt catalogos vocum viri eruditi, illarum maxime, quæ in Græca, Latina, Germanica aliisque linguis a se parum aut nihil distant. In quorum numero HERESBACHIUS, LAZIUS, ALBINUS, JUNIUS, CASAUBONUS, PEISKERUS, RUDBEKIUS, ac alii habentur. Hi tamen omnes digitum eo intenderunt, ut unam gentem ex alia oriundam inde adprobarent. Quam opinionem in hactenus dictis satis videmur redarguisse. Nunc enim in viam redire nos jubet institutum.

§. II. Atque hæc eadem ratio est, quare ΑΛΑ Græcorum, & HALA Germanorum vocabula, de quibus nunc sermo fit, in literis, syllabis, pronuntiatione, significatu etiam nihil invicem differant. Ut adeo nullum exinde periculum metuendum; nostram à Græca lingua propterea oriundam dicere. Quod

πολ-

πολυγράφους MUNSTERUM, DRESSERUM, BERTIUM, BRAUNIUM, RITTERUM, ZEILERUM ad unum omnes inconsideranti quadam, cum series historiæ, quid enim in illa Græcis cum Germanis? conjecturam eorum refellat, minor fecisse. Cum autem, non foris accersitum HALÆ nomen esse, constet: quod domi natum sit, illud etiam fidem facit, quod urbibus Germaniæ nostræ plurimis in *Suevia*, *Saxonia*, *Hannonia*, *Brabantia*, *Austria*, *Tirolensi* comitatu, regionibus aliis idem dederunt majores nostri. Abhorruisse enim alias a peregrina voce Germanos, morum ac linguæ suæ olim tenacissimos, potius crediderim. Equidem negari non potest, flumina, fontes, loca salsuginosa alia Germanos etiam appellasse, non mutata nominis, magis usitati, litera initiali. Inde enim SALÆ verbo in Thuringia, Franconia ac alibi flumina notata esse WENDELINUS *Salicus* in *glossario* tradit: quod aut illa salsilagines præterlabantur, aut salinæ se eis admisceant; aut ipsamet salsa sint; fluvii enim, de quo neutrum dici possit, ejus nominis se haud meminisse. Huc quoque facit. quod oppidum, salinis instructum, in regionibus hisce, a Sale etiam SALZÆ nomen tulisse sciamus. Et Luneburgensium Salinæ die *Sulze* & *Sole* (inde in Saxonicis etiam *Dobresol* & *Soleier*) ab incolis istius civitatis dicuntur, rarius, ut alibi, *das Hal*. Verum enimvero literæ H & S in omnibus fere linguis; (exempla apud *Claud.* DAUSQUIUM vid. *Tom. I. Tract. II. Sect. I.*) facile permutantur, quidni etiam in Germanica? Videtur porro, Germanos inter salinas, aquam salsam & tabernas salinarias distinxisse. Illas certe *die Sol* & *Sal* dixisse modo docuimus: has tamen alio nomine frequentius insigniri, nullo jam opere evincemus.

§. III. Suevi loca salinis finitima & quicquid tandem ad rem salinariam pertinet, dicimus *das Hal;* inde in Saxonicis etiam coctores salis audiunt *die Halmeister*, & nostris *das gemeine Hal* in usu est, litera L simplici & syllaba ejus producta. Atque ita HALÆ *vocem veterem Germanam esse*, recte arbitratus est CASP. BARTHIUS, & ipse *Halensis* (*Lib. IV. c. 2.*) A quo tamen in aliis non sine ratione jam abimus. Est vox HALLE, duplici liquida, quæ atrium amplum Germanis audit (exempla exhibent LINDENBROGIUS, DU FRESNE & SPELMANNUS in *glossariis.*) Ab hac ergo HALÆ nomen cum BARTHIO, viro summo, dicemus oriundum? Contrarium videtur; HALAM potius *Hallis* originem dedisse. Idque primo quoniam HALA una liquida, primitivum esse adparet, HALLE vero cum duplici derivativum. Deinde *Hala* magis vicina est conjugaris suis *der Sal*, *Salz &c.* Post etiam cum Græco ἅλα, quæ vox nativam originem servasse videtur, magis convenit. Demum latioris, atque ejus quidem significatus est HALÆ vox, ut occasionem ad HALLAM derivativum formandum videatur dedisse. Hoc antequam fiat, differentia nominum HALE & HALLE prius nobis constet. Quantum conjecturis assequor, HALLE vox (*Hala* quippe significationes §. 3. dedimus) nonnisi *tabernis salinariis* aut *locis*, ubi *sal* aut *coquitur* aut *venditur*, tributa esse videtur. Est sane ejusdem idem & hodie usus, quando dicunt nostrates, *in der Halle*. Atque inde demum HALLE nomen *fori salinarii*, pro foro quocunque; atque *ædes salinarias*, *die Hallen* (quas sane eo ampliores esse oportuit, quo frequentiora olim commercia salinaria fuerunt, tot nondum salinis inventis) pro spatiosa domo quacunque, usurpari cœpisse existimo. Imo cum salinæ inter sylvas & virgulta delitescerent, HALLÆ etiam pro locis opacis dici potuerunt. A qua conjectura videtur multum lucis accedere diversis significantibus HALLARUM, in citatis supra *glossariis* in unum collectis. Ubi glossariographi alias se mirum torquent.

§. IV. Urbem ve o unde demum dicemus denominatam? ab HALA, an HALLE. Posterius vult BARTHIUS aliique; non prius tuebimur. Ita ille §. supr. C. HALLÆ *vocantur a Germanis oppida, quæ sale coquendo rem faciunt; unde nec benefacere ii cognoscuntur, qui numero singularitatis usurpant eorum oppidorum nomina.* Sane etsi ab HALLE, quod credit vir summus, dicta oppida fuissent, parum tamen inde roboris ejus sententiam accipere existimem. HALLA enim in singulari numero apud laudatos GLOSSARIOGRAPHOS passim invenitur. Jam vero ab *Hala*, una liquida, oppida nomen accepisse vel articulus evincit. Dicimus enim, quando de tali urbe loquimur *das Hall:* quando de atria, *die Halle.* Non igitur solum HALA scribenda in numero singulari: sed etiam una tantum liquida, non duplici HALLA. Quo in errore cum *Barthio* plures versantur, quos nominare nihil attinet. Ceterum quæ *Fel. Fabri* (*lib. I. Hist. Suev. p. m. 207.*) *Goropius Becanus* (*lib. II. rer. Francic. c. 42.*) *Andr. Schrickius* (*Rer. Celtic. p. 320.*) aliique pro docenda *Hallarum* origine afferunt, a nostra sententia nos non dimovent; ea autem ut refellantur, parum referet, cum veriora docuisse videamur.

§. V. Constare ex hactenus dictis illud potest, quod non aliunde, quam a salinis, HALARUM petendæ in Germania origines sint. Id vero in nostra urbe peculiaris insuper ratio adprobat. Eam certe tripartitam esse, in tria quasi oppida distinctam, constat. Horum autem uni cum situs ratio nomen dederit *ubermkocher*; alterum vicinus pagus verbo notaverit *der gelbinger gassen*: tertio demum salinas, quæ eidem tantum ad jacent, *Hala* nomen indubitatum erit, imposuisse. Quæ sane appellatio huic propria & peculiaris est; quamvis ceteris quoque oppidis, quod eodem nunc jure & magistratu utantur, contribuatur. Olim certe neque superiorem oppidi tertii partem HALAM dictam esse, sed nomen a septem castellis *Siebenbürgen* habuisse; inferiori tantum, quod salinis proxima esset, HALÆ titulo relicto, teste habemus. Alia vero ratio oppidorum est, quæ ab atriis, templis, palatiis, foris simili appellatione insignita sunt. Nam ejus generis oppidum non HALAM; sed HALLAM duplici liquida dicendum esse, ex illis, quæ §. 3. diximus, potest esse manifestum.

CAP. II.

DE ORIGINE URBIS AC SALINARUM.

§. I.

Testatissima pluribus Scriptoribus querela est, Αρχεῖον Halense sæva incendii rabie An. 1376. (CRUSIUS *Annal. Suev. L. V. part. 3. pag. 287.*) fuisse absumtum. Non igitur negligentiæ tribuendum, quod monumenta nos deficiant, quæ urbis natales edocerent. Dolendum potius, hoc civitatis instrumentum interiisse. Ubi ergo scriptis non licuit, conjecturis usi sunt urbium descriptores.

§. II. Est Ἄλισον Locus, quem in Germania magna Long. XXVIII. Latit. LI. gr. cum dimidio habere, docet PTOLEMÆUS (*lib. II. c. XI.*) Eundem hunc cum HALA nostra esse, urbe ab ipso Ptolemæo notata, vult augurari HEROLDUS (*c. 6. de Statu lege Germ.*) Qua etiam conjectura CRUSIUS, DRESSERUS, RITTERUS, aliique ducuntur. Neque ORTELIUS

eam

eam redarguit, quod in tanto viro miror. Sane HALAM nostram non eo loco sitam esse, quo ἄλισον a scriptoribus Romanis ponitur plurima docent. Nostra enim urbs intra XXXIV. gradum long. & XLIX. Latitudinis interjecta esse videtur. Quo ipso in utraque dimensione ab *Alisone* distat. Quamvis nemo mihi persuaserit, *Ptolemæo* ita cognita fuisse locorum Germaniæ intervalla, ut peregrini hominis vestigiis pedem inferre debeamus. Deinde *Alisonem* TACITUS (*Lib. II. Annal. c. 8.*) castellum ad limites custodiendos Romanis fuisse, memorat: quod HALÆ nostræ illi tantum tribuent, qui ejus regionis ac situs prorsus ignari sunt. Tandem diuturnam obsidionem ALISONEM pertulisse VELLEIUS scribit (*lib. II. c. 120. §. 4.*) quod Halæ ita convenit, ut pugnus oculo. Ejus enim urbis muri neque firmi adeo sunt, neque tantam ætatem redolent. Neque minus conjecturæ huic DIO (*in Sicambr.*) contradicit, qui ad *Lupiæ* & *Elusionis* confluentes idem castellum videtur refuisse. Ut taceam, quod nulla in nostris locis vestigia Romanorum in Lapidibus, sepulcris, nummis, aut alibi se prodant. Quæ relicta fuisse crederem, si toties Romani salinas nostras frequentassent. Mittimus igitur inconsiderantiam illorum, qui ἄλισον cum *Hala* confundunt.

§. III. Graviori vero censura illi digni sunt, qui, nescio qua protervitate, nostras salinas Ptolemæo nominat immemoratas esse adserunt. Sane *Joh.* HEROLDUS (*de Stat. L. Vet. Germ. c. 10.*) & qui eum sequitur *Steph.* RITTERUS (*lib. IV. Poligraph. p. 463.*) eo audaciæ delabuntur, ut alter de HALA nostra ad mentem primi ita scribat: *Halla creditur, quod sit* HALLISO (declinat scriptio dupliciter a vero, nam apud *Ptolem.* una liquida, neque aspero sed levi spiritu vox scripta reperitur) *urbs apud Ptolemaum, siquidem ibi etiam fontium salsorum ad amnem cocberum facit mentionem.* Sed cum nihil ejus rei apud *Ptolemaum* extet, fraudis argui posse videntur.

§. IV. Ceterum Ἀλίσωνα VILLANOVANUS, cujus notas in *Ptolemaum* MSC. possidemus, *Hanestein* putat, quod *Harnstein* legit *Ortejus H.* JUNIO idem oppidum *Vesalia* est. Aliis nonnullis *Heilbronna.* Plures sententias congessit *Phil.* CLUVERIUS (*lib. 3. c. 9. p. 33.*) Ex dispositione vero *Ptolemæi* incidere prope Rhenum videtur, fere e regione *Bonnæ.* Quam conjecturam & *Tacitus* & *Paterculus* LL. supra CC. suis descriptionibus firmant. Sed tamen sale opus fuisse Romanis, qui ripas Rheni cisrhenanas incoluerint, objiciunt nominati scriptores. Quid inde? nonne Burgundia eis patuit, atque Lotharingia? regiones, quæ sale abundant. Et quæ demum a genere ad speciem certam consecutio?

§. V. Sed neque verior *Joh.* HEROLDUS (*d. l. c. 10.*) in eo est, quando CARACALLAM Imperatorem & vixisse in urbe nostra, & *circum Romanum in hoc loco effinxisse, & ludos & munera Germanis, ut rem eis antea non visam, edidisse,* ex ingenio fingit, non ex literarum docet monumentis. Quo errore CRUSIUM etiam (*lib. 3. part. 1. p. 92.*) duci, miror; cum idem in origine urbis ac salinarum alio loco (*lib. 7. part. 2. p. 225.*) a se ipso postea dissentiat. Sed quis sibi imponi passus fuerit a sublestæ fidei scriptoribus? ubi historiæ romanæ tacent; neque ulla rem produnt loci monumenta.

§. VI. *Salinas* vero urbi natales dedisse, extra dubium est. Neque enim ad securitatem neque ad commoda vitæ alia, quæ causæ civitatum sunt, locus alias aptus esse videtur, qui montibus, quibus undique cinctus & tantum non prorsus sepultus est, interjacet. Latet nos tempus detecti fontis

Con-

Contigisse tamen post quam religione Christiana imbuta jam regio fuerat, dubio carere videtur; cum gentilismi nulla ibi vestigia supersint. Casum, qui salinas investigandi causam præbuerit, docere CRUSIUS vult (*lib. 7. part. 2. c. 5.*) fide *Georg. Widemanni*, cujus *Chronicon MSC.* hominibus nostris in usu est, anilibus tamen fabulamentis passim inquinatum. Convenit cum utroque *anonymus* urbis descriptor, quem exhibet LYMNAEUS (*Tom. IV. Jur. Publ. lib. 7. c. 24.*) quos ceteri omnes BRAUNIUS, BERTIUS, ZEILERUS aliique sequuntur. Quibus & ergo assensum darem; nisi *feras, lingendo salsuginem, venatores ad salinarum notitiam adduxisse*, fabula esset, quam in aliis Germaniæ salinis describendis non minus nobis apponerent scriptores. Quicquid ejus rei sit, id clarum est, urbem nostram a *salina*, *dem Hal*, & natales & nomen accepisse. Quo TACITI etiam locus facit, dum inquit de Germanis: *Colunt discreti ac diversi, ut* FONS, *ut campus & nemus placuit.* Quare plerasque Germaniæ urbes vel a *fluviis* vel *fontibus* (ut hæc nostra) vel *campis* vel *sylvis* nomen accepisse, non male putavit PHIL. CLUVERIUS *lib. 1. c. 13. Germaniæ antiquæ.*

§. VII. Ceterum illas septem turres, quæ nominibus *der Siebenburgen* nostris cognitæ hodienum sunt, pleræque etiam adhuc dum extant, si *salinarias* forte *casas* excipias, in principio urbis nostræ conditas esse, existimem. Quoniam earum situs, quo multum invicem distant, ac facies antiquitatem prodere videntur. TACITUS enim structuram German. ita in memoriam revocat. Germani, inquit, *vicos locant non in nostrum morem, connexis & cohærentibus ædificiis: suo quisque domum spatio circumdat, sive adversus casus ignis remedium, sive inscientia ædificandi.* Neque hoc tantum conjecturam meam adjuvat, sed etiam illud, quoniam *Wilera* pagus, qui partem urbis transcocheranam facit, post septem turres *Siebenbürgen* conditus esse vel propterea videtur, quod ista villa a *salinis* & cochero amne distinguitur & aliquo intervallo ab iis distat. Cum e contrario *Siebenbürgen* a salinis non procul absint. Quæ sane argumenta pluris habeo, quam ut CRUSIO subscribam (*lib. 7. p. 2. c. 5. Annal. Suev.*) contrarium prodente. Quid? quod nomen urbi nostræ antiquissimum illud fuisse, quo *Siebenbürgen* audiverit, ad mentem nostram scribat BRAUNIUS. Habent hic exemplum, quod ὡς ἐν παρόδῳ notari velim, recti significatus vocis *burgen Lexicographi.* Qui sane VEGETII interpretationi (*lib. 4. c. 10.*) ex asse respondet. Ceterum has turres *Burgundorum* reliquias crediderim: cum & nomen & sedes genti in Alemannia datæ conjectura favere videantur.

§. VIII. Sed quam urbi tandem nostræ ætatem tribuam, operæ pretium existimo, indicasse. Quod antequam facio, *Halæ* urbis atque *Siebenburgi* non easdem origines esse, denuo moneo. Hoc enim illam antiquitate multum superare, alibi dedi probatum. Urbes certe in Germania tempore Carolingorum paucas aut nullas extitisse, CONRINGII assertum est. Neque habeo, quod ei hic opponam. De castellis, vicis, locis muro non cinctis alia certe ratio est. Nam ejus generis PTOLEMAEUS ultra nonaginta numeravit in Germania. His ergo præstructis, *Siebenburgum* sive *septem* Halæ turres QUARTO fere SECULO conditas fuisse, crediderim; quibus alia atque alia post ædificia fuerint adjecta, quæ urbis faciem fere poterant præferre. Muri sero admodum facti videntur. Cum quod *septem castella* securitati sufficere viderentur, tum quod per tot montium anfractus & loca acclivia eos ducere sumptuosissimi atque difficillimi operis esset: imo etiam *Wileram*, transcocheranæ urbis partem, anno demum CIↃIↃXXVI. muro circumdatam esse, e CRUSIO

(*lib.*

(*lib. 9. part. 3. c. 1.*) ac aliunde constet: tandem vivum illud sepimentum, *die Landheg*, quo regio Halensis circumsepta est, ejus instar esse potuerit. Sed in viam revertor, argumenta tributæ antiquitatis *civitati* nostræ excussurus. Atque primo, cum discretæ septem illæ turres sint; non iis temporibus conditas esse quivis largietur, ubi arte architectonica, quod temporibus Caroli M. & antea factum, in Germaniis prodita est. Qua *domus domum in urbibus extructis debuit contingere*. Deinde cum *Burgundorum* moribus, OROSIO & ISIDORO descriptis, & colendi & incolendi hæc ratio, descriptioni *Siebenburgi* nostri prorsus convenit. Tum *burgi* vox antiquissimis tantum temporibus *turrim* notavit, postea enim latinam vocem Germani civitate & ipsi donarunt, *burgi* verbo pro arce tantum & castro adhibito. Præterea salinæ locum hominibus celebrem reddere poterant, ut adeo LEHMANNI atque CONRINGII causa urbium in Germania hic standum non sit. Post, ut etiam de republica quid conjecter, seculo IX. fere servitutum in Germania pleraque genera cessasse, nullam sane cœptam post ea tempora esse, in historia satis clarum est. Cum ergo nostram civitatem servos sibi subjectos habuisse, e reliquiis hodiernis *der leibeigenen* constet: quis quæso dubitet? rempublicam ante hæc tempora floruisse. Demum formam rerum publicar. Germaniæ TACITUS ita exprimit; ut quamque *nobiles*, *plebem*, *servos* dicat constituisse: ita *Halam* ad pristinum illum morem Germaniæ alteram partem *nobiles* alteram *plebejos* olim rexisse (*vid.* CRUS. *lib. 9. part. 3. c. 5.*) servorum instar fuisse *die leibeigenen* existimavero. Denique urbes Germaniæ antiquissimas esse, quam equites S. R. I. ut Halam nostram effecerunt, in historia satis expeditum est, Seculo X. enim mos demum invaluit, homines plebejos jussu principis cogere, ut e singulis pagis aliqui rura cum urbibus permutarent. Quæ, sane omnia magnam urbis antiquitatem arguere, ille intelliget, qui in patria historia tyrocinia posuit. Ceterum, quæ ad describendam urbem, res gestas civium notandas aliaque pertinent, scientes omittimus, partim quod a CRUSIO, ZEILERO, LYMNÆO, MUNSTERO, aliisque tecta tradita sint; partim quod in controversiam non veniant, ut adeo nostris commentariis non indigere videantur.

CAPUT III.

DE PRÆROGATIVIS, PRIVILEGIIS, AC PRÆSTANTIA CIVITATIS HALENSIS.

§. I.

Inter prærogativas non ultimum locum illam mereri, existimo, qua civitatem nostram ab hominibus *nobilibus* & conditam & habitatem esse constat (CRUSIUS *lib. IV. cap. II. c. 5. Lib. II. part. III. p. 97. & in paralipomen. pag. 62.* LYMNÆUS *Lib. VII. c. 24.*) Ideo *civitas nobilium*, eine Adelstadt / ipsa passim audit. Nos exinde etiam urbis antiquitatem superius æstimavimus. Hujus conjecturæ tantum abest, ut nos hic pœniteat; ut potius testimonio suo eam NITHARDUS magis firmet, qui antiquissimis temporibus urbes *edelingorum* tantum domicilia fuisse (*Lib. III.*) scribit. Seculo tamen X. aut post cum alii quoque ex hominibus *plebeis* se in urbem contulissent, & ipsi ad civium non solum jura sed societatem regiminis quoque admissi sunt. Inde *secretiorem senatum* den innern Rath *nobiles* constituerunt; inferioris vero des äussern membra etiam ejus ex *plebe* facta sunt (*MSC. Waltheri apud Lymnæum lib. VII.*

VII. c. 24. §. 4.) Sed vero *inferiori* senatu, (cujus, si parva magis conferre licet, eadem ratio videtur fuisse, quam in Anglia parlamenti inferioris **des Unterhauses**) a potissimis negotiis excluso, contra *secretiorem*, qui res alicujus momenti sibi unice arrogare voluerat, cives arma cœperunt. Quæ diffidia causam legimus dedisse LUDOVICO Imperatori ut per ULRICUM comitem Wurtenbergicum sententiam declararet dissidentibus A. cIɔcccXL. qua ad *secretiorem* senatum etiam plebei admissi sunt; una ejus parte ex *nobilitate*, altera ex *plebe* sumpta (*Chronicon. MSC. Würtenb. p. 308.*) Expirasse vero propterea *inferiorem senatum*, LYMNÆO l. c. imposuit *MSC.* cum hodienum vigere sciamus. Illud certum est, ægre tulisse nobiles familias, *nobilitatis* jure atque *plebis* ita commixta esse. Quod ergo LIVIUS (*Lib. II. c. 44.*) & HALICARNASSEUS (*Lib. VIII. p. 229.*) de Romanis scripserunt; id Halensibus accidit, *quod scilicet malum, partim nobilium consiliis, partim patientia plebis sustentatum, jam ad extrema venerit. Ut duabus civitatibus ex una factis; se invicem suspectas haberent. Contaminari enim sanguinem suum, confundi jura, nobilitas rebatur.* Tantum certe potuit illud diffidium inter Halenses, ut nobiles familiæ ex eo tempore alio se conferendi animum sumerent, ubi sarta tectaque nobilitatis jura essent. Quare Hala relicta *Norimbergam*, *Ulmam*, *Augustam* multos novimus se contulisse (Confer. etiam CRUSIUS *part. III. IX. c. 16. p. 534.*) Causam majorum motuum eadem discrimina *nobilitatis* ac *plebis* A. cIɔIɔXII. in urbe dederunt. In qua cum denuo nobiles succumberent, omni spe pristinorum jurium dejecta, iterum a patria nostra eorum non infimam partem legimus emigrasse: (vid. HEROLDUS, quem exscribit *Crusius Lib. X. part. III. p. 546.*) Et sane clementiæ OPTIMI NUMINIS unice dandum esse existimo, quod non aliquis finitimorum Principum republica turbis toties concussa, Augustum tum egerit, qui cuncta discordiis civilibus fessa nomine principis (*protectores*, *advocati*) sub potestatem receperit. Habet porro civitas, quod sibi in simili cum Romanis casu diversum eventum gratuletur. Ita enim, exacta nobilitate, earundem natalium civibus urbs relicta est. Quod cum ad concordiam civium ac magistratus, tum eo etiam facit, quod nulli in republica ad maximos jam honoris gradus interclusa via sit. Ut adeo ARISTOTELIS illa civium definitio nostris Halensibus apprime conveniat. Dicit enim philosophus, *civis est, cui in illa civitate cujus est civis, potestas est fungendi magistratu vel deliberativo, vel judiciali.* Quo ipso sane nostra respublica sibi melius constat, ac illæ omnes, quæ sub duro patriciorum jugo hodienum ingemiscunt. Ceterum cum CONRINGIUS (*dissert. de Civib. Imp. §. L. LIV.*) addubitet, civitatibus S. R. I. locum in comitiis tempore Saxonic. Imperat. fuisse; cum earum nusquam expresse sit facta mentio: Halæ nostræ idem non videtur obesse. *Multitudinis* sane in ejus generis conventibus rationem habitam, WITEKINDUS (*I. ac II. libris*) tradit. Illa equites S. R. I. intelligit modo laudatus auctor. Quidni ergo copiam hanc nostris fuisse credamus? quos *Halam* diximus olim tantum incoluisse.

§. II. Crearunt Romani ad jus reddendum *pratores*: ob eandem causam urbibus Germaniæ suos *graviones*, *advocatos*, *scultetos* ac *scabinos* dederunt Imperatores, ut nomine & auctoritate eorum jura dicerent. *Jacob von Kænigshoven*, autor *Chron. Als.* quem *Joh. Schilterus*, vir summus, & rerum Germanicarum solertissimus indagator, nuperrime primus in lucem protulit, de ejus generis judiciis (*cap. 1. p. 17.*) ita scribit: **Hievor rihtetent die Kunige und andere Herren irer Undertonen Sachen selber us / das kein Gerichte was one sü. Nu ist es darzu kumen. Das ein Keyser machet einen Landuoget / ein Bobest einen Bischof. die Sachen in iren Landen us zu richtende. dieselben ma-**

chent

chent für das Schultheissen. die Schultheissen setzent Unterschultheissen. also müssen uil der Rihter sin. Knehtes Knehtes Kneht. Exinde ergo muneris ratio constare videtur *Sculteti*. Equidem nominis originem a **Schuld heischen** venire, nullus dubito. Audit sane prætor nostris hodienum **Schultheis/** cujus vocis quanta cum illa vicinitas sit, quis non videt? Sunt etiam compositi nominis simplicia nostris in usu. **Heischen** enim *exigere* significat: voce autem *schula* non *debitum* solum, sed *culpam* omnis generis notamus; inde sermo **er hat an dieser Sache schuld.** Quod si ergo nunc *Sculteti* explicare nomen debeo, a *Joh. Simlero (lib. II. de Republ. Helv. pag. 361.) Lehmanno (lib. II. c. 22. Chron. Spir.) Besoldo*, & centum aliis, qui hos sequuntur, mihi censeo abeundum. Hi enim *Scultetum* judicem putant, qui de *debitis* tantum pronuntiarit, pignora cœperit, creditori satisfieri coegerit: summatim, cujus munus in jubendis debitis omne fuerit absolutum. **Daß man vorm Schuldheiß allein Schuldsachen klagte.** Verum enimvero aliter sentire me faciunt non leves rationes. Primum enim vocabulum **Schuld** Germanis non *debita* solum, sed *culpam* omnis generis notare modo dixi. Deinde *glossaria* Anglo-Saxon & Arabico Latina *Sculdais*, *Sculdasium*, *Scultetum* vocabula synonyma, *pænatorem*, *tortorem*, *exactorem quemcunque* interpretantur, testimonia vide apud *Henr. Speelmannum* in Glossario. Post etiam *LL. Longobardor.* consulenti, facile patebit, *Sculteti* munus de *servo fugaci*, *sacrilegio*, *nuptiis*, aliisque casibus fuisse imploratum. Unde *etiam* AUCTOR *rerum Lindaviens. pag. 159.* corrigendus est; qui vel tempore Carolingorum Sculteti munus limitibus a *Simlero l. c.* aliisque positis, circumscriptum esse existimat: quamvis posterioribus seculis ad alia jurium genera fuerit extensum. Ceterum res notissima est, quod *Scultetus* judex fuerit comiti, advocato, **einem Burggrauen/ Reichsuogt/** præfectis aliis, quos Imperatores urbibus dederunt, aut subjectus aut qui vices eorum gereret. Ita enim Saxoniæ Electores, dum *Burggravii Magdeburgici* essent, vicarium suum *Scultetum* Halæ Saxonum habuerunt; de cujus institutione vetus MSC. ea refert, quæ digna visa sunt, hic inserere. **Der Rath zu Halle aussern Innungen und Gemeinheit bringen einen Bürger/ der zu Halle gebohren/ oder in den Gerichten gezehlet ist/ nach ihrer Gewonheit/ an den Bischof von Magdeburg und bitten den zum Schultheissen zu bestätigen. Das soll der Bischof thun und bestätiget ihn zum Schultheissen/ und bringen ihn an den Churfürsten von Sachsen und bitten um Befehlung des Bannes/ darunter er vollkommentlich dinget. Also kriegt der Schultheiß zu Halle zweyerley Einweisung/ zweyerley Eyde/ zweyerley Bann und zweyerley Gericht. Wenn der Schultheiß nach Gewonheit der Stadt Halle gekohrn/ durch den Bischof von Magdeburg bestätiget und der Bann an den Churfürsten zu Sachsen gesuchet ist; so weiset ihn der Bischof für den Roland/ als ein Herr des Landes und diß ist die erste Einweisung; hernach weiset ihn der Churfürst von Sachsen auch vor den Roland und leitet ihn ein/ daß thut er/ als ein Burggrav zu Magdeburg und diß ist die andere Einweisung. Wenn aber der Schultheiß von dem Bischof vor den Roland gewiesen/ so schweret er den Eyd/ darinnen Sachsen-Recht geschrieben stehet. Den andern thut er auch/ wenn er vom Churfürst zu Sachsen eingeweiset/ alsdenn schweret er aber. Darnach leihet der Bischof ihm das Schultheißthum und befiehlet ihm das Amt und Zwang/ über Bann/ über das Schultheiß-Gericht/ daß er wochentlich in seinem Hofhalt vor dem Roland zu vollführen. Desgleichen geschicht die andere Befehlung vom Churfürsten zu Sachsen/ der befehlet ihm den Zwang über Bann/ über Leib und Leben/ Hals und Bauch/ und alle Haupt-Gerichte/ wie sich die zutragen.** No-

lumus in his constitutionibus exscribendis prolixiores esse; id tamen, quod sequitur, non omittendum duximus. In eo enim porro distinguitur ratio muneris *Sculteti* Halensis, ut, quando is Electoris nomine in causis criminalibus agat, necessarium ei sit, judicium ad statuam *Rulandi* & præsentibus Scabinis exercere: non item in civilibus Archiepiscopi auctoritate expediendi, ubi utroque eum carere posse asseritur. Exercetur tamen, quod strictim noto, *Sculteti* munus in urbe Halensi hodienum. Quamvis, ex quo Sax. Elector jus Burggraviatus vendidit Archiepiscopis, ejus ratio aliquantum immutata esse videatur. Sed a diverticulo in viam, ab Hala Magdeburgica ad *Suevicam* mihi redeundum. S. R. I. *Scultetum* nostræ civitati ab Imperatore præfectum esse, satis constat. Legatur interim *Crusius part. III. lib. IV. cap. 6.* cum meliori scriptore res nostræ careant. Adverti, dum in hoc argumento versarer, non unius generis in Germania *Scultetos* fuisse. Unus eorum erat, qui a *Burggraviis*, den Reichsvögten / Graven / præfectis Cæsareis in urbibus constituti fuerunt: quos vicarios eorum poteris nominare, uti Magdeburgicum fuisse diximus: alterum eorum, qui a magistratibus, ad res minoris momenti judicandas, erant creati, tales in civitatibus ipsis, imo præfecturis extra civitatem Dorf- und Amt-Schultheissen / in Suevia nostra passim reperiuntur: tertium demum eorum, quibus a Cæsare, vel solis vel cum Scabinis juris in urbibus, imperatoria auctoritate, dicundi facultas data. Atque hujus tandem generis nostræ civitatis *Scultetum* fuisse, plura arguunt. Ipse MAXIMILIANUS Imperator testis major omni exceptione est, qui in privilegio (quod exhibet *Adr. Gylmanni Tom. VI. c. 7. §. 18. p. 185.*) A. 1495. urbi *Halensi* concesso inquit: Vor unsern und des Reichs-Schultheissen daselbsten zu Halle. Ut adeo religioni sit, plura pro ejus dignitate addere.

§. III. Et enim tanti habuerunt *Sculteti* hoc munus Imperatores, ut civitatem Halensem privilegio contra quævis *judicia extranea* magno indulgentiæ argumento insignirent. Extat libellus MAXIMILIANI Imper. quo ille beneficium hoc non primus concessit, ut *Knipschildius (lib. III. de jur. civit. c. 22. p. 731.)* scribit: sed ab aliis imperatoribus, von weyland unsern Vorfahren am Reich / Röm. Kaysern und Königen / ut ejus verba sunt, civitati Halensi pridem datum instauravit: uti etiam CAROLUM V. A. 1521. fecisse apud *Gylmanni loc. cit.* legimus. Sunt autem verba prioris codicilli hæc: würden sie (Halenses) doch unbilliger Weis für das genannte Gericht zu Würtzburg und sonst andre äussere und fremde Gerichte fürgeheischen / geladen 2c. Darum geben / setzen und ordnen wir / daß dieselben Bürgermeister und Rath zu Halle / und ihre Nachkommen / noch ihre Bürger / hindan setzen oder andere der ihren 2c. geistlich oder weltlich 2c. für kein Hofgericht / Landgericht / und andere fremde Gericht 2c. und sonderlich für das Landgericht des Hertzogthums Francken nicht fürgeheischen 2c. werden sollen in keine Weise 2c. sondern wer zu ihnen Forderung zu haben vermeinet / daß dieselben Kläger 2c. sich begnügen lassen. Nemlich wer gegen 2c. gemeine Stadt Halle zu sprechen hat / vor unsern und des Reichs-Schultheissen daselbsten zu Hall / und 5. oder 7. Personen ausser nechsten dreyer unserer des H. Reichs-Städten / welche sie wollen fordern und zu den gemeldten Schultheissen nieder setzen mögen und sollen. Und was alsdenn 2c. durch den mehrern Theil aus ihnen Recht gesprochen / dabey soll es bleiben. Imo etiam hoc in eo specialiter cautum, quod Halenses vicinos suos, qui cum illis in urbe negotiantur, ob debita arrestare queant, ita, ut hi nec avocari debeant aut possint. Causam privilegii *in commerciis salinariis* posuero; ad quæ sane facere videtur, ut creditoribus facilis contra negligentes debitores juris via sit. Ut fides inter utrosque constet. §. IV.

§. IV. Ceterum *Sculteti* aliqua hodienum in civitate nostra est auctoritas; cujus munus in re non una versatur. Causas quasdam civiles minoris momenti ipse solus expedit: majores cum assessoribus quibusdam aliis ex ordine senatorio; cujus tamen ipse judicii des einiger Gerichts præses est. Deinde in causis criminalibus judicandis sua non minus ei jura sunt. Ultimo enim supplicio afficiendis ipse indicat pœnam mortis, & nuntius tristis verbi est. Imo, dum *baculum*, quem manu tenet, frangit, indem er den Stab bricht / id indicii facit; expeditam causam, neque ullam gratiæ spem superesse. Quid? quod præterea munus actoris *fisci regii*, des Kayserl. Fiscals quondam videtur obiisse. Probat sane *Lehmannus* (*lib. II. 24.*) daß unter dem Königl. Fiscal die Leibeigene in Städten und auf dem Land seinem Amt und Schutz zugestanden. Inde ejus generis *servi*, *homines fisci*, *fiscales*, *fiscalini* audiunt. *Capitular.* (*de villis cap. 52.*) nonnunquam etiam Königsleute / ut habet *Wehnerus* (*Observ. pract. p. 236.*) *Ita pariter Sculteto Halensi*, *multos servos* (viel leibeigene Leute) subjecti sunt, qui *eo tamen*, *quod* bene notandum, *privilegio gaudent*, *ut in omnibus civitatibus recipiantur in album civium: quod aliis servis non conceditur*, *ut e Georg. Widemanno* docet *Crusius* (*part. III. lib. IV. c. 5. p. 117.*) Quod si conditionem *hominum propriorum*, qui *Sculteto* nostro subjecti sunt, considero, non possum non cum non nemine dolere, *servitutem inter homines Christianos*, temporum superstitione; sed malo rerum publicarum sublatam fuisse. Causas, si opus fuerit, indicabimus in conflictu.

§. V. Genera *duellorum*, quæ Græci *monomachias*, germani *campiones*, a campis, ubi fieri assolent, aut etiam das Faust-Recht dicunt, in historiis plura occurrunt: quæ tamen omnia in *privata* ac *publica* commode dispartiri posse existimamus. Utraque vero, si causas spectes, iterum varia sunt. Quando enim alter cum altero certamine congreditur, id vel ad ulciscendam injuriam, vel famam vindicandam, vel probandam innocentiam videtur suscepisse. Quamvis vero nemo a moribus Christianis ita alienus sit, ut primi generis *duella* legibus divinis repugnare dubitet: tamen dum alterum ac tertium indulserunt magistratus Christiani, frustra circa primum cautiones fuisse, mirum non est. Qui malo huic consulere voluerunt, *privatis* interdictis, *publica* duella certis legibus permiserunt. Ita scilicet, ut læsus causam magistratui qui jus habeat instituendi duella, denuntiaret; hic citaret adversarium; utrosque etiam, ut in gratiam redirent, serio admoneret. Quod si vero omnis reconciliationis spes decollaret, tum demum copiam eis faceret ad unum ac alterum certamen ineundem. Ita enim sanguini humano parci existimabant, si unus succumberent, plurium averso concursu. Tum etiam dextram autumabant non virtute regi, sed Astræa & Themide, id est, divina justitia. Atque hæc *monomachiæ publicæ* jura multis gentibus, ante & postquam Christianæ fierent, in usu fuisse, historia prodit. De ANGLIS superiori adhuc ætate *Speelmannus* restatur, dignus certe, ut hic consulatur. In GALLIIS idem obtinuisse & legibus & exemplis docet *Joh. Bodinus*. De LONGOBARDIS ex LL. eorum res adeo certa est, ut his quidam originem tribuant *publicæ monomachiæ*. Neque ab hoc more DANOS abhorruisse, auctor est *Saxo Grammaticus*, ut operæ pretium non sit, plura conquirere. In GERMANIA quis imperatorum monomachiam primus legibus publicis permiserit, in ordinemque dispofuerit, inter tot ac tantos scriptores de DUELLIS, qui id tradat, neminem potui reperire: quamvis omnino referre existimem, ut aliquis monomachiæ publicæ in Germania historiam rite pertexeret. In GLOSSA *Germanica speculi Saxonici* (*lib. I. artic. LXIII. §. 4.*) origo publicæ monomachiæ in Germania Saxonibus tribuitur. Verba sunt: Dis Recht vom Kampf haben

die Sachsen allein und vor ein besonder Recht. Et objectionem contra assertum idem auctor & facit sibi & solvit. Du möchst aber ferner sagen: ich setzte gleichwohl unrecht / daß dieses ein sonderliches Recht der Sachsen sey; denn man gemeiniglich um solche Sachen / auch nach dem Kayser recht kämpfet 2c. diß löse auf / daß es jetziger Zeit gemein worden / ist nur seit Kaysers Friedrichs Zeiten also; der es aus der Sachsen sonderlichen Recht gezogen. Sed auctor hujus glossæ tanti non est, ut eo, tacentibus aliis, aut contrarium prodentibus, possimus inniti. Nostræ sane civitati jura *monomachiæ publicæ* ab Imperatoribus collata esse, atque *Senatum* urbis autoritate polluisse, certamina hæc intra mœnia in foro aut alibi aperiendi, dirigendi ac judicandi, omnibus fere Scriptoribus testatissimum est. Leges *publicorum duellorum* exhibet *Goldastus* (in den Reichs-Satzungen *cap. CLXX.* Land- und Lehen-Recht *& pag. 236.* Ordnung des Kampf-Rechts.) Peculiares vero a senatu Halensi certaturis præscriptas, recitant *Münsterus* (*lib. III. c. 302. Cosmogr.*) & ex *Widemanno Crusius* (*Paralipom. pag. 62.*) Exempla initi Halæ certaminis apud eundem vide (*Part. III. lib. VI. c. 8. p. 330.*) Quo autem tempore urbi nostræ id juris datum, difficile est definire. Pueriles ineptiæ sunt *Joh. Heroldi*; qui (*libello de Stat. Vet. Leg. in Germ. c. 10.*) *leges duelli Halenses* ad tempora CARACALLÆ Imperat. refert; atque præter errorem, quem supra discussimus, alium committit; dum *ludos circenses* Romanorum, quos ibi Imperatorem somniat celebrasse, cum *monomachia*, jure singularis certaminis, turpiter confundit; quo placito sane stultius esse, nihil potest. Miror *Dresserum* absurdæ conjecturæ suum etiam assensum dedisse. Quod vitium ejus *J. Lymnæus* (*Tom. IV. P. I. lib. VII. c. 24.*) frustra rejicit in typographum; quem pro, CAROLUM, exscripsisse CARACALLAM existimat. *Knipschildius* (*lib. III. c. 22. §. 18.*) *quarti* nomen addit; quo sane & *Lymnæo*, cui affingit hæc, injuriam facit, & se ipsum egregie decipit; cum multis seculis ante CAROLI IV. tempora his legibus Halæ fuerit certatum. Sane *Seb. Münsterus* A. Chr. cIↃV. exemplum duelli Halæ celebrati (auf dem Viehmarckt) loco supr. c. affert. Unde ætatem privilegii antiquissimam esse, atque ad tempora accedere Carolingorum, patescit. Ceterum causas jurium *singularis certaminis Halæ* tributorum, in eo me puto invenisse, quod urbs tot *nobilium familiarum* domicilium fuerit, tot etiam S. R. I. Equitibus (quot enim eorum extra urbem in arcibus habitarint in confinio, e *Widemanno Crusius* numerat *part.* III. *lib. II. c. 13. p. 92.*) extiterit vicino. Hos certe ad famam servandam, vindicandum honorem, ulciscendas injurias his privilegiis præ aliis gavisos esse, consuetudines gentium ac Germaniæ etiam nostræ testantur. Legere hic licet *Andr. Alciati* opusculum (*cap. 30. seq.*) de singulari certamine, quod *Tom. IV. operum* extat. In desuetudinem vero, quod Deo dandum, usus venit *publicæ* hujus *monomachiæ*. Dolet id *Joh. Bodinus*, cui (*lib. IV. c. 7. p. 743.*) consultum videtur, *publica* ejusmodi *duella* Principes fovere; ut scilicet minori permisso, majus malum, insidiæ, clandestina duella, concursus integrarum familiarum evitentur. Rationes in utramque partem *Ernest. Cothmannus* (*Volum. V. Respons. II. §. 40. sq.*) congessit. Nos negativam tuebimur in conflictu. Ceterum eam gloriam Principi nostro, Potentissimo Electori Brandeburgico, relictam esse in Germania constat; qui DUELLIS publice privatimque commissis, civilibus, militaribus, mandato gravissimo A. Ch. cIↃIↃcLXXXIX. primus obicem posuit. De quo huic etiam FRIDERICIANÆ fas est congratulari.

CAP.

CAP. V.

Insignia HALENSIBUS sunt *dextra manus* in *flavo* campo; & *aurea crux in rubro.* Proprium cuique *scutum* est, ejusdem *situs* ac *forma.* Sunt autem utraque *erecta:* quorum deinde latera *superiora* duos *rectos angulos* habent; *inferiora* utrinque in *rotunditatem* inflectuntur. *Aquila* tertio accedit, quæ *desuper* scutum utrumque complectitur. Tria etiam hæc in *sigillo* urbis rotundo conspiciuntur; quod in *cera rubra* imprimi assolet. Somnia *Sigismundi Weinbrenneri* de *insigniis Halensibus Crusius (Part. III. lib. IX. c. 5. p. 499.)* refert: *Manus* ajebat, *Deum patrem significat*, (cur non S. Spiritum, qui S. literis digitus Dei audit) *crux redemptorem Christum; aquila bonus afflatus Spiritus S.* (aptius forte aquilam Deo patri tribuisset, quam Jovis avem ad fidem nummorum Romani dixerunt.) *Ibi jam Trinitas personarum; sed rotunditate monetæ, unitas innuitur æternæ Deitatis.* Ast fabula hac superstitiosi Theologi se delectent: nos ad aliam horum insigniorum explicationem progrediemur, ibidem non minus descripram. Senatum *Secretiorem* nobilitatem; *inferiorem* den äussern Rath homines plebejos constituisse *cap. III. §. 1.* diximus: *Illius* ergo insignia *manum*, ut qui mandandi potestatem habear die Ober-hand: hujus *crucem* fuisse, quod ei gloria tantum obsequi relicta, adserunt. Ex quo vero An. clↄ CCC XL. uterque Senatus in unum coaluisset, tum demum etiam insignia hæc, invicem conjuncta, unum urbis sigillum volunt constituisse. Atque hæc placita etiam alii ad unum omnes sequuntur. Cui illud quodammodo patrocinari videtur, quod Halensis Senatus hodienum in mandatis, libellis minoris momenti aliis *sigillo* utatur, quod *minus* dicere assolent, ubi manus tantum expressa conspicitur. Ut adeo crux postliminio quodammodo accessisse videatur. Sed tamen, quin facilis in assensu sim; cum aliæ causæ, tum illa me inprimis movet, quod insignia urbis ab Augustissimo Imperatore pendeant; ut ea Senatum superiorem contra inferiorem sibi arrogasse, quod volunt, probabile non videatur. Deinde non Senatus hæc insignia sed urbis: ergo ad hanc potius, quam illum causas eorum putem respexisse. Si conjecturis indulgere licet, Imperatorem, qui urbi insignia intulit, fidei eam atque obsequii admonere voluisse, *dextra* in iis expressa, crediderim: in servatæ autem fidei tesseram *crucem auream in rubro campo*, quæ Halensi nostræ ut oculus oculo respondent, datam esse, exemplo insigniorum urbis *Messanensis* adprobet *Fazellus (Decade I. lib. II. Rer. Sicul. c. 2. p. m. 42. §. 35.)* Ceterum *Aquilam*, si alia non repugnent, urbis in imperio Germanico immediatæ quoddammodo signum esse, largior auctoribus ab *Hœpingio (Part. III. cap. 6. §. 2. p. 380. de Jure insign.)* magno numero laudatis. Halæ enim nostræ quis demum in dubium vocaverit jura immediatis? *Faber (lib. I. Hist. Suev. c. 12. p. 101.)* scribit: *tempore Frider. I. Imp. omnia nobilium fuisse in Suevia; nullam Imperii civitatem.* Ast tamen ipsorum incolarum nobilium intuitu Halensem civitatem S. R. I. liberam ac immediatam fuisse, ex iis, quæ cap. II. 1. diximus, potest constare. In aliis vero urbibus hanc notam ita imponere existimo; ac fallacia æqui vocationis in Philosophia rationali. Tandem neque illud prætereundum est, cera *rubra* uti in sigillo *Hallenses*, cum aliis civitatibus nonnisi *viridem* adhibere fas sit. Notum est, quid inter utrumque hodie credatur interesse.

§. VI. Varii generis monetam ex auro & argento excudendi, facultatem habuisse civitatem nostram, nemo est, qui dubitet. Legantur interim *Crusius (Part. II. lib. VII. c. 5. p. 226.) Marq. Freberus (de re monet. lib. I. c. 2.)* & alii, qui hos exscribunt. Inveniuntur hodienum *thaleri Halenses*

An.

An. 1545. excuſi: qui una parte *inſignia urbis §. 5.* exſculpta; altera *aquilam*, addito Imperatoris CAROLI V. nomine, referunt. Imo ſuperſtites hodienum *ædes* ſunt in urbis parte *Gelbingeriana*, ubi moneta præparata eſt, quæ nunc etiam audiunt die Müntze. Sunt tamen alia, quæ in hac cauſa operæ pretium eſt indicaſſe. Antiquiſſimis temporibus hoc *monetandi jure* urbem noſtram gaviſam eſſe, plura fidem faciunt. Primum enim *Halenſes*, die Heller/ monetæ genus perantiquum & tantum non primum in Germania, quod Halæ excuſi eſſent, inde nomen traxiſſe, uti Floreni a Florentia urbe dicti fuerint, ſcriptoribus plurimis teſtatum eſt. Unius *Freberi*, viri rerum Germanicarum ſcientiſſimi auctoritas major nobis eſſe debet, ac ceterorum omnium, qui hæc in dubium audent vocare. Ita autem ille *l. c.* ſcribit. *Halenſes, minutiſſimæ monetæ uſualis genus, apud* HALAM SUEVIÆ *primum ſignatum.* Taceo alios, qui eum magno numero ſequuntur. Sed quod aliter non de origine *Halerorum* ſeu *Halenſium*, der Haller ſentiendum ſit, præter teſtimonia etiam rationes fidem aſtruunt. Primum enim non *Halerorum* huic nummulorum generi tantum nomen fuit, ut quaſi halber Pfenning dictos fuiſſe exiſtimes; ſed *Halenſes* alii auctores (quos in *Catholico Rei Monetariæ* GOLDASTI invenies) Seculo XIII. & poſt, eosdem appellarunt, ut adeo Halæ noſtræ originem eorum deberi, certo certius conſtet. Deinde etiam in *Halleris* antiquioribus *manus* expreſſa conſpicitur; quapropter ſermone vulgi hodienum dicuntur die Händlings-Haller/ (conſul. *Cyr. Spangebergius in Chronico Sax. c. 202.*) ut adeo quærere hic liceat ab adverſariis cum ſervatore *τίνος ἡ εἰκὼν αὕτη καὶ ἡ ἐπιγραφή; cujus hæc imago eſt & inſcriptio?* Poſt etiam neceſſarium ad *commercia ſalinaria* urbi noſtræ videtur fuiſſe, ut cum aurum & argentum e peregrinis locis paſſim ad ſal coemendum homines afferrent, civitati ſimul facultas eſſet, ut eadem etiam pretio ſignaret. Non ergo audiendi ſunt, qui *Halerorum* nomen aliunde repetunt; quaſi, quod pretium *dimidii Pfenningi* valeantia vocula Germanor. Hall/ Halber ſeu eliſa litera *b*, Haller dicti ſint. Ita fruſtra ſentiunt *Goldaſtus (Tom. I. part. 2. p. 294.) Dav. Thom. ab Hagelſtein (lib. IV. c. 2. pag. 56. Actor. Monetar. volumine)* aliique. Contrarium certe cum ex modo dictis, tum inde etiam poteſt conſtare, quod nummuli hi in plurali non *Halbere* aut *Hallere*, ſed Häller ſcribantur: eadem ratione, qua cives *Halenſes* peregrinis hodienum die Haller/ aut Hälliſche audiunt. Quod enim *Tilemannus Friſius (in ſpeculo Rei Monet.)* ſcribit, in Saxonicis regionibus quibusdam eosdem *Helbing*, quaſi *dimidium* nummum dixeris, vocari: illud parum hic facere exiſtimo, quippe qui non de *Helbingis*, ſed *Haleris* in præſenti diſſeramus. Sed ad rem. Antiquitatem juris monetandi apud Halenſes præterea illud etiam arguit, quod *libræ Halenſes* die Pfundheller ante unum & alterum adhuc ſeculum fuerint omnibus fere Germanis pretium, quo in contractibus quibusvis fuerant uſi, *Paul. Hachenbergio* id prodente ad fidem veterum auctorum (*Diſſertat. X. de re Nummar. Veter. German. §. 23. p. 357.*) Et LUDOVICUS IV. *Imp.* in privilegio urbis Francof. (*part. I. f. 16.*) *ſolidorum Halenſium* mentionem facit. Ut certe ex rationibus allegatis omnino conjecter, eam ætatem *juris monetandi* apud Halenſes eſſe, quæ cum urbibus Germaniæ univerſæ contendere poſſit. Non parum enim eſt, *omnem fere pecuniam apud Germanos ex hac urbe appellationem traxiſſe.* Ceterum ab Imperatoribus urbi conceſſa hæc jura eſſe, quam antiqua etiam ſint, prorſus exiſtimo. Fuiſſe enim ſemper in Germania verum, quod Imperator dicit in Kayſerl. Land- und Lehen-Recht (*lib. I. tit. XII.*) Wir ſprechen/ daß alle Müntzen/ die im Röm. Reich ſeynd/ die ſeynd eines Röm. Königs. Und wer ſie haben will/ er ſey Pfaf oder Ley/ der muß ſie haben von dem Röm. Reich und von dem Römiſchen König/ und wer diß nicht thut/ der fre-

velt

welt an dem Röm. Reich. Bene ergo *Christianus Schlegelius* (*tractatu de Nummis Altenburg. p. 10. sq.*) errores illorum discutit, qui *jus monetandi* ab Episcopo Herbipolitano civitati nostræ tributum esse asserunt. Quid enim Franconiæ cum Suevia? Et quis a causis Ecclesiasticis, monasteriis, civitati nostræ vicinis, ad jura hæc civilia, quæ ab Imperatore atque imperio pendent, aptam consecutionem esse dixerit? Nummos vero *Altenburgenses cruce manuque* signatos, de quibus dictus auctor erudite disserit, iidemne cum nostris Halensibus sint, sub examen nunc mitterem, nisi temporis ac spatii ratio habenda, nobis præfiniti. Id minime prætereundum esse existimo, quod *monetam* Halenses hodienum excudant, eo tantum, ne in desuetudinem abeant jura, si non exerceantur: Solos tamen *Pfenningos* faciunt, insigniis civitatis, quæ supra descripsimus, ornatos. Qui etiam neque quotidiani aut publici adeo usus sunt, sed coram altari a pastoribus tantum pueris ac puellis, catechetica exercentibus, in memoriam hujus juris distribuuntur. Quare vero majorem aut alius generis monetam facere omiserint, dubium est. Habetur traditio, arcem *Lymburgensem*, urbi nostræ admodum vicinam, olim & periculosam valde, A. 1540. emisse Halenses (quo de legi potest *Crusius part. III. lib. XI. cap. 15. p. 545.*) ut Comitibus Lymburgensibus jus reluendi esset relictum, si quidem illam summam aliquot millium aureorum monetæ Halensis redderent. Hoc igitur ne fieret in urbis detrimentum, monetam cudere, ex eo tempore Halenses omisisse. Facilis ad credendum historiam & ego essem, modo non constitissent nobis supra thaleri Halenses post id tempus a. 1545. signati. Potius igitur *monetalia* defuisse dixerim Halensibus, ex quo tot imperii status, indulgentia Imperatorum, nummos fecerint: recudere enim alios operæ pretium eis visum non est.

§. VII. Facit præterea ad magnam urbis nostræ inter ceteras Germaniæ dignitatem, quod *S. R. I. Vexillum* teneat præferatque in expeditionibus Imperii. Ita enim *Crusius* (*Part. II. lib. VII. c. 5. p. 226.*) ait: *Signum sive vexillum Halensium in expeditionibus Imperii inter antecursores & rorarios est*) in dem Vorzug und verlohrnen Hauffen ἐν τοῖς, ὡς ἄν τις εἴποι αἰψόχειρας δύναις καὶ ἀποκινδυνευμένοις) *suntque ejus vexilli duo colores, ruber & flavus: symbolum vitæ & mortis.* Quem locum infiniti alii exscripserunt, quos nominare nunc nihil attinet. Quid vero sibi velit hoc vexillum, e re erit quadantenus explicasse. Notum est jura vexilli S. R. I. si unquam alias, hoc tempore certe mirum agitata fuisse. Inter has ipsas controversias *Auctor* von Unterscheid des Hauptbanners und der Sturmfahne (§. 21. p. 15.) qui causam Hanoveranam agit, hujus etiam vexilli nostri facit mentionem. sondte also / de vexillo Halensi loquitur, auch eine besondere Reichs- oder Creißfahne genennet werden. Mihi, lectis illis, quæ *Lazius* (*de Republ. Rom. VII.*) *Lymnæus* (*Add. Tom. I. P. I. lib. II. & III.*) *Hœpingius* (*cap. XVII. de jure Insign.*) *Obrechtus* (*de vexillo Imperiali diatriba*) *Culpisius* (*notis ad Monzamban. & scriptis aliis seorsim editis*) *Anonymus* von unterſch. Reichs- und Sturmfahne ex instituto de S. R. I. vexillis tradiderunt, quæ meo animo sententia subnata sit, conjecturis quibusdam liceat explicare. Illud ergo quodammodo hic præstruendum esse existimo, quod officia ac munera S. R. I. eo concesserint ab initio Imperatores, ut illi, qui iis præditi erant, hæc ipsa in aula Cæsarea aut imperio obirent. Qua ratione Comites, Duces, Pincernæ, Dapiferi, Mareschalli, Camerarii, alii generis ejusdem, quod *officii* cujusque erat, peregerant; propterea que S. R. I. ministrorum seu officialium titulo gavisi atque ab aliis aliorum principum ejusdem fere dignitatis administratoribus fuerant distincti. Postea vero, seculorum ambitione, factum est, ut splendidissimorum munerum nominibus Imperatores tantum honoris

causa aliquos insignirent, qui similes titulos pretio, nummis, modis aliis a Cæsaribus avide mercati sunt. Atque ita demum evenit ut plures, quam dignitatis ratio admittere videbatur, iisdem titulis in S. R. I. uterentur. Partim quod unus Imperator pluribus bene merentibus eadem diverso tempore contulisset, partim quod illa officia a persona Imperatoris pendere viderentur, quorum quisque novos sibi ministros eligere posset, illis, quos antecessor constituisset, insuper habitis, quamvis neque hi dignitatem, semel tributam, deponerent: partim etiam, quod demum parum referre crederent, plures titulo eodem uti, cui nihil præter nomen esset relictum. Cujus rei unum tantum exemplum afferam, præsenti negotio quodammodo vicinum. Ita enim S. R. I. *Venatores* audiunt Duces *Würtenbergici*; sed eundem titulum *Austriæ* Ducibus tributum fuisse in historia reperi, sic comites *Werningrodani Piscationibus* S. R. I. præfecti esse celebrantur, sed eandem prærogativam *Ducibus Würtenbergicis* tributam, memini me legisse. Ast quid hæc ad S. R. I. vexilla? non parum sane, cum eandem & hic rationem obtinuisse inveniamus. Certe *Marchionem Montisferatensem* BONIFACIUM III. *perpetuo munere*, S. R. I. VEXILLIFERUM sec. XII. fuisse celebratum, scribit *Niceph.* Gregoras, Græcus auctor (*lib. VII. Hist. Rom. p. m. 166. 167.*) Hæc enim mihi ex eo loco didicisse videor, quamvis cetera auctoris non æque probem, quod *jura S. R. I. Vexilliferorum* omnibus marchionibus communia fuisse scribat, quam causam ejus tueri videtur *Cujacius* (*de Feud. lib. I. tit. 1. p. 166.*) Sed tamen nihil hoc impedivit, quin *Rud. I.* Imp. Sec. XIII. opera *Henr. Hachberg. March.* in S. R. I. vexillo ferendo uteretur (*Gerard. de Roo lib. I. p. 301. 30.*) autem non multo post *Com. Hanoicum.* S. R. I. vexilleferum constitueret *Adolfus* Nass. Imperator (*Herzog Chronic. Alsat. lib. V. p. 62.*) Sic iterum eandem S. R. I. *Vexilliferi* dignitatem sec. XIV. Imp. a *Ludovico Bavaro* collatam accepit *Castrucius* Princeps *Lucensis* (*Freberus Append. ad Tom. I. script. Germ. p. 1.*) de cujus vita ac rebus gestis *Blondus* (*Decad. II. lib. IX.*) *Machiavellus de vita Castrucii*, ubi quod eundem Imperator vicarium S. R. I Tulciæ constituerit, legitur) aliique scripserunt. Idem Imperator, quod mireris, *Conradum de Schlüsselburg*, qua Dominum *Groninganum* S. R. I. vexilliferum creavit, scribente *Walzio* (*lib. II. cap. 2. p. m. 99.* Würtenb. Stams Ursp.) quem eadem antea dignitate cohonestaverat ejus Anticæsar *Fridericus* (*Alberto Argent. teste ad An. 1323. p. m. 121.*) Quamvis autem juris hujus reliquis tenaciores fuerint *Würtenbergici*, ad quos An. 1336. jure venditionis castrum Groninganum pervenit: tamen sequentes Imperatores non ita se astringi passi sunt, ut non & aliis rursus Germaniæ Proceribus vexilliferi S. R. I. munus se conferre posse, existimarent. Sane *Saxoniæ Duci* A. 1475. FRIDERICUM III. *Imperatorem* magnum S. R. I. *Vexillum* ferendum dedisse, idonei nobis testes sunt. *Philippi a Mullenheim* literæ (nuper a *Joh. Schiltero* ICtoium Coryphæo cum *Königshofio* editæ *p. 1105.* ita habent: und uf den Tag/ als Fürsten und Hussen zu Roß und zu Fuß ins Feld zusammen kamen / hohe und nyder/ ist dem Hertzog von Sachsen das groß Panier geben worden und ihm blieben/ und sunst allen Churfürsten und Fürsten (ubi tum jus Wurtenbergici?) keins; atque in epistola, ab eodem viro ad civitatem Argentoratensem perscripta, appellatur Dux Saxoniæ *Albertus* des heiligen Reichs-Baner. Ut adeo certum sit, privilegio *Ludovici* Bavari *Groningano* concessum, nihil prædeditum fuisse FRIDERICUM III. Imperatorem; quin ejusdem quoque *Saxonem* participem redderet. Utroque deinde A. 1495. in imperii comitiis eandem dignitatem a MAXIMILIANO I. repetente (*Lymn. Add. Tom. I. lib. I. cap. 14.*) non aliud S. R. I. vexillum unius atque alterius fuisse credendum, ut *Coquille* existimat (*en l'histoire de Nivernois p. 315.*) sed liberum fuisse & huic Imperatori,

tori, S. R. I. vexillum uno prætcrito, alteri conferre. Certe primi statuta secundus MAXIMILIANUS Imperator sibi non abesse credidit, quo minus in Turcico bello A. 1566. *Joh. Friderico Pomeraniæ Duci* S. R. I. vexillum **die R. Hof- und Blüth-Fahne** conferret. Neque querelæ, a Duce Wurtenbergico motæ, quicquam profecerunt, tenente id Pomeraniæ Duce, quod ei semel ab Imperatore fuerat collatum. Unde causam vides, quare nullum aulæ Cæsareæ responsum *Wurtenbergicis* in ea re datum, *Culpisius* (*ad Cap. III. §. 8. Monzamb.*) potuerit reperire. Quem etiam virum, harum certe rerum scientissimum, frustra id vexilli genus pro alio habere, quam quod debeatur Wurtenbergico, clarum est. Idem enim simili expeditione contra Turcam an. 1532. hoc vexilli genus Wurtenbergico tribuendum, eidem expresse asseruit: neque *Zasius* (*in lit. ad Ducem Wurtenb.*) quod ei consulto *Culpisius* affingit, hoc Pomeraniæ Duci datum S. R. I. *vexillum* nomine tantum **einer Hof-Fahnen** insignit; sed idem hoc **eine Reichs-Hof-Fahne**/ & mox **eine Kayserl. Reichs-Fahne**/ aliis item interjectis **eine Reichs-Fahne** dicit; a quo, quod magis notandum ipse sub finem **die R. Hof-Fahne** expresse distinguit, ut adeo non videam, quo jure *Culpisius* inter hoc Pomerani & S. R. I. vexillum distinguere possit. Hæc omnia eo faciunt ut intelligatur, quid juris sibi sumserint Imperatores in S. R. I. *Vexillifero* creando, quamvis alii antea ea dignitate fuerint defuncti. Rationes, quæ huic rei patrocinari videntur, superius indicavimus. Multum sane roboris in consuetudine hic posuero, per tot exempla & casus adductos mirum confirmata. Neque adeo male vertendum esse Imperatoribus existimem, si officia hæc honoris causa certis familiis tributa, maxime cum salus id reipublicæ velit, per alios extra ordinem expediant, titulo tamen atque dignitate ordinariis minime sublata. Durum certe, Regi administros non fieri, sed nasci: neque fas esse, sua fidissimis ac optimis committere. Memini me in aliis etiam regnis legisse, ubi, quamvis aulæ munera hereditaria sint, Regi tamen integrum maneat, ad ea alios, si visum fuerit, constituere, modo prioribus de honore constet. Ceterum ab illis, qui *vexillum Wurtenbergicum* **des Röm. Reichs Sturm-Fahne** Sueviæ tantum Ducatu includunt, aut contra perduelles & turbatores quosque (**im Sturm**) solum adhibitum fuisse, affirmare volunt, fides monumentorum, cui nihil in hoc studii genere posthabendum est, me cogit abire. Hæc de *militari vexillo* S. R. I. dicta sufficiant. Cujus usus cum extra militiam nullus sit, ipso *Culpisio* adserenre (pag. 404. l. c.) desiderari aliud in Imperio videtur, quod in pompis, comitiis, solennitatibus aliis præferatur. Tale senatui Romanorum fuisse, testis est inter alios *Appianus* (*lib. IV. de bell. civil. p. m. 506.*) Controversiis igitur de S. R. I. vexillo inter *Principes* Imperii indicatis, quid *urbibus Imperialibus* super eadem causa negotii sit, ad exponendum restat. Utrique de S. R. I. *vexillo* sermo est: quod in causa fuit, quare omnibus æquivocatio nominis imposuerit, ut pro uno vexillo haberent, quæ a se invicem admodum diversa sunt. In errantium numero illustrem virum *Ulric. Obrechtum* esse recte judicavit *Culpisius*. Sed vero is ipse, dum charybdim evitavit, in scyllam incidit. Vexillum S. R. I. quod apud *Argentoratenses* est, cum illo, de quo *Principes* diximus controvertisse, unum *idemque* putat *Obrechtus* (*cap. IV. pag. 22. l. c.*) *Culpisius* contra (*p. 485. l. c.*) non solum hoc negat, sed ne quidem S. R. I. vexilli id nomen mereri, scribit, tantum pro particulari aliquo urbis signo habendum. Uterque, quod pace tantorum virorum dixerim, falsus est: veritatem ex ipsis domesticis scriptoribus eruemus. De re ipsa autem sic habe. *Vexillorum* S. R. I. tria genera unius ejusdemque nominis fuisse, existimo: quæ adhibita sunt, ubi universa Germania, præsente ipso Imperatore, arma cœpit. Unum *Principum* fuit, alterum *Nobilitatis*, tertium tandem *Urbium* Im-

Imperialium in Germania. De *isto*, quam disputatum inter *Principes* sit, id enim ferre, nemini infra hunc ordinem fas est (R. A. zu Regensburg 1471. §. 34.) ex hactenus dictis constat. *Illud* vero ab hoc plane diversum (R. A. An. 1542. §. 39. so soll nichts destoweniger) peculiari etiam nomine audit die S. Georgen-Fahne / quod ordini *Equestri* in Germania ita proprium, ut ei etiam inscriptum reperiatur S. GEORGIUS PATRONUS NOBILITATIS IMMEDIATÆ. (vid. *Casp. Lerchii* Reichs-Adels Herkommen.) Ab utroque adhuc *tertium* differt, *urbibus Imperialibus* commissum. Scilicet, cum *exercitum imperii* nostri tres ordines constituerent; alii enim milites *Principum*, alii *nobilitatis equestris*, atque alii rursus *liberarum urbium* fuerunt, visum fuit Imperatori singulis ordinibus singula S. R. I. *vexilla* adsignare. De secundo genere der S. Georgen-Fahnen res notior est, quam ut aliqua luce indigeat, de reliquis duobus non item. Habuisse vero *liberas Urbes*, juxta *Principum* S. R. I. vexillum, & ipsas peculiare, epistola *Mullenheimii* l. c. omnium clarissime edocet. Cum enim *Principum S. R. I. vexillum*, des H. Reichs Fürsten-Fahne / quod ipse das groß Panier dicit Saxoniæ Duci ab Imperatore FRIDERICO III. A. 1475. datum esse, retulisset, de S. R. I. *vexillo urbium* des H. Reichs Stādt-Fahne in sequentibus pergit: die Kayserl. Majest. will auf diesen heutigen Tag thun den Erbern-Städten / das nit geschehen ist / und ihnen ein des heil. Reichs Panier geben / Nürnberg soll des von aller Städte wegen haben. Sed hoc ægre tulisse *Argentoratenses*, Norinbergensibus propterea ab Imperatore in hac dignitate prælatos, idem porro scribit: Darum ich als Hauptmann (Argentoratensium scilicet) antwort / daß es unbillig wäre / sequitur ratio: daß die statt Straßburg vor allen stetten / sy siße oben 2c. deß mer so habe sy bürger / die do nit ziehen um Solt / sondern um ehren willen 2c. harum und dann ere und zucht den stetten mit ime des heil. Reichs Panier beschehen solle / vor allen andern Fürsten / sunder den Hertzog von Sachsen / hoff ich daß der statt Straßburg / als billig / beschehe / als keiner statt. Sequitur mox responsum Imperatoris, quod tale erat: daß die statt Straßburg / auch Cölne / Nürnberg / Franckfurt und Ulm daß Panier ein tag um den andern haben sollen / daß ist von den jüngstgemeldten stetten zugelassen worden 2c. daß die statt Straßburg es den ersten Tag haben solt. Habes hic primo distinctissima esse S. R. I. *vexilla Principum & liberarum urbium*; deinde *Argentoratense* hoc vexillum, non *particulare* civitatis, sed *publicum* S. R. I. omnium urbium liberarum militibus præferendum. *Illud* in ordinem rediget placita *Illustr. Obrechti*; *hoc* tuebitur eundem contra *Culpisium*: cujus utriusque sententias superius retulimus. Quantum vero lucis inde scriptoribus supra laudatis omnibus ac singulis, qui enim hæc bene distinxerit, scio neminem, accedat: ille demum agnoscet, qui animum huic controversiæ infixit. Sed nostræ urbis oblitos nos esse dixeris? fateor, non tamen operæ pœnitet, causæ huic impensæ. Et nisi hæc ipsa bene intellecta sint, frustra institueretur disputatio. *Vexillum Halensium in expeditionibus Imperii inter antecursores & rorarios esse*, in dem verlohrnen Hauffen / hoc & aliud nihil omnes dicunt *Crusius*, *Lymnæus*, *Reusnerus*, *Zeilerus*, *Oldenburgerus* alii. Mihi illud *Lamberti Schaffnaburgensis* (*ad An. 1075.*) adhibere hic liceat, dum inquit: *Suevis ab antiquis jam diebus lege latum esse, ut in omni expeditione Regis Teutonici ipsi exercitum præcedere & primi committere debeant.* Horum ergo & vexilliferos esse, & vexillum custodire *Halam* nostram, quis dubitabit? Non igitur nationis Germaniæ, sed *Sueviceæ gentis* hoc vexillum est. Dices, unde tanta *Halæ* nostræ præ aliis Sueviæ urbibus dignitas? Nihil mirum. Cum enim *nobiles* S. R. I. eam incoluisse §. 1. hujus cap. ostenderimus: quis incolis

illu-

illustrioribus hanc invideat militarem prærogativam? Color vexilli Halensium idem ac insigniorum est, cujus rationes §. 5. hujus cap. habuimus. Ceterum *Argentoratensi urbe Art. XVI. Pacis Risvicensis*, ab Imperio Germanico prorsus avulsa, certabunt liberæ ac immediatæ civitates de jure S. R. I. *vexillum* custodiendi. Triste Romanis omen erat, vexilla amisisse: *malus* ergo vates sim, si, quod in votis habeo, civitates S. R. I. *erepto signo*, jura libertatis, quæ Deus sarta esse jubeat, bene tueantur.

§. VIII. Restant præter recensita hactenus, alia jura; quæ strictim noto, cum spatio ac temporis angustiæ ab ampliori opere nos excludant. Ambit territorium Hallense fossa ac vivum sepimentum (*Crusius lib. 7. Part. II. c. 5.*) Inde Ruperto Imperatori privilegium debet **über Heg und Schleg** (*Zeiler. Chronic. Suev. p. 292.*) Neque adeo tanta eis de *finibus* controversia, quam, ut simili modo alii Germaniæ proceres evitent, optat *Conringius* (*Thesaur. Rer. Part. IV. p. 1299.* Pristinas tamen id tantum regiones circumsepit, non terminos post ultra prolatos. Causam sepimenti in diffidiis posuero, quæ inter *Suevos* ac *Francos* notum est intercessisse. Horum enim limitibus regio opposita est Halensium.

§. IX. Atque inde *Halam propugnaculum Suevorum* contra Francos hosce Orientales factum esse, putamus. In qua causa, præter vicinitatem, etiam illa est; quod magnus nobilium numerus *ut §. 1. hujus cap.* scripsimus, cum in urbe ipsa, tum in confiniis ejus habitaverint. Hi enim dato signo convenire atque hostes reprimere poterant. Deinde & ipsi *Franci* in finibus *Rotenburgensium* similem fossam Suevis ac nostræ Halensi maxime objecerunt. Utraque viget hodienum. Alii in *eodem hoc* numero etiam habent *Dunkelspulam.*

§. X. Summa appellationis *ducentos florenos* excedere debuit, ex quo privilegio An. 1567. gaudebant nostri (*Blum. Proc. Cam. Tit. XLVIII. tab. 6. p. 384.*) Sed hodie aliter res definita & ad 400. thal. producta est (per Rec. Imp. An. 1654. §. 112. **Viertens solle die Summa.**)

§. XI. Singulare etiam est, quod consules nostri* in vernacula neque **Burgemeister** / neque **Rathsmeister** / sed **Stadtmeistere** audiant. Rationem in eo ponit *Crusius* (*Part. II. lib. 8. c. 5.* quod tribus urbibus præsint; inde ejus originem fere in An. MCCCXXIII. rejicere videtur (*idem Part. III. lib. IV. c. 6. p. 217.*) Idem nomen Argentoratensibus in usu; sed hi in numero singulari **Stadtmeister** appellantur. Aliter nostri ob dictam causam. In *privilegio Maxim. I. An. 1521. §. 3.* a nobis allegato, **Burgemeister** / consules nihilo minus Halenses dicit Imperator. Sed id imperito scribæ tribuendum, cum sua nomini ratio & usus constare videatur.

§. XII. Urbem Hallensem naturam reddidisse valde munitam, scribit *Conringius* (*Thesaur. Rer. Part. IV. p. 1299.*) Montibus enim undique cinctam neque tormentis neque alius generis machinis peti posse, omnes fere auctores credunt. Fabula est, cum plagas urbis septemtrionales atque meridionales latis spatii addi pandere sciamus. Melius sibi (An 1688.) in novissima invasione Gallica civitas consulvit, quod non extrema expectaret, sed urbem sibi ac imperio ab hoste in tempore redimeret; cum virium tum invasori objectarum tristissimum eventum nostræ vicina urbs hodienum lugere videatur. Sed prospiciat futuris etiam malis Deus & hostes quosvis a mœnibus *Hala nostra* averuncet. Atque in his pientissimis votis, pro dulcissima patria ab

 utro-

utroque differente factis, pensum hoc absolvimus: quamvis *prærogativarum* urbis nostræ ampliores terminos esse nequicquam diffiteamur. Scripsimus, quantum edita nobis monumenta suggesserunt: quæ ipsa tamen, cum non raro falsa tradiderint, nostris rationibus emendavimus. Sæpius conjecturis usi sumus, ubi inedita nos defecerunt instrumenta. Sic HALÆ SUEVICÆ jura HALÆ BRANDENBURGICÆ defendimus. Dei Deus, ut, qui *hujus* urbis indulgentissimus Dominus ac Princeps est; *illius* demum, si fata vicinum fecerint, firmissimum præstet tutamentum.

DISSERTATIO XVIII.

DE

NUMMIS ANTIQUIS HALENSIBUS VULGO SIC DICTIS HALERIS.

§. I.

EXtra omne dubium credimus positum, & communi veluti consensu comprobatum, vulgo sic dictos HALEROS ab HALA, *Sueviæ* Urbe antiqua, *(a)* primum signatos, esse *omnium antiquissimos*, *nomenque* suum *ab hac ipsa Urbe* simul *primum esse indeptos*.

§. II. *HALAM* siquidem, *Suevorum*, uti diximus, *urbem, primum* nobis dedisse *illos nummos*, qui *CRUCE ab una*, *MANUque ab altera parte*, & *sine literis* signati, ex *argento æreque* cusi fuere, (cujus generis & *argenteum* itemque *cupreum* in proscenium produximus conspectumque omnium) *Insignia* vel satis persuadent, *olim hodieque ab hac ipsa urbe usurpata; Dextera* scilicet *manus erecta* in *flavo*, & *aurea Crux in rubro* campo, inque *scutis erectis*, quorum *latera superiora* duos *rectos angulos* constituunt, inferiora utrinque in *rotunditatem* abeunt. *Aquila*, quæ desuper scutum utrumque complectitur, recentioribus temporibus accessit. Nec deest *Autoris* luculenti testimonium, MARTINI scilicet *CRUSII*, Parte III. Libro IX. p. 499. *Annalium Suevicorum* hunc in modum scribentis; *Cum primum HALA Imperio Romano attributa esset, duo erant ibi Senatorum, vel Judicium genera. Unum ex Nobilibus, (b) & Patritiis: quorum*

(a) Licetque sub *Romanis* illa nondum exstiterit, ut aliqui tamen volunt, certius tamen hoc est, exorto *Christianismo Sal*, *salinamque*, (die Hall) & *nomen* & *natales* eidem dedisse, multaque forsan de antiquitate ejus possemus apponere, nisi *ἀρχεῖον* ejusdem anno jam 1376. in cineres fuisset redactum; præterea & anno 1346. magno incendio fuerit deformata. Vid. *Crusium* Ann. Suev. L. V. P. III. c. 81. p. 287. Itemque II. VII. 5.

(b) Confer hac de rursus *Crusium* L. IV. c. II. p. 5. & Lib. II. Part. III. p. 97. & in Paralipom. p. 62. *Limnæum* L. VII. c. 24. *Nithardum* Lib. III. scribentem:

rum usus erat tantum in magnis Reipublicæ negotiis. Hi non tantum in Urbe, sed extra etiam, in prædiis & castellis habitabant, ac se solos cives Halæ nominabant, cæteros non item, qui de plebe erant. Hic nominabatur superior Senatus (**der innere Rath.**) *SIGILLUM EORUM MANUS erat: ut qui superiorem mandandi potestatem* (**Oberhand**) *haberent. Feruntur in eo consessu novem equites aurati fuisse.* (*c*) *Ideo novies campana peculiari signum ad eum congregandum dari solitum esse. Unde postea etiam is pulsationis numerus in congregando Senatu servatus est. Alter Senatus, vel Judicium inferioris dignitatis* erat, ex *plebejo ordine* (**der äussere Rath**) *constitutus. Eorum munus erat cognoscere de civilibus causis, ut hæreditate, ære alieno, conviciis; IN HORUMSIGILLO CRUX erat, ut qui sub potestete Superiorum essent. Curiam habebant ubi nunc frumentarium emporium est. Cum autem An. MCCCXL. magna incidisset discordia inter utrumque Senatum* (*unde seditio metuenda erat*) *per Cæsareos Commissarios* [*quorum primus comes Wurtebergensis Ulricus erat* (*d*)] *res ita composita est, ut ex utroque Senatu unum corpus viginti sex personarum fieret, ac semper pridie S. Magdalenæ Consul eligeretur. Ita etiam ex utroque Sigillo* UNUM SIGILLUM FACTUM EST (ἀεὶ τὸ ἓν συστικόν) MANU & CRUCE *in campo rotundo posita: utraque in cera rubra seorsim, seu in proprio scuto, apparente*, QUEMADMODUM IN HALENSIUM MONETA CONSPICITUR. Idem vero Jus cudendi Monetam talem ipsis & asserit Halensibus laudatus CRUSIUS L. VII. P. 2. p. 226. scribens: LICET HALENSIBUS CUDERE MONETAM ARGENTEAM ET AUREAM, IN QUA EST MANUS ET CRUX, IN AQUILA. Et vel ipsæ *ædes hodienum superstites* in urbis parte *Gelbingeriana*, ubi olim *moneta fuit cusa*, **die Müntze** audiens, id confirmare potest singulariter.

§. III. Ex superius tamen dictis non statim sequitur, *illos nummos*, qui *una ex parte manum, ex altera crucem exhibent*, ante annum MCCCXL. fuisse cusos, reliquos, qui *manum & crucem una facie simul sistunt*, post illum annum fuisse obsignatos, neutiquam. Sed *diu post annum* MCCCXL. hunc morem signandi adhuc ab una *parte manum*, ab altera vero *crucem* fuisse retentum, prorsus mihi persuadeo, nempe vel ob *imperitiam* & *ruditatem illorum* artificum, qui *typarios* tunc conficiebant, & *duplex scutūm*, *manum* scilicet *crucemque*, parvo includere spatio nesciebant, vel quod *usus* jam inveteratus, notaque in manibus omnium per Germaniam fere incolarum symbola hæc & signa hoc suaderent, ita ut prorsus & certissime credam, durasse *hanc* monetam suam *signandi rationem* usque in annum MCCCCXCIV. quo quippe anno *Halensis moneta factam fuisse mutationem* per *Monetarium suum*, *Martinum Lerchium*, peritiorem omnino prioribus artificem, & *Insigne*, uti nunc est, *conjunctim* quoque prima vice *in nummis fuisse exhibitum*, diligentissimus Historiæ patriæ conditor, *Martinus Crusius*, quoque adnotavit, (*e*) quæ cudendi,

tem: Urbes *Edelingorum* fuisse domicilia. Et ex *Nobilium* frequenti ibidem babitatione recte omnino Excell. *Ludovicus jus monomachiæ* Senatui ab Imperatoribus concessum deducit.

(*c*) Neque hoc mirandum, cum legamus & aliarum civitatum, & forte minorum, magistratus olim constitisse ex Nobilibus.

(*d*) Vide in hunc finem Chron. MStum Würtenbergense p. 308.

(*e*) Ibidem loco citato: *Cum autem* MCCCCLXXXXIV. anno NUMMI HALENSES, qui HODIE IN USU SUNT, CUDERENTUR, & *die S. Thomæ pub-*

di, & *insignia* semper *conjunctim imprimendi* ratio in subsequentibus temporibus retenta fuit, uti non solum majoris moduli nummi & *Joachimici*, *semiquethaleri* An. 1542. & 1545. ab *Hala* urbe cusi, *sed & minoris ponderis nummi*, anno MDXVII. & MDCXVII. in *Jubilæum Evangelicum* ab ipsa celebratum obsignati, testantur: quos adduxisse, æríque incisos exhibuisse saltem heic sufficiat. Qui *posteriores singulis annis Ratisbonæ* adhuc excuduntur, eo tantum fine, ne in *desuetudinem jura* hæc ipsorum *abeant*, & communiter *à Pastoribus* diebus solis coram altari pueris ac puellis catechetica *exercentibus*, beneque respondentibus, perinde ac in pagis, distribuuntur; cum majores nummos diu non dedisse civitatem hanc sciamus, eo quod forte *monetalia* ipsi desint, & aliorum Statuum Imperii nummos *sine commodo* recudere nolint. (*f*)

§. IV. Sed ad HALENSES nummos redimus; & ne quis de *antiquitate* illorum forte ambigat, *librarum Halensium* (quarum computatio primitus sine dubio ex *Haleris* istiusmodi constitit) usum ab anno jam minimum MCCXXVIII. probatum dabimus. Eopte enim anno *Egenonem*, Comitem ab *Urach*, prædium *Cimberbuch*, quod *Conradus*, *Abbas Bebenhusanus*, à *Ministerialibus* supra laudati Comitis *octoginta Librarum precio* HALENSIS MONETÆ comparaverat, Kalendis Decembris in *Urach* legimus confirmasse. (*g*) Anno MCCXXXV. *Henricus de Walthusen* à Cœnobio *Lorchensi*, vi contractus, inter alia accipit duos porcos, *valentes II.* TALENTA HALERORUM. (*h*) Anno MCCXLV. *Gero*, miles *de Lichtenstein*, Monasterio *Bebenhusano* LXXV. LIBRIS HALENSIBUS mediam partem decimæ in pago *Tusselingen* vendidit. (*i*) Porro, *Reinboldus*, miles de *Neuperg*, anno MCCLXXXIV. pro remedio suæ animæ *vineam*, *Pfadewingarthe* dictam & bona in *Cimmeren* sita, pro XXXV. TALENTIS HALENSIBUS (Pfund-Heller) coemta, *Lorchensi* adscripsit Monasterio. (*k*) Sic *Rudolphus I. Rex Romanorum*, pro damnis, quæ in servitiis suis fecerat *Diepoldus de Bernhausen*, pignus constituit in *jure Advocatiæ Monasterii Denckendorffensis* pro *quadringentis* LIBRIS HALLENSIUM, quas ipsi antea promiserat. (*l*) Et *Ludovicum*, *Comitem Palatinum Rheni*, singulis

---

publicarentur, quidam incola civitatis, Sigismundus Weinbrenner, cantilenam de ea moneta composuit, ubi Insignium Halensium fecit interpretationem. Ex interpretatione hac vero planissime datur colligere, *Insignia* tunc *in uno scuto* fuisse à *Martino Lerchio*, Monetario, exhibita. Explicat enim Insignia, tanquam Deus providentia sua peculiariter huic *Reipublicæ* ad bene & feliciter gubernandum consulat. *Manus* (inquit) *Deum* Patrem significat; *Crux Christum Redemtorem*, *Aquila*, *quæ in hac moneta utrumque scutum complectitur*, *bonos afflatus Spiritus Sancti*, *ibi* jam *Trinitas personarum*, sed *rotunditate monetæ* unitas innuitur æternæ Deitatis. Pie magis hoc quam vere. *Manum* ab Imperatoribus eidem in Insignia concessam tamen existimarem, in servandæ fidei tesseram, *crucem* in servatæ fidei indicium, *aquilam* adjecerunt in signum, urbem immediate imperio Romano esse subjectam.

(*f*) Clare hoc asserente laudato supra *Joh. Petro Ludovico*, in der Einleitung zu dem teutschen Münz-Wesen. p. 51. Et in Commentario de rebus Politicis Hallensibus, p. 30.

(*g*) Crusius Annal. Suevic. L. I. p. 21.

(*h*) Idem Crusius ibid. p. 34.

(*i*) Crusius p. 57.

(*k*) Crusius l. c. p. 81.

(*l*) Diplomata Monasteriorum Würtenbergensium p. 467.

his annis à Civitate *Heidelbergensi* quadringentas *libras Hallenses* an. MCCXXXIX. accepisse, (*m*) documento est sequens Diploma: *Nos Scultetus, Scabini, & universi cives in Haidelberch tenore presentium profitemur, quod cum Serenissimus Dominus noster, Ludovicus, illustris Comes Palatinus Rheni, Dux Bavarie, inspectis nostris defectibus, quos sustinuimus, hanc nobis gratiam fecerit, quod in proximo festo B. Martini, & in subsequenti termino pro petitione (Beed vulgo) quolibet anno de quadringentis libris Hallensibus stare vult contentus; nos è converso promisimus & promittimus per presentes, quod ei eandem summam quadringentarum librarum annis singulis in dicto termino persolvamus.* Anno etiam jam MCCCXV. circa *Gotham* nostram hoc in usu fuisse HALERORUM genus, vel ex Notitia, à *W. E. Tentzelio* in *Supplemento II. Historiæ Gothanæ* p. 83. allata, clarum est, ubi *Sifridus*, Clericus, dictus *Kanckerbuch*, tertiam partem mansi in villa *Buffleben*, ab *Abbatissa Monasterii S. Crucis in Gotha* injuste possessam, coram *tribunali Ecclesiastico Moguntino* peculiari libello repetens, eandem ad *viginti* LIBRAS HALLENSES, fructusque inde hactenus perceptos ad *decem* LIBRAS HALLENSES æstimat. De vili simul rerum omnium olim pretio documento nobis esse potest venditio illa, quando nempe *Ulricus*, Comes Würtenbergens. an. MCCCXLII. *Tubingam*, oppidum, una cum arce Palatina C. MARCIS LIBRARUM OBOLARIUM à *Godfrido & Wilhelmo, Comitibus Tubingensibus*, coëmit. (*n*) Sic exploratum nobis est, *Carolum IV.* Imperatorem, *Eberhardo & Ulrico* Comitibus Würtenbergensibus, Monasteria *Adelburgense* & *Steinbemense* pro 1800. LIBRIS HALLENSIBUS oppignorata an. MCCCLXI. redemisse. (*o*) Si vero scire velimus, *quot solidi Halerorum* tunc confecerint *marcam argenti?* ex *Ludovici*, Imperatoris, id statim percipiemus literis, Imperiali Civitati, *Francofurto*, an. MCCCXX. III. Kal. Jan. datus, (*p*) in quibus inter alia: *Ut quatuor Civitatum, Franckenfurd, Friedberg, Wezlar, Geilenhausen, Oppidani nobis & imperio quolibet anno in Festo B. Martini pro omnibus supra dictis oneribus præstandis mille & sexcentas marcas denariorum Coloniensium, triginta & sex solidos Halenses, pro qualibet marca computandos, ministrabunt.* Ut adeo nunc constet, *triginta & sex solidos Halerorum*, sive *Halensium*, *marcæ* æquipolluisse, quanquam hoc pro tempore variaverit, &, ut infra audiemus, a reformatione *Caroli IV. Imperatoris*, monetæ, *triginta & unus solidi* Halerorum *marcam* confecerint; *duodecim vero Halenses* respondisse *solido Halensi.* (*q*) Causæ ergo

 exin-

(*m*) Datum est illud *Haidelberche* anno Domini MCCLXXXIX. XVI. Kal. Martii, & adductum à Frehero in *Antiquitatibus suis Palatinis* p. 102.

(*n*) Crusius P. II. p. 501.

(*o*) Diplomata Wurtenbergensia p. 41. quæ 1285. *florenos* & 20. *solidos* confecisse, Glossatos observavit.

(*p*) Vide *Privilegia Francofurtensia* p. 16. 28.

(*q*) Idem confirmat *Tilem. Frisius* in Speculo Monetario p. 137. scribens: Und daß ein Schilling (Solidus) bey den alten Teutschen/ Beyern/ Thüringern/ Longobarden/ Francken und Sachsen 12. Denarios (Pfenninge) gemacht/ und solches von alten Gebrauch/ wie Lex saget: Si cum argento solvere contingat, pro solido 12. denarios solvat, sicut antiquitus est constitutum titulo XXXVIII. in LL. Ripuariorum. Und p. 139. Daß also regulare ist und bleibet/ daß 12. Pfennige einen Schilling thun/ dabey die Alten gekauffschlagt haben/ fast an allen Orthen/ ehedenn die rechten Goldgülden und die Thaler/ ja ehe denn alle grobe und harte Müntze/ als Turnosen/ Böhmische/ Meißnische aufgekommen. Lindenbrogius in Glossario: *Solidus* plerumque pro *duodecim denariis* accipitur.

exinde satis habuit optimus ex veteribus Theologis, JOHANNES MATTHESIUS, illos *antiquos admodum nummos*, qui *manum præferrent*, appellandi, ita de iis scribens in sua (r) Sarepta: Ich muß hie auch unserer Vorfahren gute alte Hendels Heller ums Gepräges willen erwehnen: Et mox rursus: Warlich! die Händleins Heller waren gut an Schrot / Korn und Schlag / aber man schlägt ihr jetzo leider! wenig / die recht Schrot und Korn führen. Dieser alten ehegestern erwehne ich ům der Arabischen Müntze willen.

§. IV. *Nomen* proinde *HALLEROS*, seu *HALLENSES*, a *Suevia* Urbe, HALA, non secus ac BYZANTINI (s) à BYZANTIO; BISANDI, (Bysanter) ab urbe BISUNTIO, FLORENI (t) ab Urbe Italiæ FLORENTIA; TURONENSES ab Urbe Galliæ TURONO; VALLENSES, seu THALEROS, à VALLE JOACHIMICA, vulgo & hodie dem THAL; fuisse sortitos, id nunc aliquot *Autorum* quoque testimoniis firmatum dabimus, & quidem, qui instar omnium nobis esse sane potest, *MARQUARDI FREHERI*, Viri in Antiquitatibus Germanicis summe docti, in hunc modum de nostro negotio distincte (u) pronunciantis: *HALENSES minutissimæ monetæ usualis genus apud HALAM Sueviæ PRIMO SIGNATUM. Olim & nunc in usu LIBRÆ HALLENSES.* CAROLUS du FRESNE latus hujus claudat, qui in *Glossario suo medii ævi HALENSES MONETAS HALÆ cusas* clare interpretatur. Veluti ex abundanti PAULI HACHENBERGII addimus adhuc calculum (x) *HALLENSES*, scribentis, ab *HALA*, *Suevorum Oppido*, *nomen hausere*, *tanto olim in usu*, *ut omnis fere pecunia inde appellationem traheret. Vulgo enim ante unum & alterum seculum audias Libras Hallenses* (Pfund-Heller) *quibus omnes contractus*, *rerumque pretia expediuntur.* Ut non tangamus *Chronici veteris Noribergensis* verba, huc apprimis facientia, à nobis infra mox afferenda.

§. V. Ut adeo ridendi sint nunc illi, qui HALERORUM nomen ex Germanica deducentes lingua, eosdem quasi Helblinge dictos existimant, in qui-

(r) Pag. mihi 164. b. Et in alia ejusdem editione p. 757. *M. Joh. Balthasar Matthesius* in vita *M. Joh. Matthesii* p. 35. ubi hoc saltem adnoto, *Hallenses* ejusmodi nummos non tam raros hodie esse, siquidem & mea ætate hinc inde *aliquot ollas illis plenas fuisse effossas & inventas*, memini.

(s) Quod usitatissimum genus monetæ medio ævo, per Germaniam etiam, erat, duravitque per multa Secula, donec *aurei Florentini*, & post hos *Rhenani* in illorum locum succederent. Vocabantur autem *Byzantii*, *Byzantini*, *Bisantii*, & erant *Ducati aurei Constantinopolitanor. Christianorum Imperatorum*, inquit *Crusius* P. II. p. 306. A. S. novimusque. talem aureum Byzantinum quotannis in Lateranensi Palatio Beato Petro & Cameræ Apostolicæ, ad supplementum vestitus Apostolici destinatum, pro donata a Papa libertate fuisse missos ab Abbatiis *Hirsaugiensi*, *Blaubeyrensi*, *Biblingensi*, *Alpersbacbensi*, *Lorchensi*, *Zwifaltensi*, *Adelbergensi*, *Anhusano*. Vide Crusii Annal. Suev. p. 257. 283. 287. 289. 301. 306. 308. 330. Diplomata Monast. Wurttenberg. p. 536.

(t) Tilemannus Frisius p. 119. Sind zu Ende dieses Seculi (1290.) die Lilien-Gülden zu Florentz in Italia geschlagen / in Teutschland eingeführet / und bald sehr gangbar worden.

(u) *In Tractatu de re monetaria Germanorum*, *aliorumque Populorum*, in forma 4ta L. 1. C. 1.

(x) In Dissertatione X. *de re nummaria veterum Germanorum*, §. 23. p. 375.

quibus est TILEMANNUS FRISIUS, in *Speculo suo rei monetariæ* p. 130. ita scribens: Ein Heller / gleich als ein halber Pfennig (quasi dimidius nummus) Wie er dann an vielen Orthen ein Helbling / auf Sächsisch aber ein Schärff genennet wird; Quod equidem, de *recentioribus* si loquamur *temporibus*, verum est, non de *medii ævi*; Häller enim tunc vocabantur, non Helblinge: Itemque MELCH. GOLDASTUS T. I. P. II. *Rerum Alemannicar.* p. 294. idem adstruens: Haller / inquiensque, nobis ut & Slavis Halirtz dicitur, quasi halber. Sane cum *Germanicæ* illi sint *originis*, male eorundem derivatio in *Slavonica* quæritur *lingua*.

§. VI. Multoque minus heic audiendus est JOANNES JUSTUS WINCKELMANNUS, qui originem horundem à monetariis *Francofurtensibus*, *Haleris* olim dictis, secure satis accersit, in sua *Descriptione Hassiæ* p. m. 47. ita scribens: Heller führen den Nahmen von dem alten Franckfurter Geschlecht / der Heller genannt / woselbst die alte Geschlechter die Müntzer / oder Hausgenossen sind genennet worden / weilen sie unter keiner Zunfft waren / sondern in einem besondern befreyten Hause ihre Zusammenkünfften hatten / und im Namen des Römischen Kaysers das Müntz-Regale übeten. *Posterius* equidem uti sub disputationem vocare plane nobis non est animus, sed lubentes hoc ipsi concedimus; ita rectius omnino fecisset, si *prius* invertisset, & istorum *Monetariorum Francofurtensium nomen* ab *ipsis Haleris*, quos magno & *ibidem* numero olim, *Halæ Sueviæ* exemplo, cuderunt, & infra pluribus probaturi sumus, derivasset.

§. VII. Frustra præterea sunt illi, & piæ mentis sensum potius, quam antiquitatis notitiam produnt, qui *crucem* & *manum* in iis conspicientes, in memoriam *amissæ* suæ ob perjurium ad *Merseburgum dexteræ*, vel ab ipso *Rudolffo*, Anti-Cæsare, statim conflatos eosdem conjiciunt, in qua sententia iterum piissimum quondam Theologum, JOHANNEM MATTHESIUM, fuisse, constat, dum ita in sua *Sarepta* p. 164. b. de iis statuit: Mit denen alten Hendels-Hellern hat man die Unterthanen ihres Eydes und Handschlags ohne Zweiffel erinnern wollen / die sie ihrer Obrigkeit zu leisten schuldig seyn. Und wer weiß / ob sie nicht der gute Kayser Rudolff hat schlagen lassen: Den die Clerisey verhetzte / daß er sich wider seinen ordentlichen Kayser (Henricum IV.) einließ / darüber ihm seine Hand bey Merseburg im Kriege abgeschlagen ward / wie er denn seine Hand seinen geistlichen Räthen / die im Regiment nicht viel Gutes ausgerichtet haben / mit betrübeten Hertzen zeigete. Sed neque *Halerorum ætas*, *monetandi* tunc plane *alia ratione* ex *ipsis nummis observandi & commonstrandi*, ad *Rudolffi* assurgit tempora, quippe qui jam an. MLXXX. diem suum obiit supremum; neque *temporis*, quod ipsum post inflictum in prælio vulnus supervixisse scribitur, *brevitas tantam nummorum copiam* permittit: commisso etenim die XII. Octobris prælio, die statim XVI. ejusdem mensis è vivis jam *Merseburgi* abjerat; & quis *dedecoris sui* vel ipsum *post fata* etiam *per ejusmodi nummos præconem* crederet *Rudolphum* Anti-Cæsarem?

§. VIII. Hæc forte rectiori animi lance secum pensitans CYRIACUS SPANGENBERGIUS, Historicus cæteroquin in recentioribus non indiligens, medicinam huic laboranti conjecturæ paraturus, conflaturam horundem HALERORUM in HENRICUM IV. Cæsarem, victorem *Rudolphi*, Imperatoremque legitime coronatum, rejicit, rem in vado sic se constituisse autumans, ac in Tractatu suo de *usu & abusu Monetæ*, qui additus est *Tilemanni Frisii*, *Con-*

ulis olim Gœttingensis, *rei monetariæ Speculo*, (y) p. 218. ita scribens: Daß man auf etlichen Müntzen offene aufgerichtete Hände gepräget/ wie man noch auf den Händlings Hellern siehet/ (welche etwan auch besser gewesen/ als jetzo) ist von den Vorfahren guter Meynung geschehen/ damit die Unterthanen ihres geleisteten Eydes und gethaner Pflicht und Handschlags gegen ihrer Obrigkeit zu erinnern/ und könte wohl kommen/ daß Kayser Heinrich der IV. sie hätte nach der Zeit schlagen lassen/ als er den wider ihn aufgeworffenen Aber-König/ Rudolphen/ anno 1080. bey Mersburg erleget hatte/ männiglich zu erinnern/ gegebene Treue und geleistete Eyde besser zu bedencken/ denn gedachter Rudolph gethan/ welchem die rechte Hand in der Schlacht abgehauen worden/ die er (als seines Lebens nicht mehr seyn wollen) denen Fürsten und Bischoffen/ so ihn wieder Kayser Heinrich verhetzet/ mit weinenden Augen und beschwerten Gewissen gezeiget/ und gesaget: Wolan/ ihr Herren/ da sehet die feine Hand/ damit ihr meinem Herren Kayser Treu und Glauben zugesagt und geschworen/ aber auf euer und des Bischoffs Getrieb übel gehalten/ nun fahre ich dahin/ sehet ihr zu/ wie wohl ihr mir gerathen/ und bedencket euer Eyd und Pflicht besser. Verum, licet id, quod de admonitione *manus* ad *fidum obsequium* dixerat *Spangenbergius*, non omni ex parte rejiciamus, (z) præterquam quod *Seculum* istud nummos *mnemonicos*, hoc est, *in certæ rei gestæ memoriam obsignatos*, prorsus *ignoret*, (a) omnisque *tunc monetandi ratio*, uti supra jam innuimus, *repugnet*; unde nunc præterea tanta *hodienum* illorum in *Misnia*, *Thuringiaque*, copia? cum vel *Altenburgensium antiquos denarios*, tempore illis tamen posteriores, civitatisque in *Misnia* sitæ, percelebrisque olim, uti supra conquesti sumus, *frustra hodie quæramus*?

§. IX.

(y) Editum *Francofurti ad Mœnum*, Anno 1592. 4to.

(z) Præsertim si sine *manus erectæ* & veluti ad *juramentum peragendum* formatæ, quale quid observandum datur non solum medio in pavimento *Ecclesiæ Fuldensis*, ubi *quatuor*, versus quatuor mundi plagas; sed & *Hirsfeldensis*, ubi in fastigio Basilicæ longe supra tectum *una* conspicitur *manus erea*. Confer illas, si placet, ære expressas in *Christoph. Brovveri Antiquitatibus Fuldens.* L. II. p. 173. Cum vero *Urbis*, non *Senatus*, (ut locum habere inde vix possint ea, quæ *Crusius* supra §. XV. protulit) sint *Insignia*, omnino in eo me habet consentientem supra laudatus Dn. *Ludovicus*, nempe Imperatorem, qui urbi insignia intulit, *fidei eam*, atque *obsequii* eodem insigni *admonere* voluisse, *dextra* nempe in iis *expressa*; in *servatæ* autem *fidei* tesseram, *crucem auream in rubro campo* datam esse, exemplo insignium Urbis *Messanensis*, de quibus legendus *Fazellus* Decade I. L. II. Rer. Sicul. c. 2. p. 42. §. 35. *Aquilam* vero in *urbis immediatæ Imperio subjectæ* signum; de quo *Hœpingius* Herald. P. III. §. 2. p. 380. consulendus.

(a) Hoc non paucis *argumentis*, nec hactenus refutatis, jam ostendimus in corollario II. ad nummos *Isenacenses* &c. Et *Tilem. Frisius*, licet *in antiquioribus satis rudis*, ipse hoc assecutus videtur, scribens in *Speculo suo monet.* p. 133. de nummis bracteatis: daß die breite dünne Pfennige/ wie Thaler breit/ und noch breiter geschlagen seyn von Kaysern/ Königen/ Fürsten/ Herren und Städten/ etliche dünner und breiter von schönem lautern Silber/ daß sie schier vor keine Müntze/ sondern vor Kirchen-Verehrung von etlichen Gelehrten geachtet werden wollen. Es gibt aber die Erfahrung an der Mannigfaltigkeit solcher breiten gefundenen Pfennigen an vielen Orten/ daß es gangbar hafftig Geld gewesen sey/ daß man in Schachteln (addo Meßingen oder Küpffernen Büchsgen/ oder Schachteln) und grossen Taschen von Ochsen-Leder getragen hat.

§. IX. Post restitutum nunc, evictumque, ut opinor, satis *locum natalem* HALERORUM nostrorum, non multum repugnabimus illi, qui dixerit, *magnam pecuniæ partem hoc nummorum genus aliquot seculis* sibi *invicem subsequentibus constituisse*; certum præterea, confirmatumque credimus, *reliquarum Germaniæ Civitatum hujusdem nominis monetam ab hac ipsa urbe* HALA appellationem suam traxisse; Hoc tamen affirmare audemus neutiquam, quod Excell. *LUDOVICO* asserere (*b*) placuit; *eam ætatem juris monetandi apud Halenses esse*, quæ cum *urbibus Germaniæ universæ contendere possit*; siquidem, ut omittamus, de *antiquitate juris monetandi*, & à quo Cæsare certo illud privilegium acceperint? nihil plane nobis ex probatis satis constare Autoribus, si non *alii* ostendantur, eruanturque in posterum, quam hactenus visi sunt ab HALA, Sueviæ urbe, nummi, pignore quovis contendere ausim, illorum originem seculum *decimum tertium* non antecedere, adeoque nummis *Argentoratensibus*, *Augustanis*, *Constantiensibus*, *Coloniensibus*, *Goslariensibus*, *Lubecensibus*, *Hagenoensibus*, *Moguntinis*, *Magdeburgensibus*, *Ratisbonensibus*, ut plures taceam, gloriam longe majoris antiquitatis oppidò relinquere.

§. X. Hoc vero *Numismatis genere*, ut discursum nostrum adsolvamus, tunc undiquaque invalescente, atque percelebri, perque hominum manus currente citissime, frequentissimeque, (causam non alio tamen rejicias, velim, quam in *frequens ibidem*, prioribus nostris seculis *Salis commercium*, (*c*) allatamque illuc è peregrinis etiam locis *auri argentique insignem copiam*, ob faciliorem coemptionem proinde, si aut *majoris molis*, aut *diversorum typorum* esset, cum hac ipsa minori *Hallensi* (Scheide Müntze) necessario (*d*) commutandam) *alias* subinde *Urbes*, quibus monetam signandi potestas tunc competiit, *Noribergam* puta, *Augustam Vindel. Ulmam*, ob *celebritatem* ac *valorem eorundem* jam adeptum, *non exiguo numero* illud exinde fuisse *imitatas*, *easdem prorsus suis nummis imprimendo* quoque *figuras*, *manum*, puta, & *crucem*, credibile redditur admodum, si consideramus, *edictis propterea opus fuisse Cæsareis*, non solum illas *urbes*, quibus in sequentibus temporibus id debebat esse licitum, ad *certum*, & *quaternarium* quidem *numerum* redigentibus,

(*b*) Verba ejus in *Commentariis politicis Urbis Halensis* p. 30. hæc sunt : *Ut certe ex rationibus allegatis omnino conjecter; eam ætatem juris monetandi apud Halenses esse, quæ cum urbibus Germaniæ universæ contendere possit.* Moderandamque vocem *antiquissimi temporis* in *antiqui* tantum cum pace viri humanissimi existimem, scribentis in der Einleitung zu dem Teutschen Müntz-Wesen/ p. 50. woben mir einfället/ daß mein Vaterland Schwäbisch Hall/ welche Stadt in den uhr-ältesten Zeiten das Geld in so grosser Menge geschlagen/ daß man nicht allein in Francken und Schwaben/ ja fast den gantzen Rhein hinunter/ mit Hällischen Pfunden gehandelt.

(c) *Officinas salinarias centum & undecim* heic reperiri, testantur *Nicol. Mameranus* in Ephemeride Caroli V. *Dresserus* de *Urbibus*, *Limnæus* & alii.

(*d*) Optime in hanc rem *Tilemannus Frisius* commentatur in suo Speculo Monetario ad Seculum decimum tertium : Und seyn der Pfennige/ an so manchem Orte geschlagen/ in Städten/ Clöstern und Schlössern/ ungleichen Werths/ daß wer an fremde Oerter handlen wolte/ der setzte die Pfennige um auf den Wechsel/ der gemeiniglich bey der Müntze war/ gab Aufwelt 10. 12. Pf. auf die Marckt/ so konte Er seiner Nothdurfft nach fremde Pfennige bekommen/ wer auch NB. frembd Geld hatte/ der bracht es auf den Wechsel/ und kriegte aus der Müntze gangbare Pfennige/ und darnach die Pfennige groß oder klein/ auch innerlich gut/ darnach ward ein jeder Stadt Mark und Loth geachtet.

bus; sed & *his ipsis Urbibus* eapropter *certas conditiones praescribentibus*. Utrumque non fictis aut excogitatis rationibus, sed *Chronici* cujusdam *veteris Noribergensis*, recentiori tamen stylo donati, verbis sistam clarissimum.

§. XI. Verba ejusdem huc facientia sunt haec: *Anno MCCCLVI.* hat *Carolus* der Kayser (Quartus est) eine Ordnung gemacht/ wie es mit Müntzung der Häller gehalten werden solte/ was man Schläg-Schatz davon nehmen/ und wie man die Ambtleute (hoc est, Praefectos rei monetariae & Inspectores) davon bezahlen solte/ und daß auf eine Hällische Marck gehen sollen 31. Schilling und 4. Häller; Darauf soll man Hand und Creutz/ samt einem Unterzeichen (nemlich selbiger Stadt/ die solche ausmüntzet) schlagen/ damit man das Geld erkennen könne/ auch solle man zu 100. Pfund Hällern ein Pfund Helbling schlagen/ und hat darbey ausdrücklich statuiret/ und befohlen/ daß solche Müntze zu Nürnberg geschlagen werden solle. Datum Sultzbach am Tage *Sebastiani* und *Fabiani Anno MCCCLVI.* Dieser Häller Müntze hat sich auch die Stadt Nürnberg gebrauchet/ und haben die Häller ohne Zweiffel den Nahmen von der Stadt Halle in Schwaben/ welche noch heutiges Tages in ihrem Stadt-Siegel Hand und Creutz führet. Ex quo sole elucet clarius *NORIBERGAM* anno jam MCCCLVI. & sequentibus, *Caroli IV. Imperatoris* peculiari indulgentia *secutam fuisse* HALAM in conflandis *ejusdem prorsus figurae*, cum *manu* scilicet & *cruce*, HALERIS; quamvis heic indigitatos *Noribergenses Haleros* cum *signo proprio*, quod sine dubio *aquila* fuit, videre hactenus nondum contigerit. Novimus tamen interea, quantam merito curam *in constituenda rectius moneta insumserit Carolus?* quantum ejusmodi *Noribergensis marca Halerorum* tunc temporis valuerit, *unum & triginta* videlicet *solidos*, (Schillinge) & *quatuor Haleros* (Häller) cognoscimusque simul, quod ista *Noribergensis*, seculi tantum intervallo, multum jam abjerit ab *Altenburgensi*, *novendecim*, itemque *viginti* tunc *solidis* aestimata, *Caroli IV.* tamen simul ordinatione *in longe meliorem statum fuisse redactam*, dum anno jam MCCCXX. marcam *triginta sex solidis* fuisse venditam, supra docuimus; discimusque, in hoc tempus & *semihalerorum* (der Helblinge) *genus* rejiciendum esse, dum clare praecipit, *libris halerorum centum* semper cusis, *semihalerorum* demum *unam libram* esse conflandam; denique & monetam, quod & varii docent Autores alii, in *quaque* fere *civitate*, quae jure cudendi tunc gavisa fuit, *ratione valoris intrinseci* variasse.

§. XII. Non minus nunc & caetera, a nobis supra tradita, *Chronici Noribergensis* autoritate corroboranda restant, quod & facimus, adducendo ipsissima ejusdem verba: *Anno MCCCLXXXV.* hat König Wentzel verordnet/ daß in vier Städten/ nemlich Augspurg/ Nürnberg/ Ulm und Halle/ und sonst nirgends anderswo/ solten gemüntzet werden Heller mit Creutz und Händen/ die solten in Francken und Schwaben und in allen darinnen gelegenen Städten genommen werden/ ein Pfund für einen guten Reinischen und Ungarischen Gülden/ und soll an Korn halten ein drittel löthiges Silbers und zwey drittheil Zusatz/ und an der Zahl sollen gehen neun und viertzig Schilling und vier Heller auf eine Nürnbergische Marck/ und soll eine jede Stadt ein sichtiges Zeichen drauf schlagen/ daß man sie wohl erkennen möge. Fünff und zwantzig Pfennige haben sollen auf ein Loth gehen/ sonsten hat man Macht gehabt/ solche zu zerschneiden. Die Stadt Ellenbogen in Böhmen muß dem Römischen Kayser/ wenn er dahin kömmt einen höltzern Becher voll kleiner Augspurgischen

Heller

Heller geben / solche seynd viereckigt / haben auf der einen Seiten ein Creutz / auf der andern das Augspurgische Wapen. Ex quo denuo discimus, seculo *quarto & decimo* restrictam iterum ab Imperatore, *Wenceslao*, horundem *balerorum* fuisse *imitationem*, atque ita, ut *nulli urbi imperiali* amplius licuerit, *hac figura baleros* dare, præterquam HALÆ, utpote *matri*, & sedi quasi horundem propriæ; NORIBERGÆ dehinc, quæ ultra *triginta* retro annos jam hoc jure, *Caroli IV. Imperatoris* beneficio, utebatur; ULMÆ porro, *cujus* equidem *hujus figuræ* nummos, perinde ac *Norībergæ*, uti diximus, hucusque contemplari ac contrectare mihi nondum licuit esse tam felici; & denique AUGUSTÆ VINDELICORUM, cujus urbis nummum rariorem, uti descriptus est *Chronici Noribergensis Autori*, ex penu mea in proscenium produxi aliumque, quorum plenum calicem *Ellenbogenses* in Bohemia, ex superiori relatione, adventanti Cæsari offerre habenr. Novimus jam præterea, ubi terrarum hi nummi frequentius olim commeaverint? in *Franconia* scilicet & *Suevia* quam communissimi; Constat, cui responderit tunc *libra Norimbergensis*, *aureo*, puta, *Rhenano*, vel *Ungarico*; (e) Patet, quidnam interna bonitate continuerint, *tertiam* videlicet *partem argenti puri* & *duas partes æris*, quod addi tunc semper argento consueverit; Porro, quod *Marca Norimbergensis* illo tempore æquaverit *quadraginta & novem solidos*, (f) *quatuorque baleros*, & *viginti quinque denarii semunciam* pependerint, ac, hoc pondere in iis non observato, cuivis licuerit eosdem dissecare; quod semper denique necessum fuerit *addi in nummis urbis cudentis signum peculiare*, quod in proposito supra nummo ejusmodi *Augustano* est *nux pinea*.

§. XIII. Atque hoc Imperatorium præceptum ad Urbes *Franconiæ* & *Sueviæ*, (quod & verba *Chronici Noribergensis*, supra allati, innuere videntur) restringendum tantummodo esse, credimus, neque ad *Wetteravienses*, sive *Mœno*, *Rhenoque adjacentes Urbes* extendendum, referendumque esse. De his enim & inprimis *FRANCOFURTENSI*, *Imperiali* & nundinis longe inclytâ *urbe*, habemus compertum, circa *idem illud tempus*, si non prius, *eodem privilegio*, *à Ludovico IV.* Imperatore impetrato, gavisam esse.

DISSER-

(e) Eo recidunt, quæ tradit *Tilemannus Frisius* in Speculo Monetario pag. 119. Es sind die Pfand-Verschreibungen auf Lilien-Gülden (intelligit florenum) gemeiniglich gerichtet / von etlichen kleine Gülden (quales aurei *Ungarici* & *Rhenani*, in consideratione aureorum *Byzantinorum*, *Gallicorum*, *Burgundicorum*, *Brabantiorum*, *Gellricorum*, *Clivensium*, *qui lati audiebant floreni*) genannt / die um das 1350. Jahr ein Pfund Franckfurter Heller gegolten.

(f) Cum Noribergensibus fere conveniunt nummi Gottingenses A. MCCCLXXXIII. & MCCCXCVII. cusi, de quibus Tilemannus Frisius p. 121. Die von Göttingen haben angeordnet / daß die Pfennige auf 8. Loth / daß deren Pfennige 48. Schillinge eine Göttingische Marck thun sollten / in dem Gewichte und dem gemeinen Gewähr / und seyn 12. Pfennige ein Schilling / wie sonst gebräuchlich / gewest.

DISSERTATIO XIX.

DE

NATALI MEMMINGÆ.

PRÆFAMEN.

Justo Memmingæ meæ dulcissimæ Patriæ, cujus post ineffabilem adorandi Numinis benignitatem immortalia erga me immerentem gratus agnosco merita, amore ductus, quum ipsius natalem investigando eruere studerem, ea se mihi in argumento hoc pertractando obtulit difficultas, ut in tanto monumentorum antiquitatis defectu, quo premi me sentiebam, nihil publica luce dignum me prolaturum esse crederem. Sed vicit insita illa natalis soli dulcedo, vicit præstantissimorum, qui symbolas suas ad exsequendum propositum contulerant, laudatissima humanitas, vicit & ipsa, qua Patriæ obstrictum me esse confiteor, dum spiritus hos reget artus, ut quantum quidem in viribus situm esset meis, lubentissime ad originem ipsius perquirendam impenderem. Enata hinc est illa *Disquisitio*, quam *de Appellationibus Memmingæ patriæ, sive veris sive falsis*, inscriptam ante hos decem annos, nempe A. D. 1748. Programmatis loco edidi. Tum enim Lyceum quoque patrium, cui Rector præeram, annum secularem primum pacis Westphalicæ d. 16. Sept. publica solemnitate in amplissima panegyri pie celebrabat. Ecce primam Disquisitionis hujus occasionem. Ac istud quicquid est scriptionis æquum faventemque judicem vel ideo desiderat, quum in ipso illo argumento via satis aspera, nec ulli, quod sciam, ante me trita esset adeunda, & elegantius comtiusque dicendi genus arctiores tum temporis limites vetarent. Itaque mihi accidebat, quod iis accidit, qui salsa mola litantes, thura quoque olim offerendi facultatem a longiori tempore exspectant. Equidem homo scholasticus, non indecoro pulvere sordidus, qualis tum eram, syllabas syllabis addere & nomina verbis aptare docens, intenui laborare & laureolam in mustaceo videbar quærere, verum enim vero quum ab ipsis vocabulis literisque omnis eruditionis initia capiantur, disquisitioni meæ, non in perscrutandis modo Memmingæ appellationibus sed rebus etiam geographicis nonnihil occupatæ, denuo manum admovere, ac quantum liceret, limatiorem illam reddere decrevi, eo consilio, ut si ipsum Patriæ natalem non ab ovo sive ab ipsius primordio derivare possem, saltem variæ variorum opinationes dijudicarentur, ac aliqui ex historica geographia, jucundissimo mihi studio, errores eliminarentur. Repetitas ergo curas, originibus Memmingæ meæ consecratas, benigne suscipe Lector humanissime, & si voluntati non in omnibus responderit, successus, bonæ tamen menti fave. Scrib. Memmingæ A. D. 1758.

Disquisitionis Ordo. Istum ego mihi in hoc argumento servandum putavi ordinem, ut primo, quæ autem omnino sua destituuntur auctoritate, aut saltem minus solide comprobari possunt, in medium proferrem; deinde autem ea recenserem, quæ temporibus nostris viciniora, eoque etiam, ut fere fit, certiora se mihi exhibuerunt. Ad prius ea refero, quæ in antiquis monumentis & classicis scriptoribus pro diversis unius Memmingæ denominationibus habentur, ad posterius,

sterius, quæ ex media ætate majori cum fiducia adstrui queunt. Quod itaque institui, ut bene procedat, faxit Deus Optimus Maximus.

Drusomagus Ptolomæi, num Memminga?

Si qua se probavit eruditis Geographiarum conditoribus opinio, ea profecto est, qua celebrem illam Δρουσόμαγον Ῥαιτίας, DRUSOMAGUM RHÆTIÆ, apud Ptolomæum L. II. C. XII. in Memminga nostra, quanquam irrito, ut videbitur, conatu quærendam esse duxerunt. Irrito, inquam, conatu, quum vir admirabili rerum antiqui orbis peritia instructissimus ANTON. ROSCHMANNUS J. U. L. qui Academiæ Cæs. Oenipontanæ à secretis, Theresianæ Bibliothecæ ab inspectione, Illustriss. vero Teriolensium Statuum ab Historia est, in libro suo *de Veldidena* eruditissime conscripto, annoque 1744. typis exscripto, contrarium docuerit, seque Drusomagum in Bulsano hodierno (Botzen vocant Germanica monumenta) reperiri luculentius adhuc commonstraturum promiserit p. 143. Quæ cum in libro Cel. Viri legerem, eodem vero tempore Eminentissimi ac Reverendissimi Principis ANGELI MARIÆ CARD. QUIRINI, summi Musagetæ, ac incomporabilis mearum etiam, utut satis exiles illæ sint, Musarum Mæcenatis, Epistolam de itinere suo Almangouico ad manus haberem, in qua Amplissimus ille Bibliothecæ Vaticanæ Præfectus Roschmannianum quendam librum, ab auctore sibi Oenipontè oblatum, honorifice commemorat, subitame incitabat cupiditas, ipsum Roschmannum literis adeundi, eumque reverenter orandi, ut publicam huic libro lucem non invideret, rerum Geographicarum penore sine dubio insigniter repletò. Etenim existimabam, eum ab Emin. Domino CARD. QUIRINO innui librum, quem de Drusomago se editurum pollicitus ille esset. Neque vero me mea de Cl. Roschmanni humanitate fefellit opinio, etsi diversum ab eo, quem ego putaram, librum intelligi debere didicissem. Ipse enim in erudita ad quæstiones meas responsione d. XX. Aug. ad me benevole data significabat, librum Emin. Domino CARDINALI QUIRINO à se oblatum compendium eorum continere, quæ de Veldidena dixisset, de Brixina nunc (*a*) typis imprimantur, de urbe Majensi in Actis S. Valentini (*b*) legantur, de ponte Drusi autem meditetur, quem locum singulari adhuc opusculo celebrandum proposuisset. Dabit vero veniam nobis vir Celeberrimus, si quæ ipsius de Drusomago mens est, non nostris sed ipsius verbis, ut scriptioni huic alienum saltem, quo ipsa caret, ornamentum accedat, in medium afferamus:

"Pontem Drusi Mansionem fuisse Romanam certum est, distantia dimensionis adscriptæ cum Bulsano aptissime convenit, neque viæ spatium Sabiona Bulsanum occurrit ullum intermedium, quod Mansionem caperet; vix iter publicum ubique evitandis sibi obviantibus curribus sufficit præ montium angustiis. Ad Bulsanum autem planicies ingens, ut adeo ibi ob occurrentes sibi tres fluvios, Athesin, Hysarcum & Talforam, necessario ponte opus habuerit Drusus, ubi ibidem (ut probabilius videtur) teste Dione L. 54. *Rhætos apud Alpes Tridentinas sibi obviam factos prœlio congressus haud magno certamine fudit.* Jam & Drusomagum in Rhætia ponit Ptolomæus, & non

(*a*) Scripseram hæc A. D. 1748. Ac lucem postea aspexerunt doctissimæ Viri Cl. conjecturæ pro asserendo S. Cassiani Episcopatu Sabionensi eodem an. 1748. in quibus de Brixina urbe exponitur.

(*b*) Germanice foras data sunt A. 1746. sub titulo: Glaubwürdige Nachrichten über das Leben und vormahlig berühmte Grabstatt zu Mays im Tyrol des H. Valentini, Bischoffs zu Passau, und beeder Rhätien Apostell 2c.

"in Vindelicia. Etymon nominis *magus* seu Civitatem dicat, seu campum, "seu Pontem, nostro Bulsano egregie convenit. Drusum autem ibidem de-"vicisse Rhætos, Pedo Albinovanus videtur innuere, ibi enim illius *Itargus* "seu *Hysarcus* in patentem campum emergens in Athesin se præcipitat, ibi de-"color factus esse creditur. Hic enim solus (non autem Rhenus) & quidem "in Bulsanensi planitie, ubi in Athesin immergitur, conciliari potest cum Al-"pibus Tridentinis, per quas decurrere dicitur Athesis; *Athesi ex Alpibus Tri-"dentinis &c.* inquit Plinius III. 17. Versus autem Pedonis de Druso hi sunt:

Rhenus, & Alpinæ valles, & sanguine nigro
Decolor infecta testis ITARGUS aqua.

"Accedit, quod neque Tabula *Drusomagi* nec Ptolomæus *Pontis Drusi* men-"tionem ingerat, ut adeò locus diversus esse haud videatur, quum nullibi "uterque simul contineatur. Et licet Alpes Tridentinæ binas adhuc planicies "ad aciem instruendam præbeant, in campo Rottaliano nempe & ad Salur-"num, ut ex Paulo Diacono patet; Itargus tamen jam Bulsani absorbetur ab "Athesi, insuperque Tridentini, celeber aliàs populus, non inserti sunt in "Trophæo Alpium; hostes ergo tum fuisse haud credibile est.

Hæc Cel. Roschmannus, quem iteratis precibus publice rogamus, ut cupediarum Geographicarum amatoribus, quibus in Veldidena sua salivam movit, lucubrationes suas de Drusomago seu Ponte Drusi mox, si fieri posset, in manus tradat avidissime illas expectantibus. (*c*)

de opinata Inscriptione Memmingensi.

Ex istis ergo haud difficulter intelligent Lectores, quam ficulnea sit communis fere illa, & novissimi etiam magni Dictionaris Geogr. Scriptoris, Bruzenii la Martiniere ex Mich. Baudrandi Lexico Geogr. repetita assertio, quod Drusomagus Ptolomæi nostra Memminga sit, inscriptioni cuidam innixa, de qua tum in laudatis literis ad me datis Vir Cel. testatur, de illa *spem vix ullam in auctoribus* esse, in libro autem de Veldidena p. 143. hæc pronuntiat: *Inscriptionem Memminganam, utpote in Augustano agro sitam, cum non viderit Velserus, valde subvereor, ne quis forte Ferrario imposuerit. Ego sane hujus oppidi nomen, aut simile quid Memminga repertum fuisse, in nullo Inscriptionum antiquarum Collectore hactenus reperi, quod tamen scire mea non parum intererat, cum ad Rhætiam pertinere ex dicendis arbitrer.* Et hæc quidem contra Ferrarium atque Baudrandum annotasse sufficiat. Ferrarium pluribus ex instituto refutavit Cl. Roschmannus in Veldidena sua p. c. recte subveritus, ne quis forte Ferrario inscriptione illa (*d*) imposuerit, qui ipse quidem Irenicum sub

(*c*) Nondum desiderio nostro satisfecit Vir doctissimus, dubium illud simul fortassis sublaturus, quod ex ipso Ptolomæi injiciatur. Nam Ptolomæus Drusomagum πρὸς τὴν κεφαλὴν τοῦ Ῥήνου ποταμοῦ, h. e. *juxta caput Rheni fluvii* locat. Quem Drusomagi situm cum eo, quem Taula Peutingeriana Ponti Drusi adscribit, nullo modo conciliari posse existimat Hieronymus Tartarottus, vir eruditissimus, *nelle Memorie antichi di Rovereto & de' Luoghi circonvicini. p. 35.*

(*d*) Hanc, si qua fuit, inscriptionem Ferrarius argumentum magis certum esse dixerat, Drusomagum Ptolomæi Memmingam esse. Recte, dummodo iudicasset, ubi ea lateret. Similiter Baudrandus ed. 1682. *Drusomagus, urbs Vindeliciæ Ptol. nunc ex veteri inscriptione Memminga.* T. I. p. 343. Bruzenius vero T. III. p. 164. gallice quidem exhibet Baudrandi verba, at prudenter omissa inscriptionis ullius mentione.

ſub voce *Druſomagus* non injuria, ut ex antea dictis apparet, confutat. Iſte enim Franciſcus Irenicus (*e*) Ettelingiacenſis e Marchionatu Badenſi Suevus, quem in vigeſimo jam tertio anno ad Exegeſin ſuam Germaniæ conſcribendam plus æquo ſpiritus ferociores provexerunt (ipſo teſte fol. II.) in Volumine ſuo A. C. MDXVIII. Hagenoæ typis Thomæ Anſelmi, ut ex calce libri patet, edicto Lib. XI. fol. CCIX. ſcripſerat: *CHENITERI populi, Druſomagi a Ptol. L. II. C. XI. ta. V. dicuntur teuto. Kempten, græce Δρουσομαγος. Meminit & hujus loci Itinerarius Auguſtanus, alii Canipedum appellaverunt.* (*f*). Sed id unum adhuc de Druſomago afferre liceat, quod JO. GULER à Weineck in Rhætia ſua an. 1616. germanice edita fol. 17. a. poſteaquam de condita Auguſta in Vindelicis locutus fuerat, fratres Nerones victoriæ à ſe reportatæ ſigna in oppidis duobus minoribus relicta voluiſſe tradat, quorum illud à majore natu *Tiburnia* aut *Tiberina* (*g*) hoc vero à minori *Druſomagus*, quæ Memminga eſſe feratur, appellatum fuerit. At bonum Gulerum cum illuſtri quondam Auguſtæ ſuæ Duumviro, MARCO VELSERO, ſummo aliàs, etiamſi cum maximis comparetur, Viro (*h*) qui Druſomago in Auguſtano agro locum facit, falſa niti hypotheſi, hinc evidens eſt, quod Rhætiam cum Vindelicia confundat, easdemque utriusque rationes fuiſſe ſibi certo perſuadeat, quas tamen Ptolomæus diſertiſſimis ſejunxit verbis. Si qui ergo ex appoſito apud Ptolomæum Rhætiæ nomine argumentari velint pro hodierna Memminga, eos credo perſuaſionem hanc ex animo eſſe ſecluſuros, quam primum in libro de Veldidena animadverterint, virum doctiſſimum data opera & præſtantiſſimis doctrinæ argumentorumque præſidiis id agere, ut, quanquam Auguſtam & Coloniam Auguſti, imo Vindeliciæ caput cum illuſtri Velſero propugnet, tamen ſolam Auguſtam, Auguſti Coloniam, Auguſti ævo, & Rhætiæ utriusque, confuſo etiam utroque populo, Principem fuiſſe impugnet; imprimis C. XVIII. p. 75. ſqq. ubi Rhætiam cum Vindelicia non debere aut poſſe confundi comprobat, quod Velſerus ſuppreſſo Vindelicorum nomine fecerat. Sed C. IX. p. 81. oſtendit, nec diviſionem illam in Rhætiam primam & ſecundam Hadriano, ſed Imperatoribus Sæculi primum IV. tribuendam eſſe. quin p. 87. ex Berettæ Chorogr. Ital. medii ævi f. 17. auctorem diviſionis hujus Arcadium eſſe obſervat, qui imitatus ſit Valentem & Valentinianum, dum iſte Rhætiam in primam & ſecundam diſſecuit.

Rhætia cum Vindelicia non confundenda.

Unde autem præterea orta eſt illa Druſomagi cum Memminga noſtra venditatio? Non ſane aliunde, quam quod viri docti aliquam eſſe inter po-

(*e*) De Irenico & ejus Opere judicia Eruditorum legas apud Reimmannum Hiſt. Germ. Litt. T. II. p. 90. ſqq. qui & alteram hujus Libri editionem, ſed mancam, indicat. Caſparis Bruſchii de Irenico judicium exhibet S. V. D. Schelhorn. in Amœnitat. Litt. T. I. p. 287. ſq.

(*f*) Pro *Cheniteri* & *Canipedum* legendum putem *Chemteri* & *Campedum*, ut illa voce innuantur die Kempter, cives & incolæ, & hoc ipſum oppidum Kempten. Huic certe Civitati juſtius competit *Campidunal* nomen, quàm Memmingæ, ſecus ac prodit Indicis Germanico-Latini Geographici Lexicis manualibus abſque prævia epicriſi ſubinde additi.

(*g*) Auguſtam Tiberii, quam dubito, an veteres ſcriptores dixerint, arbitratur Lazius de Migrat. Gent. p. 236. eſſe Ratiſponam. vid. Cluver. Vindel & Noric. C. IV. p. 732. ed. Elzev. De nomine *Ratisbonæ* ex ῥαιτόπολις & Ratæbona oriundo diſputatur in epiſtolis Philologicis Goldaſti p. 291. ſq.

(*h*) Hoc Velſerum elogio mactabat Juſtus Lipſius.

fteriores *Drufomagi* fyllabas cum voce *Memmingen* convenientiam putarint. Ac Germanos quidem lubenter nomen originis indidiffet locis, fcite ait Joach. Vadianus Epit. rer. Geogr. p. 59. ficuti Rhenum *vom rinnen*, Danubium à monte Abnobio, *die Abnaovv* (*i*) per coalitionem articuli *die* cum nomine montis, dictum effe obfervat. Sed quam non liceat à nominis Drufomagi terminatione ad Memmingam concludere, pluribus infra docebimus. Drufomagus ergo Ptolomæi, apud quem illud oppidum circa centefimum & quadragefimum Chrifti annum reperitur, (*k*) falfo pro Memminga noftra accipitur, ut ex iis, quæ hactenus difputata funt, elucere putamus.

Augufta Drufi falfo pro Memminga habetur.

Inde vero etiam derivari errorem poffe autumo, quo diverfi rerum Geographic. Scriptores Drufomagum cum AUGUSTA DRUSI confundentes, Memmingam (*l*) pro una eademque urbe habuerunt. Ac ex eodem fonte lapfum viri elegantiffimi ingenii, ac præclara rerum inprimis literariarum notitia inclyti, *Jacobi Duchatii*, ortum fuiffe exiftimaverim, qui in Memorabilibus librorum abs fe lectorum margini adjectis, & à Cel. *Formeyo* fub titulo *Ducatianorum* Amftelodami 1738. f. oct. editis, ad vitam Xyfti Betuleji in elogiis Thuaneis, quæ Teifferio gallice verfa & notis optima fruge plenis ornata debemus, hæc annotavit P. II. p. 359. *Xiste Betulée etoit d' Augsbourg; Birck, en latin Betulejus, etoit le nom Allemand de ce Savant. Il etoit de Memmingen, Augusta Drusi, & non pas d' Augsbourg, Augusta Vindelicorum. L' Abbe d' Olivet dans une Note dela Preface de fa traduction Francoife du livre de Nat. Deor. Birck mourut à Augsbourg. C' est ce qui a trompé M. de Thou, & fon Traducteur du Ruyer.* Sed præter illam Auguftæ Drufi cum Drufomago confufionem Duchatianam etiam *Melchior Adamus* pronam huic errori aufam dedit, in vitis Philof. Germ. p. 74. ed. Francof. 1706. fol. audacter pronuntians, *Xyftum Betuleium, vulgo Birck, Augufta Drufi, quæ male confunditur cum Augufta Vindelicorum, natum fuiffe;* quum tamen nec Guil. Xylander, civis Betuleji, nec Henr. Pantaleon, e quorum ille fontibus vitam Betuleji confcripferat, difcriminis alicujus inter Auguftam Drufi & illam Vindelicorum mentionem injicere videantur. Quod Augufta Drufum potiffimum adoptaverit, in cujus fe clientelam dederit, in ambiguo effe non debet, quæ verba funt ill. Velferi Rer. Aug. L. VI. p. 28. edit. Arn. Ac Auguftam Vindelicorum certe coloniam effe a Drufo deductam, atque in Augufti patris ful adoptivi honorem *Auguftam* compellatam

(*i*) De Danubii ortu variant eruditorum virorum fententiæ. De illo differit ὁ πάνυ *Salmafius* in Exercit. Plin. T. I. C. XIII. p. 131. edit. Traj. *Daniel Heremita* in Epiftola de Helvetiorum, Ræthorum Sedunenfium fitu, republica, moribus. p. m. 526. & qui plures ac præcipuos auctores nominat, *Urbanus Gottfridus Bocherus*, in fingulari libello 1720. publicato, quo quidem potiffimum eorum, quæ regionis genium & vitæ ufum fpectant, fed fimul geographiæ etiam rationem habet, pag. 28. fq. Cluverium emendat p. 32-34. Heremitam cum Tacito conciliat, duabusque tabulis æri incifis, quarum illa fontem Danubii in arce Donefchingenfi, altera illius ortum ex Landgraviatu Fürftenbergico una cum aquis e fylva nigra in Danubium defluentibus exhibet, fententiam fuam corroborat æque ac illuftrat.

(*k*) Obfervante hoc Crufio Annal. Suev. L. VI. P. I. p. 153.

(*l*) Ut unum tantum dictis meis exemplum fupponam, provoco ad *Joach. Vagetium* Hamburgenfem, qui *in Præcidaneis de Orbe habitabili*, Francof. 1613. f. oct. emiffis p. 160. de Urbibus Sueviæ five Rhætiæ primæ celebrioribus agens hæc de patria mea: *Memminga*, olim *Drufomagus*, feu *Augufta Drufi*.

tam fuisse, citra hæsitationem ullam cum Velsero & Roschmanno (m) affirmamus, cum post difficillimum longe cum Rhætis ac Vindelicis bellum, quod retentaturi, teste Dione, videbantur, primum omnium ac maxime necessarium fuerit, gentes tam strenuas præsidiis & coloniis intra limites continere. Hinc verisimillimum est, inclytam hanc Coloniam à Conditore quoque suo AUGUSTAM DRUSI nuncupatam fuisse. Proinde *Lazius* (n) Auspurgam esse Augustam Drusi non injuste statuit, licet in hoc peccarit, quod addat, *apud Strabonem;* apud hunc enim nec vola nec vestigium est reperire. (o) Dextre itaque suum Augustæ suæ civem vindicare non dubitavit meritissimus Annæani, quod Augustæ floret perpetuoque floreat, Rector *Phil. Jac. Crophius*, ὁ νῦν ἐν ἁγίοις, quum Rectorum Gymnasii memorias feliciter ab oblivionis injuria vindicaret in Biographiis germanicè ab illo 1740. evulgatis p. 113. sqq. Obiter verò observare liceat, etiam Lexicon Biographicum, quod Lipsiæ aliquoties non fine insigni eorum, qui literas amant, commodo typis exscriptum est, Memmingæ civibus Betulejum, utinam verè, adscribere, Augusta, illustrissimo illo Sueviæ, quin universæ Germaniæ, ocello hanc nobis gloriam eripiente.

Verum enim vero in istas natalis soli origines inquirens, *Jo. Conradum Arnoldum*, Giessensem Professorem, in eam ire sententiam deprehendo, ut JULIOMAGUM antiquum in Memminga nostra forte reperiri liceat *in Institut. sua Geograph.* quæ Giessæ anno hujus seculi post decimum octavo in lingua vernacula publicam lucem aspexit p. 100. At non ita eum conjecturaturum fuisse puto, si quæ vel *Cluverius* de Juliomago dicat, consulere voluisset. Is enim *Germ. antiq.* L. III. C. IV. p. 511. edit. Elzev. ex situ atque intervallo conjicit, oppidum eo innui ad Danubii jam ripam *Dutlingen*, jamque illud ad Rhætos spectasse ait, ex eadem voce, hac quippe Germanis inusitata, argumentatus. Si vero B. Rhenanum heic in consilium adhibeas, is dubius quidem, sed ex norma descriptionis viæ antiquæ, speciatim illius, quam contra Triboccos instituit Julianus, Juliomagum corrupte existimat dici *Pfullendorf.* (vid. Rhenan. rer. Germ. p. 126. ed. Basil.) hinc est, quod *Jo. Jac. Hofmann.* Basileensis Professor, Lexici universalis conditor admodum industrius, Juliomagum in Sueviam Cisdanubianam collocet. Certe confinio Marcianæ sylvæ (oo) quæri Juliomagum debere docet *Lindenbrogius ad Ammian. Marcell.* L. XXI. C. VIII. p. 298. ed. Gronov. Si itaque ad ripam Danubii, & in Suevia quidem Cisdanubiana, & in Marcianæ sylvæ confiniis quærenda est Juliomagus, illam certe conjecturam, quam in medium protulit Cl. *Arnoldus*, ad-

Nec Juliomagi nomen cum Memmingæ situ convenit.

(m) In Veldidena. C. XVII. p. 71.

(n) L. I. Reip. Rom. C. VIII. (o) Vid. Christoph. Gevvoldus in Nomenclatore Norici vet. p. 39. & Martin. Opitius in Animadv. XXIX. ad Rhytmum de S. Annone p. m. 403.

(oo) Hodie sylvam hanc vocant *den Schvvarzvvald* vel sylvam nigram. Est autem Hercyniæ pars. Ex germanica voce alios Hartziniam, alios Orziniam, teste Cæsare, alios Herciniam, alios Marzianam fecisse observat *Petrus Bertius in Excerptis rer. Germ. operibus Velseri additis p. 780. Jo. Dan. Schöepflinus* V. C. in operis præstantissimi atque immortalis, quo Alsatiam illustratam dedit, Tom. I. p. 3. not. y. quum sylvæ hujus colles, ad quos ramentum Jurassi prope Lauffenburgum ad Rhenum excurrit, memorasset, ita pergit: *ceterum Sylvæ Martianæ, quæ vulgo nigra vocatur, montes, ubi ad meridiem procurrunt, à veteribus montis Abnobæ nomen acceperant, reliqua sub Hercyniæ nomine Cæsaris ætate notissima fuerunt.*

admodum infirmo stare talo necesse est. Ac si etiam Cluveri conjecturam sequaris (*conf. Cellarius* Cluverio sæpius tacite adstipulatus *in Not. Orb. antiq. lib. II. C. VII. p. 521.*) Juliomagis fortassis erit *Dutlingen*, nec in Memminga poterit reperiri. Haud igitur divinarim, qua authoritate inductus Arnoldus Juliomagum pro Memminga habeat, quum duplex tantum, quantum mihi quidem constat, de Juliomago præsto sit sententia altera, quæ cum Cluverio & Cellario pro Dutlinga pronuntiat, altera, quæ cum B. Rhenano & Petro Bertio pro Pfullendorffio sentit. Nolim igitur ad priscam Juliomagi appellationem pro asserenda patriæ antiquitate provocare.

Rostrum Nemaviæ, an eadem sit cum Vemania? Jam quæso, dispiciamus, an majori veri specie illam in antiquis duobus oppidis, *ROSTRO* scil. *NEMAVIÆ* atque VEMANIA quærere liceat. Hæc certe loca in Vindelicis sunt sita, itinerique militis Romani *ab Arbore Felici* (hodierna Arbona ad lacum Acronium) *ad Augustam* assignata cum in Tabula Peutingeriana, quam ex illustri Peutingerorum Bibliotheca editam Cl. Lotterus singulari libello (p) celebravit, tum in Antonini Itinerario. Operæ pretium esse duco, iter hoc ex Cluverii Vindel. & Norico C. IV. p. 729. ed. Elz. huc transcriptum ob oculos lectorum constituere:

Tabula.	Antoninus.
Arbor Felix.	*Arbore Felice.*
Brigantia X.	*Brigandia XX.*
ad Rhenum VII.	|
Vemania XV.	*Vemania XXIII.*
Viaca XXIII.	|
|	*Campoduno XVI.*
|	*Rostro Nemaviæ XXXII.*
|	|
Augusta Vindelicûm XX.	*Augusta Vindelicûm XXV.*

Et quod ad priora duo nomina locorum attinet, quum Antoninus ab Arbore Felice Brigantiam usque utroque in itinere (q) faciat XX. millium passuum, Tabula vero XIX. certum ex his documentis fit, censente Cluverio l. c. ordinem in Tabula à librario esse perturbatum, ubi sic antea erat scriptum:

Arbor felix.
ad Rhenum VIII.
Brigantia X.

Aut itaque *Rhineck* intelligatur sub appellatione *ad Rhenum*, aut aliud quodlibet oppidum in ista cum lacu Acronio vicinitate. Summum probabilitatis gradum habere videtur sententia Cluverii, numeris istis inter se non congruentibus medelam criticam afferentis. Sed ubi sermo ipsi est de *Vemania* atque *Viaca*, quorum illud cum hodierno *Wangen*, hoc autem cum hodierno *Wageck* convenire,

(p) De Tabula Lottero Præside, in Publicum disserebat Christoph. Schade, Lipsiæ 1732.

(q) Duo enim sunt, quin tria apud Antoninum ab Arbore Felice ad Augustam itinera, sed duobus tantum adscriptus est ad vocem *Brigantia* numerus XX. ita in tertio autem itinere numerus ad hunc locum omnino abest.

venire, fine ulla hæsitatione pronunciat; hanc suam ipsi quidem non invidemus persuasionem, non tamen ad id adduci possumus, ut ipsi assentiamur. En ipsa ejus verba: *Hodie inter Bregenz & Kempten sunt loci Wangen & Wageck* (r) *quoniam hic haud dubie est Viaca, ille vero Vemania.* Sed suam libertatem in definiendo Vemaniæ & Viacæ situ Cluverio relinquentes, ad ROSTRUM NEMAVIÆ pergimus. Fuere, qui *Vemaniam*, quæ in Notitia Imperii etiam *Vimania* scribitur, ac unum idemque denotat, falso pravarent in *Nemavia*, forsan quia supra illud *Rostrum Nemaviæ* aliud oppidum occurrit, judicante *Cellario Not. Orb. antiq.* L. II. C. VII. p. 519. sed ex illo, quod exhibuimus ex Tabula Peutingeriana & Antonino itinere, meridiano sole clarius est, Vemaniam à Rostro Nemaviæ esse diversam vocem, pessimeque illam in Nemaviam detortam fuisse. Quod si observasset Petrus Bertius, diversa esse nomina Vemaniæ & Rostri Nemaviæ, non ille ad Antoninum suum p. 192. Nemaviam legisset, Vemaniamque modo *Wangen*, modo *Memmingen* interpretatus esset, uti videre est in ipsius *Excerptis de reb. Germ.* quæ adjecit Ill. Velseri operibus Christ. Arnoldus p. 780. 781. edit. Norimb. 1682. fol. At qui paucis modo interjectis mentionem antea injecimus Christophori Cellarii, infelicem hanc limam indicantis & rejicientis, assensum nunc etiam Viri hujus præclarissimi, quem Cluverio de Vemania locuto præbuit, licet nomen ipsius subticuerit, eo lubentius denuntiamus, quod ille in eandem de Rostro Nemaviæ cum Cluverio sententiam concurrat, quum l. c. p. 521. ad Ilargum quidem (s) Rostrum Nemaviæ ponit, sed etiamsi id reducat dextrorsum Velserus ad Vindonem usque, non tamen contemnendas esse pronuntiat Cluverii rationes.

Jam vero ROSTRUM NEMAVIÆ cum Simlero (t) Cluverius habet pro MEMMINGA, ex regionis tractu argumentatus, quum ab eo Campodunum millia sint XXIII. Augustam vero XXXVII. circiter, ut hoc pacto numerus denarius X. positus semel apud Antoninum (u) abundet. Quanquam itaque doctissimus Cluverius cum Simlero (x) & Cellario pro Memminga faciat, id

Num Rostrum Nemaviæ pro Memminga habenda?

(r) Vage magis & confidentius quam vere, hæc dici, quemlibet edocebit tabulæ geographicæ, quæ Sueviam repræsentat, novissima inspectio.

(s) Quo sensu hæc valeant de Memminga ad Ilatam seu Ilargum sita, ex eo liquet, quod in nostra quidem regione vicinior Ilargo urbs haud sit præter nostram, unius tantum horæ via ab illo disjunctam.

(t) Ad Simleri testimonium provocat etiam *Baudrandus* Tom. I. Geogr. edit. Paris. 1682. fol. 180. & *Bruzenius la Martiniere* Tom. VII. P. I. f. 209. du grand Dictionnaire Geographique & Critique. Edit. 1732.

(u) Licet eodem, quo Bertius, errore haud versetur Cluverius voce *Nemaviæ* pro *Rostro Nemaviæ* promiscue utens, tamen quod ad supputationem hanc Cluverianam spectat, eam suspensa manu me hic apposuisse non inficior.

(x) Idem Simlerus *Vemaniam* putat esse unam eandemque cum 'Ουἱάνα Ptolomæi & *Viana* Plinii. Vianam autem Lazius conjectat esse *Weissenborn* & *Voitsperg*, dubius utrum eligat. vid. *Gevvold. Nomenclat. ad Delin. Nor.* p. 225. qui liber rarissimis annumerandus est, ob idque dignus, cujus integer titulus adjiciatur: *Delineatio Norici veteris ejusque Confinium una cum Nomenclatore. A Christophor. Gevvoldo I. D. Sereniss. Bojor. Duc. Consiliario. Ingolst. anno MDCXX. f. quart.* Is ipse Gevvoldus est, cujus Defensio Ludovici IV. Imp. ratione electionis contra Abr. Bzovium eruditissime conscripta anno circiter 1743. e situ & squalore suo prolata, ac ab ipso fere

inte-

id unicum tamen hinc confici posse opinor, in regionis Almangovicæ tractu quæri debere antiquorum Rostrum Nemaviæ, sed omnino luculentioribus argumentis opus esse ad evellendos scrupulos, quos triumviris istis de Memmingæ iniicias. Quamobrem illustris *Velserus Rer. Aug. Vind. L. III. p. 215. ed. Arn.* ad hanc denominationem: *nihil constituo*, inquit, *an Rosshaupten?* ac silentio hoc suo se neque Memmingam, neque etiam Mindelheimium pro Rostro Nemaviæ habere testatus est. *(y)* De Vemania enim plane frustra est Bertius. Sed de Rostro Nemaviæ id attentius considerandam, quod non modo de Memminga, verum etiam de Mindelheimio à variis Geographis accipitur. Nec enim novissimus tantum Lexici Geographici, quod Lipsiæ 1730. in octavi ordinis forma germanice excusum fuit, auctor annymus Mindelhemio priscum hunc titulum indidit, sed ducentis jam ante hunc annis, nempe 1530. *Bilibaldus Pirckeymerus*, Consiliarius Cæs. Vir Maximiliano I. gloriosiss. memoriæ Imperatori admodum carus, de Patria autem Norimberga æque ac de bonis literis immortaliter promeritus, in Germaniæ suæ edit. August. per *Rostrum nemanicæ* (z) innui suspicatus est *Mindelhemium*, qui etiam, quod ante jam monendum erat, Drusomago Memmingam e regione opponit eo Capite, ubi de Rhætia agit. Qui libellus Pirckeymerianus cum in *Beati Rhenani Rer. Germ.* editione Argent. 1610. iterum impressus sit, non possum non insignem typothetæ errorem commemorate, qui vocem jam antea depravatius exscriptam magis adhuc depravate refert: *Rostro nemania* p. 663. De ista autem sententia Pirckeymeri utraque, sive de Drusomago sive de Rostro Nemaviæ loquatur, observandum, quod Vir summus explicationes suas tantum conjectando proposuerit, in fine segmenti de Rhætia hæc adjiciens: *& hæc omnia conjecturaliter.*

Velseri enunciatum.

Pirckeymeri conjectura de Drusomago & Rostro Nemaviæ.

Epicrisis quænam denominatio maxime pro Memminga faciat?

Cuinam igitur Geographorum nos calculum adjiciamus nostrum in re adeo ancipiti, si quæratur, id ante omnia probe considerandum esse respondemus, quod quæ de Drusomago profertur expositio, Patriæ amica ac fere com-

---

interitu vindicata fuit felici studio Viri summe venerabilis D. Jo. Georg. Schelhornii, Theologi & Polyhistoris nostratis celeberrimi. Anno jam 1618. impressus liber fuerat integer, præter titulum, singulari schedulæ inscriptum. Ipsa libri exempla non in lucem prodierant, sed supra centum & plures annos in aliquo Bavariæ angulo delituerant: unde illa redemit vir de Gevvoldi manibus meritissimus, & cum erudito orbe communicavit.

(y) Ubi id agat Velserus, ut Rhostrum Nemaviæ ad Vindonem usque dextrorsum reducat, non indicavit Cellarius *in Not. Orb. antiq.* L. II. C. VII. p. 521. Sed si ad hanc *Rossbauptam* tabulas Sueviæ Geographicas, qualis est novissima illa Viri Nobiliss. *Jo. Lambertі Kollefelii* consulimus, manifestum fiet, illam non procul ab *Abilaco* sive *Fussena* ad Licum, non ad Vindonem sitam esse. Idem comprobat *Circuli Sueviæ Mappa* ex subsidiis Michalianis delineata & summo studio emendata à *Jo. Matthia Hasio*, Math. Profess. quondam Witteb. celeberrimo, 1743. apud hæredes Homannianos excusa. At jam *Christoph Hurterus*, qui ex Hispania oriundus, octennis puer in Sueviam delatus, & Memmingæ postea fixam sedem nactus est, eximius Patriæ meæ Geographus, *Rossbauptam* ad licum collocavit in *Alemanniæ sive Sueviæ superioris Chorographia nova*, Memmingæ 1625. ære incisa atque evulgata.

(z) Ita in unam vocem contraxit typographus voces distinctius ponendas: *Rostrum Nemaviæ*.

communis (*a*) falsæ innixa sit hypothesi, Rhætiam cum Vindelicia confundenti, in principio Disquisitionis nostræ, ubi de Drusomago actum est, satis jam præeunte Cel. Roschmanno profligatæ; quæ autem de Augusta Drusi atque Juliomago, nec non de Vemania venditatur opinio, suis omnino carere fulcris; de Rostro autem Nemaviæ, eam inter illas, quæ à vero tramite aberrant, minus aberrare, scopoque nostro præ omnibus aliis expositionibus quam maxime inservire. Neque tamen affirmare ausim, illam, quam ultimo loco posui, conjecturam rem omnem pro patria nostra conficere. Majori sane argumentorum pondere opus est. Nei enim sufficiunt Simlerorum, Cluveriorum, Cellariorum denique suffragantium, quibus alias assurgimus, auctoritates. At quantumvis argumentum illæ præbeant non contemnendum, præsertim ex Cluveriana passuum milliarium supputatione, neutiquam tamen certitudo inde quædam elici poterit, quum illa supputandi ratio apud Cluverium obscurior, monumentorumque antiquitatis tanta apud nos sit penuria, quanta solet esse, quum est maxima.

De priscis monumentis Memmingæ pertis.

de Catapulta.

At inquiet fortasse aliquis, injustius hæc de Patria dicuntur, suis sane non omnino destituta pignoribus. Etenim si repudianda etiam sit decantata illa Inscriptio Memmingensis, propterea quod in nulla Inscriptionum antiquarum sylloge hactenus, quantum equidem sciam, conspecta fuerit, nonne de insigni prisci ævi artisque Romanorum belligerandi monumento in publica operarum apud nos domo vel nostra adhuc memoria asservato, quod *Catapultam* (*b*) vocarunt, argumentari licet ad sumtum per nostras terras Romani militis iter, atque ad Patriæ nostræ, jam olim Romanæ fortitudini forsan non incognitæ, antiquitatem? Quid quod in foro nostro majori æreum Jani caput effossum sit?

de Jani capite æreo.

Sed quod attinet ad opinatam illam epigraphen, equidem nemini Civium meorum gaudium illud antiquarium invidebo, si feliciori esse aliquando ipsi licuerit, illam ex densa noctis caligine, qua eam cum Cel. Roschmanno sepultam esse judicamus, in dias luminis auras proferre, honorique Patriæ vindicare. Quid autem ex illa Romanorum catapulta pro antiquitate urbis nostræ colligi queat, non video. Dabimus enim, quod sane negare haud

 licet,

(*a*) Cum nube testium geographicorum etiam facit ***M. Stephanus Ritterus***, P. L. C. & Gymnasii Weldeccensis, quod est Corbacii, olim Rector, in ***Cosmographia Prosometrica***, Marpurgi 1619. edita, p. 752. qui urbem nostram olim etiam ***Gruuvverd***, h. e. ***viride vadum*** appellatam esse docet.

(*b*) De Catapultis vid. ***Justus Lipsius Poliorcet. L. III. Dial. II. p. 529. sq.*** in secundo operum ipsius Tomo, Lugduni 1613. edito. Conf. etiam ***Caroli de Aquino S. I. Lexici Militaris*** Pars I. Romæ 1724. magno folio excusa pag. 184. h. v. Usus Catapultarum ità describitur à ***Folardo***, insigni illo in doctis militibus fanaticis, ***dans le Traité de la Defense des Places.*** "Partie II. Art. "IX. p. 42. A l'egard de la Catapulte, les anciens s'en servirent, non "pour battre les murailles, mais pour chasser les Corps, pour tomber en "suite de leur movement naturel à l'endroit, où ils tiroient, comme "nous le pratiquons aujourd'hui avec nos mortiers dans les jets de bom-"bes. Rarement battoient-ils de but en blanc, bienque Diodore parle "d'une tour de bois, qui fut mise en pieces par les catapultes enormes "de Sylla au siége d'Athenes, qui jettoient vingt boulets de plomb; mais "ces exemples sont rares dans l'Histoire." Vid. T. III. ***de l'Histoire*** de Polybe, traduit par Dom. Vincent Thuiller avec un Commentaire par Monf. de Folard à Amsterd. 1729.

licet, eam hic repertam esse, quid inde? Ergone Drusomagi vel Rostri etiam Nemaviæ nomen Memminga nostra habuerit necesse est? Ergo illam in iis oppidis locum habere suum oportuit, quorum mentio fit in via militari apud Antoninum & in Tabula Peutingeriana? Nemo igitur est, qui non videat, hujusmodi argumentationem plane non procedere, & æque infeliciter exinde concludi, quam ex reperto Jani æreo capite in foro publico, quod ad annum Christi supra mille & quadringentos quinquagesimum octavum refert *Christoph Schorerus.* (c) Iste enim Chronici patrii eruditus sua ætate auctor ex relatione tantum aliqua veteri id accepisse, ipsum vero caput Jani bifrontis non suis conspexisse oculis videtur, scribens: neminem ejus scivisse significationem, ac forte duas simulacro facies fuisse, quin illud Janum forte bifrontem denotasse. Quare in propatulo esse reor, nihil solide hinc exsculpi posse pro asserenda urbis nostræ à Romanis ædificatione.

de Deo Mimmingo. Si suavibus ingenioli somniis res decidi posset, simulacrum istud aheneum, quod Schorerus noster commemorat, Deum illum repræsentasse diceremus, qui Patriæ nomen dederit, MIMMINGUM, à populis septentrionalibus cultum, nomine exiguæ cum *Gasta*, fœmina forte sua, inter *Elvas* seu spectra nocturna auctoritatis, quem ex Stephani Jo. Stephanii Hist. Danica pag. 144. eruit *Christianus Frid. Garmannus Med. Lic. in observat. de epilepsia à terrore* §. 25. (d) Sed redeat illud spectrum in septentrionem suum cum socia sua Gasta, unde nobile illud par arcessiverat Garmannus. Nos ad nostrum redimus propositum.

Ad id ergo nos necessitate adactos cernimus, ut Patriam nostram nec à Ptolomæo, nec à Strabone, nec ab Antonino, nec à Tabula Peutingeriana, nec etiam à Notitia Imperii proprio sibi nunc nomine memorari fateamur. At enimvero nonne *Polibius*, nonne *Strabo* ipse abjectam plane spem nostram de vetustate Patriæ restaurant, e quibus ille *Memminga* hic *Meningæ* meminit? Minime. Etenim si dicendum quod ses est, Polybius quidem libro primi Punici belli secundo hanc vocem affert, sed ita affert, ut hac denominatione ad insulam Lotophagorum digitum intendat, quemadmodum ad Richardi Bartholini de bello Norico seu Austriados L. VIII. *in Tomo Reuberiano Francof. 1584. p. 623.* animadvertit *Jacobus Spigelius* ad verba: *pressoque illudit gurgite puppes.* Eandem vero Lotophagorum insulam μήνιγγα nominatam fuisse ab antiquis, nec itaque diversam à Polybiana esse, edocti sumus è *Strabon. Geogr. L. III. p. 149. ed. Basil. 1549. Meninx* est Plinio & Girba Antonino.

de Meninge insula.

Quid Memminga fuerit sub Constantino & Juliano? Missis nunc iis, quæ hactenus ex antiquis monumentis & classicis Scriptoribus disputata sunt, ad ea proferamus pedem, quæ nostris temporibus viciniora, majori veri specie comprobari possunt ex medii, quod vocant, ævi documentis. Quid enim præsidii pro Natali Memmingæ in Drusomago, Augusta Drusi, Juliomago, Rostro Nemaviæ atque Vemania allisque? Age igitur,

(c) Vid. Memming. Chronica ab ipso & patrio quidem sermone conscripta ac anno 1660 Ulmæ excusa. Idem vir optimus l. c. p. 94. 95. nummorum mentionem facit in monte Petræ (*Felsenberg*) qui in vicinia nostra situs est, inventorum, sed eos non Romanos verum Bracteatos ex medio ævo & magnam quidem patrem Campidunenses fuisse docuit me αὐτοψία.

(d) Legitur hæc Observatio in *Ephemerid.* Acad. Cæs. Leopold. Dec. III. Ann. IX. & X. p. 100.

tur, ad recentiora tempora deſcendamus, ſervato illorum ordine. Hic primus nobis obveniam venit MARTINUS CRUSIUS, vir ἑλληνικώτατος, anteceſſor quondam in Rectoratus munere noſter, poſtmodum vero Profeſſor Tubing. in *Annalibus Suevic.* L. VI. P. I. p. 153. ſcribens: *Memminga etiam fuit, ut creditur, imperantibus Conſtantino & Juliano (e) quæ tum adhuc vicus erat & Grunenwerda nuncupabatur.* Quis vero dubitet, Cruſium, ſi ullum ipſi in antiquis auctoribus monimentum occurriſſet, id ſilentio fuiſſe prætermiſſurum? Nec tamen hæc ſolius Cruſi ſententia eſt, ſed jam ante eum hanc traditionem produxit CASPAR BRUSCHIUS. (f)

Magnus ſane nobis Apollo eſſet Bruſchius iſte & qui cum eo faciunt Dreſſerus atque Cruſius, ſi *Memmium* forte quendam excitare & in vitam quaſi reducere valuiſſent e Romano exercitu Ducem ſive legatum, qui vico *Grunenwerda* nomen indidiſſet ſuum. Quid enim facilius eſſet ad conficiendum, ſi hoc non eſt, quod priori Patriæ noſtræ ſyllaba indicaretur auctor conditor, ſive reſtaurator aliquis *Memmius*, poſterioribus vero *ingen* ſolemnis illa Germaniſque ſive ſuperioribus ſive inferioribus uſitatiſſima terminatio, de qua conſulendus eſt Jo. Georg WACHTERUS, communis Patriæ decus, vir antiquariæ rei, ſive Romanæ atque Græcæ ſive Germanicæ, longe peritiſſimus, ac mira patrii ſermonis originum notitia illuſtris, quorum illud in *Archæologia Nummaria*, quam utinam continuatam dediſſet deſideriis omnium, quibus reconditæ priſci orbis elegantiæ in deliciis ponuntur, ſatisfacturus, hoc vero in *Gloſſario Germanico*, linguæ noſtræ promocondo, abundantiſſime monſtravit. Is enim *in Gloſſario Germ. Proleg. Sect. VI. de literis & particulis terminantibus* de vocula ING ita ſermocinatur: *ING in nominibus manſionum, pagorum, urbium, regionum ſignificat terram, & convenit cum græc. γη per anaſtrophen. Sic terra domicilii B. Virginis OTFRIDO vocatur* heiminge *Lib. I. C. XXI. 9.*

Conjectura de etymo nominis Memmingen.

Thia muater ouh bibringe
Zio iro heiminge.
Matrem quoque reduc
In terram domicilii ſui.

Ob eandem particulam Lothringen *recte exponitur terra Lotharii.* Sic enim extra omnem dubitationem poſitum foret, Memmingam eſſe Memmii terram vel domicilium. Sed quid augurari ſine ullo, qui præeat, auctore, ſine ullo, quod reperiatur, monumento aut lapideo aut æreo aut ſacro aut ſepulchrali juvat? quid inanibus conjecturis duci opus eſt, ubi his deſtituaris? præſertim quum Caroli M. temporibus Memmingæ nondum ſed *Grunewerda* denominationem in uſu fuiſſe, ex barbari ævi ſcriptoribus pateat.

(e) Ammianus Marcellinus L. XXI. C. VIII. Julianum Aug. poſt ordinatas res Galliarum ripam Danubii petiiſſe, & partem militum per Italiam perque Rhætias præmiſiſſe ſcribens, & hæc memoriæ mandavit, *eum alios miſiſſe per mediterranea Rhætiarum Magiſtro equitum Nevitæ commiſſos.* vid. Ammian. Gronov. p. 298. Si itaque illa regio, quam Marcellinus *mediterranea Rhætiarum* appellat, illum Almangoviæ tractum, in quo Memminga ſita eſt, deſignat, haud difficile eſt inde perſpectu, qua ratione priſca illa Catapulta, de qua antea loquebamur, apud nos inveniri potuerit.

(f) *De Monaſt. Campid. fol. 25.* Conf. etiam Reusnerus *de Urbibus Imper.* P. II. C. 9. Dreſſerus *Iſag. hiſt. P. V. p. 437.* Knipſchildio indice *de Jur. & priv. Civit. Imp.* L. III. C. XXXIII. p. 897.

Memminga olim Grunenvverda seu Grunenfurt dicta.

Istis videlicet barbari ævi Scriptoribus accensendos esse reor illos fontes Chronicorum veterum MSStorum in Alemannia nostra, e quibus, quæ in historiis occurrunt mixtæ etiam veris narrationibus lepidæ interdum fabellæ, hauserunt Caspar Bruschius atque Martinus Crusius. Hujus commatis scriptor unus is est, quem nobiscum communicavit eximia benignitas summe Venerabilis & longe optimi Soceri, JO. GEORG. SCHELNORNII, Ecclesiastis & Bibliothecarii patrii, cui ob perinsignia & plane paterna erga me merita sinceras etiam & perennes, dum spiritus ossa gubernat, debeo gratias, inprimis vero etiam ob subministrata plurima eaque palmaria ad scriptionem hanc subsidia, quemque Deus O. M. mihi, familiæ, dulcissimæ denique Patriæ nostræ in Nestoreos annos conservet! Hujus ergo commatis scriptor quum ad manus sit nobis, qui ex variis chronicis sua compilavit, unum tantum ac alterum ex illo producamus testimonium, & ipsiusmet quidem verbis. Is vero, quem Chronographum Campidunensem nominare fas sit, ad tempora Caroli M. quum Campoduni cum Hildegarde in publica solennitate esset conspicuus ita: *ouch wassend vil in den Flecken Kempten, Ysnin vnd Grunenfurt yetz Memingen, die dennocht dozemal nit stett wassend.* Quæ latine exponit Crusius *Annal. Suev. L. XI. P. I. 319.* hoc scriptore sine dubio usus. · Idem Chronographus ad annum cIↃLX. quum Henricus Dorenstain, Dominus Campidunæ, plures arcium vicinarum dominos, latrocinia peragentes, in expeditione adversus eos suscepta cecidisset, Memmingam & Kempten auxiliatrices ei manus præbuisse perhibet: *Der* (nempe Henricus Dorenstein) *do zemal mæchtiger was weder die usser dem Grünenfurt noch uss dem flecken Kempten. Wann do wassend es dennocht nitt stett besunder nun flecken, die dennocht ouch nit grosz wassend.* Porro ad annum Seculi undecimi LXXIII. de præsentia Alexandri II. Papæ & Henrici IIII. Cæsaris apud Abbatem Campidunensem, Conradum Neupronnerum, locutus, quum quosdam Nobiles (*edle Hagherren*) villam Kempten hostili infestasse manu scriberet, etiam Patriam nostram *und Grünenfurt, yez Memingen genamt*, illos vi aggressos esse ait. Constans ergo hæc est scriptorum mediæ ætatis, quantum quidem ad regionem Almangovicam spectat, traditio, *viride Vadum* in vernacula nostra dictam fuisse *Memmingam.* Quid? quod ad hanc usque diem prædium aliquod versus septentrionem, quarta vix milliarii parte ab urbe nostra distans, nomen hoc *Grunenfurt* servat? Quæ quum ita sint, parum abest, quin antiquum Grunenfurt una voce latina exprimentes *Viridimagum* illud appellemus. Audaculus videar, qui novam cudam nomenclationem, quum Viridimagus nec antiquis nec recentioribus auctoribus dicta fuerit unquam. Sed utamur interim nova vocula, quum res ipsa locusve recentiori demum ævo innotuerit. Latina quidem dictio vernaculi Grünenfurt nomen & omen habet. At ipse rivus, qui per mediam Civitatem nostram fluit, & cum vicina Ilara deinde miscetur, in viride planitie vadum constituit, eo penes nos loco, quem *Tummelplatz* vocitamus.

Viridimagus appellanda.

Vox mage, magus vel magum quid significet?

Fuere, qui ex posterioribus duabus *Drusomagi* syllabis aliquam cum Memminga nostra convenientiam elicere studerent, (g) Nos igitur in observatiunculam de voce *Mage* exspatiari concedet Lectorum meorum humanitas.

Phi-

(g) Hinc Celeberrimus ille quondam in Academia Salana Historicus, *Caspar Sagittarius in Historia Memming. MS.* §. 2. in hunc modum fatur: *qui Drusomagum Rhetiæ ibidem olim situm fuisse conjiciunt, ex posterioribus duabus syllabis tertia auctis conflatum nomen putant.* Historia hæc MS. Sagittariana in illis Commentariis, quæ de Civitatum Imperialium satis admodum solide & erudite ex limpidis fontibus agunt, locum suum obtinet.

Philippi Cluverii (*h*) at quanti inter Geographos viri! sententia de voce *magus* vel *magum* eò tendit, ut adjectitiam hanc vicis oppidisque, quæ ad amnes posita sint, particulam significare Germanis inferioribus *Ford*, superioribus autem *Furd*, i. e. *vadum* existimet, variisque hunc significatum exemplis corroboret; qui etiam p. 521. hanc suam opinionem ad vocem Drusomagi, Juliomagi atque Gabromagi repetit. (*i*) Abrahamus Ortelius Noviomagi voce plura oppida insigniri docet, æque ac voce Juliomagi; cujus ὁμωνυμον in Gallia adducit auctor *Indicis Geogr. ad tabulas secundum Ptolomæum, Amstel. 1730. fol. editas*, in urbe *Angers*, quæ Cæsari *Andes*, Plinio *Andegavi*. Eadem vero particula locis variis addi solita Celtisque etiam usitata B. Rhenano, viro præter eximiam eruditionem judicii etiam dexteritate & diligentia singulari claro (*k*) ansam dedit scribendi: *Magum* videri priscis Gallis domum significasse, Lib. *de reb. Germ. p. 327. edit. Arg.* (*l*) ubi de Moguncìaco ipsi sermo est. Quid si hoc nonünis ex Oriente arcessamus, unde Pœnorum illa *magaria* in Virgilio (*m*) & Sallustio (*n*) obvia, ortum duxerunt. Utraque illarum vocum *Magum* ac *Magaria* ad illam notionem videntur conspirare, qua generatim *locus habitatus* intelligitur. Ac non minori difficultate ii *Magi* vel *Maga* ad Germanos atque Celtas, quam Phœnicum *Magaria* ad Afros provehi potuerunt. Sed tutius fuerit, accedere sententiæ Celeb. Schœpflini (*o*) cui *Mag*, quod in composito *Argentomagus* &c. occurrit, habitationem, villam, oppidum denotat, ad Lancellotum in Commentariis Acad. Reg. Inscript. Tom. IX. p. 129. provocantis. Eruditissimo Wachtero nostrati nullum dubium est, quin *magus* sit dictio Celtica & metonymica, qua locus ponitur in eo, quod in loco est, ager pro colonia vel oppido in agro. *Magaria* ipsa sive *Magalia* ab hebræo מגור commoratio, habitatio & peregrinatio, μετοικία, παροίκησις derivat Mathias Martinius in Lexici Philologici, quod Amstelodami 1701. in fol. prodiit, Tom. I. voc. *Magalia*.

Planum est ex ante dictis atque conspicuum, vocem *Mage* aut vadum trajectumve, aut generatim locum ab incolis habitatum significare. An vero licet inde probabiliter ad Memmingam concludere? id quod temere faciunt, qui ex posterioribus duabus in Drusomago syllabis, eisque tertia *Mem* adauctis, ad Memmingam argumentantur. Multo minus ex sola voce *Magus* ipsum Memmingæ nomen cudi debuerat à quibusdam. Si enim ita hariolari

 liceret,

(*h*) Germ. antiq. p. 61. (i) Quin solam voculam *furt* sive *vverd* de Civitatibus ad fluvios exstructis κατ' ἐξοχὴν usurpari, exemplo *Donavverdæ* patet. Sebast. Franckius, doctus ille quidem sed turbulenti ingenii vir & paradoxophilus, Donavverdam patriam suam innuens, unica voce *Werdam* nominat. Nee enim iste ex Werda Norimbergensium oriundus erat, ut plures putant. sed ex Suevica nostra Werda, sive ut luculentius loquar, Donavverda.

(*k*) Ita de eo sentit Vadian. *Epit. Geog. p. 55.*

(*l*) In Basileensi editione A. 1551. p. 180.

(*m*) Æneid. I. 425. & IV. 259. *Villam* Serviua antiquus Scholiastes; alii casas pastorales intelligunt.

(*n*) Jugurth. XVIII. 8. Sed alii habent *mapalia*, quæ quidem ab illis non adeo sunt discreta, annotante Gottlibio Cortio p. 501. Innuuntur tuguria sive loci extra murani.

(*o*) Alsat. illustr. T. I. p. 53. §. XXXVII.

liceret, nos majori ſpecie Druſomagum in *Mengen*, oppido ad Danubium ſito in terris Illuſtriſſ. Comitum Truchſeſſ. de Waldpurg collocaremus, major enim eſt convenientia duarum ſyllabarum cum duabus, *Mage* cum *Mengen*, quam cum tribus *Memmingen*. Sed ex hoc diverticulo jam in viam nobis redeundum eſt.

Si placet eorum recordari, quæ paulo ante è Chronico Scriptore Campidonenſi MS. retulimus, hoc inde ſatis liquido fluere videtur, Patriam primo fuiſſe vicum *Grunefurtum*, poſtea urbem *Memmingam;* Romanorum autem fortitudini, ſi quando huc pervenerint, non alio nomine fuiſſe cognitam, quam quod Vadum, cujus adhuc antiqua apud nos ſuperſunt veſtigia, aliquod cognoverint, vel plane ſine adjecto vico quodam, vel etiam addito vico, vel domibus quibusdam & caſis. Vico autem anno adhuc ſeptingenteſimo ſeptuageſimo ſeptimo hæſiſſe nomen *Cronenford* ſecundum Bruſchium, vel *Grunenwerd* ſecundum Graſſerum (*p*) vel *Grunenfurt* etiam ſecundum Cruſium & Chronicon MS. Campid. de quo antea, animadvertimus ex locis eorundem jam ſupra citatis. D. CHRISTOPH. SCHORERUS, Medicus Patriæ ſuperiori ſeculo clariſſimus, patris cognominis, Reip. noſtræ ab Pacem Weſtphalicam Ablegati, & per XXXII. annos apud nos Syndici perinſignter meriti (*q*) non degener filius, ac variis etiam ſcriptis inclytus, in *Chronico* ſuo *Memmingenſi* obſervat, ædem D. Martini memoriæ ſacram anno 926. extrui cöepiſſe, ac anno 1010. Hoſpitale S. Spiritus, etiamnum vigens, ab Henrico, Domino in Weiſſenhorn ac Comite in Maurſtetten, Provinciæ ſuperioris Sueviæ Præſide, fundatum eſſe. vid. *Cruſ. Annal. Suev.* L. VI. P. II. p. 178. Ante ergo tempus hoc Patriam non amplius fuiſſe vicum, ſed oppidum hinc argumentor, quod in Diplomate fundationis Hoſpitalis hujus nominatur *oppidum* his verbis: *Hoſpitale ſitum in valle ante portam oppidi in Memmingen, quod* (*r*) *vulgariter Kalchthor appellatur diœceſis Auguſtenſis &c.* vid. Franc. Petri Suevia Eccleſ. p. 610. (*s*)

Memmingensis oppidi prima mentio.

Eſti

(*p*) Graſſerum tanquam auctorem opinionis hujus allegat diligentiſſimus *Martinus Zeilerus in Itiner Germ. nov. antiq.* oder teutſchen Reyßbuch / quod Argentinæ 1632. in fol. lucem aſpexit, p. 548. Idem Zeilerus de Memminga diſſerit in *Topographia Sueviæ p. 54. ſq.* quem preſſo pede ſecutus eſt Bruzenius la Martiniere l. c. Tom. V.

(*q*) Hujus βιογραφιας leges cum aliis præmiſſam Illuſt. viri, *Jo. Godofredi à Mayern Act. Pac. Weſtph. Indici p. 90.* ubi per errorem typothetæ non *Schorerus*, ſed *Schoererus* nuncupatur.

(*r*) Pro *quod* legendum *quæ*. Porta *Kalchthor* hodienum ſuperat.

(*s*) Cum pace Dn. Auctoris addendum, in charta quidem, quam refert Auctor pervetuſti Chronici Weingart. MSCti ad annum 1181, qua tradidit Guelpho Dux Weingartenſi Cœnobio duas curtes, Bergam & Wileram, *Memmingam* adhucdum nuncupari *villam*, in notis ejusdem Chronicis: *Act. Id. Aug. regnante Friderico imperatore in Villa, quæ dicebatur Memmingen.* vid. Trithem. in Chronico Hirſaug. T. I. ad d. a. In Præcepto vero Conradi vulgo Conradini, ultimi Sueviæ Ducis, ad Miniſtrum & Civitatem Memming. ſuper Decimis majoribus & minoribus, ad Eccleſiam S. Martini pertinentibus, A. D. 1266. XIV. Cal. Oct. Indict. IX. apud Conſtantiam exarato, nec Villa nec oppidum, ſed ſolummodo *Univerſitas Civium in Memmingen* nominatur. Inſertum reperitur hocce præceptum ex ſcriniis Memming. Archivalibus T. II. Documentorum nempe des gründlich-hiſtoriſchen Berichts von der Kayſerl. und Reichs Landvogtey in Schwaben &c. edit, in fol. 1755. ſub N. 2.

Etsi igitur incertissimus urbis nostræ natalis sit, id tamen non indignum est annotatione, quod ex antiquis Seculi XIII. monumentis patet, eam sub appellatione *Mamminga* quam *Memminga* notiorem fuisse. Ac illud quidem planum est ac certum vel ex eo diplomate, quod Patria nostra debet Rudolpho I. Habsburgico gloriosiss. memoriæ Imperatori, cujus summam exhibet *Lexic. Basil. univ. l. c.* Diploma ipsum perbenevole mecum ex Tabulario publico communicavit præstantissimus ejus Director, Vir Generosiss. EITH. FRID. LUPINUS, carum musis nostris nomen. Quater in hoc Diplomate patriæ nomen obvium tribus vicibus *Mammingen*, una tantum *Memmingen* exprimitur. Anno autem jam 1286. VIII. Kalend. Febr. Indict. XIV. & regni Rudolphini tertio decimo illud Augustæ datum esse ex inspectione didici. Accedit quod in literis Cormaci, Abbatis Scotorum Ratisbonensis, & omnium Monasteriorum Scotorum in Germania præsidis, patentibus, suo & Conventus nomine ad Jacobum Nidernhoff, Præpositum Monasterii S. Nicolai extra mœnia Memmingensia anno 1435. datis, *Mamminga* per diphthongum in priori syllaba scribatur; unde colligo, priscam appellationem paulatim in hodiernam transiisse. Mamminga prius, post Memminga dicta nominata.

Monasterium hoc Scotorum variasque ejus vicissitudines describit *Schorerus noster in Chronico Memming. p. 3. & 4.* in quibus memoratu dignum est, quod Guelfo VI. (*t*) Henrici Magni seu Nigri filius, Dux spoleti, Sardiniæ & Sueviæ Princeps annò 1167. Maurum Scotum cum duodecim nationis & ordinis sui monachis Ratisbona huc vocarit, ejumque monasterio ad S. Nicolaum recens condito, prævia Episcopi Augustani confirmatione, primum Abbatem præfecerit; quod eadem fundatio postea à familia S. Benedicti avulsa & in Præposituram Canonicorum Regularium conversa fuerit, inque hoc statu tandem jam pridem iterum conciderit. Monasterium Scotorum à Guelphone VI. conditum.

Ex illo ergo Rudolphi Imp. diplomate & literis his patentibus perspici potest ratio, qua Honorius III· Pontifex Romanus in Bulla sua, quæ cum pluribus aliis in Bibliotheca patria asservatur, ad Magistrum & Patres domus hospitalis S. Antonii Viennensis Diœcesis anno 1216. perscripta, voce *Mammingen* suo jam ævo usus fuerit. Ceterum de Monasterio hoc Lectorem plura scire cupientem ablegamus ad summe Venerabilis SCHELHORNII nostri *Reformations-Historie der Reichs Stadt Memmingen* anno Jubilæo 1730. edit. Cap. I. p. 9. & 27. De *Antonianis* vero seu *fratribus S. Antonii* consuli meretur eruditissima Dissertatio Viri Cel. JO. EHRH. KAPPII Prof. Lips. anno 1737. habita.

De ipso Civitatis nostræ conditore nodum Gordium solvisse sibi videtur THOMAS LYRERUS, domicilio Ranckvvilensis, Chronici *de Suevis* Germanici auctor, qui circa annum Christi millesimum ac ducentesimum, & quod excurrit, floruit, cuique sæpius Aristophanicum illud λῆρον ληρεῖς (*u*) acclamandum est. Hujus igitur libri à Lyrero confecti rarissimique quum duplex editio jam ante Seculum XVI. procurata sit, quarum una est ea, quæ Ulmæ apud Conradum Dinckmut anno 1486. prodiit, à Goldasto ad *Felicis Fabri Hist. Suev. L. I. Cap. XX.* indicata, altera autem, uti videtur, vetustior, quæ in Bib- Lyreri Traditio de conditore Memmingæ.

(*t*) De hoc Principe consulendus *Lud. Anton. Muratorius* in epistolis Leibnitianis, à Christiano Kortholto in lucem missis. Tom. III. p. 444.

(*u*) De Lyreri fingendi studio Conf. *Felix Fabri* Monachus Ulmensis, *Hist. Suev. Lib. I. Cap. XX.* in Goldasti Script. rer. Suevic.

Bibliotheca optimi Soceri Schelhornii reperitur, ſine die & conſule, quod ajunt, in quarti ordinis forma edita, numeriſque paginarum deſtituta; utraque autem in inſtructiſſimis etiam Bibliothecis admodum raro occurrat, operæ pretium me facturum ſpero, ſi quæ ipſe de origine patriæ noſtræ literis conſignavit, ipſius verbis exponam. Ita autem ſermocinatur: *do bouuet der Herr von Kelmüntz ein Stat hieſs Memig.* (x) *Darumb das ſich manig menſch do erneret das ſunſt groſſen hunger müſt haben gehabt oder gar hungers ſterben. Nun hett er gar vil korns vnd bovvet ſunſt noch ein Kaſtell hieſs Babenhauſen, do was ein Herr in Schwaben der het ſein Wonung in einer Stat hieſs Dilling der hett deſs von Kelmüntz ſein tochter zu eim Weib und was ſunſt keiner von Kelmuntz mer, darumb erbt er yn.* Leguntur hæc pluribus latine in Cruſii Annal. Suev. Lib. IX. P. II. p. 358.

Quod ad hunc locum ſpectat, Lyreri dicta (y) minus recte capta fuiſſe videntur. Prædicatum enim de condita urbe *hieſs Memig* à quibusdam falſo refertur ad ſubjectum *der Herr von Kelmünz.* At verba Lyreri non de domino ædificante accipienda eſſe, ſed de ipſius oppidi nomine, patet ex ſubſequentibus, *darumb das ſich manig menſch do erneret.* Exulet ergo lepida de divite quodam *Memmingo* fabella, qui Patriæ nomen indiderit ſuum, ne ex Lyrero quidem, niſi falſo verbis ejus affricto ſenſu, elicienda. Nos vero ex ipſa rei natura nomen Patriæ impoſitum auguramur, quod multis hominibus, qui huc confluxerant, ob miram ſoli in amöeniſſima planitie fertilitatem BENIGNÆ INSTAR MATRIS victum præbuerit ac contra famis pericula ſuſtentationem. Non enim moramur illos, qui ex *Menge mann*, vel cum Dreſſero ex *mann menge* nomen urbis noſtræ derivant, quia de terminatione *ingen*, de qua jam ſupra egimus, non eſt cur ſimus ſolliciti. Nobis vox potius Germanorum priſca MAMM, matrem denotans, cum uſitatiſſima Germanicis oppidis viciſque terminatione *ingen* juncta, Patriæ nomen dediſſe, (z) illudque antiqua illa in diplomatibus Rudolphi I. Imp. & Honorii III. Papæ obvia appellatio *Mammingen* extra dubium ponere videtur.

De etymo Memmingæ natalem ipſius referente.

En igitur pulcherrimum patrii nominis etymon, digniſſimumque, quod vir celeberrimæ famæ JO. GEORG. WACHTERUS, tanquam gratus civis, *MATRIÆ* appellatione exprimeret. Non ſine voluptate, quæ ſub voce *Memmingen* in Gloſſ. Germ. ingenioſa calami Wachteriani elegantia profert, verba leget quisquis eſt φιλόπατρις, en illa: *Memmingen Civitas Imp. Sueviæ. Suſpicor majus aliquod prædium nobilis cujusdam fœminæ originem loco & nomini dediſſe, & nomen illud terram maternam denotare, ex aliis locorum nominibus ſimiliter factis colligo. Hinc de patria mea ſciſcitantibus, illud Delphici Oraculi de Homero effatum reſpondere ſoleo:*

Quid Patriam quæris, mihi MATRIA, non Patria ulla eſt.

DISSER-

(x) In Editione Dinckmutiana de anno 1486. dicitur *Meming.* (y) Vid. Cruſ. Paralip. p. 81. (z) Præter urbem patriam vicus etiam Memmingæ nomen habet inter Auracum & Ulmam ſitus, cujus incolæ illam noſtram in ſuperiori Suevia à ſua diſtinguentes Hohen-Memmingen appellant. Illa in obſcuro manſit, noſtra ex vico in Civitatem evecta. Ita & ejusdem nominis locis ſuum fatum eſt, ac ſua ex temporum viciſſitudine & incolarum genio diverſitas. Quod Gœttingarum etiam exemplo patet, quarum illa Georgia Auguſta, celebratiſſima omnium literarum palæſtra, ac meorum etiam ſtudiorum mater benigniſſima, nomen ſuum ad aſtra fert, hæc in Ulmenſi agro ſita, ignobilis ad hunc diem vicus perſtitit.

DISSERTATIO XX.

DE LIBERA VENATIONE

SPECIATIM

SUEVO-MEMMINGENSI

auf dem Bofferhard.

§. I.

QUUM, peractis JENÆ & TUBINGÆ studiorum academicorum annis, nec non exantlatis nuper solemnibus, quæ in alma EBERHARDINA summorum in jure honorum candidatis, ex *lege* & *more*, subeunda sunt, examinibus, delectus materiæ, viribus meis æquæ, nec tamen *disputatione*, quam vocant, *inaugurali* indignæ, animum scripturientis valde suspensum teneret atque sollicitum, multaque ei jamjam obversarentur, seque ingerere & obtrudere viderentur argumenta, solidiore expositione æque digna, ac ejus quidem egena: omne confestim dubium arbitriumque sustulit PATRONORUM nutus atque ab EIS profecta præsentis *thematis* commendatio. Quibus justum videbatur & æquum, *patriæ*, quæ *vitam* dedit, quæque volente DEO *fortunam* dabit, hanc quoque opellam meam propius dicare & inscribere, haud postremam ejus publici privatique juris particulam dilucidare, sicque aliqualem ejus potissimum *juris* scientiam commonstrare, *in quo* mihi posthac vel maxime *versandum* erit. (*a*) *Sequor* hoc modo, quod tamen forsan haud *assequor*, exemplum aliorum civium MEMMINGENSIUM, & ipsius quoque FRATRIS, ut alias, ita solida quoque variorum *patriæ* jurium explicatione & vindicatione, optime de ista meritorum. Uti nempe hoc demum sæculo, disputationibus academicis, *socios hosti stipendiarios*, (*b*) *societatem bonorum conjugalem*, (*c*) & *austregas*, (*d*) historiarum juriumque lumine collustrarunt

(*a*) Argumento notissimæ *objurgationis* MUCIO-SERVIANÆ, in L. 2. §. 43. *de Origine Juris.*

(*b*) *De Sociis Stipendiariis hosti, in causa rei publicæ MEMMINGENSIS, Halæ anno* 1720. sub præsidio B. JO. P. *de* LUDEWIG disputavit B. ULR. BEN. HERMANN. Conf. AD. FRID. GLAFEY *jus Nat. & Gent.* L. IV. *cap.* 5. *§.* 69. *m. sq. pag.* 715. *sq.*

(*c*) *De Societate bonorum connubiali, secundum jus commune & statutarium liberæ S. R. I. Civitatis MEMMINGENSIS, Jenæ* 1739. Præside B. DIET. HERM. KEMMERICHIO, *Consultiss. Dn.* JO. DAV. WOGAU, & MELCHIOR EGENOLPHUS *de* SAYLER, *a Pfersheim, de bonorum inter conjuges Suevos, speciatim MEMMINGENSES, communione*, Præside Illustri JO. RUD. ENGAVIO, *Jenæ* 1751. disseruerunt.

(*d*) *De Austregis Ordinum S. R. I. aliorumque Imperii membrorum, præcipue liberæ S. R. I. Civitatis MEMMINGENSIS, Jenæ anno* 1750. Præside *Cel.* JO. ANDREA HOFFMANNO disputavit IDEM *frater meus.*

runt B. ULR. BENED. HERMANN, JO. DAV. WOGAU & MELCHIOR EGENOLPHUS *de* SAYLER: ita ego quoque tale nunc adgredior jus, *liberæ* puta *venationis*, quod non solum æque *patrium* est, verum etiam ultra eam porrigitur, magnamque ei conciliat prærogativam, suggestu academico haud indignam. Quod enim tanto hodie opere & fructu colitur, utrumque *jus* GERMANIÆ *publicum* & *privatum*, ejus tamen scientia & prudentia, lætior pulcriorque efflorescere haud poterit, quam si *particularia* (*e*) & specialia quævis probe excutiantur, atque indies magis magisque in publicum producantur.

§. II. NOLI vero, qui præsentis opusculi frontem intueris, B. L. illico tabellam poscere, præcipiti suffragio me condemnare, mihique adclamare, cui non dictus Hylas! Qui enim *de libertate venationis*, nominatim *Suevo-Memmingensis*, pro virium, temporis & præsertim subsidiorum, benevole mecum communicatorum, ratione commentaturus sum, neque actum agere, neque vel SEBASTIANI & JACOBI, OTTONUM, (*f*) vel *celebris* quondam & *illustris* ICTI, STEPHANI CRISTOPHORI HARPPRECHTHI, (*g*) vel eorum, qui

---

(*e*) Prout ipsius quoque *venationis*, cujus aliquoties diserte meminit, exemplo, recte observavit, qui *in Diss.* sua inaugurali, *Lipsiæ* sub finem *anni* 1751. habita, *de genuino juris Germanici universalis, hodierni, privati, civilis conceptu, mediisque illud in meliorem ordinem redigendi*, sollicitus fuit, *Cl.* FRID. HENR. MYLIUS, media, heic quoque tutissima, via incedens. Jungatur tamen *illustris* JO. SAM. FRID. BOEHMERUS, *Viadrinæ* hodie Director, *in Progr. de præjudicio juris Germanici in caussis privatis, Francof. anno* 1750. ed.

(*f*) Rei publicæ *Ulmensis* quondam Consiliarii & *Advocati* des Schwäbischen Pürsch-Collegii, auctores tractatus, ad quem omnes liberæ venationis mentionem facientes provocare, suosque lectores ablegare solent, qui sub titulo freyer Pürsch-Beschreibung/ in sich begreiffend zehen Marck- und Freyungs-Steine/ darauf verzeichnet rc. *Ulmæ, anno* 1680. editus, a SAM. STRYKIO, Corpori juris venatorio forestalis FRITCHIANO, *anno* 1702. denuo edito, P. I. *tr.* IX. *p.* 251. insertus, atque mit Acten-mäßigen Anmerckungen/ und darzu gehörigen Beylagen/ in specie mit dem neuen Pürsch-Receß und Ordnung rc. a C. C. W. (J. V. L. & R. V. C.) auctus, sicque *Ulmæ* 1725. 4. denuo editus fuit. Qui illum evolvit, legit, tractat, is verissimum deprehendit, quod FRID. ULR. STISSERUS, in derer Teutschen Forst- und Jagd-Historie/ (libello æque docto & utili, ac quidem jucundo & amœno) *cap. I.* §. *24. nota a. pag. 26.* de eo judicavit, nempe: Es ist eine läppische Schrift/ worinn vieles/ so hieher nicht gehört/ mit untermenget worden/ er gibt auch durch manchen Schnitzer an den Tag/ daß er das Jagd-Wesen/ und die dahin gehörige Wayd-Sprüche schlecht verstehen müsse/ hat sonst sehr parthenisch geschrieben.

(*g*) Tum temporis *Professoris* juris in hac Tubingensium Academia *extraordinarii* & Principis *Hohenzollerani* Consiliarii, auctoris *sciagraphiæ liberæ venationis Germanicæ, inprimis vero Suevicæ, vulgo* der freyen Pürsch-Gerechtigkeit/ per modum brevis saltem dissertationis academicæ, *mense Julio* 1702. editæ. Justum quidem & prolixum hac de re is meditabatur tractatum, luce tamen publica haud donatum. Cæterum, idem hic ICTUS, *auctor & scriptor* videtur der kurzen Beschreibung der zwischen Ihro Hochfürstl. Durchlaucht zu Hohen-Zollern-Hechingen rc. eines: Sodann Dero widerspenstigen Unterthanen/ andern Theils/ bey Hochlöbl. Kayserl. und Reichs-Cammer-Gericht strittigen freyen Pürsch-Gerechtigkeit rc. fol. 1706. und 1728. *P. III. pag.* 177-197. der Reichs-Famæ; ubi etiam, *P. V. pag.* 1-81. & *P. VII. pag.* 510-628. reliqua impressa hujus causæ judicialia prostant. Vid. *Bibliotheca Deductionum* LIPENIO-JENICHIANA, *P. I. pag.* 614. *sq.*

qui in libris suis *venatoriis* (*b*) materiæ hujus *mentionem* fecerunt, (*raram* tamen & *parcam*) scrinia, vel crassiore, vel subtiliore minerva expilare, verum potius persequentium in hoc juris venatorii capite lacunarum nonnullas explere, prætermissa quædam venari, sigillatim vero præmissis modo eis, quæ hunc in finem maxime necessaria visa fuerunt, istam *venationis* LIBERTATEM describere mecum constitui, quæ in *Suevia* nostra, ejusque parte superiore, non nullis Germaniæ Statibus & membris, corumque civibus & subditis, COMMUNIS est, atque a patria mea illam *dirigente*, singulatim MEMMINGENSIS dici meretur.

§. III. LIBERTAS *venationis* in vernacula dicitur die freye Bürsch. Cujus adpellationis veram *etymologiam*, frustra vel apud OTTONEM, (*i*) multo tamen inutiliora minusque curiosa subinde immiscentem, vel apud HARPPRECHTUM, (*k*) inter P. MATTH. WAEHNERI, (*l*) a nomine eines freyen Busches / & CHR. BESOLDI (*m*) a verbo Pürsten (sive feras sclopetis petere) derivationes fluctuante, vel apud JO. FRID. L. B. *de* FLEMMING (*n*) quæsiveris, ad quem tamen lectores ablegavit, qui OTTONIS tractatum notis illustravit C. C. W. (*o*) ex vero scribens, usque ad sæculi XVI. initium majores nostros semper scripsisse, "Pürs / Pirs / Pürsen oder auch Birß / "Gebürß / non vero Pürsch / Pürst / oder Bürst." JO. P. *de* LUDEWIG (*p*) illam quidam etymologiam, quæ freye Pürsch idem esse dicit, quod freyer Busch insanam & perridiculam vocat delirationem, at meliorem tamen haud adfert conjecturam. Imo videtur is vocabuli, in terris Saxonicis fere incogniti, antiquitatem ignorasse, illudque demum ab eis temporibus repetiisse, quibus venationes *pulvere pyrio* (*q*) institui cœperunt, (*r*) die gezogene Bürsch-Büchsen und Bürsch-Rohre describens, atque tractitiis in ca-

(*b*) Conf. GE. CHR. KREYSIGII *Bibliotheca Scriptorum venaticorum, continens auctores, qui de venatione eoque spectantibus commentati sunt, Altenburgi* 1750. 8. *edita*, *P. I. Cap.* 1. 2. 4. 10. 11. 12. 13. *sq.* 21. *m. sq.*

(*i*) *All. loco II.* Marck- und Freyungs-Stein / darauf verzeichnet / woher die freye Pürsch also genennet worden? und wie viel oder mancherley Nahmen sie führe? *pag* 5.

(*k*) In laudata *Disp.* §. *II. pag.* 5.

(*l*) In *Observat. practicis, ad materiam de rerum & verborum significatione*, voce freye Bürsch.

(*m*) In *Addit. ad thesaurum practicum*, voce Pürsten.

(*n*) In dem vollkommenen teutschen Jäger / *Parte V. pag.* 284.

(*o*) *Dicta pag.* 5.

(*p*) *In Differentiis juris Rom. & Germ. in venatu, ejusque regali, Halæ* 1730. editis, *Differ. VI. nota* (3) *pag.* 51. 53. 54.

(*q*) Innovationis variorum jurium & institutorum causa & occasione. Probe id advertente *Cel.* JO. STEPH. PUTTERO, tum *in elementis juris Germanici, privati hodierni*, §. 117. *pag.* 32. 33. tum in dem Grund-Risse der Staats-Veränderungen des teutschen Reichs / X. Zeit / *pag.* 230. *nota* (*a*).

(*r*) Medio jam *Seculo XIV.* sicque vulgari opinione, saltim in *bello*, multo citius. Vid. omnino Johann Adam Freyherrns von Ickstatt Vorrede zu denen Abhandlungen derer Jagd-Rechten / von dem verschiedenen Zustand der Jagden bey den Römern und Teutschen / §. 9. *nota* (*a*).

vitate ductibus von denen schlechten discernens. Cum tamen antiquissimum, origine Francicum, atque, ut post FRISCHIUM (s) non sine specie conjectatur, ejusdem mecum *patriæ* civis (t) *Cel.* JO. GE. WACHTERUS, (u) e *Francorum* verbo provinciali, *Gallis* hodienum usitato, *percer*, transfigere, telo trajicere, effictum fuerit verbum Birsen/ quod ipsum nostrum est venari, Jagen. *Bersarios* namque, vel *Birsarios*, sive venatores, vel parcorum & silvarum custodes, inter ministeriales palatii aluisse & secum duxisse veteres *Francorum* Reges, HINCMARUS, (x) *Archiepiscopus* nos docet *Rhenensis*. Verba, quæ in VERELII *Ind.* occurrunt, *buar sum* BERSAR *i kongs barkom*, ad ejus mentem sic expressit WACHTERUS: (y) quicunque in locis Regum *venationi* deputatis feras percusserit. Latina quoque terminatione medio ævo donatum fuit hoc verbum. Ita namque FRIDERICUS I. *Barbarossa*, *anno* 1158. apud RADEVICUM (z) sanxit: si quis *birsando* feram balista vel arcu occiderit, ejus erit. Qui Imperator, *eodem* teste, in *venatione* æque ac *bello* strenuus fuit. "In *birsando* scribit *ille*, (a) ipsemet arcum tendit, spicula ca-"pit, implet, expellit. Eligis, quod feriat, quod elegeris, ferit." Nec tamen *Teutonicum* esse ideo desiit. Teste *Recessu Imperii* (b) de *anno* 1530. cujus hæc sunt verba: "Ob einer allein in seinem und inwendig seiner Ober-"keit zu Lust etwan mit einer Büchsen birsen wolte." CAROLUS quidem DU FRESNE, Dominus DU CANGE, in *glossario* (c) suo, non solum docet, quod *bersa* medio ævo crates illæ vimineæ fuerint, seu sepes ex palis vel ramis contextæ, quibus silvæ vel parci undique incingebantur, ut nullus cervis cæterisque feris ad egressum patuerit aditus, sicque phrases chartarum *intra bersas foresta* explicat, verum etiam inde conjicit, *bersare* esse proprie in silvis clausis seu *parcis* (d) venari. Ast, quæ is ibi adduxit loca, hoc nondum satis evinuunt, & contrarium potius innuunt adductæ ab eo ex ÆG. MENAGIO & OCT. FERRARIO locutiones italicæ, *bersaglio*, album seu scopus sagittariorum & *mettere à bersaglio*, *mettre au bersel*, periculo mortis ex-

(s) In dem teutschen Wörter-Buch/ *voce* Pürschen/ apud JOS. GABR. ULRICH, in *Disp. de feudo venationis*, *Alt.* 1747. §. X. *nota* * *pag.* 23. *ubi*: forte utrumque (*percer* & Birsen/) a Bersten/ disrumpi, confringi.

(t) Patriam EJUS sciscitantibus, illud Delphici oraculi de HOMERO effatum
Quid patriam, quæris, mihi MATRIA, non *patria* ulla est.
respondere solitus. Vid. *Gloss.* v. MEMMINGEN, sive *terra materna*, *col.* 1068.

(u) In *Glossario Germanico*, *voce* BIRSEN, *col.* 171.

(x) *De Ordine Palatii*, *cap.* XVII. apud *Cel.* FRID. CAR. BURI *ad* B. SCHILTERI *institut. juris feudalis*, *P. I. pag.* 252.

(y) In *Gloss. pag.* 171.

(z) Ecclesiæ Frisingensis Canonicum, in *Libro de rebus* FRIDERICI I. *Rom. Imp.* I. *cap.* 26. apud C. URSTISIUM, *Tomo I. pag.* 493.

(a) *L. II. cap.* 76. *pag.* 557.

(b) *Augustano*, cui titulus: Reformation guter Policey/ *cap.* XXXII. §. 3. edit. noviss. *P. II. pag.* 343.

(c) *Ad Scriptores mediæ & infimæ latinitatis*, *voce* BERSA, in *Tomo* editionis novissimæ *I. col.* 1136. 1137. 1138.

(d) Vel silvis *Anglorum* circumseptis. Vid. de hac *voce parcus* CHR. LUD. CRELLIUS, *in Disp. de jure vivariorum*, von Thiergärten/ *Vitemb.* 1740. *ed.* §. *VII. pag.* 32.

exponere. Unde etiam non adeo contrariatur WATTIO, vocem *berſare* a Germanico Birſen deducenti, quod eſt telo configere, damas puta & cervos, in ſilvis.

§. IV. QUAMVIS autem, in *juridico* non minus quam *vulgari* ſenſu, ſynonyma ſint *Romanorum* libera venatio, & *Germanorum* freye Bürſch/ (e) hæcque regulariter & plerumque nihil aliud, quam libertatem venationis, ſive definiente B. JO. P. *de* LUDEWIG, (f) libertatem *omnivagi* venatoris in *ſilva*, vel aliena vel *communi*, denotet: non uno tamen ſemper eodemque, ſed vario potius atque diverſo ſubinde ſignificatu dicitur & occurrit die freye Bürſch. *Mox* enim ipſum jus, ipſam facultatem, atque promiſcuam venandi licentiam, ejusve cauſam & titulum denotat, die freye Bürſch-Gerechtigkeit/ *mox* vero actuale ejus exercitium, ipſos namque actus illos phyſicos, quibus feras in noſtram poteſtatem redigimus, *mox* denique nemora & loca hoc ipſo nomine der freyen Bürſch inſigniuntur, quibus nullum jus venandi regale, keine Wild-Fuhr oder Wild-Bahne/ (g) ſed ipſa potius venandi libertas & promiſcuus ejus uſus, inhæret. Recte hinc & caute OTTO: (h) Iſt alſo und heißt das Wort (freye Pürſch) ſo viel/ als ein freyer Gewalt und Ort jedermann zu jagen. Hoc ſenſu multi definiunt die freye Bürſch/ quod ſit certus diſtrictus, intra quem omnibus promiſcue venari liceat. Hoc ſenſu habet die freye Bürſch certos fines, limites, terminos, tum *naturales*, tum *artificiales*, velut lapides, a reliquis omnibus, quantumvis perquam ſimilibus & *affinibus* (i) probe diſcernendos. Deinde ipſa venandi libertas, vel *omnimoda* & *omnivaga*, qualis tamen hodie vix datur, vel *limitata*, & hæc quidem vel *magis* vel *minus* reſtricta eſt, varios *gradus* habet, atque diverſimode determinatur. (k) Aut I.) intuitu *perſonarum*, quum ea vel certis tantum ordinibus conceſſa, vel certis modo hominum claſſibus negata, aut II.) ratione *ferarum*, quando venatio major, vel minor tantum, vel certa modo & determinata utriusque ſpecies libertati expoſita, aut III.) reſpectu *modi*, *mediorum* & *ſolemnitatis*, aut IV.) reſpectu *temporis*, ut fœ-

 turæ,

(e) Vid. omnino JO. GE. WACHTERUS, in jam laudato *Gloſſario* Germ. *voce* BIRSEN, *col.* 171.

(f) In allegatis *Differentiis jurium in venatu, ejusque regali, Diff. VI. nota* (3.) *pag.* 54.

(g) Quippe quam, die Wildfuhr oder die Wildbahne/ venationis libertati (der freyen Bürſch) e diametro contrariari jure meritoque cenſuit *perilluſtris* JOACHIMUS ERNESTUS L. B. *de* BEUST, *in tr. de jure venandi & banno ferino*, von der Jagd- und Wildbann-Gerechtigkeit/ *Jenæ* 1744. 4. edito, zehendes Hauptſt. §. 5. *pag.* 215. Aliud vero eſt der Wildbann/ *bannum ferinum.*

(h) *Cap. III. pag.* 8. 9.

(i) Vid. JO. OETTINGER, *de jure & controv. limitum*, *L.* I. *cap.* 17. *num.* 33. *ſq.* HENR. HILDEBRAND, *in Diſp. de diverſitate lapidum finalium, eorumque jure, Alt.* 1710. *cap.* I. *num. V. VI.* & *cap. II.* §. 7. & *in Diſp. de Viſitatione finium provincialium, Alt.* 1716. §. *IX. num.* VI. & XX. & JO. JOD. BECK, von Gränz und Marck-Steinen/ L. I. *cap.* 2. *obſ.* 7. *cap.* 3. *obſ.* 3.

(k) Adeo, ut non *triplex* modo, prout JO. AD. *de* ICKSTATT, in opuſc. IX. *de eo, quod jure publ. univ. & partic. circa venationes juris eſt*, §. *II.* p. 479. credidit, ſed varius & *multiplex* omnino venationis ſtatus in re publica *poſſibilis* ſit.

turæ, aut denique V.) respectu *loci* & *fundi*, vel publici, vel privati, vel proprii, vel alieni, vel *communis*. Quod enim loca, nemora, vel si mavis, territoria adtinet communia, notandum omnino, raro hodie solam libertatem & promiscuam venandi licentiam omnem & totam notionem der freyen Bürsch absolvere, vel exhaurire, sed aliud quid accedere, quod magis *communionem*, quam *libertatem* venationis sapit, quod liberam venationem subinde ultra fines proprii alicujus fundi & territorii protendit, quod eam alienis quoque infert territoriis, imo, quod eandem velut *servitutem* nostro quoque imponit fundo. At, instas & regeris, sic confundi venationem *liberam* & *communem*, die freye Bürsch und gesammt-oder Koppel-Jagd, toto tamen cœlo diversam. Omnis quidem venatio *libera*, regulariter quoque *communis* est. Ipsa venationis libertas in ejus communione, sive communi ejus usu consistit, communi scilicet eisdem civibus & incolis, extraneis vero quibusvis, licet vicinis, hodie plerumque negata (& sic horum intuitu minime *libera*) feras capiendi potestate. Non vero omnis venatio *communis* ideo etiam statim *libera* est. Potest namque duobus saltem & quidem, quod liberæ venationis ideæ penitus refragatur, duobus dominis territorialibus, Principibus, Statibus, immediatis, vel mediatis quoque communis esse, quosvis alios ab ejus usu & exercitio procul arcenribus, eamque nihilominus, ut *regale* conjunctim, licet promiscue & indivisim exercentibus. *Communes* nempe sunt *venationes*, quæ in vernacula & praxi Mit-Gesammt-und Koppel-Jagden dicuntur. Has nempe tres *venationis* species, hodie a *Jureconsultis* non modo, sed & Legislatoribus ipsis, in *Scriptis* & *Ordinationibus* venatoriis, passim & strenue confundi, jure meritoque conqueritur FRID. ULR. STISSERUS, *(l)* cui die Mit-Jagd ea dicitur, quam dominus directus & territorialis, una cum vasallis subditisve suis, jure venandi gaudentibus, *cumulative (m)* exercet, quæque *privativæ* venationis concessioni opponitur, a *præ-(n)* & *post*-venatione, der Vor-und Nach-Jagd, probe distinguenda. Quæ vero pluribus unius ejusdemque domini directi & territorialis vasallis & subditis communi & æquali jure, in communibus vel mixtis illorum prædiis & fundis, auf gemeinschaftlich-oder vermengten Feld-Fluhren, conjunctim, promiscue & indivisim competit, quomodocunque deinceps ab illis exerceatur, fructusque inde percipiantur, ea, proprie & stricte loquendo, die Gesammt-Jagd vocatur. (o) Hæc semper mutua, reciproca & bilateralis, scilicet indivisa est, cum contra die Koppel-

(*l*) In der Forst-und Jagd-Historie der Teutschen, *Cap. VII. §. 52. 53. pag.* 322. 323.

(*m*) Hanc STISSERI descriptionem der Mit-Jagd suam quoque fecerunt CHR. GOTTL. RICCIUS, in dem zuverläßigen Entwurf der in Teutschland üblichen Jagd-Gerechtigkeit, *cap.* I. §. 28 *p. 52. sq.* & *perillustris* L. B. a BEUST, in laudato *tr. Cap. VI. §. 7. p. 139. 140.*

(*n*) Vid. STISSERUS, *all. l.* §. 50. 51. *p.* 321. 322. a BEUST, *all. l.* §. 8. *p.* 144. & *cap. VII.* §. 9. *p* 174. AHASVERUS FRITSCHIUS, *de convenatione, membro II.* §. 2. in *Corp Juris venatorio Forestalis, P. I. tract. 7. p. 215.* GOTTFR. CHR. LEYSERUS, *in jure Georgico, L. III. cap. XII. n. 70. p. 575.* ABR. KESTNERUS, *in Disp. de singularibus quibusdam Germaniæ juribus*, §. XIII. & inprimis JO. FRIDEM. SCHNEIDER, *in Disp. de eo, quod justum est circa præventionem in venatione*, von der Vor-Jagd, *Halæ* 1715.

(*o*) STISSERO, *cap. VII.* §. 54. 55. 56. 57. *p.* 325. 326. 327. RICCIO, *cap. V.* §. 3. *p.* 115. 116. & BEUSTIO, *cap. VI.* §. 6. *p.* 137. 138.

pel= (*p*) Jagd / tanquam servitus in *alieno*, (*q*) cum ipso fundi domino, vel alio, simul venandi, æque uni- ac bi-lateralis esse soleat, licet *hæc* plerumque *precaria* (*r*) saltem sit, mutuaque tantum familiaritate nitatur, hincque *illa* (*s*) multo facilius tolli queat. Quamvis autem omnes hæ tres venationis species, die I.) Mit= II.) Sammt=und III.) Koppel = Jagd / societatem quandam & communionem venationis, I.) domini & vasallorum subditorumve, II.) horum inter se, & III.) denique dominorum fundi & vicinorum, manifeste involvant; recte tamen & adcurate, tam ab AHASVERO FRITSCHIO, (*t*) quam à B. ERN. THEOPHILO MAJERO, *Tubingensi* quondam *Antecessore*, eis omnibus generatim contradistinguitur *venatio communis*, quæ scil. in nostro & communi competit, ipsaque adeo, tam *juris* quam *usus* intuitu, quocunque deinceps titulo & modo *communis* est. Hæc postrema sola simul quoque vere *libera* esse potest. Cum e contrario tres illæ priores omnimodæ venationis libertati e diametro adversentur, *regale venatus* necessario supponant, atque ex hoc ipso proficiscantur, hincque vel mediate vel immediate dependeant. Quæ omnia, licet ita sese habeant, minime tamen impediunt, quo minus non *libera* quoque venatio, *convenatio*, eine Mit=und Gesammt=Jagd / dici queat, vel potius, quo minus omni venationis libertati communio quædam insit, & si præsertim, quod multis comprobari potest exemplis, *venatio* non solum *libera*, sed præterea quoque *communis* sit, hoc est, si plures fundi, plura territoria, non adtenta superioritatis territorialis, jurisdictionis forestalis, bannique ferini distinctione, hanc inditam habeant qualitatem, ut omnes prorsus, qui nec natura impediuntur, nec lege prohibentur, promiscue & libere in illis venari queant; conjunctæ demum *libertatis* & *communionis* notiones, tanquam partiales, ideam der freyen Bürsch constituant, eamque completam reddant. Hæc enim, velut die grosse freye Bürsch in Schwaben zwischen der Riß / Blau / Donau und Aach / judice STISSERO, (*u*) in eo consistit, daß

(*p*) Forsan a *copula*, sive vinculo *bigæ* canum venaticorum. P. OVIDIUS, L. *Trist. V. Eleg. 9.*

Utque *canem* pavidæ nactum vestigia cervæ,
Luctantem frustra COPULA dura tenet.

Conf. B. JO. GUIL. *de* GOEBEL, *in Diatribe de jure venandi II, cap. I. §. 42. p. 71.*

(*q*) In hoc consistit genuina & perpetua nota & differentia characteristica der Koppel = oder Kuppel = Jagd / quam jureconsulti potissimum *convenationis* nomine insignire solent. Hoc namque titulo de ea scripserunt tractaruntque AHASV. FRITSCHIUS, *in Corp. juris venat. Forest. P. I. tract. 7. p. 213.* & ANDREAS HOMBORG, *in Disp. de jure convenandi, Germ.* Koppel-Jagden / *Helmst. anno 1751.* recusa.

(*r*) *De venatione precaria, Lipsiæ anno 1668.* P. FRANC. ROMANUS, *Jenæ anno 1686.* PETR. MULLERUS, *Tubingæ anno 1688.* FERD. CHR. HARPPRECHTUS, (*Disp. LXI. Tomo II. p. 732.* & *in Corp. juris V. For. P. I. num. 11. p. 531.*) & denique *Erfurti anno 1713.* JO. PHIL. STREIT, scripserunt.

(*s*) Vid. omnino JO. PH. TREIBERI, *Disp. de convenationis revocatione*, von Aufkündigung der Koppel = Jagd / *Erfurti 1723.* edita.

(*t*) In *Tr. de convenatione, membro I. §. 10, in Corpore juris venatorio forestalis, P. I. tract. 7. pag.* edit. noviss. 214. *sq.*

(*u*) In *tractatu juridico, de jure venandi Rom. Germanico, methodice conscripto, Tub.* 1722. 8. edito, *cap. II. th. 3. p. 16.* Conf. *Cel.* JO. RUD. ENGAVII *Elementa Juris Germ. L. II. Tit. XII. Sect. 3. §. 236. 234. p. 396.*

daß allerseits Pürsch-Stände an Fürsten / Städten / Herren / Adel und Dörfern / (und/ quod addas velim, derer allerseitigen Unterthanen (*x*) und Einwohner) die Macht haben / in diesem Pürsch-Districte zu gewisser Zeit zu jagen. Id quod, cum citra omnem territoriorum distinctionem fieri queat, cavendum omnino, ne, quod *libertati* venationis debetur, ejus *communioni*, & quæ *hujus* effectus sunt, *illi*, sed suum cuique tribuamus, & unumquodque e suo, genuino proinde & limpido fonte, ducamus. Quæ venatio libera saltem, nec vero simul etiam communis est, ea difficultatibus vel carere, vel certe minori longe opera liberari potest, quam quæ requiritur, ubi venatio communis simul & libera est. Libertas venationis suum requirit, & habet plerumque titulum, vel expressum, cui deinceps insistendum, ex quo libertatis gradus æstimandus, restrictiones & limitationes ejus desumendæ, ad cujus normam omnia generatim exigenda, vel tacitum, observantiam puto, optimam certe magistram. Communio autem venationis, non tam *societate*, quam potius *sine societate*, (*y*) illam non tam *ineundo*, quam in eam potius *incidendo*, (*z*) contrahitur. Unde ejus modus non adeo certus, non æque constans & uniformis esse potest, ac quidem in libera modo venatione. Ut taceam, incommoda *libertatis* sat magna, majoribus adhuc incommodis *communionis* non augeri tantum, sed & vehementer exaggerari.

§. V. LICEAT vero prius, quam ad alia progrediar, hactenus dicta, adposito quodam illustrare exemplo. Dantur in Germania, præsertim in *Wetteravia*, insigni quondam ejus pago, (*a*) cultissima hodie & fertilissima regione, *silvæ communes*, a finibus & limitibus, horumque signis, *marcæ*, *marchiæ*, commarcæ, commarchiæ, Marcken und Märcker-Gedinge (*b*) dictæ, quæ

(*x*) *Cap.* I. §. 24. *p.* 25.

(*y*) Allgemeine Pürsch-Ordnung / wie es wegen des Wayde-Werckes in beyden Obern- und Untern zwischen der Riß / Donau und Blau / gelegenen freyen Pürsch-Districten in das künftige solle gehalten werden / de d. Biberach 31. May 1721. (edirt Ulm 1722. 8.) §. I. Gleichwie in diesen Obern- und Untern Pürsch-Bezirck / sowohl die Herrschaften und Obrigkeiten / als auch Bürger und Unterthanen / des freyen Pürschen von uralten Zeiten her fähig seyn / und in dessen würcklicher Übung stehen: also sollen dieselbe auch fürterhin dabey gelassen / und insonderheit die Bürger und Unterthanen davon keineswegs excludirt werden. Tum apud OTTONEM, in *adp. Lit.* DDDD. *pag.* 209. tum apud STISSERUM, in *adp.* II. *p.* 132.

(*z*) L. 2. *pr. communi dividundo*, ubi GAJUS: sine societate, veluti inter eos, quibus eadem res testamento legata est. L. 31. *pro Soc.* ubi D. ULPIANUS: etiam citra societatem, ut puta, quum non adfectione societatis incidimus in communionem. L. 32. *eod.* ubi communio quædam sine tractatu in re ipsa. L. 25. §. 16. *Familiæ erciscundæ*, ubi: *incidimus*. & L. 32. *de Reg. jur.* ubi *societas* & *communio* expresse distinguitur.

(*a*) Vid. B. JO. FRID. KAYSERI *Diss. de communione incidente*, *Giessæ anno* 1719. edita. Alia vero est *Societas* & *Communio* tacita, *factis* constituta & declarata, quam peculiari *Disp. de societate facto contracta in Tomo opusculorum* III. *p.* 171. exsecutus est B. JO. NIC. HERTIUS.

(*b*) Cujus *antiquitates* singulari libro *Hanoviæ anno* 1731. 4. illustrare, itemque *Francofurti anno* 1748. occasione der ehemahligen *Comitiæ* in der Wetterau / vindicare cœpit JO. AD. BERNHARD.

quæ nihil aliud sunt, quam condominia, vel certe *communiones* (*d*) aquarum, pascuorum, silvarum, aliorumque ad districtum quendam pagi, provinciæ, territorii, limitibus suis determinatum, sive majorem, sive minorem, plurium diversarum universitatum, oppidorum, pagorum, vicorum, villularum, prædiorumque, vicinorum, continium, sive in confiniis plurium territoriorum sitorum, quorum incolis & inhabitatoribus, tanquam universis, sensu collectivo, dominium & proprietas, tanquam *singulis* autem, in sensu diviso, facultas moralis competit, summo imperio, sive superioritati territoriali, ubi quidem locum habet, subordinata, & diversimode limitata, cætera autem nihilominus *libera*, de rebus ad *marcam* indivisim pertinentibus, disponendi, emolumentis inde provenientibus fruendi, juris præterea dicundi, mulctandi, pignorandi, puniendique, secundum *leges marcales*, quod contra has admissum fuit. Singulorum ejusmodi *marcanorum* emolumenta, e pascuis potissimum & *silvis* provenientia, denen Ausmärckern penitus negata, consistunt in lignis creminalibus, fabricariis, emortuis, sarmentis, carbonibus, pascuis, glandibus, nec non & piscationibus, *venationibus*que. (*e*) Minime autem in marcis ejusmodi plena semper venationis *libertas*, vel perfecta ejus communio obtinet. Plerumque venatio in illis divisa legitur in die Vor- und in die Nach-Jagd. *Illa*, Principi, veluti Hassiæ Landgravio, *Homburgensis* castri oppidique Domino, olim Comiti *Epsteinensi*, ex potestate muneris eines Obersten Waldbotten in der Marck vor der Höehe/ nec non *in marca Seulbergensi* & *Erlebacensi*, competit. *Hæc* vero, post *tres* dies, vel solis nobilibus & pastoribus, Rittern/ Edelleuthen/ und Pastorn (*f*) in der Marck (*g*) gesessen/ vel omnibus indistincte marcanis, etiam plebeiis, denen Märckern und Landmann/ (*h*) ut in marca *Homburgensi*, relinquitur, & magnam spe-

(*c*) De quibus ex instituto JO. GUIL. WIEDERHOLD, *in Disp. de Judiciis & Ordinationibus, quæ sub nomine* derer Märcker-Gedinge und Ordnungen *veniunt*, *Arg.* 1728. JO. JAC. REINHARD, *in tract. succincta de jure forestali Germanorum* und dem Märcker-Recht/ *Francof.* 1738. 4. & novissime PH. DAVID SCHAZMANN, *de jure & judiciis communitatum, quæ veniunt sub nomine marcarum in Wetteravia*, von Marcken und Märcker-Gedingen in der Wetterau/ *4. Gœtt.* §. III. IV. *sq.*

(*d*) Quippe quæ non solum *dominii*, verum aliorum quoque *jurium*, maxime *realium*, esse possunt. Velut HEREDITATIS, *L. 35. de pact.* PIGNORIS & HYPOTHECÆ, *L. 10. L. 16. §. 8. de pignoribus*, & *L. 11. L. 14. de distract. pignorum*, SERVITUTIS, *L. 19. si servitus vindicetur*, *L. 13. §. 3. de usufr. L. 19. de serv. prædior. rusticor.* speciatim USUSFRUCTUS, *L. 16. pr. Fam. ercisc.* POSSESSIONIS, *L. fin. pr. Cod. de bon. auct. judicis possidendis.* Conf. omnino B. BRISSONIUS, *de verb. signif. pag.* 227. & B. JO. ANDR. FROMMANNUS, *in disp. de Condominio*, *th. 3.*

(*e*) Conf. SCHAZMANN, *alleg. loco* §. XVIII. & XIX. *pag.* 42. 43. & 44.

(*f*) Parochis puta & clericis, de quorum licita vel illicita, decora vel indecora venatione pluribus disseruerunt FELIX SPIZ, *in Disp. de clerico venatore*, *Alt.* 1687. JO. MART. ENDTER, *in Disp. de jure usufructuario parochorum in bonis parochialibus, speciatim in silvis*, *Alt.* 1737. & præsertim STISSERUS, toto *Cap. XII. pag.* 524. *sq.* Conf *Can.* 1. 2. 3. *Distinct.* 34. *tot. tit. X. de clerico venatore*, *L. V. tit.* 24. *can.* 8. 9. 10. 11. *Distinct.* 86. *Concil. Tridentin. sess. XXIV. cap.* 12. & B. AUG. LEYSERUS, *in specim. medit. ad. ff.* 502. *n.* 40. & *in coroll.* 5. 6. *spec.* 650.

(*g*) Apud B. LUDOLFUM, *in Tomo II. Symph. P. I. Conf. & Dec. VIII. col.* 408.

(*h*) Apud WIEDERHOLDUM, *all. loco* §. V. *p.* 45.

ciem einer freyen Bürsch habet. Quam in rem adposite haud ita pridem scripsit PH. DAVID SCHAZMANN. (*i*) "Quoniam enim jam inde ab antiquissimis temporibus in Germania ingenuotum inprimis vita in venationibus consisteret, facile perspicitur ratio, cur sicut antiquitus, ita hodie quoque non rustici ipsi, sed nobiles & equestris ordinis homines in suis & suorum rusticorum prædiis venationem exercuerint, exclusis fere ubique rusticis, præterquam in locis, in quibus viguit die freye Pürsch-Gerechtigkeit/ quæ hodie in paucis locis valdeque circumscripta superest." Hæc ille. Sic vero ipsa *marcarum* descriptio in viam atque ad propositum thema me reducit, unde vel ideo jure meritoque digressus eram, quod totum hocce institutum *marcale*, vere *Germanicum*, cum ea venatione permulta habeat communia, quæ hodie passim in Germania *libera* & simul quoque *communis* est.

§. VI. NULLO autem JURE, *libera* magis, magisque *communis* umquam fuit *venatio*, quam NATURALI, *primario*, sive eo, quod in primævo & originario statu *naturali* (statu scilicet libertatis & æqualitatis) potissimum usu viguit, quo feræ, naturali libertate vagantes, æque ac ante *exordium proprietatis* (*k*) rerum sublunarium singularis, omnes omnino res, innoxiæ præsertim utilitatis & inexhausti, quem vocant, usus, adeo NULLIUS fuerunt, ut a primo quocunque adprehendente occupari, & a primo quovis occupante in potestatem redigi, sibique adquiri potuerint, quo proinde venatio, tanquam *occupationis* species, reapse modus adquirendi juris naturalis permissivi, (*l*) idemque *originarius*, (*m*) & quidem simpliciter (*n*) *talis* fuit, quo consequenter omnis *juris venandi*, uni vel quibusdam saltem, cum exclusione reliquorum omnium, privative competentis, species, necessario penitus exulavit. Id quod licet verissimum omnibusque juris naturæ consultis, (*o*) uno ore sic docentibus, testatissimum sit: eo tamen minime extendendum, quo nonnulli (*p*) audaciæ processerunt, ac si naturalis hæc & promiscua venandi libertas, discretis agrorum (*q*) dominiis, & constitutis civitatibus, hoc est, tam in

---

(*i*) §. XIX. *pag.* 45.

(*k*) De quo *proprietatis exordio*, seu *origine dominii*, *Vitembergæ anno* 1709. latius disseruit, qui *ibidem* jam *anno* 1692. *de jure venandi* docte commentatus fuit JO. HENR. BERGER, *in vol. Diss. jurid. select. p.* 669.

(*l*) Conf. CASPAR ZIEGLER, *de juribus majestaticis*, *L.* I. *cap.* 5. §. 48 & JO. FRIDEM. SCHNEIDER, *in Disp. de jure præventionis circa venationem*, *§. V.*

(*m*) HUGO GROTIUS, *de jure belli & pacis*, *L.* II. *cap.* 3. §. 1.

(*n*) SAMUEL PUFENDORF, *de jure naturæ & gentium*, *L. IV. cap.* 6. §. 1.

(*o*) HUGO GROTIUS, *de jure belli ac pacis*. *L.* II. *cap.* 8. § 1. *sq.* SAMUEL PUFENDORF, tum *de officio hominis & civis*, *cap.* XII. *§.* 2. 3. 6 tum *de jure nat. & gentium*, *L. IV. cap* 6. §. 5. 6. 7. C. ZIEGLERUS, *all. loco*, *L.* II. *cap.* 14. *§.* 17. CHRIST. THOMASIUS, *in jurisprudentia divina*, *L.* II. *cap.* 10. §. 150. JO. GOTTL. HEINECCIUS, *in elem. juris nat. & gent. L.* I. *cap.* 8. §. 244. *p.* 193. & desideratissimus ISR. GOTTL. CANZ, *in Disciplinis moralibus*, *Discipl.* III. *P.* II. *Sect.* II. *cap.* I. §. 1872. *m. sqq. p. edit. noviss.* 573. *m. sq.*

(*p*) Quorum plurimos laudavit C. L. BILDERBECK, in der gründlichen Deduction gegen die vermeintliche Regalität derer Jagden/ *fol.* 1741. *cap.* I §. 1, *pag.* 4. sed vid. omnino die Lübbische Bewährung des Chur-Hannöverischen Jagd-Regals/ *fol.* 1731. *cap.* I. *§.* 8. *pag.* 10. 11. 12.

(*q*) Singularis & speciosa est B. AUG. a LEYSER, *in meditat. ad Pand. spec.* CCCCXL. *num.* 2. *vol. VII. pag.* 19. & 21. feras naturaliter non res nullius, sed

in *naturali*, quam in *civili* ſtatu, a nemine, neque *particulatim*, a fundi domino, neque *univerſim* a ſummo imperante, reſtringi, coarctari, tolli, ſibique *privative* adſcribi potuerit. Cujus rei *naturalem* prorſus juſtitiam demonſtravit ſtrenueque vindicavit, qui ſimul ſolide totam ferme juris venatorii *univerſalis*, ſive naturalis, prudentiam tradidit *perilluſtris* JO. AD. L. B. *de* ICKSTATT. (r)

§. VII. NEC quid quam heic mutavit divinum poſitivum revelatum, tam *univerſale*, quo omne hominis jus & dominium in reliqua animantia (s) notorie fundatur, quam *particulare* judaicum, (t) venationis libertati haudquaquam inimicum. Conſpirant etiam mores & jura *gentium* (u) vetuſtarum, velut *Ebræorum*, (x) *Græcorum*, (y) Romanorum, (z) Germanorum. (a)

§. VIII. ET *Romanorum* quidem *mores* (b) ſive *jura* in compendio omnium optime expreſſit, qui ſub HADRIANO (c) & ANTONINO (d) *Pio*, AA. vixit, elegantis ingenii juris conſultus, TITUS GAIUS, in *ſecundo aureorum* (e) ſive *rerum cottidianarum libro* (f) ſic ſcribens: "Feræ igitur

 beſtiæ,

ſed eorum, in quorum prædio vagantur, dominio ſubjectas eſſe, reputantis ſententia, omni tamen dubio nondum exemta.

(r) In *Opuſculo* VIII. *de eo, quod jure naturali, circa venationes juris eſt, Tomo I. pag. 392 m. ſqq.* quod in vernaculam translatum Partem I. derer von Ickſtattiſchen gründlichen Abhandlungen von den Jagd-Rechten / 4. Nürnberg / 1749. conſtituit.

(s) *Genes.* I. v. 26. 28. 30. IX. v. 2. 3. XXVII. v. 4. 7. *Pſalm.* VIII. v. 8. 9.

(t) *Levit.* XVII. v. 13. Neque *regio* vel regali *jure*, I. *Sam. cap.* VIII. v. 11. ſq. deſcripto, *venatus* diſerte continetur.

(u) C. ZIEGLER, *de juribus majeſtaticis, L. II. cap.* 14. §. 17. & H. COCCEJUS, *in Diſp. de fundata in territorio & plurium locorum concurrente poteſtate, Tit. II. §. 9. Tomo I. Num. 54. pag. 688.*

(x) Vid. omnino JO. SELDENUS, *de jure naturæ & gentium, ſecundum diſciplinam Hebræorum, L. IV. cap. 4.*

(y) Memorabilis hunc in finem eſt *lex* PLATONIS *in Libro de Legibus, Dial. 7.* verbis: "Venatorem, equis & canibus & corporis viribus nemo, ubicun-"que voluerit, venari prohibeat." Cæterum, in enarrandis *venatoris* GRÆCORUM *antiquitatibus* multus eſt B. JO. GUIL. GOEBEL, *in Diatribe de jure venandi II. cap. 1. §. 1. m. ſq.*

(z) *ſq.* §. VIII. (a) *ſq.* §. VIIII.

(b) Ob exactam eum naturali ratione & gentium jure convenientiam impenſe laudatos a JACOBO CUIACIO, *in Libro obſervat. III. cap. 2. in Tomo Opp. V. pag. 80.*

(c) *L. 7. pr. de rebus dubiis.*

(d) *L. 9. ad SCt. Tertull.* Vid. qui de vera CAII ætate, tum in *Actis Eruditorum Lipſienſibus, anni 1728. menſe Febr. pag. 63. ſq.* tum in *Parergorum libro* II. *Num.* V. *pag. 280. ſq.* copioſe & ornate diſſeruit B. FRANC. CAR. CONRADI, & conſ. EV. OTTONIS *præf. ad Tomum I. Theſ. juris civ.*

(e) De *quibus* ex inſtituto egit modo laudatus ICTUS quondam humaniſſimus, in *Libro Parergorum* ſuorum I. *Num.* VII. *pag. 113. ſq.*

(f) In §. 12. *Inſtit. de diviſione rerum*, & in *L.* 1. §. 1. *de adquirendo rerum dominio.*

bestiæ, & volucres, & pisces, id est omnia animalia, quæ mari, cœlo & terra nascuntur, simulatque ab aliquo capta fuerint, jure gentium statim illius esse incipiunt. Quod enim ante *nullius*, (*g*) id naturali ratione occupanti conceditur. Nec interest feras bestias & volucres, utrum in suo fundo quisque capiat, an in alieno. Plane, qui in alienum fundum ingreditur venandi aut aucupandi gratia, potest a domino, si is præviderit, prohiberi, ne ingrediatur. Quicquid autem eorum ceperis, eousque tuum esse intelligitur, donec tua custodia coercetur: quum vero evaserit custodiam tuam, & in naturalem libertatem se receperit, tuum esse definit & rursus occupantis fit." Integrum itaque & *liberum* erat, non *libera* modo *re publica*, verum sub ipso etiam principatu & imperio (*b*) quibusvis *Romanis*, in *publico* (*i*) & *privato*, inque hoc, tam in suo, quam in *alieno* fundo venari, piscari, aucupari. Dominus tamen, si is præviderit, jure prohibere poterat, ne quis fundum suum venandi aucupandive gratia ingrediatur. Num vero id, quod non adtenta domini prohibitione, ingrediens nihilo minus cepit, ejus dominium subeat nec ne, valdum dubium (*k*) est. Licet autem dominus ingressum non præviderit, nec prohibuerit, variis tamen actionibus, in factum, ex Lege Aquilia & injuriarum adversus venantem experiri poterat. (*l*) Erat nempe venatio fructus (*m*) fundi, hocque nomine non ad solum *proprietarium*, vel loco ejus ad *bonæ fidei possessorem*, (*n*) verum ad ipsum quoque *usufructuarium* (*o*) pertinebat. Ut venationis quoque instructus & adparatus legato continebatur & legatarium (*o*) fundi sequebatur. In quo tota Romanorum circa *venationem* juris consistebat prudentia, venatoribus ob hanc solam professionem nullam prorsus concedens immunitatem. (*q*)

§. IX. GERMANORUM *vita*, C. JULIO CÆSARE teste, *omnis in venationibus atque in studiis rei militaris consistebat.* (*r*) Neque SUEVI, scribit ILLE,

(*g*) *L. 3.* §. 1. 2. eodem.

(*b*) *L. 16. de servitut. præd rustic.* Huc enim prorsus non pertinent *L. 1. Cod. Theodos.* & *L. unica Cod. Repet. Præl. de venationibus ferarum.* Conf. die Bilderbeckische Deduction / *Cap.* II. *Sect.* II. §. *3. p. 27. 28.*

(*i*) Arg. L. *55. de adq. rerum dom.*

(*k*) Si quidem L. 1. & L. 55. eod. junctim consideres. Vid. omnino GREG. BICCIUS, *in rerum quotid. Sect.* III. §. 12. & B. AUG. a LEYSER, in *Meditat. ad Pand. spec.* CCCCXI. *num. 4. Vol.* VII. *pag. 23.*

(*l*) Conf. B. ERN. THEOPH. MAIER, *de jure venandi*, *cap.* III. *th. 7. p. 35. 36.*

(*m*) L. 59. §. 1. & L. 62. *de usufructu.* Vid G NOODT, *de usufr.* L. *I. Cap. 17.* Sed vid. tamen L. 26. *de usuris*, & B. CARPZOV, *in Decis. Sax. illustr.* P. II. *Dec.* 109. *in Corpore juris Venat. Forest.* P. II. *num.* 19. *p.* 870. *ed.* STRYKIANÆ.

(*n*) L. *28. de A. R. D.* & L. *136. de Reg. Juris.*

(*o*) L. *9.* §. *5.* & L. *26. de usufructu.*

(*p*) L. 12. §. 12. *de instructo vel instrumento legato*, & L. 99. § 1. *de Legatis* III.

(*q*) L. *6. C. de excusat. munerum.* Quo textu, inter complura alia argumenta, GOEBELIUM, *P.* II. *Cap.* III. *sect. 2. p.* 143. nescio, quæ privilegia *venatoria* comminiscentem, vel potius *militaria* illis adcommodantem solide confutavit *Exc.* Dn. CHR. FRID HARPPRECHT, *in lance satura rerum ad testamentarias leges adtinentium*, *Tub.* 1744. *ed. Cap.* II. *p. 41.*

(r) *In Commentariorum*, *de bello Gallico*, L. *VI. cap. 17.*

ILLE, *multum frumento, sed maximam partem lacte atque pecore vivunt, multumque sunt in venationibus. Quæ res & cibi genere & quotidiana exercitatione & libertate vitæ, quod a pueris nullo officio aut disciplinæ assuefacti, nihil omnino contra voluntatem faciunt, & vires alit & immani corporum (s) magnitudine homines efficit. Neque vestitus, præter pelles, habent quid quam.* (t) ALCES (u) (*quarum est consimilis capris figura, & varietas pellium, sed magnitudine paullo antecedunt: mutilæque sunt cornibus, & crura sine nodis articulisque habent*) *neque quietis causa procumbunt, neque, si quo afflictæ casu conciderunt, erigere sese aut sublevare possunt,* (x) *eisque arbores sunt pro cubilibus, ad eas sese applicant, atque ita paullam modo reclinatæ, quietem capiunt: quarum ex vestigiis, quum est animadversum a venatoribus, quo se recipere consueverint, omnes eo loco aut a radicibus subruunt, aut accidunt arbores tantum, ut summa species earum stantium relinquatur; huc quum se ex consuetudine reclinaverint, infirmas arbores pondere affligunt, atque una ipsæ concidunt.* UROS (*qui magnitudine paullo infra elephantos sunt, specie & colore & figura tauri, magnaque vi & velocitate sua, neque homini, neque feræ, quam conspexerint, parcunt*) *studiose foveis captos interficiunt, hoc se labore durant adolescentes, atque hoc venationis genere exercent, & qui plurimos ex his interfecerunt, relatis in publicum cornibus, quæ sunt testimonio, magnam ferunt laudem.* (y) Eos vero etiam cervos & apros retibus foveisque cepisse testis est P. OVIDIUS: (z)

> *Scit bene Germanus cervus ubi retia tendat,*
> *Scit bene, qua frendens valle moretur aper.*

L. quoque ANNÆUS SENECA, (a) *Germanos in alimenta feras cepisse*, scribit. C. autem CONR. TACITUS, (b) *quoties*, inquit, *bella non ineunt*, (c) *multum venatibus, plus per otium transigunt, dediti somno ciboque.* Cujus testimonii sensus, sive *dubiam* illam particulam (*non*) omittas nec ne, semper tamen hic erit, Germanos plus quidem bello, quam in pace venationibus, (d) his autem nihilominus multum transegisse. Probant hoc tum *alimenta*, tum *vestimenta*, tum quoque *arma* illorum. *Cibi illis erant agrestia poma, recens*

(s) Vid. HERM. CONRINGIUS, & JO. PHIL. BURGGRAVIUS, *Fil. in libro singulari de habitus Corporum Germanicorum, antiqui ac novi, caussis, Francof.* 8. 1727. *sect.* 2. *cap.* 2. *art.* 6. §. 48. *p.* 225. *sq.* & §. 50. *pag.* 235. *sq.*

(t) L. *IV. Cap. I.*

(u) De quibus multa curiosa deprehendes apud GOEBELIUM, *P. II. Cap. I.* §. 49. & *nota a, pag.* 77. *sq.* Sed addas necesse est, quos de *Alce* cumulavit auctores, GE. CHR. KREYSIG *in Bibl. venat. P. II. Cap.* 63. *p.* 126. 127. 128.

(x) Hæc si considerasset STISSERUS, certe non movisset, quod *Cap. VII.* §. 1. *pag.* 176. *nota d.* legitur, dubium.

(y) L. *VI. Cap.* 27.

(z) *In Libro de Arte amandi I.*

(a) *De Providentia, Cap. IV. Vol. opp. I. p.* 711.

(b) *De moribus Germanorum, Cap. XV.*

(c) Vid. I. LIPSIUS, ad hunc locum, *pag.* 552.

(d) I. CHP. DITHMARUS, in *Commentario ad* TACITI *libellum* modo laud. *p.* 92.

vens fera, aut lac concretum. (*e*) Vestium loco *gerebant pelles ferarum, proximi ripæ Rheni negligenter, ulteriores exquisitius, ut quibus nullus per commercia cultus. Eligunt feras & detracta velamina spargunt maculis, pellibusque belluarum, quas exterior oceanus atque ignotum mare gignit.* (*f*) *Pedites & missilia spargebant pleraque singuli, atque in immensum vibrabant, nudi ac sagulo leves.* (*g*) FENNIS *sola in sagittis spes, quas inopia ferri ossibus asperant, idemque venatus viros pariter & feminas alit. Quicquid inter Peucinos Fennosque silvarum ac montium erigitur, latrociniis pererraut.* (*b*) Id quod latius diduxerunt PHIL. CLUVVERIUS, (*i*) PAULUS HACHENBERG, (*k*) & SIMON FRID. HANN. (*l*) Eo *liberior* autem antiquissimo hoc *Germanorum* ævo, singulorum sive *liberorum* quorumvis hominum, feras venandi facultas necessario esse debuit, quo magis *Germania*, tum una velut silva, cultu aspectuque tristis, in universum silvis horrida & informis (*m*) fuit, & quo minus eis privati & separati (*n*) agri erant, quoque minus ipsis *cultura* placuit *longior annua.* (*o*). At, quod mireris, ex hoc ipso capite dissentit, Germanici juris quondam consultissimus JO. SCHILTERUS, (*p*) putans, inter Germanos veteres, ut *agros*, ita quoque *silvas*, ad rem publicam potius, quam ad singulos privatos pertinuisse, & sicut frugum perceptionem, ita quoque ferarum capturam, non cuivis promiscue relictam fuisse, sed potius ex universitatis, eas per vices colligentis & distribuentis, concessione & ditectione dependisse. Quum vero TACITUS hanc in rem nihil aliud memoriæ prodiderit, quam *agros, pro numero cultorum ab* UNIVERSIS *occupatos*, minime vero etiam, vel cultos vel possessos, quin potius MOX post occupationem, secundum cujusque dignationem, (al. cognationem) inter SE, hoc est inter omnes, inter *universos*, distributos fuisse, nemo non videt, SCHILTERUM, & qui EUM solus fere sequitur, ZACHAR. HESSE, (*q*) ab agris ad *silvas*, (*r*) a frugibus ad feras, ab occupatione ad culturam & capturam, a dominio eminente ad vulgare, ab hoc ad possessionem, argumentatos fuisse, hincque nullam prorsus fidem mereri.

§. X.

(*e*) *Cap. XXIII. pag. 139.* POMP. MELA, *de situ orbis*, L. III, *Cap. 3. p.* 116.

(*f*) *Cap. XVII. p. 102. sq.* (*g*) *Cap. VI. p. 34.* (*b*) *Cap. XLVI. p. 249. 250.*

(*i*) *In Germania antiqua*, L. I. *Cap. 16. & 17.*

(*k*) *In Germania media*, *Disp. VI. §. 15. p. 153.*

(*l*) In der Historisch-Juridischen Ausführung vom Jagd- und Forst-Recht / §. 1. 2. 3. apud *perillustrem* GUIL. FRID. *de* PISTORIUS, *in Amœnitatum Historico-Juridicarum, P. VI. p. 1959. sq.*

(*m*) Præter SENECAM, *all. l.* & POMP. MELAM, *de situ orbis*, L. *III. cap. 3. p.* 214. ubi: *silvis invia*; TACITUS de M. G. *Cap.* I. *pag. 11. & Cap. V. p. 26.* ubi: *silvis horrida.* O quam nunc aliter! LIPS.

(*n*) C. JUL. CAESAR, L. IV. & VI. & C. C. TACITUS, *Cap.* XXVI. *p. 155. sq.* & *Cap.* XXXI. *pag.* 184.

(*o*) Q. HORATIUS FLACCUS, L. *carm.* III. *ode* 24. v. 14.

(*p*) *In praxi juris Rom. in foro Germ.* sive *in Exercit. ad ff. IV.* §. 13. & *Exercit. XLV.* §. 4.

(*q*) *In Disp. de venatione juxta jus Germ. Regiom. 1702. Cap. I. §.* 10.

(*r*) Veteres scil. Germani *colebant discreti ac diversi, ut fons, ut campus, ut* NEMUS *placuit.* C. C. TACITUS, de M. G. *Cap. XVI.* Quod explicavit B. HAHN, *all. l.* §. 1. *pag.* 1462.

§. X. EX quo autem *Germania* ab uno regnata & Francorum Regibus, utriusque ſtirpis, *venatui* (*s*) *deditiſſimis*, ſubjecta fuit, non ſemel quidem atque ſimul, uno velut ictu & impetu, ex adquiſitione forſan & *occupatione* territoriorum bellica, (*t*) ſalvis plerumque devictorum, vel potius ſemetipſos *dedentium* populorum *moribus* & legibus, inſtitutis & *libertatibus* (*u*) facta, ſed ſenſim potius, ut fieri ſolet, ſenſimque, pro genio ſæculi & Principum ſtudio venandi, tum frequentibus & ſolemnibus, optumarum, maxumarum, & palatiis Regum provincialibus vicinarum ſilvarum *inforeſtationibus*, (*x*) ſive *bannis* & *inhibitionibus*, (*y*) tum variis ſilvarum, vel ſaltem *venationum* (*z*) conceſſionibus, donationibus, *infeudationibus*, (*a*) aliisve ejusmodi ſilvas & foreſta in ſuam poteſtatem redigendi, aliosque ab eorum uſu excludendi, *titulis*; (*b*) LIBERTAS & COMMUNIO venationis, ſi non penitus tolli,

---

(*s*) Plurimas hujus rei probationes cumulavit *Cel.* FRID. CAR. BURI, in denen behaupteten Vorrechten derer alten Königl. Bann-Förſte / ins beſondere des Reichs Lehenbaren Forſt- und Wild-Banns zu dem Drey-Eich / fol. Franckf. 1744. I. Abſaz / §. II. III. IV. *p.* 2. *m. ſq.*

(*t*) Sive *jure* belli & *victoriæ*, quod voluit ZACH. HESSE, *in Diſp. de venatione juxta jus Germanor.* I. §. 10. Conf. omnino gründliche Bewährung des Braunſchweig-Lüneburgiſchen Jagd-Regals / *fol.* 1731. *Cap. III.* §. 2. 3. *pag.* 47. *ſq.* & §. 6. *pag.* 58 59. 60. ubi plures coarctatæ jam a *Francorum* Regibus *libertatis venandi* teſtes laudantur.

(*u*) Prout *hoc* de *Alemannis* & *Bojoariis* a CLODOVÆO M. *anno* 496. uno eodemque prælio *Tolbiacenſi* ad deditionem coactis, luculenter demonſtrarunt B. G. STRUVIUS, *in Corpore hiſt. Germ. Per. II. Sect. IX.* & JO. GUIL. JANUS, *de Bojoaria Francis ſubjecta.*

(*x*) *Inforeſtandi* modum, ſaltem Anglicum, e SPELLMANNI & DU FRESNE *Gloſſariis* h. v. deſcripſerunt SAM. STRYK, *in præfat. Corporis juris venatorio foreſtalis*, n. 33. STISSER. *Cap. IV.* §. 2, *pag.* 74. & BURI. cit. loco §. III. *pag.* 4. Sequioris autem ævi *diplomata*, quibus Reges & Impp. ſilvas ea ratione foreſtari & banni diſtrictu circumvallari conceſſerunt, ut nemo ulterius in eodem foreſto poteſtatem habeat venandi, ſagittandi, retia aut laqueos ponendi, aut ullo ingenio feras decipiendi, ſunt verba CONRADI II. *in diplomate de anno* 1021. apud JO. PISTORIUM, *in Tomo Scriptorum rerum Germanicarum I. pag.* 136. haud pauca leguntur tum in der Wildenbeckiſchen Deduction gegen die Regalität derer Jagden / *Cap. II. Sect.* III. §. 8. *pag.* 73. *ſq.* tum apud *illuſtrem* GE. DAV. STRUBEN, *in vindiciis juris venandi nobilitatis Germ. Cap.* I. §. 8.

(*y*) Cujusmodi phraſibus, rem ipſam egregie illuſtrantibus, tum Imp. CAROLUS IV. *anno* 1354. in Diplomate erectionis Ducatus *Lucemburgenſis* apud H. MEIBOMIUM, *in Tomo* III. *pag.* 211. ubi: *bannis ſive inhibitionibus venationum, quæ vulgo* Wildbann *nominant, & pœnis inde ſequentibus &c.* tum Imp. FRIDERICUS III. *anno* 1474. in Diplomate erectionis Ducatus *Holſatiæ, ibid. pag.* 213. ubi *venationes banniendi &c.* uſus fuit.

(*z*) Citra fundos & prædia. His forſan eorum *proprietati* & *juri* jam antea ſubjectis, quibus venatio concedebatur, velut in Diplomate *nota d.* adducto, ubi: *in proprietate prædiorum ejusdem eccleſiæ Miodenſis*, & LOTHARII III. *de anno* 1132. apud JO. LEUCKFELD. *in antiquitat. Walkenried. pag.* 27. & 337. ubi: *locum quendam Walckenriedt nominatum, qui* SUI JURIS *erat, jure, quod Wildbann dicitur, regia poteſtate amplificavimus & auximus.*

(*a*) Conf. JOS. GABR. ULRICH. *diſſ. de feudo venationis, Altorf.* 1747.

(*b*) Magno adparatu conductis a JO. FRID. PFEFFINGERO, *in Vitriario illuſtrato*, L. III. *tit.* 18. §. 8. *Tomo* III. *pag.* 1363-1388.

tolli, certe tamen valde coarctari, ad Reges, Principes & Nobiles (c) restringi, immo *his* ipsis, olim *ingenuis* (d) dictis, in silvis *majoribus* æque ac quoad *majores*, (e) die Hohe Jagd, negari, sicque tandem tota fere in desuetudinem abire, & VENATUS medio, quod vocamus, ævo in Germania, si non ubique, semper & secundum regulam, cum nullibi LEX (f) quædam abrogatoria generalis prostet, & consuetudo universalis probatu vere impossibilis sit, certe tamen in plerisque locis, plerumque & a potiori, si non ipsis *regalibus*, minoribus puta, fiscalibus, cameralibus & domanialibus, certe tamen singularibus illis juribus, quæ probatione tituloque opus habent, si a privatis exerceri velint, annumerari, atque a quocunque alio silvarum jure probe distingui cœpit. Loquuntur *id*, tantum non omnes *antiquioris* (g) & *medii* (h) *ævi* leges & sanctiones, maxime pœnales. Testantur *illud* tot *chartæ* & *diplomata*, (i) silvas & venationes in enumeratione pertinentiarum & utilitatum

---

(c) Sunt quidem, ut JO. GOTTL. HEINECCIUS, *in Elem. juris Germ.* L. I. *tit. III.* §. 77. *pag.* 55. & L. II. *tit.* III. §. 66. *Tomo I. pag.* 408. ut JO. W. GOEBEL, *in Diatr.* I. *de jure venandi*, *Cap.* I. §. 7. 8. 9. *pag.* 71-81. ut inprimis DAV. GE. STRUBEN, 1) *in Disp. Lugduni Batavorum*, *anno* 1717. sub præsidio NOODTIANO habita, *de origine nobilitatis Germanicæ, & præcipuis quibusdam ejus juribus*, *Sect.* II. *cap.* 3. *toto pag.* 98. 2) *in Deductione juris & facti*, in Sachen des Herrn von Hanß und Consorten, wider das Fürstl. Stift-Hildesheimische Amt Liebenburg, *anno* 1731. publici joris facta, *Cap.* III. §. 5. *sq.* 3) *in Comm. de jure Villicorum*, *Cap.* III. §. 3. *pag.* 67. 68. 4) *in vindiciis juris venandi nobilitatis Germ.* 4. *Hildes.* 1739. 5) in denen Neben-Stunden, P. I. *Num.* II. *p.* 182. *sq.* P. II. *Num.* XI. *p.* 584. & 6) von Regierungs- und Justiz-Sachen, *Sect.* III. *p.* 113. *sq.* qui venationem Germanicam omni ævo *nobilibus* modo propriam, atque olim a solis Regibus, Principibus, Comitibus & *ingenuis* exercitam fuisse, magno opere docent. Et sane, cum rustici, vel homines proprii & servi, vel certe, tanquam *liberti*, non multum supra *servos* fuerunt, ut C. C. TACITUS, *de Morib. Germ. Cap.* XXV. diserte tradit, venatio *potissimum* ingenuorum & nobilium esse debuit. CHR. THOMASIUS, *in disp. de hominibus propriis & liberis Germ. Halæ* 1701. §. 100. *pag.* 62. Quo tamen non obstante, *ipsis* quoque *rusticis* & *colonis* communem fuisse venationem recte docent GE. BEYERUS, *in Specim. Juris Germ.* L. II. *Cap.* II. §. 3. *sq.* & STISSERUS, *Cap.* 3. §. 3. *pag.* 60.

(d) De quibus GE. DAV. ALAND, *in Disq.* II. *de statu hominum apud veteres Germanos*, *Lips.* 1747. prolixe disseruit, §. IV. *pag.* 25. *sq.*

(e) Origines distinctionis venatus, in majorem & minorem, die Hohe und die Niedere Jagd, e *Seculo XVI.* repetunt P. HEIGIUS, *in Quæst. juris civ. & sax.* P. I. *qu. XV. n.* 62. C. L. BILDERBECK, in laudata *Deductione*, *Cap. VI. p.* 300. *sq.* FR. ULR. STISSERUS, *Cap. VII.* §. 21. *sq. p.* 289. *sq.* & SIM. FRID. HAHNIUS, *all. loco* §. *XVI. p.* 1519.

(f) Sunt quippe huc prorsus arcendi *textus* juris feudalis Longobardici, II. *feud.* 27. §. 5. v. *nemo retia*, & 56. ubi: *piscationum.*

(g) Præter CAPITULARIA *Francorum*, LEGES puta *Saliorum*, *Ripuariorum*, *Bajuvariorum*, *Alemannorum*, aliorumque *in Corpore juris Germ. antiqui* GEORGISCHIANO.

(h) *Jura* nempe *provincialia*, SAXONICUM, L. II. *Artic.* LXI. *p. edit.* GÆRTNER. 298. 299. & SUEVICUM, *Cap.* 250. & *sqq. pag. edit.* MEICHSNERIANÆ apud BURGERM. *pag.* 483.

(i) Apud STISSERUM, *Cap. V.* §. 15. *pag.* 111. & BILDERBECKIUM, *Cap.* II. *Sect.* III. §. 4. *pag.* 56-71.

ratum haud postremo loco recensentia. Docent *istud* tot de praxi Germaniæ, tantum non universali, testantes *Iureconsulti.* (*k*) Quos in partes heic ire, & *majorem* quidem, quod nec (*l*) diffitendum, nec *adsentationibus* illorum adscribendum, (*m*) eorum numerum, pro REGALI, (*n*) *minorem* autem pro LIBERTATE (*o*) *venationis*, hodienum in dubio vigente, velut pro aris & focis, pugnare novimus. Quum vero meum haud sit, tantas componere lites, nec alterutrius *secta* numerum, meo, quem perexiguum novi, calculo augere quidquam juvet, eo securior hosce præternavigabo scopulos, quo certior sum, incassum eos omnes laborare, qui generalem, universalem & in Germania hodie ubique æqualiter & constanter adplicabilem regulam & præsumtionem stabilire satagunt. Cum tamen tutior elabendi rima haudquaquam pateat, quam si ad particularia & specialissima quævis descendamus, hicque mox *regale*, mox vero etiam, vel subinde tamen *libertatem* statuamus, inque dubio, quod tamen rarissime continget, pro argumentorum, indiciorum, conjecturarum specie, vel pro dominis territorialibus, generali tamen præsumtione sat fortiter stipatis, vel pro vasallis & subditis, vel pro possessoribus, plerumque *beatis*, vel pro petitoribus præsumamus & pronunciemus, vulgaribus illis, secundum *libertatem* vindiciis, nihil quidquam heic juvantibus. (*p*)

SIVE enim *venatio* hodie in territorio quodam *regalis*, sive *libera* sit, utrumque tamen aliis longe, multo firmioribus & magis specialibus atque particularibus fundamentis niti videbis. Haud sequitur, venatus *hic* vel *ibi* est jus *regale*, ergo illud semper & inde ab antiquo tale fuit. Vel venatio *hic* & *nunc* est *libera*, ergo illa talis inde a primæva libertate sua in hunc usque diem fuit & mansit. Potest & solet hodienum *venatio*, tam *libera* in *regalem*, quam *regalis* in *liberam*, vel tam *solitaria* in *communem*, quam *communis* in *solita-*

(*k*) Tantum non omnes laudati in der Lübbischen gründl. Bewährung d s Braunschweig-Lüneburgischen Jagd-Regals / *fol. 1731. Cap. III.* §. 16. *p.* 108-122.

(*l*) Exemplo CHR. GOTTL. RICCII, in dem Entwurf / *Cap. I. §. 7. p. 8.*

(*m*) Ipsomet B. AUG. LEYSERO fatente, in tract. *de assentationibus ICtorum*, *Cap. III. sect. 2.* §. 24. *p.* 95.

(*n*) *Regalistarum*, quos vocant, non nominabo, nisi eos, qui ex instituto & data velut opera hanc propugnarunt sententiam, velut JO. P. *de* LUDEWIG. *in differentiis de venatu, ejusque regali*, *Halæ* 1730. JO. JAC. REINHARD, *de jure forestali Germanorum*, 4. *Francof. 1738.* J. C. LÜBBE, in der gründl. Bewährung des Jagd-Regals / *fol. 1731.* JO. AD. ICKSTATT, in opusculis *de eo, quod jure naturali, publico universali & particulari S. R. I. circa venationes justum est*, *Herb. 1737. Tomo I. Opusc.* VIII. IX. & X. *p. 392.* JO. ULR. CRAMER, *in vindiciis regalis juris venandi*, *Marb. 4. 1740.* B. JO. AD. KOPP, in der Abhandlung von der Regalität derer Jagden / in Herrn Hofrath Frid. Carl Buri behaupteten Vorrechten derer alten Königlichen Bann-Förste und des Drey-Eichs / *fol.* 1744. in fine.

(*o*) Cujus antesignani sunt C. L. BILDERBECK, in sæpius laud. *Deduction* gegen die Regalität derer Jagden. SIMON FRID. HAHN, in der Historisch- und Juridischen Ausführung von dem Jagd- und Forst-Recht / in JO. GUIL. PISTORII *Amœnit. Hist. Jurid. P. VI. p.* 1458. CHR. GOTTL. RICCIUS, in dem zuverläßigen Entwurf der in Teutschland üblichen Jagd-Gerechtigkeit / 4. Nürnb. 1736. DAV. GE. STRUBEN, in locis *nota l.* supra laudatis.

(*p*) Ut solide quondam respondit & decidit B. STEPH. CHR. HARPPRECHT, *in laud. Disp. §. VI. p. 9.*

riam, magis minusve, sive in totum sive in tantum, commutari. Idque priori casu, vel expresso, vel tacito subditorum ordinumque provincialium *consensu*, (q) posteriori autem, sive expresso, sive tacito vel immemoriali Principis beneficio, tum sola ejus gratia, tum vero etiam onerosis subinde titulis, quæsita. Non uno tantum eodemque, sive unico saltem modo, sed variis potius, diversis & specialibus nominibus titulisque venatio regalibus adscribi, iterumque libera fieri potest. Unde adparet, quam infirma sit consequentia: venatio hodie in plerisque Germaniæ territoriis, quod nemo inficias ibit, regalibus adscripta, ergo illa semper & ubique citra omne aliud fundamentum talis est & necessario quoque esse debet. Quodcunque enim jus generatim, neque eodem ubique titulo competit, neque eodem semper modo sese haber, verbo non unius generis, potius in semet ipso varium est & diversum, illud male ex uno eodemque fonte derivatur, ex una eademque causa & fundamento repetitur, & unam eandemque sive communem habere dicitur originem. Id quod exemplo libertatis venatoriæ adhuc clarius patet. Posser hæc, quod tamen magnam & canam posceret probationem, e primæva & universali illa libertate hodienum superstes esse. Potest illa & solet quoque expressam præ se ferre concessionem, vel Imperatoris, vel domini territorialis & forestalis, vel cujuscunque suo venationis juri in favorem libertatis renunciantis, vel precariæ & revocabilis, vel irrevocabilis. Potest vero etiam & sola quoque nonnisi tacita ejusmodi voluntate, vel præscriptione, vel observantia, niti. Quis itaque ex omnibus hisce adeo diversis libertatis venatoriæ exemplis generalem efformaret regulam & præsumtionem *libertatis*, (§. VI.) olim quidem *universalis*, (§. IX.) & denuo, ex variis & specialissimis quibuscunque causis & titulis, passim velut postliminii jure restitutæ. Quamvis enim rara hodie sit libertas venationis, promiscua & communis, quamvis numerus territoriorum, provinciarum, regionum, ditionum Germaniæ particularium, in quibus venatio præter solum Principem omnibus, etiam nobilibus, speciali titulo destitutis, penitus negata est, eorum locorum, in quibus venatio adhucdum libera est, numerum quam sæpissime impleat, imo quamvis nullum ferme paullo majus territorium sit, in quo venationis bannum ipsam quoque primævæ istius libertatis memoriam haud proscripserit, prætereaque multa, quæ passim circumferuntur, libertatis venatoriæ exempla, partim obsoleta, partim incerta & dubia, partim vero etiam quam maxime contradicta sint: nihilominus tamen passim & subinde talia deprehenduntur exempla, si non multa, pauca tamen, si non magna, minora ramen, si non pura, mixta tamen, quibus hodienum libertatem venationis, si non omnimodam, quandam tamen vigere constar, adeo ut asserere audeam, nullum ferme majus Germaniæ nostræ territorium nominari posse, e quo non diversa certæ cujusdam & determinatæ libertatis proferri possent vestigia. Alibi nempe solis *nobilibus* hæc competit *libertas*. Alibi vero illa civibus quoque & subditis *communis* est. Alibi *omnis*, alibi *minor* tantum venatio, libera est. Alibi libertas & libertatis communio ad certum ferarum *genus*, (r) alibi vero ad certum venandi locum,

(q) Quem hanc in rem diserte requirit B. AUG. a LEYSER, *in Meditat. ad Pand. Spec. CCCCXLI. num. 4. Vol. VII. p.* 27. 28.

(r) Exemplo Nobilium von Riedesel zu Eisenbach in *Hassia*, sola *aprorum* venatione investitorum. Teste ANDREA KNICHENIO, *de pactis investiturarum, P. II. Cap. 2. num. 40.* Tale etiam est feudum capreolorum *de Anno* 1311. das Reh-Lehen dictum, cujus meminit JO. DAV. KOELER, *in disp. de Castro Imp. forestali Brünn, Alt.* 1728. §. 9. *p.* 17.

locum, modum (s) & tempus restricta est. Laudantur eo nomine passim, præter *Lusatiam*, (t) *Helvetiam*, (u) *Brabantiam*, (x) *Livoniam*, (y) *Curlandiam*, (z) *Alsatiam*, (a) *Frisiam*, (b) Terræ *Moguntinæ*, *Colonienses*, *Dillenburgenses*, *Hachenburgenses*, (c) *Austriacæ*, (d) *Bavaricæ*, (e) *Bremenses* & *Verdenses*, (f)

 Lauen-

(s) Differunt namque, nec sese mutuo semper continent, vel includunt 1) das Jagen mit Hunden / 2) das Jagen mit Pürschen und Schiessen / oder 3) das Recht Netze und Tücher auszustellen / sive *zonis* utendi & *plagis*. Quod discrimen probe inculcarunt P. M. WEHNERUS, *in obs. pract.* voce Forst-Recht. BENED. CARPZOVIUS, *in Decis. illustr. Saxonic.* P. III. *Dec.* 287. *p.* 594. *in Corpore Juris Venatorio Forestalis*, P. II. *num.* 18. *p.* 868. JO. LAUR. FLEISCHERUS, *in Institut. juris Feud. Cap. IX. §.* 45. *p.* 358 *sq.* & *perillustris* JOACH. ERN. *de* BEUST, *Cap. V.* §. 10. *p.* 105. *sq.* Conf. HARPPRECHT, §. *XIII. pag.* 13.

(t) Tam *superiorem*; Vid. *Corpus Juris Provinc. Lusat. Sup. pag.* 294. 318. 320. quam *inferiorem*; secundum BERGERI *Resp.* 292. P. II.

(u) Testante *Chronico* STUMPFFIANO, L. IX. *Cap.* 17. & 19.

(x) Vid. NIC. MYLERUS *ab Ehrenbach*, *de Princip. & Stat. Imp.* P. II. *Cap.* 73. §. 3. *pag.* 650.

(y) Tenore *Diplomatis* SIGISMUNDI AUGUSTI, Poloniarum Regis, §. 21. in PATKULI *Collectaneis Livonicis*, *Lips.* 1701. 4. ed. & *Ordinationis provinc. Livon. Tit. X.* apud STISSERUM, *pag.* 28. 29.

(z) Secundum *Statutum* CXXXVII. in *perillustris* CHR. *de* NETTELBLA *Fasciculo rerum Curlandicarum I. Rostochii* 4 1729. edito, *pag.* 96.

(a) Vid. Kayserl. Privilegium von Ihro Königl. Majestät LUDOVICO XIII. confirmirt in favorem der Löbl. Ritterschaft von Unter-Elsaß / vom Hetzen und Beissen. Cæterum de ipsa *venatione Alsatica legi* meretur *Operis*, maximum apud posteros pretium habituri, *illustris* puta JO. DAN. SCHOEPFFLINI *Alsatiæ illustratæ*, *conspectum*, §. *XIV. Tomi I. p.* 10.

(b) Vid. UBBO EMMIUS, in L. *Rerum Frisicarum II. pag.* 74. & ANT. MATTHAEI, *de nobilitate*, *L. I. Cap.* II. *p.* 10.

(c) HARPPRECHT, §. III. *pag.* 6. *in fine.*

(d) Conf. RUDOLPHI II. *Imp.* Jagd-Ordnung in Oesterreich ob dem Enß *de anno* 1511. *in Corpore Juris Venatorio Forestalis*, *P.* III. *num.* 8. *pag.* 66.

(e) Præter ipsam Ordinationem *Bavariæ* venatorio forestalem, *ibid. num.* 9. *pag.* 70. & SEB. KRAYSSERI *tractatus de jure venandi & foresti Romano-Bavarico*, *ibid. P. I. num.* 5. & 6. *pag.* 153. *sq.* conferri meretur ANT. WILH. ERTEL, *in praxi aurea jurisdict. infer. L.* I. *Cap.* 7. *obs.* 3. & CHR. GOTTL. RICCIUS, in dem Entwurf der Jagd-Gerechtigkeit / *Cap.* I. §. 23. *pag.* 39. & §. 32. *pag.* 57.

(f) JO. FRID. PFEFFINGERI Historie des Braunschweig-Lüneburgischen Hauses / *P.* II. *pag.* 824. 825. & GE. H. AYRERI *Disp. de prædiis Nobilit. Brem. Equestr. eorumque juribus & privil. Gœtt.* 1745. §. XXXV. *num.* 3. *p.* 60.

burgicæ, (*g*) *Brunsvico-Luneburgicæ*, (*h*) *Clivenses*, (*i*) *Pomeranicæ*, (*k*) *Holsatica*, (*l*) *Magdeburgica*, (*m*) *Saxonicæ*. (*n*) Inprimis autem SUEVIA nostra plures hodieque continet tractus & regiones, a venationis *libertate* vel potius *communione* (§. IV.) freye Pürsch-Districte dicti. Sic in ducatu Wurtembergico libera quidem, ast precaria & gratiosa venatione utuntur die Städt und Aemter Bahlingen/ Rosenfeld / Ebingen / St. Georgen wegen Rothenzimmern/ Sulz/ Dornhaan und Alpirspach. Quo nomine legi meretur die ihnen den 20ten Febr. 1737. gnädigst ertheilte Pürsch-Ordnung. (*o*) Citra quam, illorum adhuc *sequentes* (*p*) maxime notari merentur. Nempe I.) der Obere & II.) der Untere zwischen der Riß / Donau und Blau gele-

---

(*g*) Huc spectantem *Recessum* nobis sistunt JO. CHR. LUNIGII *Collectanea* von der Landsäßigen Ritterschaft / *Tomo* I. *p.* 1310.

(*h*) Quorsum proprie spectant *Deductiones* sæpius jam laudatæ BILDERBECKIANA *annorum* 1723. & 1741. & LüBBIANA *de anno* 1731. Vid. *Bibliothec Deductionum* LIPPENIO-JENICH. *P. I. pag.* 176. & 177. & conf. *perillustris* H. CHRIST. L. B. *de* SENCKENBERG, *in Disquis. de feudis Brunsvic.* & *Luneburg. Cap. IV.* §. 45. *p.* 48. Speciatim vero Villicorum quondam Ecclesiæ *Buccensis* & hodienum præfecturæ Ducatus Luneburgici, Ilten / incolarum, ideo die freye dictorum, libertatem venatoriam testatur *illustris* DAV. GE. SRUBEN, *de jure Villicorum*, *Cap. III.* §. 3. *p.* 68. Nec incelebris est illa venationis libertas, qua incolæ Ducatus *Calenbergensis* MüNDENSES, in silvis etiam *Hassiacis*, an der Fulde und Weser hodienum utuntur. Vid. RICCIUS, *Cap. I.* §. 34. *p.* 65. & *in adp. p.* 196. 197.

(*i*) Laudant hoc nomine Nobiles Eine Bestätigung und Resolution Churfürst Friderich Wilhelms vom 23ten Oct. 1676. conf. *Recessus de annu* 1649. §. 54. apud JO. CHR. LUNIGIUM, *in Collectaneis* von der Landsäßigen Ritterschaft / *Tomo I. pag.* 1044.

(*k*) Conf. JO. ZACH. HARTMANN, *in Differentiis juris Pomeranici* & *provincialis Rugiani*, *Sect. II. pos.* 20. nec non *Extractus Ordinationum politicarum Pomeraniæ Suecicæ*, *quos specimini usus philosophiæ Wolfianæ in jure VI. de jure præ-* & *convenandi*, *pag.* 25. *sq.* adjecit *Perillustris* JO. ULR. L. B. *de* CRAMER.

(*l*) Teste JONA ELBERFELDIO, *de Holsatia*, *hujusque statu* & *ordinibus*, *Hamb.* 1692. 4. *Class.* III. §. 3.

(*m*) Magdeburgische Policey-Ordnung / *Sect. II.* von Jagd-Sachen / §. 11. *in P. III. Constit. Magdeb.* & *Recessus Elect. de anno* 1706.

(*n*) Joh. Gottfried Schaumburgs / Einleitung zu dem Sächsischen Recht / *P. II. Exercit. V.* §. 2. *sq.*

(*o*) Prostat illa in utilissimo *Indice reali*, sive dem Auszug der Hochfürstl. Wirtemberg. Forst-Ordnungen und Rescripten / qui *Stuttgardiæ*, 8. *anno* 1748. prodiit, *voce* freye Pürsch / *pag.* 291. & *sq.* ubi: gleichwie dieses Gnaden-Jagen einig und allein von denen Verburgerten und Inngesessenen der Steuer nach bezahlt worden: also sollen auch nur dieselbe solches zu geniessen fähig seyn.

(*p*) Potissimum ad modum *Implorationis* illius, qua Civitates Imperiales, hujus *libertatis* consortes, *Ulmæ anno* 1708. abolitionem ejus apud *Augustissimum* deprecatæ sunt, *in C. C. W. Adp. Lit.* I. *pag.* 24. 25.

gelegene freye Pürsch-District, (q) III.) *Hohenzollerana*, (r) IV. *Rothwilensis*, (s) V. *Wylana*, (t) VI.) *Gemundana*, (u) VII. *Aalensis*, (x) VIII. *Donawerda-*

(q) Hæc est magna & decantata illa jam a MAXIMIL. I. AUG. *anno* 1516. confirmata in Suevia *libertas* & libertatia venatoriæ *communio*, die eigentlich so genannte Schwäbische freye Pürsch/ cujus participes, Pürsch-Verwandte/ *peculiare* quoddam Collegium constituunt, Pürsch-Collegium dictum, singulares conventus instituunt, matricula utuntur, plures officiales, einen Pürsch-Obersten/ Pürsch-Ausschuß und Pürsch-Advocaten alunt, Leges, Ordinationes & Recessus condunt, transgressores & temeratores puniunt, omniaque ea junctia consiliis & unitis viribus agunt, quæ servandæ insigni huic libertati & communioni inserviunt. Hæc est illa, de qua *sola* OTTONES scripserunt. Ad *hanc* modo pertinet *eorum* descriptio, quæ *pag.* 44. 45. 46. legitur. Hujus modo consortes B. JO. STEPH. BURGERMEISTER, *pag. ibid.* 92. ordine alphabetico enumeravit. Unde ibi nulla *Memmingæ* fit mentio. Novissimam ejus *Ordinationem* jam supra §. IV. *not. s.* laudavi, insertam quoque modo allegato *Indici reali Würtembergico*, *pag.* 200. Documentorum eam adtinentium plurima junctim exhibet C. C. W. *in adp.* derer Beylaagen. Conf. *p.* 24. 25.

(r) Ita namque *Civitates imperiales* in jam laudata *imploratione*, *Num.* 8. *p.* 23. 24. dann im Hohenzollern-Hechingischen ein ganz besonderer District ist/ wobey wir so wenig als andere Crayß-Stände intereßirt seyn/ mithin unsers seits wohl leiden können/ wie Ihro Hochfürstl. Durchl. von Hohenzollern hierinnfalls wegen dero ex hoc capite führenden processus (conf. §. II. *nota b*, ubi huc pertinentia scripta indicantur) mit ihren eigenen Unterthanen/ oder etwan anderen Interessenten vom Adel/ via juris, vel amicabilis compositionis, zu recht kommen möchten.

(s) *Ibidem*, *Num.* IX. v. 1. *pag.* 24. Wir Burgermeister und Rath der Stadt Rothweyl/ in denen beschriebenen Bezircken/ allda wir solcher freyen Pürsch-Gericht bey uns und umb uns auf dem Schwarzwald gehörig/ als ein Reichs-Lehen von Ew. Kayserl. Majestät allerunterthänigst recognosciren/ in welchen Bezircken aber die Vorder-Oesterreichische Unterthanen der Obern Herrschaft Hochenberg und anderer Oesterreichischen Herrschaften/ in dasiger Gegend/ die Ritterschaftliche Mitglieder am Schwarzwald/ das Gotteshauß Roth-Münster/ und andere in gemeldten Bezircken begüterte Herrschaften und Innhaber intereßirt seyn. Conf. FRIDERICI Diploma, puncto der freyen Pürsch (und ihres Gerichts) auf dem Schwarzwald/ als eines Reichs-Lehens/ an die Stadt Rothweyl/ *de anno* 1474. apud C. C. W. Beyl. *p.* 40. literasque clientelares *Leopoldinas*, *de anno* 1659, *ibid. Lit P. p.* 50. & *Josephinas de anno* 1706. in dem Moserischen Reichs-Städtischen Hand-Buch/ *cap.* XLI. *Num.* XII. *pag.* 660. Prodiit etiam *fol.* Erneuerte freye Bürsch-Ordnung/ wie es fürohin in des H. R. R. Stadt Rothweyl freyen Gebürsts gehalten werden solle. Signat. & public. Rothweyl den 20ten April 1718. Procemium ejus, *confirmationis* CAROLI VI. meminit.

(t) *Ibidem*, *Num.* VIII. v. 2. *pag.* 24. Burgermeister und Rath der Stadt Weyl/ in einem gewissen und vermittelst vorhandener besondern Kayserl. Diplomatum und anderer Verträgen (velut de *anno* 1376. apud LUNIGIUM *hoc tit.*) stabilirtem District.

(u) Hanc singulari Diplomate non *Imp.* modo FRIDERICUS III. *anno* 1474. in dem Moserischen Hand-Buch/ *Cap.* XVII. *Num.* III. *p.* 773. *sq.* & C. C. W. Beyl. *Lit.* I. *Num.* 9. *p.* 42. *sq.* verum etiam jam antea Imp. SIGISMUNDUS *anno* 1434. *ibid. Lit.* M. *p.* 49. ceu antiquissimam, confirmavit.

(x) Wir Burgermeister und Rath der Stadt Gemünd und Aalen/ in denen benahmsten Bezircken/ besag Kayserl. Confirmation de 1475. wobey das Hoch-fürstl.

werdana, (*y*) IX.) *Leutkirchensis*, (*z*) nec non etiam X.) *Nobilitatis Imperii immediatæ*, Cæsareis hanc in rem privilegiis (*a*) instructæ, sed forsan prioribus regionibus jamjam immixtæ.

§. XII. EMINET inter SUEVICOS illos *libera* & *communi* venatione conspicuos *tractus*, vel certe eorum haudquaquam ultimus est, *tractus liberæ venationis* MEMMINGENSIS, die Memminger freye Pürsch in Ober-Schwaben/ maxime auf dem so genannten Bosserhardt/ cujus, quod omnino mireris, neque vel SEBASTIANUS pater, vel filius JACOBUS OTTO, in der Schwäbischen freyen Pürsch-Beschreibung/ (*b*) neque STEPHANUS CHRISTOPHORUS HARPPRECHTUS, *in Sciagraphia liberæ venationis Suevicæ*, (*c*) neque CHR. BESOLDUS (*d*) ejusve *auctores*, neque PH. KNIPSCHILD, (*e*) B. JO. STEPHANUS BURGERMEISTER, in *specificatione* (*f*) sua derer freyen Pürsch-Verwandten/ in Ober-Schwaben/ zwischen der Riß/ Blau und Donau/ specialem atque distinctam mentionem fecit, imo ne verbulo quidem meminit, cujus notitiam & memoriam demum OTTONIS *commentator* (*g*) C. C. W. ex *Imploratione* quarundam Imperii & Sueviæ civitatum AUGUSTISSIMO *anno* 1708. exhibita, (*h*) velut postliminii jure restituit, atque vel unico suo nomine des Bezircks bey Memmingen adnotavit, ingenue confessus, sibi de hac *Memmingensi*, æque ac *Donawerdana* & *Leutkirchensi*, venationis libertate nihil prorsus constare, digna proinde, de qua ea nunc in medium proferam, quæ *patria* mihi suppeditant *monumenta*. Fines & termini hujus tractus *Memmingensis* generales & maxime naturales sunt I.) ab ORIENTE fluvius die Günz (*i*) dictus, II.) ad OCCIDEN-

---

fürstliche Hauß Würtemberg/ das Fürstliche Stift Ellwangen/ und zerschiedene Ritterschaftliche Mitglieder Orts am Kocher allda gesessen/ intereßirt seyn/ *pag.* 25.

(*y*) *Ibidem*: Wir Burgermeister und Rath der Stadt Donauwörth in der Reichs-Pfleg Wörth/ wobey neben uns der Herr Graf Fugger/ als Pfands-Innhaber besagter Pfleg Wörth/ vi pacti de *anno* 1544. intereßirt ist. *p.* 25.

(*z*) *Ibidem*: Wir Burgermeister und Rath der Stadt Leutkirch in einem gewissen District dort herum/ wobey Ew. Kayserl. Majestät Ober-Oesterreich. Land-Vogtey der sogenannten freyen Gepürsch in Schwaben intereßirt ist. *p.* 25. Conf. DAN. HEIDER, *in Actis Lindav. pag.* 756.

(*a*) Conf. omnino B. JO. STEPH. BURGERMEISTER in dem Grafen-und Ritter-Saal/ P. III. *Sect.* 19. *p.* 451. & JAC. OTTO & C. C. W. *in alleg. Tract. pag.* 20. 21. 24. 25.

(*b*) *VII.* Marck-und Freyungs-Stein/ *in Corpore juris Venat. Forestalis*, P. I. *tract.* 9. *pag.* 277. *sq.*

(*c*) §. III. *pag.* 5. 6.

(*d*) In *Thesauro Practico*, ejusque *additionibus*, *voce* pürsten.

(*e*) Tum *de Nobilitate Immed.* L. III. *cap.* 5. *num.* 38. tum *de Civitat. Imp.* L. II. *Cap.* 7. *num.* 20.

(*f*) Supra *nota vv.* §. XI. Sed vid. *Thes. Equestris P.* I. *p.* 491.

(*g*) *Pag. editionis Ulmensis* 4. *de anno* 1725. 47. *nota s.*

(*h*) *Ibidem* unter denen Beylaagen/ *Lit. I. p.* 19.

(*i*) Quorsum tamen, per modum singularis *exceptionis a regula*, notandum obser-

DENTEM partim flumen *Ilerus*, five *Ilargus*, die Jler dictum, partim trans *Ilerum* die Zeil-Wurtzach / das Gotteshauß Roth / die Ochsenhausisch- und Erolzheimische Forste / III.) SEPTENDRIONEM versus die Babenhäuser Weyher und Forst / & denique IV.) a MERIDIE die Stifft-Kemptisch- (*k*) und Ottobeurische Förste. Hic pagus, quatenus non maximam modo territorii *Memmingensis* partem, verum alia quoque territoria, saltim particularia complectitur, circa VENATIONEM hoc singulare habet, quod omnibus ad eum spectantibus Statibus & Dominis, communis & indivisa, non in solis modo *agris* & *pratis*, (*l*) verum omnino etiam in *silvis*, eo contentis, VENANDI facultas, eine gemeinsam- unabgetheilte Jagd-Freyheit oder Gerechtigkeit competat. Quod ipsum singulare omnino jus in causa est, cur is dicatur die freye Pürsch / der freyen Pürsch-District / & cur proprios suos fines, limites, terminos, (*m*) seine eigene und besondere Gräntzen / viele *Special*-Gräntz-Marcken / und dahero auch eine eigene und besondere Marck-Beschreibung / (*n*) habeat. Nulla *eum* huc usque notavit vel distinxit tabula *Geographica*, quotquot earum vel olim recensuit *Cel.* EB. DAV. HAUBER, (*o*) vel huc usque prodierunt, five *generaliores*, five *specialiores*. (*p*) Unde eo gratiorem & acceptiorem fore speravi, quam delineari, delineatam æri cyprio incidi, incisam imprimi inque commentationis hujus ADPENDICE *ultimo loco* adjungi curavi, *adcuratione* magis quam elegantia commendabilem, *tabulam* vel *mappam* quam vocant, *geographicam*, talem

observandumque: „daß ausserhalb deme / was das gemeinsame und forstliche Mit-Jagen zwischen dem Reichs-Gotts-Hauß Ottobeuren und der Reichs-Stadt Memmingen / in dem Ungerhauser und Hawanger Wald und dasigen Mädern biß an die Güntz hinunter / die vor Ottobeuren vorüber rennet / anbetrift / solcher District / nach alten Kayserlichen Vertrag- und Spruch-Briefen / sonderlich MAXIMILIANI I. *de anno* 1505. und denen zwischen beeden mitjagenden Herrschaften Ottobeuren und Memmingen hierüber errichteten Verträgen *de annis* 1594. 1609. und 1744. ordentlich ummarcket und bishero gemeinschaftlich besorget und genuzet worden seye."

(*k*) Nisi quod silva *Wohringensis*, liberæ & immediatæ Imp. Civitatis Memmingensis *forestum*, feudum sit, ab Abbatia Campidonensi recognoscendum.

(*l*) Hanc *libertatis venatoriæ* diversitatem *a loco* desumendam solus fere annotavit CHR. GOTTL. RICCIUS in dem zuverläßigen Entwurf der in Teutschland üblichen Jagd-Gerechtigkeit / *Cap. I.* §. 24. *pag.* 43. ubi: „diese Jagd-Freyheit oder freye Pürsch ist nur an etlichen Orten so wohl inn- als ausserhalb Waldes: an etlichen nur inn- an anderen aber nur ausser dem Wald: an anderen auch nur denen Unterthanen auf ihren Gütern und Waldern vergönnet."

(*m*) Videatur *supra* §. IV.

(*n*) Nimis *prolixa* illa fuit, quam quæ vel hoc loco inseri, vel in *adpendice* commentationis *adjungi* potuerit.

(*o*) In denen Historischen Nachrichten von denen Land-Charten I.) des Schwäbischen Crayses und II.) des Herzogthums Würtemberg / wie auch anderer in Schwaben gelegener Herrschaften / 8. Ulm / 1724. *Cap.* III. §. 23. 24. *pag.* 172. 173. Adde *pag.* 54. & 167.

(*p*) Velut HURTERIANA des Jlerstrohms und beyderseits umliegenden Allgöws & illa *Protoparchiæ Mindelheimensis*, *ob singularem erga patriam amorem*, a JO. BAPT. HOMANNO exarata & potissimum *foresta* illius delineante, laudata ideo a HAUBERO, *all. loco*, *pag.* 172.

talem scilicet, e quali alias quoque *pictos* (q) *ediscere* solemus *mundos*. Ut vero eos omnes nunc sistam & recenseam *Dominos*, qui communis & liberæ hujus venationis participes sunt, inque hoc ipso tractu bona possident, maxime *territoriales*, non solum *vetus* aliquod, verum etiam *recens* quoddam documentum, eos omnes & singulos enarrans, hoc statim loco inserere necesse erit. Illud esto *Protocollum* SENATUS MEMMINGENSIS *3. Jul. anno* 1520. exaratum, sive Memmingischen Raths-*Protocoll.* 1520. V. vor Pfingsten / ubi: "des Bürschens halb mit dem Büchsen-schiessen ist viel geredt / daß es nit gut / sonder zu verbieten sey; Klagen etlich Nachbauren / und begern ein gütliche Underred / das zu verbieten. Dahero

zu beschreiben

Abbt zu Kempten /
Ochsenhausen /
Rot /
Herr Jörig Truchsäß /
Ottenbewrn /
Veit }
Gaudenz } Rechberg /
Jerg }
Adam vom Stain /
Achatiussen von Rotenstein /
Phlipps von Landaw /
Jochim Marschalck /
Heinrich Burckhart Marschalck /
Herr Hannß von Königs-Egg /
Herr Jerg von Freundtsperg /
Stadt Memmingen.

Und soll man mit Herr Jergen Truchsäßen und den Abbten hie von Sachen reden." Sed notes necesse est, Ochsenhausen / Roth / Truchseß und Königsegg tractum trans *Ilerum*, reliquos autem omnes agrum inter *Ilerum* & *Gunzam* fluvios medium, tum temporis, quoad venationem, indivisim possedisse, partimque hodienum possidere. Addas vero etiam, in sequentibus *Documentis*, & præsertim in denen alten Ausschreiben pariter memoratos: velut das Bißthum Augspurg / wegen Schonegg / Herrschafft Mindelheim / wegen Dasberg / Herr von Ottlinstedt / wegen Heimertingen / Juncker Sättelin / wegen Eisenburg. Hoc vero, *posterius*, sit das *Conferenz-Protocoll*, dd. Memmingen 28ten Febr. 1752. die freye Bürsch betreffend. Cujus prooemium, nomina *præsentium* continens, hoc est:

„Actum den 28ten Febr. 1752. in Cancellaria Memmingensi, Præsentibus:

Herrn geheimen Rath von Kerndorff / wegen Mündelheim.
Herrn Canzler von Maiersburg / wegen Ottobeuren.
Herrn Canzley-Direct. Lt. Ober / wegen Booß.
Herrn Oberamtmann von Zwerger / wegen Babenhausen.
Herrn Pflegsverwalter Lupin / wegen der Herrschafft Eisenburg.
Herrn Rath und Secretario Schelhorn / wegen Oberholzgünz.
Herrn von Heuß / wegen Trunckelsberg.
Herrn Oberamtmann Schäffer / wegen Zeyl-Wurzach.

Herrn

(q) Quod dolet S. AUR. PROPERTIUS, L. IV. *Eleg.* 3. v. 37.

Herrn Pflegs-Verwalter Scholl / wegen des Hochfürstlichen Stiffts Kempten.
Herrn Forstmeister Jckstatt / und
Herrn Registrator Deschler / wegen Ochsenhausen.
Herrn Pfleger Schönkind / wegen Erozheim und Osterberg.
Herrn Obervogt Schneid / wegen Cronburg.
Herrn Secretario Moz / wegen Roth.
Herrn Canzleyverwalter Melck / wegen Buxheim.

Wegen Memmingen:

Herrn Syndico von Stoll zu Wespach.
Herrn Leopld David von Stoll zu Wespach.
Herrn Consulent Wogau.
Herrn von Schüz.
Herrn Cänzley-Director Lupin.

§. XIII. QUÆ vero ad sufficientem hujus liberæ venationis descriptionem porro desiderari possent, ea omnia ex sequentibus, ipsisque tum indicandis tum & edendis *documentis* abunde patescent. Antea enim, quam progrediar, in ORIGINEM libertatis hujus & communionis venatoriæ inquirere, eamque, quoad ejus fieri poterit, investigare juvabit. Est vero ORIGO illa vel *communis* omnibus ejusmodi libertatibus *Suevicis*, vel MEMMINGENSI huic *propria*. Communis omnium liberarum Sueviæ venationum *origo* certe non est, vel *naturalis* illa, (§. VI. VII.) vel civilis *Romana*, (§. VIII.) vel civilis *Germanica* (§. IX.) venationis libertas, ita scilicet, ut cum specie dici atque ex vero defendi posset, eandem adhuc libertatem, quæ circa feras, tanquam res nullius, & circa venationem, prorsus communem, omnibus olim indistincte & promiscue competiit, hodienum in eis *Germaniæ*, singulatim *Sueviæ*, tractibus, paucis omnino & angustis, si totam Germaniæ & Sueviæ amplitudinem spectes, velut tabulam e communi illius libertatis naufragio servatam perdurare, in his continuari, hasque particulares & singulares liberos & communes venatus, genuinas universalis quondam libertatis reliquias, & seros ejus nepotes esse. Prout non ii modo, qui cæco quodam impetu omnia *Romanorum* decempeda metiri, vel ex ultimis *Germanorum* antiquitatibus eruere amant, verum etiam viri magno alias in his ipsis rebus judicio pollentes, velut non JACOBUS tantum OTTO, (r) sed etiam GE. BEYERUS, (s) & *illustris* DAV. GE. STRUBEN, (t) crediderunt, aliisque multis persuaserunt, nondum satis edocti, quod antiquiori & recentiori, universali illi & particulari huic Suevicæ venationis libertati, talis haudquaquam fuerit facies, *qualem decet esse sororum*, (u) vel *matris* plane & *filiarum*, quod neutra alteri communi vinculo, nullave necessitudine juncta, quod illa, sub hujus *exordium* jam diu sublata, hæc vero sub ejus *finem* nondum exorta fuerit. Rectius itaque & verius, meo quidem judicio, tum alter liberæ venationis

(r) In der freyen Pürsch-Beschreibung / *cap. IV. pag.* 11. sed vid. tamen *cap. V. pag.* 17.

(s) *In Delin. juris Germ.* L. II. *cap.* IV. §. 6. 8. 9. 10. *pag. ed. Hoffm.* 136.

(t) *In Disp. de Nobilitate Germ. Lugd. Bat.* 1718. ed. *cap.* III. §. 8. *p.* 120. 121.

(u) Q. HORATIUS FL. *ep.* 7.

Suevicæ encomiastes B. STEPHANUS CHRISTOPH. HARPPRECHT, (x) tum B. JO. GOTTL. HEINECCIUS, (y) sensit, quorum neuter sibi persuadere potuit, originem (EI non immerito rem plane desperatam visam) & causam illius efficientem vel naturalem, vel Germanicam illam, originariam & universalem, venatus communionem fuisse. „Post subactam *enim* a CAROLO M. Germaniam, *scribit* ILLE, tota ejus facies adeo plane immutata fuit, ut ne ullum quidem libertati naturali circa venationem locum hodie supeesse clarissima historiarum documenta evincant." Plane, uti HIC quoque „nondum adeo certum existimavit, hodiernam venandi libertatem, qua alicubi gaudent *cives*, quæque vocabulo der freyen Pürsch-Gerechtigkeit venire solet, pristinæ libertatis Germanicæ reliquiis accensendam esse, quum nusquam fere eam libertatem hodie usurpent *plebeii*, quam ubi vel procax libertas civitatem miscuit, veluti *olim* (z) in *Frisia*, vel exstinctis familiis regnatricibus, plebs ad majorem libertatem adspiravit, veluti in *Suevia*, vel ubi tanta est ferarum multitudo, tantaque silvarum vastitas, ut non adeo necessarium videretur, ea sanctionibus severioribus muniri." Etiamsi enim, ut arcem causæ nunc statim ingrediar, *specialissime* probatum foret, quod ipsi *supra* (a) CÆSARIS & TACITI fide, sed generatim modo adstruxi, priscos *Suevorum* (b) & *Alemannorum* populos, inde a prima origine vel memoria sua, usque ad conjunctionem eorum cum *Francis*, omnimoda & omnivaga venandi libertate usos fuisse, inque latissimis illis, quas tum temporis inhabitarunt, terris, venatum a potiori omnibus, nobilibus, ingenuis & rusticis, communem, nullumque in illis, vel *regale*, vel bannnm ferinum atque forestale cognitum fuisse: nemo tamen sibi aliisque facile persuadebit, I.) fatale istud, anno post Christum natum 496. ad *Tolbiacum* cum Francis, CHLODOVÆO M. (c) eorum Rege & Duce, commissum prælium, II.) insecutam illud conjunctionem & subjectionem Francicam, III.) dominatum CHLODOVÆI successorum, IV.) conversionem liberæ antea Sueviæ & Alemanniæ in magni illius regni Francici partem, provinciam & Ducatum, V.) iteratas, qua ultimis *Merovæorum* Regibus subinde rebelles factos Sueviæ Duces, Majores domus

(x) §. V. & §. VI.

(y) *In Elem. juris Germ.* L. II. *tit.* 3. §. 53. *Tomo I. pag.* 406.

(z) UBB. EMM. *Rer. Fris. lib* 2. *pag.* 74. Cui præter supra §. X. *nota* k. jam laudatum ANT MATTHÆI porro jungendus ULR. HURERUS, *in Digress. Justin.* L. IV. *cap.* 19. *p.* 376. Quid quod ipse etiam HEINECCIUS quondam in *Frisia* jus docuerit Cæterum de *venationis* in Hungaria, Lusitania, Hispania, Gallia, Anglia, Scotia, Hibernia, Dania, Suecia & Italia, *libertate* multa congessit *Cel.* C. L. BILDERBECK, *Cap.* I. §. 5. *nota* * *pag.* 9-18.

(a) §. scil. VIII.

(b) Teste WALAFRIDO STRABO, *in Vita* S. GALLII, *Cap.* VIII. *pag.* 147. *Tomi* I. P. II. *Script. rerum Alem.* MELCH. GOLDASTI, ubi „*nonnulli* Suevorum propter idolorum suorum abolitionem prædicationis eorum (Galli & Columbani SS.) monita contemnentes, cœperunt contra eos odia concitare, insidias machinari, qua etiam intentione locorum ipsorum Ducem, nomine GONZONEM adierunt, & apud eum accusarunt SS. dicentes VENATIONEM PUBLICAM in eisdem locis propter illorum infestationem peregrinorum esse turbatam."

(c) *De Clodovæo M. ex rationibus politicis Christiano*, hujus ipsius prælii intuitu, *Jenæ* 1715, disputavit *Cl.* CHR. GUIL. FRANC. WALCH.

mus ex familia B. ARNULFI *Metensis*, denuo subjugarunt, victorias, VI.) singularem Sueviæ formulam, qua abolita Ducum memoria, fisco regio propius addicta, atque tum a singularibus Cameræ, quos vocabant, Nuntiis, tum a diversis Comitibus, procurata fuit, VII.) novam Ducum Sueviæ sub Carolingis constitutionem, VIII.) magnam Sueviæ Principum Procerumque auctoritatem, IX.) sensim sensimque tentatam & introductam successionem Ducum, quorum unus, ERNESTUM puta, HERIMANNI III. sororis, GISELÆ maritum & successorem, an. 1015. in venatu sagitta petitus obiit, (*d*) hereditariam, in familia *Stauffensi* (*e*) perfectam & inde a FRIDERICO I. *Coclitis* patre, & an. 1080. usque ad CONRADINUM, & annum 1254. continuatam, X.) magnam horum in *Suevia* ejusque *Ducatu*, totam tamen illam & omnem haudquaquam complectente, (*f*) potestatem & veram, licet nondum ita dictam (*g*) *superioritatem territorialem*, XI.) ingentes & invisas ipsis divitias, tam pecuniarias, quam territoriales, a PHILIPPO I. *Aug.* & *jactitatas*, (*h*) & maximam quoque partem *profusas*, (*i*) denique XII.) cumulum & catenam calamitatum & excommunicationum, proscriptionumque, queis omnia sua bona impendere, tandemque ipsi plane succumbere debuerunt, omnes, *inquam*, hasce & complures alias vicissitudines multo specialiores, primævam illam, *naturalem* & *Germanicam*, sicque etiam Suevo-*Alemannicam* venationis libertatem salvam semper & illibatam conservasse, nec vero eam procedente tempore primum coarctasse, deinceps vero totam sustulisse, tum a Regibus & Imperatoribus, tum a Principibus, Comitibus, omnisque generis Sueviæ Ordinibus, sine omni dubio occupatam, suisque juribus, bonis & reditibus, non minus, quam in omni alia Germaniæ provincia, quarum vix ulla alia tot diversis dominis ordinibusque jam olim paruit, privative adscriptam & vindicatam. Cui hæc, nondum satisfaciunt momenta historiæ Suevicæ, paullo *generaliora*, (*k*) eum, tum ad leges & placita *Alemannorum*, (*l*) tum ad varias Ducum & Comitum

 Sue-

(*d*) HERMANNO CONTRACTO ad dictum *annum* 1015. id testante apud CHR. URSTISIUM, *Tomo I. p.* 319. & JO. PISTORIUM, *Tomo I. p.* 273.

(*e*) Cujus *Genealogiam* nemo melius probavit *Cel.* JO. DAV. KOELERO, *in Disp. de Familia Aug. Stauffensi*, *Alt.* 1721.

(*f*) Ex sententia ejusdem HISTORICI, *in fatis Ducatus Sueviæ & Alemanniæ*, *Alt.* 1736. ed. §. XVII. *p.* 41.

(*g*) Sequiorem hujus adpellationis *ætatem & originem e Gallia potissimum arcessendam*, singulari *Disp. Gœttingæ anno* 1732. exposuit B. GOTTL. SAM. TREVER.

(*h*) In Epistola ad INNOCENTIUM III. P. R. *in hujus Registro de negotiis Imp. Num.* CXXXVI. *pag.* 747.

(*i*) Teste CONRADO *Urspergensi*, *pag. Chronici sui* CCCXXIV.

(*k*) Fusius deducta, & eo, quo opus est, adparatu comprobata a B. G. STRUVIO, *in Suevia antiqua*, hujus *Corpori hist. Germ.* adjecta, illustri JO. DAN. SCHOEPFLINO, *in antiquitatibus Alemannicis*, *Arg. anno* 1722. editis, & *Commentationibus hist. crit. p.* 171. insertis, *Cel.* JO. DAV. KOELERO, *in fatis Ducatus Sueviæ & Alemanniæ*, *Alt.* 1734. ed. *Cel.* LUD. BARTH. *de* HERTENSTEIN, *in observat. hist. de Principatu Gentis Austr. in Suevia*, in *Tomo I. Suppl. ad nova acta erudit. Lips. Sect.* III. *pag.* 133. nec non B. JO. CHR. PESLERO, *in libro singulari & docto de Aug. Gentis Austriacæ Ducatu & Principatu in Suevia*, *Lips.* 1739. 4.

(*l*) *In Corpore Juris Germ. antiqui* GEORGISCH-HEINECCIANO, *pag.* 189. *sq.* passim, e. gr. *Tit.* 82. & 97.

Sueviæ chartas (*m*) & diplomata, silvarum & venationum sæpius quoque mentionem facientia, tum ad reliqua monumenta medii ævi *Alemannica*, ut ablegem necesse est. Quamdiu nempe Suevia Ducatus fuit, territorium ejus, salvis tamen Principum, Comitum, Ordinumque nonnullorum juribus, libertatibus, salvaque notoria quorundam immedietate, æque clausum fuit, ac quidem quodvis aliud, in quo hodie nec vola nec vestigium liberæ, omnibusque tam nobilibus, quam civibus & rusticis communis venationis einer freyen Bürsch deprehenditur. Neque ratio alias reddi posset, cur hodie in *Suevia*, regale venatus regulam, & libertas nonnisi singularem a regula exceptionem constitueret.

§. XIV. EST scilicet ea, quæ hodie præsertim in *Suevia*, maxime *Superiore* passim viget, venationis libertas & *alia* longe, quam olim & ab initio obtinuit, & ideo quoque hac multo *junior* atque recentior. *Alia*, quum olim venatio libera tantum, nec vero, ut hodie (§. IV.) vel libera & communis simul, vel communis magis, quam libera fuerit. Admittuntur hodie in communionem ejus, quos olim penitus exclusos fuisse autumo. Contra hodie excluduntur, qui olim sine dubio admissi fuerunt. Primæva venationis libertas ad solos nobiles & ingenuos minime vero etiam ad cives & rusticos, vel *servos*, (*n*) vel certe libertos, sicque non multum supra servos pertinuisse. Peregrinos, quos hodie arcemus, insignis priscorum Germanorum *hospitalitas* (*o*) eo certius admisit, quo magis his quoque in Germania versantibus, quotidiano victu & amictu, sola venatione parandis, opus erat. Prisca venatus libertas omnimoda fuit. Hodierna autem multis sane restrictionibus limitata est. Illa non solum modo venatum, verum etiam totum silvarum ambitum complectebatur. Hæc vero etiam stante Superioritate territoriali, speciatim forestali, banno ferino & forestali, dominio silvarum eminenti & vulgari, aliisque adfinibus quidem, sed distinctis tamen juribus, nihilominus (*p*) floret & viget. Datur hodie etiam libera venatio in *alieno* & *privilegiaria*. Imo ea hodie plerumque ortum suum, privilegio, tum expresso, hocque vel onerosis vel lucrativis titulis parto, vel tacito, sive præscriptioni immemoriali (*q*) debet. Quæ, quum ita sint, hodierna venationis libertas non potest non *longe alia* esse, quam originaria. Qua idcirco etiam necessario *junior* & *recentior* esse debet. Quam nempe sub *Sueviæ* Ducibus olim sublatam, atque tum ab ipsis Ducibus, tum a reliquis provinciæ ordinibns, vel proprio jure, vel Imperatorum & Ducum concessione, in potestatem territorialem redactam fuisse paulo ante dixi, venationem liberam; ea in nonnullis *Sueviæ Superioris* tractibus, *hic* & *ibi*, demum tempore & occasione decrescentis quotidie Ducum

(*m*) Velut *Traditiones San-Gallenses*, sive instrumenta veterum *Aleman.* apud MELCH. GOLDASTUM, *in rebus Alemannicis, Tomo II.* P. I. *pag.* 39. 44. 46. 48. 49. 50.

(*n*) Observantibus CHR. THOMASIO, ad ULR. HUBERUM, *de jure civitatis, L. II. Sect. IV. cap. 2. num.* 19. *pag.* 450. CHR. GOTTL. RICCIO. *Cap. I.* §. 35. *p.* 69. & DAV. GE. STRUBEN, *de jure villicorum, Cap. III.* § 3. *p.* 68.

(*o*) C. I. CAESAR, *de bello Gallico, L. VI. cap.* 21. & C. C. TACITUS. *de Moribus Germ. cap. XXI.*

(*p*) Vid. perillustris JOACH. ERN. a BEUST, *in tr. de jure venandi & banno ferino, Cap. III.* toto *pag.* 37.

(*q*) *Cap.* 26. *X. de verb. signif.*

cum poteſtatis & auctoritatis, tandemque penitus extincti & interemti ſtemmatis Ducalis, reſuſcitata, poſtliminio reſtituta, denuo in uſum & obſervantiam deducta, ab Imperatoribus confirmata, ſicque in hodiernum usque diem continuata fuit. Licet enim hiſtoriarum juriumque publicorum conſulti obſcuras & abſconditas eorum, quæ Sueviæ & Franconiæ ſingularia atque præcipua ſunt, origines huic extinctorum Sueviæ & Franconiæ Ducum periodo in ſolle adſignare, hincque viciſſim gratis repetere, adeo conſueverint, ut, quem ad modum totum illud, quod olim credebatur, *interregnum*, (r) ita quoque impia hæc, quæ in ejus medium incidit, Ducum Sueviæ & Franconiæ exſtirpatio, hoc nomine non immerito *aſylum* (s) *ignorantiæ* dici poſſet: vel ideo tamen, circa ultimas & communes liberæ venationis Suevicæ origines, in ultima hac Ducatus Sueviæ epocha, cum B. STEPHANO CHRISTOPHORO HARPPRECHTO, (t) & JO. GOTTL. HEINECCIO, (u) contra diſertam *illuſtris* STRUBENII (x) voluntatem, & tentatam a GE. BEYERO (y) conciliationem, ſubſiſtendum erit, quia peremto Pontificis artibus anno 1254. ultimo Ducatuum iſtorum herede CONRADINO, non ſolum ea, quæ Ducatum tum temporis formabant, territoria, Ducibus immediate parentia, nec vero aliis, vel æque immediatis vel antea mediatis dominis ſubjecta, communi hoc nexu & vinculo ſoluta, verum inprimis quoque bona illorum, prædia & territoria, propria, allodialia, patrimonialia, per partes in aliorum manus conveniſſe tam certum eſt, quam quod certiſſimum. Cujus tamen diſſolutionis & diſtractionis, totiusque hujus mutationis, inſignis omnino, initium ſub ipſis adhuc Ducibus factum fuit, *ultimis eorum* inde a PHILIPPO (z) usque ad CONRADINUM (a) eo redactis, ut ſenſim ſenſimque omnia alienare, inque alios, præſertim *Bavaros*, transferre neceſſe habuerint, neceſſariis his Ducum alienationibus ditiores factos, quam eis, quæ vulgus credit, ſpoliis atque direptionibus. Quæ vero extincti reliquerant Duces, *imperialia* (b) magis, quam *patrimonialia*, ea imperio quoque aperta & cum eo rurſus conſolidata, at turbulento iſto tempore a multis quidem occupata, ſed a RU-

(r) Penitus confutatum ab *illuſtri* GE. CHR. GEBAVERO, in dem Leben Kayſer Richards / *Gœtt.* 1744. 4. L. II. & III. *Cap.* III. *pag.* 465. ubi: Grab des *Interregni.*

(s) Vid. omnino B. JO. GUIL. HOFFMANNI *jus publicum, quod interregni magni temporibus obtinuit, Vitemb.* 1736. ed. §. I. *p.* 2.

(t) *§. V. pag.* 8.

(u) *All.* §. LIII. *pag.* 406.

(x) *All. l. Cap.* III. *§.* 8. *pag.* 120. & 121.

(y) *All. l. L.* II. *cap.* II. §. 10. *pag.* 136.

(z) GOTHOFREDI *Colonienſis*, OTTONIS *de* S. BLASIO, CONRADI *Urſpergenſis*, aliorumque teſtimonia, hoc perhibentia, ſedulus conlegit B. JO. CHR. PESLERUS, *de Ducatu & Principatu Auſtriaco in Suevia*, §. III. *pag.* 8. 9. 10. 11. 12.

(a) In Italiam ad aſſerendum avitum regnum abiturientem, hocque fine ea quoque *oppida* vendentem, quæ a PHILIPPO ſervata, pater CONRADUS OTTONI *Bojorum* Duci oppignoraverat. CONRADUS *Urſpergenſis, pag. CCXXXVII.* JO. AVENTINUS, *L. Annal. Boic. VII. cap.* 8. *num.* 5. *pag.* 670. CHR. GEWOLDUS, *de Septemviratu, cap. IX, p.* 743.

(b) Prout *hoc* altero recte probabilius viſum fuit PESLERO, §. VIII. *p.* 22. 23.

DOLPHO (c) I. in salutem patriæ nato, ejusque filio ALBERTO I. sedulo rursus investigata strenueque vindicata fuerunt. In his vero ipsis silvas quoque & nemora fuisse eo minus ambigendum, quo certius est, Reges & Imperatores, uti in multis Germaniæ provinciis, ita præsertim in *Suevia*, immediata (*d*) aliquoties terra, plures *silvas*, (*e*) *regias* ideo atque *dominicas* dictas, tanquam imperiales habuisse, ab antiquo plerumque *forestatas*, neque vero liberas omnibusque promiscue patentes, Ducibus atque Comitibus subinde officii nomine attributas, nec minus, quam reliqua (*f*) bonorum fiscalium & domanialium Regni genera, profusas, alienatas, venditas, donatas, infeudatas, sicque ad paucissimas redactas. Forsan igitur, quæ enim in ejusmodi antiquis & incertis auguror, vero licet simillima, non tamen statim vera reputo, aliisque veritatum nomine obtrudo, forsan nempe illi *Sueviæ*, in quibus venatio hodie libera est, tractus, vel bona & prædia Ducum allodialia & patrimonialia, Guelphica hereditate, in his ipsis regionibus (*g*) maxime sita, ab illis forsan adhuc vivis in alios translata, vel bona & prædia eorum fiscalia & domanialia fuerunt, in quibus illi, usque ad internecionem suam, soli, & quidem vel ipsi tantum, vel & ii, quibus eam singulatim permiserant, venationem exercuerunt, diuturna eorum absentia & continua persecutione in Suevia, admodum decrescente eorum auctoritate & potestate, extincta ipsorum stirpe & prosapia, dissoluta pristina Sueviæ compage, tam ab ipsis Imperatoribus & Regibus, absentibus, minusque validis, nec satis ad rem suam adtentis, quam vicinis quoque dominis & Statibus, suis forestis & venationibus contentis, desertam, sicque crescente nociva ferarum copia, ab omnibus incolis & accolis, nondum adeo firmata & distincta *Superioritate forestali*, promiscue & communiter occupatam, ideoque die freye Pürsch sive venationem omnibus patentem dictam. Forsan Suevia superior tantas & tam vastas quondam habuit silvas, sequiori demum ævo excisas, quantis sine mutua & promiscua vicinorum convenatione singuli earum haud sufficiebant domini, sponte eos admittentes, inque silvarum & juris venandi communionem sensim sensimque recipientes. Ut alias quoque in communionem incidere eamque solis factis contrahere solemus, (§. IV.) non facile iterum dissolvendam. Unde haud mirum eam, postquam simul in jus quæsitum (cujus tamen exercitium in singulis nihilominus rei meræ facultatis (*h*) mansit) deinceps continuatam & in ea usque tempora conserva-

(*c*) Conf. JO. DAV. KOELERI *fata Ducatus Sueviæ & Alemanniæ*, §. X. p. 22. & PESLERUS, §. 6. *pag.* 14.

(*d*) Eo scil. sensu, quem exposuit B. G. STRUV, *in Corp. juris publ. Cap. V.* §. 3. 4. *p.* 99. 100. & quo eam ipsemet adhuc FRID. III. *Imp.* dem Heil. Röm. Reich ohn alles Mittel vor andern zugehörig und unterworffen dixit, apud JO. PH. DATT, *de Pace Imp. publ. L.* II. *cap.* 6. *p.* 272.

(*e*) De his ex instituto tum STISSERUS, *Cap. VIII. p.* 337. *sq.* ubi §. 19. & 22. *p.* 350. duo exempla *Suevica* occurrunt, tum *Cel.* BURI, von denen alten Königlichen Bann-Försten und dem Drey-Eich / I. Absatz / *pag.* 1-36. ubi etiam *pag.* 14. exemplum habes *Suevicum*, ALBERTUM I. spectans.

(*f*) Observante B. JO. GOTTL. HEINECCIO, *in Elem. juris Germ. L. II. tit.* 1. §. 54. *Tomo I. p.* 407.

(*g*) Sueviæ scil. superioris. Probarunt DAN. HEIDERUS, in der Reichs-Vogtlichen *Apologia*, *Cap.* III. *p.* 166. KOELERUS, §. XVII. *p.* 37. & PESLERUS, §. III. *pag.* 6.

(*h*) Vid. JO. GE. ESTOR, *in Disp. de abusu rerum meræ facultatis*, *Jen.* 1739. *Cap.* III. §. LXXXIX. *pag.* 56.

servatam fuisse, in quibus primam ejus jam adultæ & antiquæ mentionem faciunt acta & monumenta publica. Id quod prius haud factum, quam in dubium & controversiam adducta fuerit illa. Ut multa quotidie fiere solent, quæ incognita manent & illaudata, quamdiu non in dubium vocantur, quo demum inclarescendi occasionem nanciscuntur, nec amplius carent vate sacro.

§. XVI. EXIMIUM hujus rei argumentum & exemplum MEMMINSIS ille tractus, der Bosserhard dictus præbet, silva quam, ut PROPRIAM ejus nunc attingamus ORIGINEM, MAXIMILIANUS I. *Aug. anno* 1502. suam & *Imperii* silvam, eandemque *liberam* & *communem*, "unser und des Reichs Walde / genannt Bosserhard / bißher ein freyer und gemeiner Pürsch" dixit, (*i*) cujus *libertatis* & *communionis* initium, omnem hominum & quamcunque aliam (*k*) etiam *historico-diplomaticam*, memoriam transcendere & superare, non eodem hoc demum *anno* (*l*) verbis: "So dann von Alter her nie kein Vorst / sondern je und je eine freye Pürsch geweßt ist" verum potius jam *anno Saeculi* XV. *supra octogesimum nono* eisdem verbis (*m*) ejus consortes dixerunt & participes. Quo tamen non obstante *Imp.* nihilominus sibi jus quoddam in silvam arrogavit, petiitque eam in suum quoque commodum magis quam olim factum, coli atque forestari. „damit das Waydwerck scribit MAXIMILIANUS I. A. zu unserem / des Heil. Reichs / auch derer Umsessen und Anstösser Lust / Kurtzweil und Nutz / mehr dann bißher geheget und gefürdert werde." In ADJUNCTO I. & in II. „auf Sr. Königlichen Majestät Ausschreiben / fatentur ordines, Ihr zu Lust / Kurtzweil und Ergötzlichkeit / durch Ihr Rath und Bottschafft begehren lassen:" Quem ad modum vero omnia, quotquot eorum in hunc usque diem prodierunt & publici juris facta sunt, liberæ venationis Suevicæ documenta, vel unico isto compactato GEMUNDANO, (*n*) CAROLI IV. ætatem attingente, ultra SIGISMUNDI ævum haud adscendunt; & demum in FRIDERICI III. atque MAXIMILIANI I. AA. temporibus frequentiora adparent: ita quoque prima omnium *liberæ* hujus & *communis venationis Suevo-Memmingensis* mentio & memoria in *Sæculo* XV. sub FRIDERICO III. occurrit, altius haudquaquam pertingentibus, quæ PATRIÆ *meæ* TABULARIUM servat, (servat autem omnia) monumentis. *Erant*, ut BILIBALDI BIRCKAIMERI (*o*) verbis utar, *erant*, inquit ILLE, (*p*) *hoc ævo Bavariæ Duces*, Sueviæ præsertim superioris vicini, *admodum potentes ac Austriæ Domus æmuli, qui oblata occasione freti & Cæsarem ipsum contemnebant & multa quotidie per vim non definebant*

(*i*) In ADJUNCTO *Diss.* II.

(*k*) Conf. omnino SIM. P. GASSER, *in Disp. de memoria initii contra præscriptionem immemorialem, præcipue regalium & domanialium*, *Hale* 1727. §. XXXI. *pag.* 31.

(*l*) In ADJUNCTO *Diss.* III.

(*m*) Apud JO. PH. DATT, *de Pace Imp. publ.* L. II. *cap.* 5. *p.* 262.

(*n*) In *nota dd.* §. *XI.*

(*o*) De vita VIRI hujus MAX. I. & CAR. V. ætate, in sago & toga clarissimi, C. RITTERSHUSII IC. *commentarium*, inter alias clarissimorum quorundam historicorum vitas, *Jenæ* 1740. 8. *Num. VI. pag.* 78. *sq.* edidit *illustris* CHR. GOTTL. BUDER.

(*p*) In historia Belli *Suitensis*, sive *Helvetici*, usque ad annum 1499. *L. II. in princ.* Apud M. FREHERUM, *in Tomo* III. *pag. edit.* STRUV. 65. 66.

finebant perpetrare. ALBERTUS *igitur Dux Ratisbonam*, (*q*) *civibus dedentibus occupavit.* GEORGIUS vero *qui ditissimus & potentissimus habebatur vicinas* SUEVORUM *civitates & populos assiduis injuriis infestabat*, sicque eas ad ineundum, ipsius FRIDERICI Cæsaris consilio & hortatu, magnum illud FOEDUS SUEVICUM (*r*) cogebat, cui mox alii quoque *Status* & *nobiles* magno numero accesserunt. *Hoc perterritus fastum & superbiam deposuit, vi ablata restituit, magnamque insuper pecuniæ summam persolvit dives* GEORGIUS. Quæ vero *Ipsum* inter & *Status* atque *Civitates* SUEVIÆ vehementer tum reciprocabatur contentionis serra, illa, partim magna, prolixa & perquam solemni *transactione*, partim vero etiam Imperatoris *auctoritate* sistebatur tollebaturque. Ipsomet MAXIMILIANO I. teste longe gravissimo, in tabulis transactionis, *Leapoli*, *anno* 1489. exaratis, quarum hoc est *proœmium:* (*s*) „Wir Maximilian von Gottes Gnadn Römischer Kunig zu allen Zeiten merer deß Reichs / Erzherzog zu Oesterreich / Herzog zu Burgundi 2c. 2c. 2c. bekennen offentlich mit diesem Brieve / und thun kunt allermeiniglich: als sich zwischen den Ehrwirdigen / Hochgeporen / Wolgeporen / Edlen / Ersamen / unsern Lieben Neven / Oheimen / Churfürst / Fürsten / Andächtigen und getreuen / und des Allerdurchleuchtigisten großmächtigisten Fürsten / unsers Lieben Herrn und Vatters / des Römischen Kaisers und unsers Bundts des Landts zu Schwaben / und Ir zugewanten / von wegen etlich derselben Ir Puntgenoßen und zugewanten an einem: und dem Hochgeporn Georigen Pfalzgraven bey Reyn und Herzogen in Bayrn / unserm Lieben Ohemen und Fürsten am andern Tailen: etwas Spenn / Zwitracht und Irrungen in nachgeschriben Artickeln und Sachen gehalten / die wir alle Gott dem Allmechtigen zu Lob / und Eere der ganzen Christenheit / unß dem heiligen Reich / teutscher Nation / und Inen selbs zu gutem und Behaltung auf die gütlich Verwilligung zugeben / und Gewalt / so dem bemeltem unserm lieben Herrn und Vater / dem Römischen Kaiser und unß / der genant unser lieber Ohem und Fürst Herzog Jörig von Bayern selbst in aigner Person und beweisen / Kayserlicher unser und seiner Lieb Rät / muntlich gethan und gegeben / und die derselb unser lieber Herr und Vatter darnach mit deßelben unsers Oheims Herzog Jerigen von Bayern Willen und Wissen auf uns gewendet und unß die Sachen zu handlen und zu beschließen bevolhen / und deß gemachtiget hat / auch auf deß obgenanten Kayserl. und unsers Bunts Irer Hauptlut Rät und Zugewanten Verwilligung gütlich hingeleget / betaidingt und baid Parthyen gericht / geaint / und vertragen haben / hinlegen / betädingen / richten / verainen und vertragen Si auch auß Irem verwilligen / zu geben / und gewalt unß deßhalben obberürter maßen gethan und gegeben / wissentlich / in Crafft diß Brieffs / in maßen wie hernach volgt.“ Prima & primaria, qua varios Sueviæ ordines, interque eos *Memmingam* quoque vehementer vexabat & adfligebat, causa erat Judicium provinciale, a loco *Weissenbornense*,

(*q*) Conf. omnino JO. ADLZREITERI *Annalium Boicorum*, *P. III. L. IX. ad annos* 1486. & *sq. editionis* LEIBNIZ. 198. *sq.* & JO. JOACH. MULLERI *Theatrum Comitiorum* FRID. III. *L. VI. cap.* 25. *p.* 124. & *cap.* 48. *p.* 191.

(*r*) Conf. GE. JAC. MELLINUS, *in Disp. de Fœdere Suevico*, *Jenæ* 1696. hab. §. *I.* & *XIII.* & VIT. LUD. a SECKENDORFF, *in historia Lutheranismi*, *L. I. Sect.* 18. §. 38. *in addit. num.* (10.) *sq. p.* 50.

(*s*) Apud JO. PH. DATT, *de pace Imp. publ. L. II. cap.* 5. *num.* 10. *p.* 258.

se, (*t*) & a Comitatu *Maurstettense* (*u*) dictum, non solum denuo institutum & actu exercitum, verum etiam ad inaudita quævis jura & regalia extensum. *Libera* hoc nomine is banniebat *nemora*, omnemque eorum *libertatem* tollere cupiebat. Unde *conventum* atque ab Imperatore *sancitum* fuit: „Am ersten: berürend das Landgericht zu Weißenhorn/ alß unsern lieben Herrn und Vatter dem Römischen Kaiser in manigfaltig Weiß mit schwehrer Klag fürpracht ist/ daß Herzog Jörig des heiligen Reichs Unterthanen und sonderlich die eingeseßene des Lanndts zu Schwabn mit einem Landgericht zu Maurstetten/ so er yezo ain Zeit zu Weißenhorn vnterstanden hat zu geprauchen/ fürgenommen/ auch mit Glaiten/ Wildpennen/ freyen Pirsen / Dinstperkaiten / Oberkaiten / Verbotten/ Straffen / Pußen und Sturen/ wider Ir Freyheit/ Recht und alt Herkommen/ vnbillichen gedrungen und beschwert soll haben/ soll Herzog Jörig die Vbung desselben Lantgerichts gegen deß heiligen Reichs Vntertanen und allen andern eingeseßen deß vorgemelten vnsers Landts zu Schwaben abstellen/ und sich sollichs Landtgerichts nit geprauchen. Biß daß wir mit Recht von dem Erwürdigen Wilhelmen Bischoffen zu Aystett vnserm Fürsten und lieben Andächtigen vnd dem Wolgepornen Eberharten dem Elltern Graven zu Würtemberg vnd Mumpelgart/ vnserm Oheimen und deß Reichs lieben Getreuen/ als Commissarien/ den wir sollichs zu thun vnd zu handlen bevolhen haben/ außfündig wirdet/ wo und wie verr er das zugeprauchen Freyheit/ Gerechtigkeit und Fug habe: vnd darüber die gemelten vnser und deß H. Reichs vntertanen/ auch die eingeseßen vnsers Landts In Schwaben damit noch mit glaiten/ vorsten/ willpennen/ freyen Pirßen/ Dienstperkaiten/ gepotten/ verbottn und Straffen/ Bußen und sturen nicht anfechten/ noch beschwern/ sonder den bemeltem vnserm lieben Herrn und Vatter den Römischen Kaiser/ vnß das heilig Reich und die gedachten vntertanen vnd Einsasser frey vnd ungeirret beleiben lassen." Inprimis autem & speciatim idem ille GEORGIUS, *Dives*, Bavariæ Dux, *Memmingensem* liberæ venationis districtum, den Bosserhard dictum, bannire, inforestare, bannoque ferino ei indito sibi vindicare conabatur, *Memmingensibus* contra ad antiquam ejus *libertatem* & immemorialem hujus *observantiam* „daß von alter her nie kein Vorst/ sondern allweg ein freye Pirst allda geweßt seye" provocantibus. Unde hoc novum ejus opus nunciabatur, & deinceps eousque sistebatur, donec *delegatis* hunc in finem COMMISSARIIS CÆSAREIS, WILHELMO, *Episcopo Eichstettensi*, & EBERHARDO, (*x*) *Seniori, Comiti Wurtembergico*, jus suum forestale, debito modo comprobaverit. En ipsamet verba *transactionis*, vel si mavis, *compromissi*, ad hunc speciatim pagum *Memmingensem* auf dem Bosserhard pertinentia. (*y*) "Dann die Statt Memmingen berürend: Nachdem sich Herzog Järig auf dem Besserhord vnterstcet/ einen Vorst zu machen/ da von alter her nie kein Vorst/ sonder allweg ain freye Pürst/ als die wider Parthey vermaint/ geweßt seye:

(*t*) Conf. omnino MATTHAI MERIANI *Topographia Sueviæ*, *p.* 215. & 216.

(*u*) Cujus inter alia quoque *judicia* SUEVIÆ *provincialia*, magno olim numero celebria, mentionem fecit DAN. HEIDER, *in Actis Lindaviensi*, *fol.* 163. 668. *sqq.* & ex *eo* B. JO. STEPH. BURGERMEISTER, in dem Grafen- und Ritter-Saal/ *P. II. Sect. XLIX. p.* 294.

(*x*) Conf. *Dn. Prof.* JO. ULR. STEINHOFERI *H.st. Wurtemb.* P. III. *p.* 492. 493.

(*y*) Apud P. DATTIUM, *all. l. pag.* 262. 263. Conf. JO. JOACH. MULLERUS, *loco* pariter jam ante *all. L. VI. cap.* 38. §. 2. 7. *p.* 159.

seye: In Crafft sollichs vermaints Vorsts sich vermißt alle Oberkait/ Bott und Verbott/ Straf und alle vorstliche Oberkait/ über die/ so in und auf dem Beßerhord gelegen seind/ zu haben/ sollichs soll Herzog Jörig abstellen/ und nicht gebrauchen/ so lang/ biß er vor dem Bischoff zu Aystett und Grave Eberharten von Würtemberg dem Elltern/ als Commissarien/ mit recht ausfündig machet/ daß er einen Vorst daselbs hab/ und sichs deß also gebrauchen mög: und was daselbs mit Recht erkandt wirdet/ dem sollen baid Partheyen on verrer Auszug/ Appellacion/ Supplication vnd Waigrung gestracks nachgeen/ und soll sollich rechtlich entscheid in zweyen Quattembern den nechsten nach der ersten Tagsazung beschehen vnd vollendt werden: Es wär dann/ daß sich die Sachen mit baider Partheyen Verwilligen/ oder nach Ordnung deß Rechten langer verziehen wurden/ das soll hierinn kain Zerrüttung noch Verhinderung bringen; sonder vngevorlich gehalten werden." Quum vero intra hoc tempus, *sex* modo *mensium*, nimis quippe angustum, terminari penitusque componi haud potuerint omnia hæc litigia, & partes ipsæ transactionem dubiis interpretationibus convellerent, tandem, quod B. JOANNES PHILIPPUS DATT, (z) cui omnia hæc meis quoque subsidiis conformia debeo, scribit, post varios *Norimberga* & *alibi* habitos conventus, & ventilata partium jura, MAXIMILIANUS I. *Rex*, arbitrio in se collato, præcipua, quæ adhuc controversa erant, capita, tum nova *transactione* & compositione amicabili, tum Regia iterum auctoritate & *sententia anno* 1491. die 4. *Junii Augusta Vindelicorum* definivit. In quo quidem *instrumento*, cum nihil amplius de *venatione Memmingensi* legatur, sed generatim modo, tum intuitu *judicii* illius, quod prætexebatur, *provincialis*, tum & respectu *banni ferini*, prior illa transactio *Neapolitana* penitus confirmetur verbis „zum ersten/ das Landgericht zu Weißenhorn betreffend/ lassen wir sollichs bey vorgemeldtem vnserm spruch zu Dinckelspühel ausgangen/ beleiben/ doch daß die Commissarien in demselben Spruch bestymbt in zwayen Monaten den nechsten/ nach dato diß vnsers entschaidts/ den Parthien einen rechtlichen Tag ansezen/ vnd allda durch sich selbs/ oder Jr vollmächtig anwäld/ beider Theil/ in irem rechtlichen Fürtragen/ anzeigungen vnd Kuntschafften/ biß zu endlichem Beschluß vnd rechtsaz/ gnugsamlich vnd nach Notturfft verhören/ und dann mit vleiß versuchen sollen/ mit sambt vnsrem Anwald/ so wir allein zu solcher Gütlichkeit verordnen sollen/ sie in der Gütlichkeit mit Wissen vnd Willen darumb zu entschaiden/ und ains Gezircks zu verainen; damit baid Parthien wissen haben/ wie weit/ vnd über wen gemeldtem vnserm lieben Oheim und Fürsten Herzog Jörigen von Beyrn 2c. mit sollichem Landgericht zu richten gepüre." (*a*) itemque auch von wegen deß Wildpanns/ (*b*) und der hölzer sprechen und entscheiden Wir in der Gütlichkeit nach unserem Spruch zu Dünckelsbühl beschehen" & deinceps salva atque illibata, imo ad abusum usque illimitata manserit venatio, facile colligitur, GEORGIUM, *Bojoariæ Ducem*, nihil omnino probasse, sicque voto suo neutiquam potitum, ab Imp. tamen, proprio *genero* suo ALBERTO, ejus *fratre*, multo citius in gratiam (*c*) iterum receptum fuisse.

§. XVII.

(z) L. *II. cap. V. num.* 13. *pag.* 264.

(*a*) Apud DATTIUM, *all. l. L. II. cap. V. num.* 14. *pag.* 265.

(*b*) Ibidem, *pag.* 263.

(*c*) Testante JO. JOACH. MULLERO, *all. l. Cap. XLVIII. §. ult. p.* 193.

§. XVII. ADEO scilicet, ut in condenda hujus libertatis & communionis venatoriæ *historia* pergam, vindicata tum temporis fuit, hincque communis & libera mansit venatio BOSSERHARDENSIS, ut illi *Status* & *Ordines* SUEVIÆ, quorum maxime *intererat*, jam *anno* 1500. convenire, ejus devastationem impedire, suisque subditis usum ejus, *singulari*, quæ omnium *prima* est, ORDINATIONE adeo restringere, necesse habuerint, daß niemand derer Irigen/ weder Gerichtsleut/ noch Hindersassen/ noch der oder die/ so Ihnen oder den Ihren zu versprechen steen/ auf obvermeldtem Bosserhard gar kein Waydwerck treiben noch üben sollen/ dann allein ausgenommen die Vögel mit dem Globen und Krambar oder dergleich Vogel mit dem Netz/ die mag man an selbem End wohl fahen. Doch so mögen die obvermeldte Herrschafften/ deßgleichen die von Memmingen/ unangesehen solcher Verainigung daselbst zu ziemlichen Zeitten wohl Jagen und sonst mit dem Waidwerck nicht anderst/ dann obstehet/ Kurtzweil haben/ für eines. zum andern so soll weder auff dem Bosserhard/ noch ausserhalb in obvermeldter Herrschafften gepieten niemand der Ihren oder so Ihnen wie vorstehet/ zu versprechen stehen mit der Büchs Bürßten/ auch weder Rebhüner noch Wachteln/ weder Winters- noch Sommers-Zeit atzen/ noch mit einigerley Garn fahen/ noch daß sie gefangen werden jemand gestatten. Reliqua hujus, nunc primum ex ARCHIVO MEMMINGENSI in lucem publicam prodeuntis RECESSUS & Instrumenti, *die* XVI. (*d*) *Septembris* anno 1500. exarati capita, præsertim vero, *tum* principium, quo novæ hujus ordinationis auctores, interque eos etiam haud ultimo loco Burgermeister und Rat der Stat Memmingen recensentur, *tum* causas hujus ordinationis impulsivas & finales, majus dominorum & subditorum commodum respicientes, *tum* institutum & consilium ipsum, *tum* necessitatem non obtemperantes denunciandi, *tum* denique generaliorem adhuc sanctionem pœnalem, totus ejus *contextus* sistit, dignus omnino, qui in ADJUNCTO I. (*e*) legatur, ex *authentico* adcurate descriptus. Docet ille, jam in *sæculo decimo quinto* venationem (das Waydwerck) ejusque exercitium (das Bürßen) in hac regione (auf dem Bosserhard) non solum omnibus territoriorum adjacentium confiniumque (die daran stossen/ darby und darum gelegen) dominis (Herrschafften) communem, verum etiam omnibus illorum subditis, eisve quovis modo subjectis (armen Leuten/ Gerichts-Leuten/ Hintersassen/ in deren Gerichten gepieten und Obrigkaiten gesessen/) adeo liberam & quibusvis promiscue expositam fuisse, ut non sine causa metuendum fuerit dominis, *tum* silvas & foresta plane devastari, *tum* feras penitus excidi, *tum* subditos, culturam prædiorum negligentes, eique venationem præferentes, ad incitas redigi, suisque censibus debito modo & tempore præstandis impares fieri, has ipsas ob causas certo loco (sine dubio *Memmingæ*) & tempore (*mense* sc. *Septembri*) congredientibus, (ibi: zu solchem Tag ervordert und beschrieben) conjunctim deliberantibus, concludentibus seque unientibus (nach volgender maynung entschlossen und geayniget) foresta sua communia contra subditos bannientibus, his libera & promiscua venatione, speciatim sclopetorum usu, (mit der Büchs birschen) interdicentibus, magnumque animum & rigorem hac sua constitutione ostentantibus, qua semel in usum & observantiam deducta, de vulgari & promiscua communis hujusce venationis *Bosserhardensis* libertate penitus actum fuisset & conclamatum.

(*d*) Scil. Mittwochs/ nach des Heil. Creutz Erhöchung. JO. JAC. RABE, *in Calend. medii ævi*, p. 18. 30. 36. (*e*) *In Adpend.*

§. XVIII. EVENTU autem, successu exoptatoque a dominis effectu prorsus destituta mansisse, salutaria licet hæcce consilia, tum ex ipso illo *instrumento*, solita clausula finali, omnique non *subscriptione* modo, *rara* (*f*) hoc ævo in publicis (*g*) documentis, verum etiam *subsignatione* (*h*) frequens alias occurrente, ejusque vices supplente, penitus destituto, sicque non quidem intra meri projecti, at conclusi tamen a præsentibus forsan citra reliquorum adprobationem & ratihabitionem decreti, terminos retento, tum exinde facile colligitur, quod ineunte *sæculo decimo sexto* eædem adhuc auditæ, statimque post biennium ab ipsis forsan dominis, ad *Regem* MAXIMILIANUM I. *Ulmæ* tum temporis commorantem, perlatæ fuerint, HUNCque permoverint *querelæ*, ut notabili RESCRIPTO, *Ulmæ, die Julii* XVI. *anno* 1502. dato, pariterque in ADJUNCTO II. (*i*) ex *authentico* descripto, non solum testatus fuerit, daß in dem Reichs-Wald genannt Bosserhard / bißher ein freyer und gemeiner pürsch gewesen / und deßhalben das waidwerck darum durch unordnung und mißbrauch gantz in abnemen gelait und gestellet sein solle; deßwegen aber die Ehrwürdige / Ehrsame unser Fürst / andechtige und des Reichs liebe getreue / und die umsesser und anstösser desselben waidwercks des Bosserharts / damit das zu unserm / des heilligen Reichs auch ihrem Kurtzweil und Nutz mehr dann bißher gehait / und gefürdert werde / auf unser ernstlichs ersuchen / jetzo ein ordnung und satzung wie es füran mit derselben waidwercken sollichs Bosserharts gehalten / auch wie und welicher massen die gebraucht werden sollen / fürnehmen aufrichten und schliessen / und ernstlich gepot auff die Ihren so sollichen waidwercken obliegen ausgehen lassen / alles nach Innhalt der Brieff / so darüber verfertigt werden / verum etiam promissam & condendam demum *ordinationem*, auctoritate regia & cæsarea, perinde ac si *diplomati* huic verbotenus jamjam inserta fuisset, plenissime confirmaverit, eamque ab omnibus Imperii Statibus, civibus & subditis, solito more & sub pœna 40. *marcarum auri puri* observari, severissime præcepit. Videntur quippe, regionem hancce incolentes subditi, omnivagæ venationis, ipsomet *Rege* teste, ab antiquo adsueti, eamque jus sibi dudum quæsitum reputantes, soli dominorum suorum conventioni, eaque nitenti legi & interdicto, eo magis impunes haudquaquam paruisse, quo plures jurisdictiones in hoc tractu concurrebant. Unde illi Imperatorem adierunt rogaruntque, ut majoris auctoritatis gratia, pro silvæ atque foresti hujus imperialis conservatione, *eos* venationis modum definire, promiscuum ejus usum prohibere, priscam libertatem restringere, novaque ordinatione juribus *imperialibus & territorialibus* prospicere jubeat, hancque jam antecedenter confirmet & sanciat. Quamprimum nempe hoc factum & laudatum modo Imperatoris *Rescriptum* mense *Julio* 1502. exaratum fuerat, statim eodem adhuc *mense* & *anno* iidem fere Status, Ordines & Domini, qui ob eandem causam jam *anno* 1500. conve-

vene-

(*f*) Ex *arte* DIPLOMATICA post JO. MABILLONIUM, *L. II. Cap.* 10. 20. 21. 22. & JO. NIC. HERTIUM, ejus epitomatorem, *de fide diplom. Sect.* I. §. 13. 14. *sq.* id docente JO. P. *de* LUDEWIG, *in disp. de nexu scripturæ & subscriptoris, Cap. IV.* §. 5. *nota* 124. *p.* 45. & *Cap.* 5. §. 18. *p.* 68.

(*g*) *Num. Imp.* MAX. I. *manu propria subscripserit diplomata? Gœttingæ, anno* 1748. sing. *progr.* diss. SCHUBACKIANÆ de Saxonum transportatione adjecto, productis *raris* quibusdam exemplis, disquisivit *Cel.* JO. DAV. KOELERUS.

(*h*) Conf. JO. SAM. SAM. F. STRYK, *in disp. de Exceptione deficientis sigilli* in *Vol. Dispp.* STRYK. *XII. pag.* 326. edit. *Ulmensis.*

(*i*) *In Adpend.*

venerant, *Memmingæ* denuo convenerunt, Imperatoris petitum, ipsis, als Anstössern des Bosserharder-Waldes / tam per litteras (durch Ausschreiben) quam per Legatos (durch Jr Rät und Botschaft) declaratum, nempe daselbs uff dem Bosserhard / so von alter her nie kein Vorst gewest / sonnder ye und ye ain frey piersß gewest ist / seiner Kön. Maj. zu lust / kurtzweyl und ergötzlichkait / zu ufzug / merung / schonung und handhabung des wildgepräts hayen ze lauffen / submisse approbarunt eique lubentes detulerunt, hincque *eo*, quo Imperatori in ihrer unterthenigen antwurt und Werbung Supplications weys / schriftlich und mündlich promiserant, *modo*, sanxerunt „geainet und entschlossen / das yetzo zu fristher getat bey leib und gut geboten / und verkönet werden solle / däß auf dem Bosserhard der piersß und Wildgepräts verschonet und daselbs weder mit Büchsen noch Armbrüsten geschossen / sonder kain annder Waidwerck geübt und getrieben werden solle / dann allein kramber Vogel mit dem Nez ohne Hund / denen auf dem Bosserhard ein Brigel dreyer Viertail ainer Memminger Elle lang überzwerch augehengt werden soll" transgressorum puniriones dominis suis territorialibus relinquentes, pœnam insolito inter veteres *Germanos* (*k*) rigore ad ultimum usque supplicium extendentes, *communis* suæ *venationis* modum & tempus determinantes, sibique facultatem addendi, minuendi tollendique hoc pactum, diserte (*l*) reservantes. Quæ omnia in ADJUNCTO III. tanquam ipso conventionis & *ordinationis* illius, sese ad *antecedaneam* (*m*) CÆSARIS *confirmationem* referentis, *instrumento*, pariter hactenus inedito, fusius legi possunt. Sat antiquam illud continet *ordinationem* libertatis & communionis venatoriæ, eine freye Pürsch-Ordnung / noviorum plurium, communium & particularium, basin & fundamentum. Quæ ut eo certius strictiusque observetur, communi nomine VENATOREM (einen gemeinsamen Jäger) constituerunt consortes, huncque ei juramento adstrinxerunt, omnium nomine concepto, omnium subscriptionibus firmato, seque ad dictam conventionem & ordinationem (den Betrag vel Betrag-Brief dictam) diserte referente. Prout ADJUNCTUM (*n*) III. vel solis subscriptionibus suis memorabile, pluribus docet. Adeo namque hoc tempore ferarum conservationi & propagationi studebant silvarum domini, ut ne *suo* quidem *venatori*, forestum illud communi nomine & auctoritate custodienti, bombardarum, pharetrarum, canum, aviumque usum permiserint venationi, de novo velut plantandæ, haudquaquam conducentem.

§. XIX. POST septennium, anno 1509. novo conventu *die Junii* 24. *Memmingæ* a nonnullis instituto, renatis querelis über das unordentliche unlöbliche und unziemliche Schiessen / so bißher auf dem Bosserhardt getrieben worden / nova ordinatione, novaque tum bombardarum, tum ballistarum, in venando intra feriatos SS. JOANNIS *Bapt.* & ULRICI dies, usus prohibitione, mulcta decem florenorum munita, obviam itum fuit. Testante id quorundam compactato, ejusque *protocollo* in ADJUNCTO V. sub rubro Vertrag Bosserhards halb Donnerstag *Johannis Baptistæ* Anno 1509. des

 Wayd-

(*k*) *De pœnis in ferarum fures, & universi apparatus venatorii, per veterum Germanorum leges, statutis,* primæ *de jure venandi diatribæ* GOEBELIANÆ, *Helmst.* 1737. plenissime præfatus est *Cel.* HENR. GOTTL. FRANCKE. Conf. omnino B. CARPZOVIUS, in *P. II. Quæst. Crimin. LXXXIV. num.* 30. *sq.* & 35. *sq. pag.* 285. 286.

(*l*) *In Adpend.* (*m*) Ibidem. (*n*) Ibidem.

Waydwercks halber / legendo, in quo domini die Herrschafften / das Waydwerck auf dem Bosserhard / mit jagen (scilicet canum ope) und dem Armbrust zu schiessen / sibi solis speciatim reservarunt, exempto tamen eo, quod *paschatos* & *pentecostes* festa intercedit, tempore als der Schon- (o) oder Bann-Zeit. Quæ hanc proxime & jam *anno* 1511. insecuta fuit, nova *ordinatio Bosserbardensis*, in ADJUNCTO VI. ex *authentico* descripta, ea denuo, sine omni temporis distinctione, omnis generis subditos sclopetorum usu, des Birschens mit Büchsen penitus interdixit, hoc MAXIMILIANI I. tempore adhuc valde odioso, & hoc postremo loco ne dominis quidem reservato, sed nihilominus exercito. Ut ex protocollo *Senatus Memmingensis* supra (p) jam adducto de *anno* 1520. facile colligitur, ubi: deß Birschens halb mit dem Büchsenschiessen ist viel geredt / daß es nicht gut / sondern zu verbieten sey / klagen etlich nachbauren und begeren eine gütliche unterred das zu verbieten. Finito tamen, quod a *rusticis*, auctoribus suis, nomen sortitum fuit, *bello*, die 28. Junii conclusum fuit: daß man ein Jahr zweymal ungefähr bürsen und jagen soll an allen Orten / da man das fug und gerechtigkeit hat / damit die Ehafft (q) gehandhabt werde. Ubi silentio haud prætereundum, sed potius debita laude celebrandum est, quod singulari Magistratus *Memmingensis* vigilantia & industria, institutis sæpius & quotannis communi nomine venationibus, adsiduo cum vicinis commercio epistolari in hunc usque diem continuato, priscarum ordinationum renovationibus, vicinorum ad easdem pariter observandas exhortationibus, magnifico adparatu venatorio, inter belli tricennalis calamitates pro 700. fl. venum exposito, venatio hæc *Bosserbardensis* tum conservata, tum finitis, quibus venationes impeditæ, silvæ devastatæ, feræ excisæ fuerunt, bellis, veluti sæculo decimo sexto, *Smalcaldico* sive *Germanico* (circa quod in *actis forestalibus* lacuna plus quam triginta annorum adparet) & sæculo decimo septimo, superiore scilicet, infausto illo *tricennali*, (r) quam primum fieri poterat, restaurata, in pristinum ordinem redacta, pristinoque modo tractata, hoc est denuo, quantum fieri potuit, bannita fuerit. Id quod non solum jam *anno* 1502. ab ipso MAXIMILIANO I. verum postea quoque in *annis* 1536. 1623. 1530. 1666. 1679. & 1680. factum fuisse, in *conferentia Ulmæ* die 11. *Nov.* 1707. (s) instituta, his verbis asseritur: „dergleichen *observation* auch bey dem Memmingischen Pürsch-*district* zu machen / als in welchem eben von dem a dis- „sen-

(o) Conf. *ill.* REINOLD. FRID. SAHME, *in disp. de venatione tempore foeturæ ferarum prohibita*, von verbottener Jagd zur Sez- und Brut- oder Heg- und Schon-Zeit / *Regiom.* 1743. *Sect. III.* Varium hoc *tempus* & pro diversitate, tum *climatis*, tum vero etiam *Kalendarii*, diversum esse solet. Exemplo *Rescripti Magdeburgici*, d. 14. *Aug.* 1715. editi, apud RICCIUM, *Cap.* IX. §. 15. *pag.* 156.

(p) §. XII.

(q) Recht und Gerechtsame / jus & fas, vid. omnino JO. GE. WACHTERUS, *voce* e, ee, ehe, ehehaft. *col.* 139. *sq.*

(r) Quæ enim MEMMINGÆ hoc ævo fuerint fata, vel ea docent, quæ in *pacificatione Westphalica* circa ejus *restitutionem* acta fuerunt. Vid. *Index Actorum P. W. publ.* WALTHERIANUS, *pag.* 393. Conf. tamen & THEATRUM EUROPÆUM, *Tomo VI.* & M. MERIANI *Topographia Suevia*, *voce* Memmingen / *pag.* 128. *sq.*

(s) Apud C. C. W. in denen Beylaagen zu Jac. Otto freyer Pürsch-Beschreibung / *Lit. H. pag.* 16.

„ sentientibus privilegirten Kayser MAXIMILIANO der *abusus* dieses sonst „ von ihme anfangs sehr fovirten Pürsch-Wesens bald hernach erkannt/ „ und dahero schon in *anno* 1502. ein guter Theil davon/ der Vosserhardt „ genannt/ gegen denen Unterthanen wieder gebannt/ dieses Verbott auch „ seit deme mehrmalen/ in specie in annis 1536. 1623. 1630. 66. 79. und „ 1680. mithin so offt wiederhohlt worden/ daß die Unterthanen niemahlen „ quietam & non interruptam possessionem per tempus legaliter requisitum „ auch daselbst zusammen bringen können. "

§. XX. HIC vero subsisto, neque *historiam* liberæ venationis *Suevo-Memmingensis* ultra produco, quia inde ab eo tempore, quo generatim de abolenda venationis *Suevicæ* libertate, tanquam valde nociva, eaque in *bannum ferinum* commutanda, tum apud Imperatorem, tum in Circulo Suevico, ejusque Comitiis, serio agi & tractari cœpit; id quod anno superioris sæculi, supra *octogesimum septimo* primum contigit: particularis hic tractus *Memmingensis*, eadem fere, paria & communia, cum omni reliqua venatione Suevorum libera der übrigen ganzen Schwäbischen freyen Bürsch/ expertus fuit fata, tam secunda, quam adversa, ita, ut quicquid fere tum *illo*, *anno* potissimum 1697. urbis *Memmingensis* negotia apud Circulum utiliter tum gerente urbis Centurione, von Stebenhaber/ tum *hoc*, quo vivimus, *sæculo* anno 1705. *Esslinga* & *Ulmæ*, *anno* 1707. & 1708. generatim & præsertim per circulum, de libertate venationis, tanquam re circulari, actum fuit, ad hanc *regionem*, non minus quam aliam quamvis pertineat. In his autem recensendis otium mihi fecerunt STEPHANUS CHRISTOPHORUS *de* HARPPRECHT (*t*) & JACOBUS OTTO (*u*) sive potius qui in eum commentatus fuit, cuique perutilem actorum huc pertinentium, maxime circularium, editionem debemus, C. C. W. (*x*) Unde nihil huc repetendum esse censeo, nisi quod *Memmingana* Imperii Civitas, tum, quum illi Circuli Suevici Status, qui liberæ venationis participes erant & die Pürsch-Interessenten dicebantur, in Comitiis Circuli, *Ulmæ anno* 1707. habitis, die *Nov.* 12. utrum conservanda porro, an vero abolenda sit, in nonnullis Sueviæ tractibus usitata hactenus venationis libertas? separatim & seorsim a reliquis consultarent, æque ac das Hoch-Stifft Augspurg/ das Stifft Ellwangen/ Kempten/ sub spe rati, Hechingen/ Sigmaringen/ Fürstenberg/ Heyligenberg/ Sallmannsweyl/ Fürstenberg-Möẞkirch/ & inprimis etiam, quod primo statim loco nominandum fuisset, *Directorium* WURTEMBERGICUM, in abolitionem pure inclinaverit, suoque suffragio iverit, in sequenti tamen *anno*, in litteris hac de re ad Imperatorem datis, sese ratione abolitionis vel conservationis der freyen Pürsch/ *indifferentem* professa. Uti vero, omnibus illis, de abolenda libera venatione habitis tractatibus, ad exoptatum finem & effectum nunquam perductis, *uti liber* non solum ab omni *inforestatione*, & *communis*, *ita* distinctus quoque, separatus, atque tum a reliquarum Imperii Civitatum venationibus, itidem liberis & communibus, quarum ibi *quinque* recensentur, tum vero etiam reliquis, aliis & majoribus Statibus communibus, postea nihilominus & in hunc usque diem discretus mansit tractus ille *Memmingensis*, propriis suis finibus atque limitibus definitus & circumscriptus, illis

(*t*) §. XVI-XXV. *pag.* 14-20.

(*u*) *Cap. IV. & V. pag.* 14. 18. 20.

(*x*) Ibidem, *in notis pag.* 18. & in *Adp. Lit. A-I.*

illis modo Statibus Ordinibusque, quoad venationem (y) communis, quorum *territoria* in eo *confinia* sunt, atque sibi invicem velut *immixta* (z) singulari *directione*, communicatione & correspondentia, conspicuus, propriis *visitationibus*, *conventibus*, *ordinationibus*, *prohibitionibus*, memorabilis.

§. XXI. SICUT namque reliquorum, tantum non omnium districtuum, præsertim *superioris* & *inferioris*, **des Obern- und Untern-Schwäbischen freyen Pürsch**-districtus, Status & Ordines, peculiare *Collegium*, **das Pürsch-Collegium** dictum, constituunt, communibus *officialibus* **Pürsch-Obersten/ Pürsch-Ausschuß und Pürsch-Advocaten oder Consulenten/** utuntur, (a) singu-

(y) CUJUS hodienum quoque capaces & participes sunt omnes ILLORUM *subditi* CIVES, **die Bürgere/** secundum noviora autem *compactata*, non etiam *subditi* INCOLÆ, **die Beysassen und unverbürgerte Unterthanen.** Id quod eo magis notandum, quo certius illud sese *alibi aliter* habet.

(z) Prout abunde patet, *tum* e §. XI. *tum* e *tabula geographica* ADJUNCTI X vices sustinente, *tum* vero etiam e sequenti *indice* vel *matricula*, pleraque hujus districtus *loca*, ibi *notata*, ordine alphabetico recensente & singulorum *dominos*, *privata* licet, *magna* tamen cura, *designante*.

Amendingen / Memmingisch.
Alpenbaad / Memmingisch.
Berg / Memmingisch.
Benningen / Ottobeurisch.
Bleß / Carthaus Buxheim.
Booß / Graf Fugger.
Bronnen / Memmingisch.
Buxach / Memmingisch.
Buxheim / Carthaus.
Closterbeuren / Stift Augspurg.
Dickenreishausen / Memmingisch.
Dietels / St. Kemptisch.
Dieterisried / Ottobeurisch.
Engelsee / Memmingisch und Ochsenhausisch.
Egg / Ottobeurisch.
Eisenburg / Fr. von Zoller.
Erbishofen / Stift Kempten.
Engerhausen / Stift Augspurg.
Erckheim / Memmingisch und Ottobeurisch.
Ferthofen / Graf Zeil Wurzach.
Günz / Ottobeurisch.
Grünefurth / Herrn von Unold.
Haimertingen / Herr Graf Fugger von Booß.
Hart / an der Buxach / Memmingisch.
Hart / das obere / Herr Spitalmeister.
Hart / das untere / Memmingisch.
Hawangen / Ottobeurisch.
Hezlinshofen / Memmingisch / und Herr von Heunisch.
Hizenhofen / Memmingisch.
Holzgünz / das obere / Herr Spitalmeister.
Holzgünz / das untere / Memmingisch.
Hurren / Memmingisch.
Kardorff / Münchrothisch.
Kirchdorff / Münchrothisch.
Kunersberg / Herr von Kuner.
Lauben / Memmingisch.
Lerchenberg / Ottobeurisch.
Musbach / St. Kempten.
Niederrieden / Ottobeurisch.
Oberopfingen / Ochsenhausisch.
Unteropfingen / Münchrothisch.
Primen / Memmingisch.
Reichau / Graf Fugger von Booß.
Rumeltshausen / Ottobeurisch.
Steinheim / Memmingisch.
Schweickhausen / Memmingisch.
Sontheim / Ottobeurisch.
Teisselberg / St. Kempten.
Trunckelberg / Herr von Heiß.
Vellheim / Herr Baron Reichle.
Ungerhausen / Ottobeurisch.
Volkantshofen / Memmingisch.
Woringen / Memmingisch.
Westerhart / Carthaus Buxheim.
Westerheim / Ottobeurisch.
Winterrieden / Ochsenhausisch.
Wespach / Herr von Stoll.
Weiler / Herr B. von Osterberg.

(a) Conf. §. XI. *nota* (y) nec non B. JO. STEPHAN. BURGERMEISTERUM, *in Thesauro juris equestris publici & privati*, *P. I.* **dreyzehender Saz/** *Cap. VIII. pag.* 485. *m. sq.* **in dem Anhang des** *Manualis* **oder** *Comp. Equestris*, *p.* 126. ubi omnia EJUS *Codicis Diplomatici* loca leguntur, & FRID. ULR. STISSERUM, *Cap.* I. §. 24. 25. *p.* 25. 26.

ad 4tum. In Conformität der von Kayserl. Majest. Maximil. I. den 16. Jul. 1502. erlassenen allergnädigsten Confirmation an diejenige / so die Schonzeit nicht halten und denen gemeinsamen Verordnungen sich nicht fügen wollen / zuvörderst nomine Statuum ein Dehortations-Schreiben erlassen / so dann die Hunde todt geschossen / das Gewehr abgenommen / die Leute beygefangen / und finaliter hierüber bey Kayserl. Majest. auf die gesezte Pœn Klag geführt werden solle / und zwar communibus Statuum sumptibus, welche / bis hierüber ein conventional-Concurrenz-Fuß errichtet worden / jeder Theil zu gleichen Theilen zu tragen hat.

Welch all vorstehendes Mündelheim ad referendum genommen.

DISSERTATIO XXI.

DE

AUSTREGIS ORDINUM S. R. I.

PRÆCIPUE

LIB. S. R. I. CIVITATIS MEMMINGENSIS.

CAPUT I.

De Austegis Ordinum S. R. I. aliorumque Imperii Membrorum.

§. I.

Nobiles ingenui Germani ab antiquissimis temporibus miris laudibus prædicantur, quod nihil antiquius duxerint libertate, nihilque odiosius judicaverint servitute & dominatione superba, sive ut alii dicunt, imperio despotico. Neque regibus in bellis infinitam aut liberam potestatem concesserunt, neque in causis litigiosis omnem cognoscendi licentiam sibi præcidere permiserunt, potius litigia vel armis vel judicum electorum arbitrio, vel comitiali sententiæ per pares sæpenumero perimendi reliquerunt (*a*) Licentiam igitur per arma jus sibi dicendi insigne libertatis monumentum Germani existimarunt, cum a strepitu forensi studioque contendendi valde alieni essent, hincque judicem quemcunque adeundi necessitatem servitutem reputarunt. Exinde tamen nostri majores eo agrestes, indomiti atque feroces non fuerunt habendi, ut justum & æquum apud eos succubuisset, aut penitus exulasset, vel illi judiciis plane nullum locum reliquissent, iisve nulla justa ratio contentiones jure bonave cum gratia componendi placuisset. Fidem numinum! Moribus juribusque contrarium potius duxerunt, eum aggredi, qui judicis arbitrive sententiæ sine tergiversatione parere promisit. Electi autem sunt illi judices ex vicinis, fœderatis, paribus, aliisque, modo habiles & placiti essent, nec illa electio judicum arbitraria moribus Germaniæ litigantibus interdicta, sed licita fuit (*b*). Horum arbitrio controversias suas spontanea voluntatum submissione subjecerunt partes, ne ad bellum & arma deveniretur. Quodsi vero alter hos arbitros electos detrectaret, tunc diffidationi, aut

(*a*) CONRING de *iudiciis* th. 14. & 18. VELLEJUS PATERC. *hist.* Lib. II. Cap. 118. TACITUS de *moribus German.* Cap. VII. XI. & XXI. SPENER in *jur. publ.* L. II. Cap. 10. §. 1. lit. *a.*

(*b*) Vid. SPECULUM SUEV. edit. Berg. Cap. 3.

aut judicio campionum, aut judicio pacis, si quod institutum, res relicta fuit (c). Et quamvis certamina ista & bella intestina pace publica ordinata & judiciis imperii summis constitutis cessarint, libertatis tamen studium permovit proceres imperii, illustres atque nobiles, ut controversias inter se & cum aliis ortas ex moribus majorum vel ipsi vel per suos consiliarios & ministros, vel per alios ejusdem ordinis, societatis, communionis & fœderis sua sponte eum in finem electos & constitutos dirimerent, quo pax tranquillitasque in integris terrarum ac provinciarum tractibus, inter familias, condominos ac fœderatos eo strictius conservetur, nec lites eorum ad extraneos traherentur, sed inter eos componerentur. Unde austregæ Germanorum varii generis originem traxerunt.

§. II. Omne igitur austregarum genus in Germania antiquitus pacis colendæ & quietis publicæ tuendæ gratia moribus suadentibus introductum, atque legibus imperii scriptis deinde stabilitum est. Refertur illud merito inter insignes fori prærogativas, & conspicua libertatis Germanicæ monumenta, quibus ordines imperii Romano-Germanici, nec non alia membra illi sine medio subjecta gaudere solent, cujus contemplatione illi non per vim, sed sua sponte arbitrio judicum electorum causas suas subjicere valent. Cum igitur austregarum beneficium ordinibus ab antiquis temporibus tanquam jus quæsitum competat, illud nec per mandata, commissiones, evocationes, nec quovis alio modo turbandum (d), arbitrio supremorum imperii tribunalium non prorsus subjiciendum, sed ordinibus imperii saluum atque incolume est servandum, quemadmodum hoc ordines imperii jamdudum urserunt (e), atque omnes curas eo intendunt, ut illud conservent, idque eo magis, cum legibus imperii confirmatum sit (f). Placuerunt autem austregæ procul dubio Germanis ea ex ratione potissimum, quia libertati convenerunt, nec non quia controversiæ eorum per illos eo citius componi potuerunt & possunt, cum austregæ hoc casu unica saltim lite sint impliciti (g).

(c) Vid. elegantissima diss. inaug. conf. I. F. HEUNISCHII sub præsidio Viri illustris KAYSERI Giesæ 1747. habita de *judiciis pacis in imperio Rom. Germ.* §. V. & IX. ubi hæc multis documentis probantur. Perill. de SENCKENBERG. *flores sparsi ad jus austregarum* §. IV. ORDINATIO JUDICII AULICI ET DUELLICI NORICI §. 28. DATT de *pace imp. publica* Lib. I. Cap. 27. num. 67. seqq.

(d) Vid. ill. BOCRIS in amplissima diss. de *indole ac natura judiciorum Germ.* p. 76. & 107. ill. ESTOR d. de *jure primi fori* Sect. II.

(e) Vid. de MEIERN in *act. comit. Ratisb.* Vol. II. Lib. VIII. §. 2. p. 9. Lib. IX. §. 2. p. 106. Lib. XI. §. 3. p. 273. §. 10. p. 338. Lib. XII. §. 3. p. 416. & in *act. pac. Westph.* P. I. p. 809. P. III. p. 168. P. IV. p. 99. seqq. HENNIGES in *med. ad instrum. pac.* P. I. Mant. II. p. 778. PFEFFINGER in *Vitr. ill.* Lib. IV. tit. 7. §. 29. p. 650.

(f) Spectant huc R. I. WORMAT. de A. 1495. tit. *wie Churfürsten, Fürsten &c.* ORDIN. CAM. P. II. ORDIN. JUD. AUL. tit. II. §. 2. seqq. PAX WESTPH. Art. V. §. 56. RECESS. IMP. de A. 1654. §. 105. & 168. CAPITULATIO CÆSAR. art. XVIII. & XIX. §. 6.

(g) Vid. STRYCK. de *process. austr.* §. 3. Num autem austregarum judicium adhuc hodie utile & salutare illustrium institutis vel potius exstirpandum sit, ab aliis satis est excussum. Vid. STRYCK d. de *foro austreg.* §. 3. perill. de SENCKENBERG c. l. p. 75. 76. ill. ESTOR diss. limatissima de *jure primi fori* §. 70. 71. & 79.

§. III. Quemadmodum vero unius rei plures esse queunt causæ, ita & austregis Germanorum non unica ratio ansam præbuit. Præcipua fuit, uti antea dictum, libertas antiqua judices sibi ex arbitrio constituendi (*b*), cui accessit status imperii quondam turbulentus, hebescens auctoritas & obsolescens splendor cæsarum, judiciorum defectus, imprimis eorum, quæ sine longis ambagibus sumtibusque justitiæ atque æquitatis rationem habuerunt, bellorum intestinorum, seu, ut ita dicam, diffidationum usus (*i*), & inde orta necessitas eas evitandi, nec non cupido & studium, jus celerius, facilius, certius & in propinquis locis obtinendi; sæpius austregæ quoque electi fuerunt, ne lites ad extraneos traherentur (*k*), uti patet ex testamento Julii, ducis Brunsvicensis, de A. 1582. Alii ex asserto Caroli V. (*l*) plurium instantiarum beneficium illorum unicam causam existimant, ut videlicet ordines, & qui austregis gaudent, secundam instantiam appellationis ad cameram habere queant, nec melioris sint conditionis cives & illis subjecti, quam ipsi ordines, quia inconcinnum sit, proceres imperii deterioris conditionis suis subjectis haberi, quippe qui pluribus gaudeant foris sive instantiis (*m*). Sed hæc ratio aliis neque solum concinna, nec satis esse videtur (*n*), præcipue contemplatione austregarum conventionalium personarum illustrium, cum Germani non tam *ad plura* judicia litiumque ambages, quam ad illarum amputationes respexerunt, hincque austregæ non semper lites in prima tantum instantia, sed sæpenumero quoque ambagium evitandarum causa ita composuerunt & decidere debuerunt, ut ulteriori provocationi locus concessus non fuerit (*o*), quemadmodum compromissa a paciscentibus facta, nec non insignia familiarum illustrium pacta, ut & alia conspicua monumenta comprobant & testantur (*p*). Unde frequens in fœderum

---

(*b*) Vid. INFORMATIO DONAWERD. P. I. f. 115. Perill. *de* SENCKENBERG. l. c. B. KEMMERICH diss. de *austregis S. R. I. Comitum* Sect. I. § X. ill. KAYSERI diss. all. Cap. I. § IV. & alibi passim. Conf. CHRISTOPH. LUD. KOCH in lectu digna disquisit. de *austregis S. R. I. procerum* Sect. I. §. 3. aliique.

(*i*) Conf. perill. JO. ULR. CRAMERI solidissima diss. de *austr. convent. in caus. mandat. S. C. non cessantibus* § IV. & VI. quæ in EJUSDEM opusc. T. I. num. XV. exstat, DECKHERR *vind. ad Blum.* tit. XXVI. DATT in præstantissimo volumine rer. Germ. de *pace imperii publica* Lib. I. Cap. 27. num. 58. seqq. LEHMANN in *Chron. Spir.* Lib. VII. Cap. 109. CASP. LERCH. 2. *Grund-Satz* §. belangend &c. LUNIG *Reichs-Archiv* Part. spec. Cont. II. erste Fortsetzung 4. Abth. 4. Abs. n. 23. Vol. IX. p. 294.

(*k*) Perill. *de* CRAMER. c. l. §. VII.

(*l*) In privilegio Norimberg. dato ap. WEHNER. T. VI. Symph. Cap. 7. p. 162. LUNIG, MOSER, HÜSLS *de* RATSBERG c. l.

(*m*) STRYCK de *foro austreg.* §. 8. STRAUCH de *austregis* §. 29. SCHUBHARD tr. *de Austregis S. R. I.* Cap. II. num. 56. ZIEGLER de *foro privil.* Cap. II. §. 4. WALDSCHMID de *S. R. I. Comitum Austregis* §. X. HEITMANN de *austregis convent. ganerbiorum nobilit. immed.* §. 10.

(*n*) Vid. de LYNCKER de *gravam. extrajud.* Cap. V. Sect. I. §. 13. num. 18. p. 397. SIG. GUIL. ab HAGEN diss. inaug. de *Austregis Hassiacis* S. I. § 5.

(*o*) Conf. B. KOPP *von den Obmannen der alten Teutschen*, in den *auserlesenen Proben des Teutschen Lehn-Rechts* P. I. p. 77. seqq.

(*p*) DATT. c. l. Lib. I. Cap. V. n. 38. v. *wann auch* &c. Cap. 27. n. 114. PFEFFINGER in *Vitr. illustr.* Lib. IV. t. 5. SCHOEPF de *arbitris necessariis cumprimis*

fœderum tabulis formula occurrit: *was sie* (i. e. austregæ) *darinn zu recht sprechen, dabey soll es beleiben, von beiden Theilen gehalten, und nit fürbas gezogen werden*, seu uti in fœderis tabulis inter Carolum, marchionem Badensem, & Eberhardum, comitem Wurtembergensem, A. 1460. confectis legitur: *und soll unser dehein tail, noch och Sin Rate, Diener, die seinen oder die Im ze schirmen oder zu versprechen steend, von sollichem egemelten Rechtspruch nit appelliren, oder sich davon beruffen, oder die Sach ferner ziehen, sondern was in dem gemelten austrag zurecht gesprochen und erkannt wird, soll alles gehalten werden, on Intrag ohngeverlich.* Idem ex formulis fœderum electorum inter se factorum colligere licet (*q*), cum etiam electores in illis provocationi a sententia austregarum locum non concedant, uti apparet ex sequentibus verbis unionis electoralis Wormatiensis de A. 1521. quæ sic se habent: *und wie dieselben ausgesprochen und einhalten werden, dabey soll es starck verbleiben, davon kein Theil appelliren, recurriren oder reduciren soll in keine Weis, sondern wir alle Churfürsten wollen dasselbe, so viel einen jeglichen berühren wird, annehmen, getreulich und ganzlich halten* (*r*). Habes igitur austregas celsissimorum electorum, conventione constitutos, a quibus appellare nulli partium integrum fuit. In formulis fœderum ab illustrissimis comitibus S. R. I. inter se initorum sæpenumero eadem occurrunt. Inspicias modo, si placet, formulam pactionis comitum Wetteravicorum de A. 1520. (*s*) ubi verba sequentis tenoris sunt: *was dann durch den Merertheil also gesprochen oder erkannth wirdet, daby soll es on alle Appellation, Reduction oder Uszugge gelassen, und dem gestracks on Weigerung gelebt und nachkommen werden.* Eadem ex multis aliis formulis fœderum a comitibus S. R. I. Wetteravicis, Suevicis (*t*) aliisque ictorum, quarum mihi Dominus Præses magnam copiam fecit, exemplis probare possem, dummodo spatium nimis angustum illud permitteret. Interea illud silentio prætermittere non possum, quod quandoque in documentis nobis oculos incurrit, nimirum, quando etiam in judicio austregarum fœdere conjunctorum res decisa non fuit, tunc arbiter communis electus est (*u*), & si appellatio permissa, illa tamen non semper ad judicium imperii camerale, sed ad singulare forum, quod æque fœdere constitutum, directa fuit. Sic enim teste DATTIO

primis austregis convent. §. 20. in ill. MOSERI *synt. diss. select. jur. publ.* N. 25. KOPP c. I p. 77. §. 6. perill. de CRAMER c. l. §. IX. KEMMERICH. c. d. Sect. I. §. 7.

(*q*) UNIO ELECTORALIS de A. 1338. in Dni PRÆSIDIS *select. de union. elect.* p. 157 v. *quod si contigerit* &c. UNIO ELECTORALIS de A. 1424. *ib.* p. 197. §. *es waere dann* &c. de A. 1446. *ib.* p. 207. §. *es mæchte aber des nicht gesein* &c. de A. 1502. *ib.* p. 216. §. *wo aber zwischen etlichen* &c.

(*r*) Vid. Dni PRÆSIDIS cit. *select. de union. elect.* p. 226.

(*s*) in B. KOPPII *Discurs von den Reichs-Græflichen votis curiatis.*

(*t*) Ex comitum Suevicorum fœdere Tetnangæ 1568. facto §. *zum fünften*, v. *was denn also usgesprochen und erkennet wird, dabey soll es ohne Appellation, Reduction und Auszug bleiben* &c. eadem apparent.

(*u*) KOPP *in den auserlesenen Proben des Teutschen Lehnrechts* Part. I. p. 68. Add. *alte Haupt-Erbeinigung der gesamten Grafen von Hohenlohe* de A. 1511. in LUNIGII *spicil. secular.* P. II. suppl. *zu den Grafen von Hohenlohe* N. I. p. 1879. KEMMERICH c. d. p. 65. Judicium austregarum Landgraviorum Hassiæ, regis Daniæ & ducum Holsatiæ, ducum Saxonicorum, aliorumque appellationem quoque respuit & rejicit.

TIO (*x*) fœdus Suevicum anno 1522. renovatum, certum appellationum judicem constituit. Nec minus comites Wetteravici & Suevici A. 1579. in formula fœderis inter se facti stipulati sunt, ut controversiæ inter se ortæ coram austregis suis componerentur; quodsi vero pars quædam illorum sententia gravatam se putaverit, illi ad omnes comites ac dominos eo fœdere conjunctos provocationem indulserunt, quo facto, comes convocans sive dirigens, penes quem appellatio interposita fuit, acta, appellante appellatoque eorumve procuratoribus adstantibus, obsignare, & cum utraque parte judicium imperii camerale implorare debuit, ut sententiam definitivam concipiat, attamen non ipsum lites dirimat, sed conceptam sententiam convocans nomine omnium comitum pronunciavit, eum in finem, ut in rem judicatam transiret, nec ulli parti ulterior appellatio, reductio, restitutio, revisio, & exceptio concessa fuit (*y*). In pacto de jurisdictione austregali inter familias Rhingravicas nec appellationi nec alteri remedio locus relinquitur (*z*). Sed quod ad legales attinet austregas, de illis dicta causa præcipue intelligenda esse videtur, quamvis inficias ire nequeamus, extare quædam exempla austregarum pactis constitutorum, a quibus ad cameram imperii provocare conventum est (*a*). Ut autem ordine procedamus, primum austregarum denominationem, divisiones, & deinde effectum monstraturi sumus.

§. IV. Quod austregarum vocabulum concernit, latinis auribus inauditum esse lubentes concedimus (*b*), interea tamen illud cum criticis litura tollere nolumus, sed potius retinendum esse putamus, cum ortum suum ipsa vox præ se ferat, & indicet, Germanis natales suos debere. Austregæ enim derivantur a vocabulo *austragen*, *ustragen*, *uztragen* (*c*), & latinis idem significat, ac sententia inter partes litem debito modo finire, decidere, componere, defendere, &c. unde formula: *die unter einander habenden Irrungen rechtlich austragen.* Usurpantur autem austregæ diverso significatu, modo sumuntur pro ipso jure, quod ordinibus imperii & ceteris secundum mores Germanorum ex conventis, legibus, privilegiis aliisque modis competit, lites extra imperii tribunalia coram personis pacto, legibus aliisve modis constitutis decidendi; modo significant ipsas personas habiles, qui judicium austregarum

(*x*) c. l. Lib. II. Cap. 29. num. 22.

(*y*) Vid. *Einigung und Verbündniss zwischen dem Wetterau- und Schwæbischen auch andern des H. R. R. Grafen und Herren &c.* de A. 1579. §. V. LUNIG. in *thes. jur. comit.* f. 844. & *spic. secul.* I. *Th.* pag. 3. KEMMERICH c. d. S. II. §. 15. seqq.

(*z*) Extat illud apud perill. *de* SENCKENBERG c. l. p. 87. sqq.

(*a*) Hinc alii inter austregas eum in finem constitutos, ut essent vel loco primæ instantiæ, vel ut lites ad finem perducant, distinguendum esse censent. Ab illis, minime vero ab his, appellationem admittunt. Vid. KOPP c. l. p. 80. ab HAGEN c. d. S. I. §. 22-24. PFEFFINGER in *Vitr. illustr.* T. IV. pag. 505.

(*b*) Alii hanc ob causam pro austregis judices ordinationis vel judices ex conventione dicere malunt. Vid. STRYCK d. *de foro austreg.*

(*c*) Vid. SCHILTER. *gloss.* v. *dragen.* WACHTER in *gloss.* v. *Austrag.* SCHOTTEL *teutsche Hauptsprache* pag. 621. SPEIDEL. BESOLD h. v. perill *de* SENCKENBERG c. l. in app. N. I. KEMMERICH c. d. S. I. §. I. * GE. SCHUBHARDI tr. de *austregis S. R. I.* Cap. I. §. I. seqq.

rum constituunt; modo indicant judicia, in quibus causæ controversæ procerum aliorumque imperii membrorum iis gaudentium extra imperii judicia legitime disceptantur & definiuntur (*d*). His positis, arripimus eum sensum, quo austregæ considerantur tanquam personæ habiles jure publico introductæ & constitutæ (*e*), ut causas eorum, quibus jus austregarum in S. R. I. competit, controversas extra suprema imperii tribunalia secundum modum præscriptum decidant. Alii exceptis paucis, describunt austregas per judices primæ instantiæ. Quum autem omnes austregæ tantum controversias in primo foro semper componant, sed quandoque evitandarum litis ambagium gratia eas quoque ita decidant atque finire debeant, ut ulteriori cognitioni locus non detur, quemadmodum antea (*f*) dictum, primi fori mentionem ea ex ratione non fecimus, quia secundum præcepta logicorum descriptiones rerum ita sunt formandæ, ut cunctis speciebus illis continentibus adplicari queant. Quodsi vero primam instantiam adjecturi essemus, illa austregarum species excluderetur, a qui-

---

(*d*) Conf. STRAUCH c. d. KEMMERICH c. d. §. I. * SCHUBHARD c. tr. Cap. I. aliique, qui hanc materiam illustrarunt.

(*e*) Cum igitur anstregæ jure publico tanquam judices constituantur, facile inde colligi potest, eos ab arbitris juris Romani differre, quippe qui consensu partium privatim nec lege publica, uti austregæ, creantur, nec jurisdictionem habent, sed pendent ab arbitrio compromittentium privato, quorum morte quoque tolluntur, nec pars partem ad suscipiendum arbitrium cogere potest, cum contra adversarius etiam invitus ab austregis citari queat. PFEFFINGER ad Vitr. Lib. IV. t. 5. §. 2. n. *a*. PüRCKHL de *commissario imp. in causis justitiæ* p. 19. n. *p*. p. 96. n. 1. Ab arbitris appellari nequit L. 1. C. de *recept. arbitr.* sæpius tamen ab austregis. Germanis quidem arbitri incogniti non fuerunt, sed eorum judicio plures controversiæ illustrium definitæ, quin imo iis divisio terrarum in domo Palatina commissa fuit, Vid. perill. de SENCKENBERG c. I §. XIX. seqq. SCHROETER de *austregis convent. ser. domus Sax.* pag. 36. seqq. STRUV *corp. jur. publ.* XXV. 64. 981. XXXI. 2. 1157. LUDOVICI de *effectu & oblig. laudi.* Nihilominus austregæ in eo differunt, uti jam dictum, ab arbitris, quod illi veri judices jure publico dati sint, non arbitri, quippe qui mero pacto constituuntur, & proinde nec propriam, nec alienam habent jurisdictionem; austregæ autem jurisdictione per leges publicas approbata gaudent. Differunt etiam a commissariis sive delegatis imperatoris. Commissarii enim ab imperatore delegantur vel ad processum viamque juris *zum Recht*, vel ad amicabilem compositionem *zur Güte*. PüRCKHL c. l. §. XIV. p. 52. §. XX. p. 72. atque nomine nec non ad mandatum illius. Austregæ autem non ad mandatum, sed ex autoritate constitutionis lites componunt, sententiam latam jure proprio exequi possunt, minime commissarii. Differunt porro austregæ a commissariis ad austregas in sensu singulari in eo, quod hi ab imperatore precibus sint impetrandi, austregæ vero jure competant nec petendi sint. ORD. CAM. P. II. t. 3. §. 1. Formulas supplicandi commissionem ad austregas suppeditat. SCHWANEMANN de *procesf. cam. imp.* Lib. I. c. V. p. 27. Add. I. F. HOFFMANNI *prax. jur. & proc. com.* tit. IX. p. 427. Ejusmodi commissarii ad austregas nomine atque auctoritate cæsaris ambas partes coram se vel delegatis suis certo die & loco citatas, interque illas earumve procuratores amicabilem compositionem tentant, ea vero ad effectum non producta, processu summario utramque audiunt, causamque decidunt. Vid. BERTRAMI *brevic. prax. imp. aul.* tit. X. §. XIII. p. 87. *de* LYNCKER de *gravam. extrajud.* C. V. S. I. §. 28. ill. ESTOR c. l. §. 77. & 85. perill. *de* SENCKENBERG c. l. §. XXI. p. 39. ORD. CAM. P. II. t. 3. 4. 5.

(*f*) §. III.

quibus secundum conventa & dispositiones personarum illustrium provocare non licet (*g*).

§. V. Austregæ moribus introducti atque legibus confirmati sunt (§. II. & IV.) Unde alii Doctores austregas in conventionales, familiares & legales ex præscripto capitulationis cæsareæ (*h*); alii vero illos in legales & non legales dividunt (*i*). Ad horum numerum referunt omnes, qui consuetudine, pacto, præscriptione, aliove modo extra legem promulgatam obtinent. His & nos accedimus. Secundum monumenta antiqua dubitare non licet, austregarum judicia ab initio usu & moribus introducta, postea imperii legibus confirmata atque aucta fuisse (*k*). Pacta conventaque, nec non facta singulorum illis ansam præbuerunt, unde pactitii *bedingte*, & testamentarii nomen originemque trahunt. Dicuntur pactitii, quia pactione creantur atque eliguntur. Cum autem pactiones de austregis variis modis iniri queant, nimirum ab integris ordinibus, ab insigni vel singulari parte ordinis cujusdam, nec non membris singulis, confœderatis, condominis, sociisve, diversis familiis, ab unius stemmate sanguinem ducentibus, & quidem vel in perpetuum vel ad tempus, inde oriuntur austregæ diversarum specierum, videlicet universales seu communes, particulares, speciales, *Bunds-Austræge*, gentilitii, familiares, *Erb-Stamm-Haus-Familien-Austræge*, perpetui, temporarii (*l*). Quod ad legales austregas attinet, vel per jus commune vel speciales leges denominantur, illi sunt communes, hi privilegiati dicuntur. Illos primum Albertus II. Imp. An. 1437. in comitiis Norimbergensibus in causis principum inter se vel cum comitibus, baronibus, equitibus vel civitatibus imperii obvenientibus proposuit (*m*). Maximilianus I. imp. consensu statuum imperii contemplatione electorum & principum in ordinatione cameræ imperii eos in ordinem redegit, Carolus V. vero imp. eos An. 1521. ad rogatum comitum aliorumque ad prælatos, comites

---

(*g*) In his nostrum calculum perill. *de* SENCKENBERG c. l. §. 2. p. 9. *de* CRAMER c. d. §. 1. & Conf. *ab* HAGEN c. d. §. VII. adjicimus, & instantiæ primæ mentionem omittimus.

(*h*) art. XVIII. perill. *de* CRAMER c. l. §. 2.

(*i*) Conf. STRAUCH c. d. SCHUTZ Vol. II. *Jur. publ.* exerc. 3. th. 3. p. 118. PFEFFINGER ad VITR. lib. IV. t. 5. §. 3. n. a. p. 503.

(*k*) RUMELINUS ad A. B. P. II. diss. I. in app. th. I. KEMMERICH c. l. S. I. §. 2. Austregarum originem hoc loco investigaturi non sumus, cum ab aliis excussa sit, quamvis negari nequeat, doctores maxime circa illam dissentire. Alii enim illam a Carolingicis imperatoribus repetendam esse putant. OBRECHT *prodrom. rer. Alsat.* C. XII. p. 293. ab HAGEN cit. diss. S. I. §. 2. &c. Plures illam sub interregno & Friderici II. temporibus exortam esse evincunt, de CRAMER c. l. §. 5. PFEFFINGER ad Vitr. Lib. IV. t. 5. §. 1. p. 500. STRUV. CONRING, STRAUCH &c. Alii illam Maximiliano adscribunt, STRYCK de *foro austreg* §. 5. SCHUBHARD, BLUM & reliqui. Illud tantummodo adjicere liceat, austregas conventionales & privilegiatos esse antiquissimos & ordinatione camerali multo antiquiores. Exemplorum multitudinem ex sæculo XIII. & sequentibus exhibent KEMMERICH c. d. S. I. §. 2. seqq. *de* SENCKENBERG c. l. p. 13. seqq. DATT. c. l. p. 22. *de* CRAMER c. d. §. 6. & reliqui hanc materiam commentantes.

(*l*) perill. de SENCKENBERG c. l. §. 12-14. KEMMERICH c. l. S. II. §. 4. 5.

(*m*) Alberti II. Constitutionem exhibet SCHILTER P. II. *Institut. jur. publ.* tit. XIX. pag. 339.

mites, ceterosque in ordinatione cameræ nominatos extendit (n). Privilegiati austregæ non uni, sed diversis imperatoribus sunt adscribendi, uti infra monstraturi sumus. Interea tamen notandum est, lege constitutos austregas cessare, ubi ex conventis aliove modo illi obtinent, hincque pactitiis sive non legalibus deficientibus, seu si iis gaudentes uti nolunt, legalibus locum esse (o), nec conventionales austregas per legales tolli (p). Differunt etiam austregæ pactitii a legalibus, tam quoad jus conveniendi, quam quoad modum procedendi, cum hunc pactiones atque arbitria singulorum austregis pactitiis præscribant, legalium vero modum procedendi lex determinet (q).

§. VI. Pactitii austregæ juxta normam pacti ad lites componendas eliguntur, & quidem I. ab integro ordine. Si ordo austregas ordinat, communes dici solent. Huc referri possunt austregæ, quos celsissimorum electorum collegium in quibusdam formulis fœderum inter se initorum denominavit (r) In eundem numerum venire possent austregæ a quatuor collegiis illustrissimorum comitum S. R. I. diversis vicibus propositi, dummodo illorum uniones communes, uti dicuntur, quibus illi continentur, omni parte absolutæ essent (s). Convenit autem de iis comitum S. R. I. ordo An. 1612. Francofurti (t), An. cIↄ Iↄc LIII. Ratisbonæ, cIↄ IↄccXIV. teste LUNIGIO (u) nec non anno cIↄ IↄCC XXXVI. Francofurti ad Mœnum (x) cum proponerentur conditiones communis fœderis, inque iis materia de austregis. Sie enim e. g. in proposito secundo de anno 1653. art. XII. director, vel si controversia eum attingat, condirector collegii cum suis adjunctis foro austregarum præficitur. Eliguntur deinde pactitii austregæ non solum ab integris ordinibus, sed & II. ab insigni singularive eorum parte. Hoc præcipue illustrant iterum electorum fœdera & consociationes comitum Wetteravicorum & cum

(n) Vid. KEMMERICH c. d. S. I. §. 8. S. II. §. 1. COCCEII *de austregis* in app. ab HEROLDO adjecto qu. 2. in f. PFEFFINGER l. c. §. 1. n. b. p. 502.

(o) COCCEII c. l. §. 25.

(p) STRYCK *de foro austreg.* §. 7. PFEFFINGER c. l. p. 504.

(q) STRYCK c. l.

(r) Vid. Dn. PRÆSIDIS supra allegata selecta de *union. elect.* Add. Conf. GE. CHR. HüLS DE RATSBERG diss. inaug. *de austregis reipubl. Noriberg.* §. VII. S. I.

(s) Exhibet conditiones communium pactionum comitum S. R. I. in comitiis Ratisbonensibus A. 1653. propositas de MEIERN in *actis comit.* T. I. p. 384. & 398. & ex illis ill. MOSER *im T. Staats-Recht* T. 38. p. 484.

(t) LUNIG in *thes. jur. comit.* p. 843.

(u) c. l. f. 844. ubi verba sic se habent: A. 1714. (ist) *bey dem versamlet gewesenen allgemeinen Reichs-Grafen Convent ein anders Project beliebt worden.*

(x) Hoc ex sequentibus litteris consiliarii cujusdam magni nominis & harum rerum experientissimi ad Dn. Præsidem factis, & mihi benevole communicatis, patet: *die allgemeine Grafen-Verien ist* 1736. *bey dem allgemeinen Convent aller 4. Collegiorum zu Frankfurth zu Stand gebracht. und A.* 1743. *des letzt verstorbenen Raysers Carls VII. Kays. Majestet zur Confirmation überreicht worden, mit welcher es auch so weit gekommen, dass nichts als die Subscriptio cæsaris, die durch deroselben Tod verhindert worden, daran ermangelt.*

iis conjunctorum An. 1520. facta (*y*), comitum Wetteravicorum cum Suevicis comitibus An. 1579. initæ, §. *Vnd da sich zum 3.) zwischen uns Irrungen &c.* (*z*), comitum Wetteravicorum, Suevicorum, Franconicorum aliorumque cum iis conjunctorum anno 1649. Heilbrunnæ subscriptæ (*a*) comitum Suevicorum d. 25. Aug. An. 1568. Tetnangæ conceptæ, §. *zum dritten, vierdten, fünften* seqq. (*b*) & reliquæ eorum pactiones, quibus austregarum forum describitur. Nec minus fœderati electores vel inter se vel cum principibus, sive principes inter se, sive cum imperii civitatibus aliisque sæpe numero in formulis fœderum austregas, & inter eos crebro civitates imperiales denominarunt. Exempla satis perspicua exhibet DATT (*c*), atque inter illa tabulæ fœderis Suevici de An. 1488. hoc præcipue testantur (*d*). Sub medio sæculi XIV. occurrit in vetustis monumentis Ruperti Palatini cum Wormatiensi & Spirensi civitate consociatio, qua non tantum quomodo mutuum sibi auxilium præstare, sed & controversias inter se suosque ortas per forum austregarum componere vellent, dispositum est (*e*). Nec minus societates nobilium imperio sine medio subditæ de jurisdictionis modo in sua membra plerumque pacti sunt. (*f*). III. Communes domini sociive æque de componendis litibus inter se sæpenumero stipulati sunt. Sic e. g. nullum fere ganerbinatus pactum invenies (*g*), *ubi* non aut ipsi ganerbii aut alii ab iis judices litigiorum electi fuerunt, qui & hodie adhuc obtinent; teste perill. de SENCKENBERG (*h*). Idem comprobat formula propter castrum Guntheim (*i*) illustrat pactum ganerbicum illustris fami-

(*y*) Apud KOPP *in Discurs von den Reichsgrafl. votis curiatis* p. 636. & ex eo ill. MOSER c. l p. 370. §. *Ob aber eyniche irrung vveren &c.*

(*z*) LUNIG *thes. jur. comit.* p. 845.

(*a*) Dicta formula de A. 1649. adhuc publici juris facta non est, communicavit autem eam mecum Dom. PRÆSES, qui multa de hac materia collegit, & non paulo post ea litteris mandaturus est.

(*b*) Exhibet formulam hujus consociationis ill. MOSER c. l. p. 455. seqq.

(*c*) L. I. C. 27. n. 99 seqq. Lib IV. C. 4. n. 58. seqq. perill. de SENCKENBERG c. l. §. XVII HüLS DE RATSBERG c. l. S. I. §. IX. & XII. PFEFFINGER c. l. Lib. III. t. 20. Lib. IV. t. 5. KEMMERICH c. l. CRAMER. STRUV. *Corp. Jur. publ.* p. 977.

(*d*) DATT. c. l. L. III. C. 8. & 9. SCHILTER I. P. L. IV. t. 7. §. 3.

(*e*) HüLS de RATSBERG c. l. §. XIII.

(*f*) EL. FRID. HEITMANN diss. inaug. de *austreg. convent. ganerb. nobilit. immed. KNIPSCHILD* de *jure nobilit. BURGERMEISTER Cod. diplom.* a *LENDERSHEIM*, perill. de *SENCKENBERG* c. l. §. XVIII. & inter adjuncta N. XII. p. 100. *Austrag und Ordnung, wie solche des H. Reichs unmittelbare freye Reichs-Ritterschaft in Franken, Orts Rohn und Werra der zwischen ihnen vorfallenden Strittigkeiten von Alters hergebracht &c.*

(*g*) Evoluas quæso HEITMANNI diss. laudatam, a DALWICK sub præsidio WALDSCHMIDII defensam elegantissimam diss. de *pactis ganerbinat.* ibique adjecta in appendice monumenta. 1) pactum ganerbicum inter comitem Wertheimensem & dominos de Eppenstein de A. 1418. 2) Pactum ganerb. inter castrenses Tezbergenses de A. 1454. 3) Pactum ganerb. familiæ equestris de Malsburg. KYLLINGERI tr. de *ganerbiis castrorum.* LYNCKER. de *ganerb.*

(*h*) c. l. §. XIV.

(*i*) apud SCHILTER gloss. v. *ganerben*, & ex eo perill. de SENCKENBERG c. l.

familiæ de Boineburg in Lengsfeld, pactum familiæ de Geisso & Wechmar in Rosdorf, der Hanauische Burgfrieden, L. B. de Thann Burgfrieden (*k*), pactum de condominio arcis Reingravenstein, ubi condomini imprimis jurisdictionem in se ipsos ex natura condominii formant, & de judicio sociali late disponunt (*l*). Huc etiam trahi possunt pacta confraternitatum, aliaque fœdera, inita inter diversas familias, *Erbverbrüderungen*, *Erbvereinigungen*, e. g. celsissimarum domuum Saxonico-Brandenburgico-Hassiacæ (*m*). Cum inter regnum Bohemiæ & celsissimam domum Saxonicam consociatio hereditaria conficeretur, certi denominati sunt austregæ §. *und auf das solche* 13. cum seq. Nec minus de iis statutum est inter reges Bohemiæ & marchiones Brandenburgenses & duces Pomeraniæ, qui lites inter illos ortas consiliariis suis ab utraque parte ad hoc selectis definiendas commiserunt (*n*). Rupertus, elector Palatinus circa austregas cum Eckardo episcopo & capitulo Wormatiensi A. 1387. transegit (*o*).

§. VII. Quod IV.) austregas in familiis maxime personarum illustrium pactis aliove modo v. g. testamentis constitutos concernit, eorum maximas suppeditat copias Germania (*p*), cum multæ familiæ illustres iis gaudeant, v. c. Saxonica (*q*), Palatina (*r*), Brunsvicensis & Luneburgensis, Megapolitana (*s*),

(*k*) HEITMANN c. l. §. XX.

(*l*) Exhibet illud de SENCKENBERG c. l. in adjunctis N. IV. p. 81. seqq.

(*m*) Præcesserunt pacto inter Balthasarem Wilhelmumque Landgravios Thuringiæ, nec non Henricum & Hermannum, Hassiæ Landgravios, conflata, quo inter alia & austregæ ad controversias inter ipsos & vasallos subditosque ipsorum componendas constituti sunt. Vid. *MULLERI R. T Theatr.* sub Maxim. *I. vierdte Vorstell.* Cap. 25. §. 1. Ipsæ formulæ in *LUNIGII R. Archiv* P. Sp. Cont. 1. *Abth.* 4. *Abs.* 2. n. 1. *MULLERI R. T. Theatr. unter Max. I. IV. Vorstell.* c. 25. Add. *CARPZOV.* de *pacto confratern. Sax Hass.* p. 47. c. 1. n. 24. *KEMMERICH* c. l. S. l. §. 3. 4. *LIMNÆUS jus publ. L. IV.* §. 8. n. 25. *SCHROETER* diss. de *austreg. convent. sereniss. dom. Sax. S. II.* §. 16.

(*n*) Recenset adhuc plura exempla SCHUBHARD c. l. c. VIII. KEMMERICH. Unio Bohemica Sax. extat in MULLERI c. tr. sub Friderico V. II. *Vorst.* c. 9. §. 3. Vol. I. pag. 529. & 30. sub Max. I. IV. *Vorst.* c. 24. §. 5. seqq. SCHROETER c. l. §. 17.

(*o*) DIARIUM EUROP. T. XI. in app. de austregis celsissimæ domus Palatinæ & regni Bohemiæ, vid. SCHMINCK T. II. *hist. Bohem. regni.* MELCH. GOLDASTI p. 135. §. 8.

(*p*) Collegit exempla magni numeri PFEFFINGER in *Vitr. illustr.* L. IV. t. V. §. 3. SCHUBHARD c. l. c. VIII. n. 11. SCHOEPF de *arbitr. necessar.* §. IX.

(*q*) De his adcurate atque egregie commentatus est JO. CHRISTIAN. SCHROETER cit. diss. cui multum debemus.

(*r*) Vid. TOLNER *cod. dipl. Palat.* §. 224. p. 173.

(*s*) Vid. ultima voluntas Joannis Alberti ducis Megapolitani A. 1573. declarata apud STRYCK in *caut. testam.* app. n. 7. v. 39. p. 151. & LUNIG c. l. VI. *Abth.* §. 6.

Wurtembergica (*t*), Hassiaca (*u*), Mansfeldensis (*x*), Anhaltina (*y*), Nassovica (*z*), Hohenloica (*a*), Oettingensis, Ruthena aliæque. Exempli loco Saxonicos austregas latius consideraturi sumus.

§. VIII. In celsissimo & serenissimo stemmate Saxonico a temporibus vetustis usu obtinuit, ut contentiones tam inter se invicem, quam inter se & vicinos, quinimo inter se & sibi subjectos exortas non judiciis imperii commiserint, sed austregis vel etiam judiciis propriis eas decidendas subjecerint, nec non simul formam procedendi præscripserint; uti antea dictum de confoederatione Saxonico-Brandenburgico-Hassiaca, Bohemico-Saxonica, nec non patet ex concordatorum inter Ernestum electorem, Albertum ducem Saxoniæ & civitatem Erfordiensem, Erfordiæ An. 1483. conflatorum §. 27. (*b*), ut & ex pacto inter Fridericum Placidum electorem & Wilhelmum, ducem Saxoniæ (*c*) & reliquis. Ex his liquet, austregarum Saxonicorum varia genera existere. Alia enim vel lites totius celsissimæ Saxonicæ gentis sive principum diversarum linearum, v. g. Albertinæ & Ernestinæ, sive unius lineæ, e. g. Ernestinæ, hujusque diversarum rursus familiarum, v. g. Vinariensis cum Gothana &c. vel unius familiæ, e. g. Gothanæ, Vinariensis &c, alii contentiones principum & subditorum, alii controversias ex convento inter eos aliosque foederatos enatas decidunt, hincque austregæ Saxonici dispescuntur a SCHROETERO (*d*) in gentilitios universales, particulares & speciales familiares, in conventioales communes & proprios. Universales celsissimæ gentis Saxonicæ recenset præcipue pactum Numburgense anno 1554. *den 24. Febr. §. Ob auch kunftig &c.* constitutum (*e*). Austregæ lineæ Albertinæ nituntur 1) testamento Alberti, hujus lineæ satoris, anno 1499. condito (*f*) 2) pacto *der brüderlichen Sonderung Churf. Morizens und H. Augusti* de An. 1547. 3) testamento Joannis Georgii I. electoris (*g*) ab ejus filus confirmato *in Freundbrüderlichen*

(*t*) de LUDEWIG in conspicuo opusculo de *prærogat. ducatus Wurtenberg.* Add. ill. MOSERI *R. HofR Concl* P. II. p. 925. LIMNÆUS I. P. Lib. V. C. 16. num. 12. SCHOEPF in erudito tr. de *processu appell. trib. duc. Wurteb.* c. I. LUNIG in *select. script.* p. 70.

(*u*) perill. de SENCKENBERG c. l. §. 49. ill. BROCKES in Comm. de *austregis Sereniss. Hassiæ Landgrav.* Consult. CHRISTOPH. LUDW. KOCH disq. supra citata, ab HAGEN c. d.

(*x*) LUNIG *R. A.* Cont. 2. *Forts.* 6. *Abth.* 12. n. 88. fol. 124.

(*y*) LUNIG c. l. P. Sp. C. II. Vol. X. p. 192. & p. 238.

(*z*) Mentio fit eorum in *elect. jur. publ.* T. I. p. 787. T. II. p. 195. 982. 1032.

(*a*) Vid. B. KEMMERICH cit. diss.

(*b*) Vid. LIMNÆUUS c. l. Lib IV. c. 8. n. 85. LUNIG c. l. P. Spec. II. *Th.* p. 16.

(*c*) LUNIG c. l. Cont. II. p. 225. 230. (*d*) c. l. C. II. §. V-VII. seqq.

(*e*) Vid. HORTLEDER de *bello Germ.* T. II. L. 3. c. 88. n. 65. p. 733. LUNIG R. A. P. Sp. 2. *Th.* p. 69. & 267. ill. GLAFEY *im Kern der Geschichte des hohen Chur- und Fürstlichen Hauses zu Sachsen* p. 1054. LIMNÆUS c. l. V. 15. 4.

(*f*) §. *begebe sich auch &c.* apud ill. GLAFEY c. l. p. 1018.

(*g*) GLAFEY c. l. p. 1290. seqq. SPRENGER opusc. jur. publ. p. 112. STRYCK de C. T. app. n. 3. LUNIG c. l. P. Sp. 2. *Th.* p. 176. 196. §. *Was wir geordnet &c.* ill. GLAFEY c. l. p. 1316.

lichen Haupt-Vergleich de An. 1657. ſ. *Da ſich aber Irrungen &c.* (*h*). Quod auſtregas lineæ Erneſtinæ attinet, eorum mentionem facit teſtamentum Joannis Friderici ſenioris electoris nati. Cum deinde ſereniſſima proſapia Erneſtina in duas familias, Vinarienſem per Wilhelmum & Gothanam per Erneſtum Pium divideretur, auſtregæ tam principum utriusque familiæ inter ſe per receſſum *der Grafen und Herren Theilungs-Receß* d. d. Vin. 18. Jun. 1657. ſ. *Anreichend den dritten Haupt-Paß &c.* dictum, quam principum unius familiæ conſtituti fuerunt. Sereniſſimæ domus Vinarienſis communis & ex ea enatæ Iſenacenſis controverſiis conſtituti ſunt auſtregæ in teſtamento Wilhelmi illius Magni de An. 1658. ſ. *Da aber über alle Hofnung &c.* nec non pactis 1661. & 1672. firmati ſunt (*i*). Sereniſſimis ducibus Vinarienſibus ſolis auſtregas denominavit Joannes Erneſtus in teſtamento ſuo. Cui addendus receſſus inter teſtatoris filios Wilhelmum Erneſtum & Joannem Erneſtum An. 1685. initus ſ. *do aber wider Verhoffen &c.* nec non transactio Wilhelmi Erneſti & Erneſti Auguſti An. 1710. facta. Auſtregæ ſereniſſimorum principum Saxo-Gothanorum Erneſtum Pium b. m. auctorem habent (*k*), poſtmodum a filiis & poſteris illius firmati (*l*) atque a Leopoldo & Carolo VI. imp. confirmati ſunt (*m*). Superſunt adhuc judices ſereniſſimorum ducum Saxonicorum, coram quibus, quando cum ſubditis ſuis controverſias habent, conveniri poſſunt. Conveniri autem poſſunt duces coram curiis, nobilibus provincialibus, conſiliariis (*n*), & hoc nihil novi, nec ſingularis eſt in Germania, ſed ab antiquis jam temporibus uſu obtinuit, & libertati Germanicorum principum attributum, ut principes a ſubditis, vaſallis atque miniſtris ſuis coram propriis ordinibus provincialibus & conſiliariis in jus vocati fuerint (*o*), quinimo cum irrepto jure Romano mores Germanorum obſoleſcere inciperent, nec non judicia imperii ſumma conſtituta eſſent, atque ad ea lites principum cum ſubditis intercedentes transferrentur, nec principes omnes ab illis exemti eſſent (*p*), alii per privilegia ab imperatoribus impetrata antiquos mores confirmatos obtinuerunt, alii legibus provincialibus illos inſeruerunt (*q*), alii per pacta confirmarunt (*r*). Sic

(*h*) GLAFEY c. l. pag. 1337.

(*i*) LUNIG c. l. P. Sp. Cont. II. p. 540. SCHROETER c. l. C. II. §. 10.

(*k*) LUNIG c. l. P. Sp. Cont. II. p. 596. §. 19.

(*l*) *Electa Jur. Publ.* T. VI. pag. 25. (*m*) LUNIG c. l. pag. 616.

(*n*) SCHROETER c. l. C. II. §. 20.

(*o*) de LUDEWIG *Comm. ad A. B.* tit. VIII. §. 1. n. a. p. 784. & 772. T. II. DATT. c. l. L. I. c. 27. n. 79. ſeqq. ill. de ENGELBRECHT Spec. II. *obſ. ſelect.* 66 obſ. perill. de SENCKENBERG c. l. p. 29. 32. HEINECCIUS *Elem. Jur. Germ.* III. 39. ſq. SCHROETER c. d. C. II. §. 20. SCHUBHARD c. l. C. VIII.

(*p*) Exemti autem a judiciis imperii dicuntur archiduces Auſtriæ, hincque unum ex vaſallis ſuis judicem ex privilegio Caroli V. conſtituere poſſunt, qui controverſias eorum cum ſubditis enatas decidere debet. Vid. CUSPINIANUS in *Auſtria* p. 38. ſeqq. rex Bohemiæ, tit. VIII. A. B. ibiq. de LUDEWIG. & alii.

(*q*) Vid. Conſtitutio Wilhelmi III. ducis Saxonici apud MULLER *R. T. Theatr. unter Kayſer* Max. I. *Vorſt. III.* c. 27. §. 2. Add. ordinationes curiar. provinc. Sax.

(*r*) Hæc illuſtrari queunt ex hiſtoria Brunsvicenſi. Nam Bernardus & Henricus, duces Brunsvicenſes, cum civitatibus Luneburg. Hannoveran. & Ulzenſi

v. g. regibus Bohemiæ a Carolo IV. imp. privilegio indultum eſt, ut coram ſupremo camerario vel burggravio regio, adſidentibus nonnullis ex regni ordinibus, conveniri queant (s). Princeps Wurtembergicus eodem modo ex privilegio Maximiliani I. Imp. coram *Land-Hofmeiſter* & conſiliariis conveniri poteſt (t). In Pomerania in privilegiis de A. 1560. ʃ. 13. princeps in controverſiis cum ſubditis iisque ſimilibus enaſcentibus curiæ ſe ſubmiſit (u). Pactitiis & familiaribus auſtregis illis adhuc adjiciendi ſunt legales, qui celſiſſimo ſtemmati Saxonico eo in caſu procul dubio competunt, quando pactitii & familiares ceſſant & deficiunt, nihilominus cum aliis ordinibus imperii contendere debent (x).

ʃ. IX. Auſtregæ in familiis perſonarum illuſtrium pactis & teſtamentis conſtituuntur (ʃ. VII.) De pactitiis ʃ. anteced. actum eſt. Quod ad teſtamentarios ſpectat auſtregas, varia eorum exempla in jure publico cognita atque perſpecta ſunt (y). Eorum enim in familia ſereniſſima Saxonum mentionem fecimus. Julius & Georgius duces Brunſuicenſes, in teſtamentis conditis (z), ut & Philippus Magnanimus, Haſſiæ Landgravius, eodem modo auſtregas poſteris ſuis conſtituit (a), eosque numero XIX. ex vaſallis Landſaſſiis, conſiliariis, ICtis & urbibus denominavit. Eos poſtea filii ejus approbarunt, ad eosque hodie adhuc provocatur, uti ex recentiſſimis actis publicis in cauſa Hannovienſi publici juris factis patet (b). Eodem modo auſtregas Joannes Albertus dux Megapolitanus ordinavit (c). Joannes ſenior comes de Naſſau An. 1597. per ultimam voluntatem conſtituit, ut ortæ inter filios heredesve lites quibusdam familiaribus landſaſſiis, juratisve vaſallis demandentur, qui amicabi-

---

Ultzenſi ſtipulati ſunt, ut cauſas civitatum contra principem 2. prælati, 2. nobiles, 4. ſenatores neutri parti dediti, aut aliæ 4. perſonæ bonæ frugis decidant. Conf. ill. GRUPEN lectu dignæ *diſcept*. p. 636. ſeqq.

(s) GOLDAST de *regno Bohem*. Lib. IV. C. XIV. p. 589.

(t) LIMNÆUS I. P. Lib. V. C. XVI. n. 12. SCHOEPF tr. de *proceſs. appel. tribun. ducis Wurteb.* LUNIG ſel. ſcript. p. 70. de LUDEWIG c. d.

(u) Ill. de ENGELBRECHT c. l. In ducatu Megapolitano idem conſtitutum eſt. Vid. ORDINAT. DICAST. PROVINC. P. II. tit. V. §. *würde auch &c. RESOLUT. AD GRAVAM. EX PROCESS* 3. Conf. ill. *MOELLER* in conſpicuis *diſtinctionibus feud.* C. XXV. diſt. I. p. 540. 41.

(x) Hæc multis exemplis probare poſſemus, dummodo ſpatium permitteret. Sufficiat modo hæc adjicere, cauſam reluitionis præfecturæ Fiſchberg. inter domum Saxonicam & abbatem Fuldenſem controverſam coram judicio auſtregarum tractatam fuiſſe, teſte *SCHROETERO* c. d. C. II. §. 34.

(y) *SCHOEPFII* c. d. *arbitr. neceſs.* C. *III.*

(z) Vid. *STRYCK* in *Caut. Teſtam.* in append. *LUNIG* P. Sp. Cont. *II. Fortſ.* 1. *Abth.* 4. *Abſ.* 4. §. 23. p. 294.

(a) Conf. Scriptores §. *VII.* allegati. *LUNIG* P. Spec. Cont. *II. Fortſ.* 1. *Abth.* 4. *Abſ.* 8. §. 6. Vol. 9. p. 776. Add. ill. *ESTOR* in egregio *jur. publ. Haſſ. hod.* Cap. 3. pag. 24.

(b) Vid. ill. *MOSER P. II. der merckw. R. H. Concl.* p. 238. *FABRI Staats-Canzley* T. 79 p. 229. *ACTA HANNOVIENSIA*, de *SENCKENBERG*, de *CRAMER*, *ESTOR*, *BROCKES*, *KOCH*, ab *HAGEN*.

(c) Vid. ſupra §. *VII.* n. 5.

cabilem compositionem tentent; eaque nihil effecta ad executores testamenti deferantur, & si etiam hi illas componere non valeant, ad aliquos proximos, aut si utilius esse existimarent, ad omnes Wetteravicos comites, qui pro gravitate causæ remota appellatione sententiam ferre debeant, aut si partes nec his contenti essent, omnia acta ad judicii cameralis collegium transmittantur, quo *umb die Gebühr* sententiam ferat (*d*).

§. X. Austregæ legales vel legibus communibus vel specialibus constituuntur (§. V.) Communes legales austregæ secundum normam ordinationis cameralis P. II. T. 2. seqq. nominantur, & in certas classes sunt descripti. Prima classe continentur electores & principes (*e*), seculares & ecclesiastici, nec non *Fürstenmæßige*, quando invicem actionem intendunt; secundum ordinem con-

---

(*d*) *LUNIG* Spic. sec. 1. *Th.* 28. *Abs. N.* 29. f. 663. & 664. *SCHOEPF.* c. diss. §. 29. in f.

(*e*) Tutores illustrium pupillorum nomine horum austregis frui, evincit *COCCEII de austreg.* in app. qu. 4. *PURCKHL* c. l. §. 6. n. o. Eosdem austregas illustrium fratribus, liberis, uxoribus, viduis attribuit de LYNCKER de *grav. extrajud.* C. V. S. I. §. XII. n. 4. SCHUBHARD c. l. C. III. n. 100-114. TEXTOR ad R. I. disp. III. th. 4. STRAUCH c. d. §. 12. Utrum vero illi etiam appanagiatis secundum ordinationem cameræ imperii competant, a doctoribus maxime disceptatur. Alii affirmant, alii negant. In affirmantium numero sunt JO. AUG. *nob. dom.* a BERGER *in jure apanag.* §. XXVI. & §. LIX. seqq. SCHUBHARD c. tr. C. III. n. 93. seqq. STRYCK de *foro austreg.* §. XXVI. HEROLD in adjunctis ad COCCEII diss. de *austreg.* qu. V. COCCEII *jur. publ. prud.* C. XXXII. §. 34. & LANGGUT ad illum p. 497. n. 3. STRUV. *corp. jur. publ.* C. XXV. §. 60. illustriss. comes de WURMBRAND C. II. S. III. §. 12. Hi ob generalem plane & indistinctam *ordinationis cam.* dispositionem P. II. t. 2-6. nec non eam ob rationem, quia privilegium austregarum non glebæ sit pretium seu patrimonio inhærens, sed dignitatis præmium personam sequens, atque adeo, quamvis princeps imperii certo quodam principatu careat, nihilominus vel contra alios acturus, vel ab iis litibus petendus, isthoc privilegio gaudeat, austregas iis attribuunt. Deinde per verbum *Fürstenmæßig* apanagiatos intelligi autumant. Add. MINDANUS in *proceß. cam.* L. I. C. XIX. p. 23. SCHWANEMANN in *Obs. cam. pract.* XX. Proferunt etiam exempla ad stabiliendam opinionem suam, v. g. illustriss. comes de WURMBRAND c. l. asserit, se in domo Saxo-Lauenburgica apanagiatorum austregas præjudicio firmatos legisse. Ad negantium numerum referendi sunt TITIUS in *spec. jur. publ.* Lib. VI. c. 3. §. 8. ill. WAHL in Diss. *de sententiarum summorum S. R. J. judiciorum contra principes apanag. executione* §. XIII. seqq. quippe qui apanagiatis omnia beneficia immediatorum negat, hincque omnes ei contradicentes rejicit, ea ex ratione potissimum, quia apanagiati primam instantiam coram judiciis primogeniti habeant, hujusque superioritati territoriali in omnibus actionibus subjecti sint. Sed quod ad nos attinet, hanc litem brevitatis studio nostram non facimus, illudque solum addimus, quod negantium opinio ad familiares austregas extendenda non sit. De imperatoris cum augusta, regisque Romani nec non vicariorum austregis vid. HEROLD c. l. qu. VI. perill. de SENCKENBERG c. l. p. 53. 54. illustriss. comitis de WURMBRAND cit. c. l. §. 18. Num vero extraneus principem sive ordinem imperii primæ classis coram austregis convenire teneatur, asserimus cum STRYCKIO de *foro austreg.* §. 21-24. BLUM tit. XXVIII. proc. cam. n. 43. contra COCCEIUM de *austreg.* §. 24. PURCKHL c. l. p. 16. n. m. de LYNCKER c. l. p. 388. §. XII. ea ex ratione præcipue, quoniam quilibet forum rei sequi debet. Si igitur reus primum forum coram austregis fortitur, illud ei adimi nequit, quisquis sit actor.

conficiunt prælati, comites, dynastæ, nobiles imperio fine medio obnoxii, fi ab electoribus & principibus conveniuntur. Tertius ordo comprehendit electores, principes *und Fürstenmäßige*, quando cum iis prælati, comites, barones, dynastæ, nobiles imperii & urbes agunt. Quartus ordo prælatis, comitibus, dynastis & nobilibus imperii eft destinatus, quando inter se jure experiuntur. Et his, qui legalium jure austregarum gaudent, varii modi in ordinatione camerali præscripti sunt, quibus inter se convenire possunt. Respiciendum autem eft in iis ad personam rei, qui civis fine medio imperatori & imperio obnoxius esse, nec alium judicem quam imperatorem & cameram agnoscere debet, minime tamen necessario ab actore illud exigitur *(f)*.

§. XI. Quæritur autem, utrum liberæ imperii civitates communibus austregis legalibus gaudere debeant? Sunt, qui illud affirmant idque hisce ex rationibus: 1) quoniam in constitutione Alberti II. *(g)* Wilhelmi *(h)* principio O. C. P. II. tit. IV. & ORDIN. IVD. AVL. tit. II. §. 2. earum mentio fit, 2) imperio fine medio subjectæ, nec non 3) tanquam ordines imperii cum aliis ordinibus imperii de salute Germaniæ consultant, 4) deinde procul dubio in CAPITULATIONE CÆSAREA art. XVIII. §. 3. & 4. & art. XIX. §. 6. *in fine*, sub vocabulo communi *der Stænde* comprehenduntur, atque sub hoc nomine iis austregæ attribuuntur, quod adhuc magis 5) ORDINATIO IVD. AVL. tit. II. §. 2. confirmare videtur. Præterea multis vicibus ab aliis ordinibus instar austregarum adhibitæ fuerunt *(i)*. Si igitur civitates imperii ordines existerent, non minori reliquis ordinibus jure etiam austregarum foro gaudere debere censendum esset. Quinimo si nobilibus imperii hoc forum concedatur, cur non & civitatibus imperii adhuc magis *(k)* eadem privilegiata fora indulgentur, ne deterioris conditionis habeantur ac reliqui ordines & membra imperii. Num vero civitates imperii vere austregis ordinationis fruantur, iique iis indulgeantur, nunc investigandum erit. In ordinatione camerali austregæ illarum non nominantur, sed sermo ibidem tantum eft de civitatibus, alios principes &c. in jus vocantibus, quod nimirum actionem in foro austregarum instituere debeant, hincque omnes fere interpretes evincunt, civitates imperi non gaudere austregis ordinationis communibus. Quin etiam civitates imperii ipsæ in scriptis suis hoc, quamvis ægre, concedere videntur *(l)*, quod videlicet non fruan-

---

(f) COCCEII de *austr.* §. 22. PFEFFINGER ad Vitr. Lib. IV. t. V. §. 5. *b.* p. 526.

(g) versu: *Item wer es ob ein Fürst, Grave, Freyherr oder Ritter oder Knecht mit einer Reichs-Stadt Vordrung und Ansproch hette*, &c. apud SCHILTER *inst. I. P.* Tom. II. p. 343. Sed hæc constitutio effectu caruit.

(h) Vid. DATT. c. l. Lib. I. C. 4. num. 20.

(i) Vid. DATT. Lib. I, C. 28. LEHMANN in *Chron. Spir.* L. VII. c. 26. 29. 48.

(k) Vid. STRYCK de *foro austr.* §. 32. FICHARDUS in *Cons.* CXXIX. qu. 3. pr. 2.

(l) Hoc patet ex monitis civitatum imperii ad capitulationem augustissimi imperatoris Francisci I. factis apud ill. MOSERUM in *annot. ad illam* P. II. p. 945. ubi verba sic se habent: *Bey VERSCHIEDENEN REICHS-STÆDTEN ist das* jus austregarum vel per conventiones vel per privilegia cæsarea vel per antiquissimam observantiam *wohl erlangt, und undisputirlich hergebracht, solches in denen zwo letztern kayserlichen Wahl-Capitulationen selbst* art. 18. verbis: *wir wollen auch die Churfürsten, Fürsten, Prælaten, Grafen, Herren und ANDERN STÆNDEN DES REICHS (worunter Zweifels ohne die Reichs-*

fruantur communibus legalibus austregis, sed a Maximiliano & sequentibus imperatoribus in ordinationibus cameræ omissæ, & de hoc sæpenumero conquestæ sint (*m*).

§. XII. Nunc contemplandum est, num civitates imperii aliis speciebus austregarum præditæ non fuerint? Habuerunt omnino multæ ab antiquis temporibus suos austregas pactitios, privilegiatos & per præscriptionem sive observantiam acquisitos, uti civitates ipsæmet confitentur (*n*), atque a Doctoribus multis exemplis comprobatur (*o*). Fuerunt autem civitates vel cum aliis fœdere conjunctæ, & tunc de austregis in formulis fœderum quoque plerumque convenerunt (*p*), vel illos pacto singlari a viciniis stipulatæ fuerunt (*q*), vel privilegio quodam a cæsare illos impetrarunt. Sic enim Moguntia, Wormatia & Oppenheim An. 1254. fœderatæ civitates inter se convenere, ut contentiones jam ortæ, vel in posterum suborituræ, per duodecim viros consules fide dignos & juratos e qualibet civitate electos compositione amicabili vel justitia terminarentur (*r*). Moguntia, Argentoratum, Wormatia & Spira pacto suis controversiis sopiendis austregas ex senatoribus suis sibi constituerunt (*s*). Eodem modo libera S. R. I. civitas Memmingensis, patria mea dulcissima, cum civis quidam Memmingensis Waltheri Ehingeri, consulis Ulmensis, glebæ ad-

 scrip-

Reichs-Stædte, vvie in allen andern Handlungen, vvo nach den Churfürsten, Fürsten, Prælaten, Grafen und Herren das Wort STÆNDE vorkommt, gemeint und verstanden sind) &c. als etvvas bekanntes vorausgesetzt und vorgestellt Es geschicht dennoch aus keiner Arroganz, UM SICH DER LEGALIUM theilhaftig zu machen, und somit denen Herren Churfürsten und Fürsten zu parificiren, *sondern nur bloss aus der Absicht, die schon længst acquirirt- auch von denen Ræmischen Kayser und Kænigen bestændig fort allerguædigst bestætigte* privilegia *und übrige* jura *der Reichs-Stædte zu vervvahren, dass sie nicht vveniger als der hæhern Stænde Gerechtsame von den hæchsten Reichs-Gerichten observiret, und in aufrechten Stand gelassen vverden mæchten &c.*

(*m*) Hoc non solum apparet ex querela a Norimberga ad Carolum V. imp. facta in privilegio huic civitati imperii indulto apud *HÜLS de RATSBERG* c d, p. 40. seqq. *LUNIG R. A.* P. Spec. Cont. IV. p. 2. *Abs.* 35. n. 78. p. 163. verum etiam ex actis conventus deputatarum civitatum A 1597. Heilbronnæ habiti, teste *HILLERO de civit. imp. amicab. judicio* § XV. & XVI. seqq. Add. ill. *MOSER* in comm. ad *Capitulat. Caroli VII.* imp. *P. I.* p. 97. seqq. & *P. II.* pag. 509. 510.

(*n*) Vid. n. l. & m. anteced. Add. *HÜLS de RATSBERG* c. l. Sect. Post. §. 4. seqq.

(*o*) Conf. *KNIPSCHILD* de *jur. & privil civitat. imp.* L. II. C. I. num. 84. *WALDSCHMID* de *austr. com.* §. 7. de *LYNCKER* c. l. C. V. S. 1. §. 15. pag. 400. *PFEFFINGER* c. l. Lib. IV. t. 5. §. 7. perill. de *SENCKENBERG* c. l. §. 39. *HERZOG Chron. Alsat.* L. VIII. p. 142. *SCHUBHARD* c. tr. C. III. num. 8. & C. VIII. n. 15. *HILLER* c. d. *STRUV. corp. jur. publ.* p. 977. *CONRING* de *judic. Germ.* l. 39.

(*p*) Tabulas ejusmodi fœderum exhibet *LEHMANN* in *Chron. Spir. DATT.* c. l. L. I. Cap. V. n. 36. seqq. Cap. 27. & alibi passim, nec non *HILLER* c. l. *JOANNIS rer. Mogunt.* T. I. p. 674. ubi de Wetteravica pacificatione de A. 1358. egregium exemplum affert.

(*q*) *HÜLS de RATSBERG* c. l.

(*r*) *PH. JAC. LAUZ* de *conventibus civitat. imp.* 1721. Argent. habita in app.

(*s*) *LEHMANN* l. c. C. *XCIII.* §. *Tege und Ustrege zu machen* &c.

ſcriptum hominem (*t*) coram judicio provinciali Memmingenſi in jus vocaret, hoc autem conſociationi a civitatibus Memmingenſi & Ulmenſi initæ contrarium haberetur, utraque civitas An. 1447. ad præfectum civitatis Ravenſpurgenſis, Joannem Sanber nominatum, compromiſerunt, qui tamen hanc controverſiam componere noluit, ſed ad auſtregas fœderis Suevici, quocum utraque civitas conjuncta fuit, illam remiſit (*u*). Nec ſilentio prætereundi ſunt Goslarienſium auſtregæ, qui ſæculo XIV. circa annum 1314. & 1340. maxime innotuerunt. Cum enim illis de feudis advocatiæ præcipue variæ lites cum vicinis nobilibus de Gudſted intercederent, primum ex pacto & compromiſſo Burchardus, comes Mansfeldenſis, & Conradus Wernigerodanus judices his controverſiis componendis conſtituti fuerunt. Deinde a Wenceslao imperatore An. 1390. privilegiata judicia & in quacunque cauſa civili ſibi ipſis judices eligendi facultatem impetrarunt (*x*). Reipublicæ Norimbergenſis judices pactitios recenſet HüLS *de* RATSBERG (*y*).

ſ. XIII. Liberæ imperii civitates non ſolum pactis auſtregas conſtituerunt, ſed & privilegiis illos impetrarunt (ſ. XII). Quod ad privilegiatos attinet auſtregas, eorum multi inter privilegia civitatum imperii occurrunt (*z*). Sic enim *Aala* ex privilegio Ruperti imp. coram præfecto ſuo cum civibus jure contendere poteſt. *Argentoratum*, hodie Gallis parens, auſtregas vigore privilegii Sigismundi imp. habuit ſenatus civitatum Baſileæ, Wormatiæ & Ulmæ (*a*). *Auguſta Vindelicorum* coram novem commiſſariis ex ſenatu electis cum civibus ſuis indultu Rudolphi II. experitur. *Biberacum* concedente Ruperto coram præfecto ſuo actiones audit. *Bopſinga* ex privilegio Friderici III. judicem primæ inſtantiæ agnoſcit præfectum ſuum & quatuor ex vicinarum civitatum imperii ſenatibus. *Buchornia* coram judicio civitatis ſuæ cum civibus ex Caroli V. privilegio contendere poteſt. *Campidunum* ſecundum privilegium Maximiliani I. conſules ac ſenatores ex una civitatum Ulmenſi, Memmingenſi & Ravenſpurgenſi auſtregas ſibi eligere poteſt. *Donawerda* indultu Friderici III. quondam unam ex civitatibus, Auguſta Vindelicorum, Norimberga & Ulma judicem eligere potuit. *Dünckelſpila* præfecto ſuo, *Stadt-Amman*,

(*t*) Verba documenti a dicto præfecto Ravenſpurgenſi tunc temporis conditi & Memmingenſibus traditi ſic ſe habent: *wie ſich vormals gefügt, daſs einer der jetzt benempten von Bürger einen ſinen des (Walther Ebingers) Arman, den er mit Thür und Thor beſchlüſſe -- mit dem Landgericht derſelben zu Memmingen fürgenommen, -- auch über das und die Ebenempten von Memmingen und ſin (Ebinger) Herren und gut freund von Ulme, in früntlicher Verainung mit einander dozemahl gewesen, vnd och noch waren, vnd er ſollichs nach Innhalt derſelben Verainungbrieff nit geton, noch ſie ihm des geſtattnet haben ſollten, dann die gar aigentlich vſswyſte, was IR BüRGER oder die IHREN ZU EINANDER ZESACHEN oder Zeſprechen hetten oder gewinnen*, &c.

(*u*) Ratio ex ſequentibus verbis ejusdem documenti patet: *darumb daſs dem jedwedern tail ſin Freyheit auch des Landgerichts Gewohnheit nach die Verainung und ir Herkommen dotzmal weder vff- noch abgeſprochen werd* &c.

(*x*) Vid. *GE. FRID. HARTMANN* de *jur. auſtreg. legal. lib. ac imp. reip. Goslar. competente* p. 16. 21. 29. *KEMMERICH* c. d. p. 12. 13.

(*y*) cit. diſſ. Sect. poſt. §. *IV*. ſeqq.

(*z*) Recenſet illos *PFEFFINGER* c. l. *LUNIG in R. Arch.* & ill. *MOSER im Reichs-Stædtiſchen Handbuch*, unde & nos plurima depromimus.

(*a*) Conf. *GRAMBS* de *privilegiis Argentor. civit.* &c.

man, ex privilegio Maximiliani I. utitur, qui sibi ex quatuor civitatum senatibus, nimirum Nordlingensi, Rothenburgensi ad Tubarim, Halensi Suevorum & Werthensi Suevorum totidem judices adsciscere tenetur. *Eslinga* per Carolum V. imp. senatum Ulmensem, Reutlingensem & Heilbronnensem austregas nacta est. *Friedberga* etiam suos austregas habere videtur (*b*). *Gelnhusa* permissu Caroli IV. coram præfecto suo causam dicit. *Gemunda* secundum privilegium Friderici III. scultetum suum & quatuor seu sex senatores civitatum Ulmensis, Eslingensis, Halensis Suevorum, Dünckelspielensis, Nordlingensis, Giengensis, Aalensis & Bopfingensis austregas habet. *Gienga* vigore diplomatis Friderici III. senatum Ulmensem vel Nordlingensem & Gemundanum judices primi fori obtinuit. *Goslaria* ex privilegio Wenceslai austregas eligere potest (*c*). *Hala Suevorum* scultetum suum imperii cum quinque seu septem senatoribus ex tribus vicinis civitatibus imperii suos judices vigore privilegii Maximiliani I. laudat. *Hamburgo* juxta diploma Sigismundi imp. comes (dux) Holsatiæ judex constituitur (*d*). *Heilbronna* coram sculteto & judicibus suis subit judicium vigore privilegii Caroli IV. . *Kaufbura* prætectum suum judicem indultu Wenceslai habet. *Leutkerka* auctoritate privilegii ejusdem imperatoris coram præfecto suo reorum stat loco. *Lindavia* privilegio Friderici III. civitates Costanz, Uberlingen, Ravenspurg aut S. Gallen austregæ constituti sunt. De *Memminga* infra acturi sumus. *Nordhusa* causam dicit ex privilegio Maximiliani I. coram judicio civitatis suæ aut coram Muhlhusæ, Goslariæve senatu. *Nordlinga* indultu Friderici III. præfectum suum & quatuor aut sex ex senatu Gemundano, Dunkelspielensi, Werthensi, Giengensi aut Bopfingensi austregas accepit. *Norimberga* judices primæ instantiæ ex constitutione Caroli V. sunt senatus civitatum Winsheim & Weissenburg. *Ratisbona* teste Wehnero, Knipschildio & Limnæo, gaudet privilegiatis judicibus, videlicet consule & senatu Augustano, Norimbergensi & Ulmensi, vel etiam pro actoris arbitrio quinque vel sex senatoribus Ratisbonensibus. Niti hos judices partim privilegio Friderici II. partim introductos usu longissimo, evincit PFEFFINGER c. l. *Ravenspurgum* præfectum suum cum tribus, quinque, septem aut novem ex senatoribus vicinarum civitatum imperii auctoritate *Sigismundi* imp. in controversiis suis admittit judices. *Reutlinga* civitatibus Ulmensi, Eslingensi & Gemundano ex privilegio Maximiliani I. committit suas lites. *Rothenburgum ad Tubarim* auctoritate privilegii Friderici III. imp. juxta præfectum suum ex tribus vicinis civitatibus imperii quatuor aut sex senatores primæ instantiæ judices habet, coram quibus civitas conveniri potest. *Suinfurtum* concessione Rudolphi II. prætore suo & duobus, quatuor aut sex senatoribus sive assessoribus judicii civitatis Norimbergensis & Rothenburgensis austregis utitur. *Uberlinga* austregæ sunt varii, & quidem vel judex provincialis cæsareus Sueviæ, vel una trium civitatum imperii Costniz, Lindau sive Ravenspurg, secundum privilegium Sigismundi imp. *Ulmam* secundum privilegium Sigismundi judices in primo foro Memmingam, Gemundam & Biberacum agnoscere dicitur (*e*). *Weissenburgum Norici* ab eo tempore, quo præfectu-

(*b*) *MOSER* c. l. T. I. pag. 727. 741.

(*c*) Vid. *HARTMANNI* c. d. pag. 29.

(*d*) Vid. *LUNIG* c. l. 23. *Abs.* §. 41. pag. 947. Quod Carolus V. 1541. confirmavit, *Id.* c. l. §. 53. pag. 988.

(*e*) Asserit hoc *STRAUCHIUS* c. d. *KNIPSCHILD* c. l. Lib. III. C. 54. §. 33. sed ubinam illud privilegium extet, ignoramus. Alias Ulma secundum privilegia vetustiora coram prætore sive præfecto suo conveniri potuit.

ram imperii adepta est, coram senatu Norimbergensi primum sortitur forum. *Wimpena* prætorem & quinque aut septem senatores civitatis Spirensis, Halensis & Heilbronnensis indultu Caroli V. austregas laudat. *Winsheim* secundum diploma Caroli V. judices primi fori scultetum suum & civitates Norimbergensem, Rothenburgensem nec non Dunckelspielensem prædicat. *Wormatia* ex privilegio Maximiliani I. coram novem civitatis commissariis sive deputatis in primo foro conveniri debet.

§. XIV. Varii autem judicii austregarum effectus observantur, inter quos præcipuus est, ut per illud jurisdictio cameræ atque judicii aulici cæsarei restringatur & suspendatur. Nam jure austregarum gaudentes non alibi in primo foro, quam coram austregis in jus vocari possunt (*f*), nec camera concurrit cum austregis. Inficias ire quidem non possumus suprema imperii judicia hactenus austregis principum, civitatum aliorumque ordinum imperii non semper concessisse locum, uti apparet ex actis publicis de controversiis ducum Saxoniæ & abbatis Fuldensis (*g*), Hassiæ Landgraviorum, civitatum imperii Reutlingæ, Dunckelspielæ aliarumque exstantibus, ubi austregis omissis commissarii cæsarei & judicia imperii lites cognoverunt. Num vero hoc jure factum sit & fiat, alia quæstio est. Provocare igitur jure meritoque ad austregas licet, & eorum exceptione se tueri possunt omnes illi, qui iis præditi sunt, nec his denegari debent (*h*). Hoc enim prohibent ordinatio cameralis, judicii aulici, recessus imperii novissimus, recessus visitationis de An. 1713. instrumentum pacis, capitulatio cæsarea, & ordinibus nobilibusque imperii beneficium austregarum confirmant atque stabiliunt. Unde & quandoque evenit, ut judicia imperii suprema eos austregis sive primo foro uti jusserint, qui actiones ad illa prætermissis austregis detulerunt. Ita in causa *Reuters Witwen* contra *den Herrn Bischof zu Lübeck*, *Würtemberg-Oels* contra *Würtemberg-Stuttgard*, *Loewenstein* contra Fridericum Carolum Erbaci comitem decretum esse legitur (*i*).

§. XV.

(*f*) Sunt quidem, qui existimant, judicium cæsareum aulicum austregas negligere, præterire & in primo foro cognoscere posse. Vid. *PAURMEISTER* de *jurisdict.* L. II. c. 4. n. 133. Sed perperam. Adstrictus enim est imperator ex capitulatione & aliis legibus imperii ad observandos austregas. O.C. P. II. t. 2. *INSTR. PACIS OSNABR.* art. *V.* §. 56. *R. I.* de A. 1654. §. 105. *CAPITULATIO* art. *XVIII.* §. 3. 4. seqq. & *XIX.* §. 6. *SCHUBHARD* c. I. c. II. n. 55. seqq. c. IX. n. 107. ill. *ESTOR* c. d. §. 68.

(*g*) Conf. *die merckwürdige Reichs-Hofraths-Conclusa* P. VI. pag. 352-356. ill. *ESTOR* c. d. §. 76.

(*h*) de *LUDEWIG* Vol. *II. consil. Hall.* conf. 95. Lib. II. n. 3. & 18. Vol. I. Lib. I. Conf. 280. n. 1. *ab HAGEN* c. d. §. 72.

(*i*) Vid. *Reichs-Hofraths Concl.* P. II. p. 699. 925. P. V. p. 765. ill. ESTOR. c. I. §. 74. 75. LUNIG sel. script. ill. p. 703. FABRI *Staats-Cantzley* T. XXIV. p. 794. & T. LXXXIII. pag. 487-571. Cur autem judicium austregarum hodie tam raro occurrat, investigavit ill. ESTOR c. I. § 72. 73. de LUDOLF *comm. syst.* pag. 38. seqq. perill. de SENCKENBERG c. I. §. 50. STRUV corp. jur. publ. p. 980. SCHROETER c. d. C. I. §. 27. Præcipue earum traduntur causæ, quod commissiones cæsareæ & rescripta, nec non citationes loco mandatorum sine clausula judicio imperii aulico consueta non parum deliquii creent. Accedunt summæ difficultates, sumtus in nonnullis speciebus adhibendi immensi, in quibusdam classibus judicii austregarum occurrentes moræ & tandem in executione plerumque hærens aqua, &c.

ʃ. XV. Judiciorum auſtregalium ſubjectum conſtituunt illæ tres perſonæ, quæ quodvis aliud judicium conficiunt, nimirum judices actores & rei. Quod judices concernit, ſunt vel perſonæ publicæ per ſe & conditionem nec non dignitatem, vel privatæ, quæ non per ſe, ſed e dominorum ſuorum perſonis conſiderantur, uti ſunt conſiliarii aliique perſonæ jure auſtregarum gaudentium. Sed quæ, quales quotve hoc judicium auſtregarum tanquam judices conficiant, nec non ratio eos eligendi, ac modus ordoque in hoc judicio procedendi (*k*), ſententias pronunciali, harum valor & vis, quænam remedia ſuſpenſiva permiſſa, & quomodo interponenda ſint, ex pactis, arbitriis ſingulorum & ordinatione camerali derivanda ſunt, quippe quorum formulæ variant, ita, ut ad certam regulam reduci nequeant. Quid autem faciendum ſit, ſi pars quædam auſtregas detrectet, tradit SCHOEPFF (*l*).

ʃ. XVI. Sententia in judicio auſtregarum lata, executioni danda eſt. Cuinam vero judici illa executio competat, cameræ imperii, an ipſis judicibus auſtregarum, inter Doctores maximopere diſceptatur, & quæſtio multis dubiis obnoxia eſt. Auſtregæ ſunt vel legales vel non legales. Quod legales concernit, his STRYCK (*m*) ESTOR (*n*) PüRCKHL (*o*) de LYNCKER (*p*), aliique executionem attribuunt. Alii vero cameræ imperii executionem vindicant, quo referendi ſunt: COCCEII (*q*) GAIL (*r*) FRID. MINDANUS (*s*) MYNSINGER (*t*) BLUM (*u*). Aliis aqua hæret, nec quid dicere velint, conantur (*x*). Quod ad noſtram ſententiam attinet, a partibus eorum ſtamus, qui executionem auſtregis jure competere evincunt. Hoc enim ex illis colligere licet, quod I. in ORDINATIONE CAMERALI P. II. t. IV. ʃ. 14. executionis mentio fiat. Verba enim ibidem ſic ſe habent: *zum achten, ſo ſoll oder mag ein Churfürſt, Fürſt oder Fürſtenmäſſiger neun Räthe ernennen und ſetzen, vor denen neun die HAUTSACHE und EXECUTION in erſter Inſtanz gehört.* Clarius nil dici poſſet. Obſtare quidem videtur ORD. CAM. P. II. T. VIII. ʃ. 8. ſed ſi hæc verba cum antecedentibus verbis ʃ. 7. comparantur, perſpicitur, ſermonem ibi eſſe de cauſis ſpolii exceptis nec non de commiſſariis ad auſtregas, qui ab imperatore impetrandi ſunt, minime vero de auſtregis a partibus ſponte ſua electis. II. Convenit auſtregis executio ex analo-

Xx 3 gia

(*k*) De antiquo modo procedendi diſſerit DATT. c. l. lib. I. c. 27. n. 100. B. KEMMERICH c. d. c. 1. §. 7. ſeqq. HuLS de RATSBERG c. d. S. 1. §. 12. Recentiorem modum procedendi cum formulis neceſſariis tradit I. F. HOFFMANN in tr. de *modo & norma inſtituendi & proſequendi proceſſum auſtregarum*. perill. de SENCKENBERG c. l. §. 41. STRYCK de *proceſſu auſtregarum & de foro auſtregarum*, COCCEII in diſſertationibus allegatis, PüRCKHL. l. c. p. 19. 20. SCHUBHARD c. l. c. VI. HEITMANN c. d. §. 20.

(*l*) cit. diſſ. §. XVII.

(*m*) diſſ. de *proc. auſtreg.* §. 37. Ejus fundamentum eſt ordinationis cameralis P. II. t. 4. §. *zum Achten* C. 6. 26. & 28. X. de off. jud. del.

(*n*) c. d. §. 71. n. II. (*o*) c. l. §. XXVI. p. 85. ſeqq.

(*p*) c. tr. p. 760. §. 57. n. 2. (*q*) de *notione & execut. auſtreg.* c. II.

(*r*) L. I. obſ. 1. n. 52. (*s*) de *proc. cam.* tit. 27. n. 205.

(*t*) Cent. IV. obſ. 93. (*u*) *proc. cam.* tit. 27. n. 205. PFEFINGER c. l. p. 543. 544. n. *b.* STRUV c. l. C. XXV. §. 63.

(*x*) HEITMANN c. d. §. 51. SCHUBHARD c. l. c. VI. n. 202. affirmat & num. 235. negat.

gia juris. Sunt enim judices primæ instantiæ ex lege imperii, quod omnes confitentur. Qualis autem esset judex primæ instantiæ, si eum executio deficeret? Austregæ dicuntur judices primi fori, ut causas litigiosas decidant & exequantur, & si hoc fieri nequit, tunc ad superius judicium lis deferenda ibidemque decidenda est. Non credendum, ac si austregæ essent Romanorum judices pedanei, qui tantum notionem causarum habuerunt, sed sunt judices Germanorum, quibus jurisdictio competit. Jurisdictio autem ordinarie non solum potestatem cognoscendi, verum sententiam ferendi, latamque exequendi involuit (y). III. Austregarum jurisdictio est ordinaria, quæ jure publico stabilita est (z). Si ordinaria jurisdictio iisdem tribuenda est, cur facultatem sententiam executioni mandandi iisdem denegare volumus? IV. Processus austregarum legibus imperii ita formatus est, ut imperatori causas huc spectantes in primo foro ad se trahere, easdemque in judicio suo aulico decidere non liceat. Legalibus igitur austregis executionem jure competere non sine ratione adstruere possumus (a). Præterea privilegiatis austregis civitatum executio sæpius relinquitur, uti ex variis privilegiis apparet. Inspiciatur modo privilegium primi fori e. g. civitatis Friedbergensis (b) &c. De non legalium austregarum latis sententiis nunc dispiciendum est, quomodo executæ fuerint. Occurrunt in monumentis varii modi (c). Fœdere conjuncti de sententia ab austregis suis pronunciata exequenda plerumque convenerunt (d), certisque personis extra imperii tribunalia illam demandarunt, quemadmodum ex tabulis fœderis Suevici aliisque liquet, quandoque sub pœna stipulata (e) vel sine ea, sub fide tamen data, sententiæ austregarum fœderati, condomini sociive se submiserunt. Unde formula enata: *das sol von beyden Syten stete und veste gehalten und vollenzogen werden, und soll auch die Sache Ende nemen* (f), cum summum crimen haberetur, *Spruchbrüchig werden* (g). Unde colligi potest, exe-

(y) Vid. illustr. ENGAU *elem. jur. Germ.* Lib. IV. tit. 1. §. 1.

(z) SCHUBHARD c. l. C. VI. num. 172.

(a) Sed quomodo austregæ executionem facere possint, his verbis tradit SCHUBHARD c. l. C. VI. n. 204. *Quocirca*, ait, *judices austregarum, si nimirum bona in illorum territorio sita, sententiam suam exequi volent, vel per litteras mutui compassus, ut alius, in cujus territoria victus bona possideat, executionem faciat, uti alii magistratus, petere potest.*

(b) MOSER *im Reichs-Stedt. Handbuch* T. I. p. 741.

(c) de SENCKENBERG c. l. §. 24. seqq.

(d) DATT c. l. Lib. I. c. 18. Lib. II. c. 23. de SENCKENBERG c. l. §. 24-29. ill. KAYSER de *jud. pac.*

(e) Vid. Consociatio comitum Wetterau. & reliquorum cum iis conjunctorum de A. 1520. nec non consociatio comitum Suevicorum de A. 1568. ubi duo millia florenorum pœnæ loco in hoc casu exiguntur a contravenientibus.

(f) Conf. pactum Ganerb. inter comitem Wertheimensem & dominos de Eppenstein apud WALDSCHMID c. d. de pact. ganerb. in app. n. 1. KYLLINGER disc. de *ganerb.* ubi verba sic se habent: *so geben wir einem jeden regierenden Eltesten N. oder seinem Vertreter freye Macht, dass er auf Anruffen der Parthey, welcher ein Mandat, Befelch, Urthel und Erkenntniss erhalten, und auf Gesinnen und Ersuchen, welche in den Sachen als Obmann und Richter gesprochen haben, alsbald execution fürnehmen solle.* Addantur formulæ §: 3. supra in medium prolatæ.

(g) de SENCKENBERG c. l. §. 26. STRUMPF *Schweitz. Chr.* Lib. V. c. 7. f. 376.

executione judiciorum imperii in judicio auſtregarum pactitiorum opus non fuiſſe.

§. XVII. Quænam autem cauſæ ad judicium auſtregarum pertineant, vehementer diſceptatur. Alii omnes cauſas, niſi expreſſe quædam excipiantur, eo referunt (*b*). Alii eas tantum auſtregis tribuunt, a quibus ad judicium camerale provocare licet. Unde excipiunt cauſas principum criminales (*i*), matrimoniales (*k*), feudorum regalium (*l*), religionis (*m*), pacis publicæ, religioſæ, profanæ fractæ, pignorationes (*n*), arreſta (*o*), reſtitutiones (*p*), tutelares (*q*), fiſcales (*r*), famoſas (*s*), litigioſæ poſſeſſionis, relaxationis jurisjurandi ad effectum agendi, denegatæ juſtitiæ & protractæ, privilegii cæſarei violati, mandatorum S. C. (*t*) &c. materias.

§. XIIX. Quod priorum opinionem attinet, nititur verbis ordinationis cameralis generatim conceptis: *Sprüch und Forderung, die ihr einer zum andern hett oder gewunnen* (*u*), & diffitendum non eſt, illam veriorem poſteriori nobis videri. Nam vocabula *Sprüch und Forderung* minime, uti quibusdam videtur, actiones tantum civiles, ſed omnes litis ac negotii ſpecies notant. Non omnes autem litium ſpecies ſunt civiles, ſed & aliæ cauſæ adſunt (*x*), &

(*b*) LIMNÆUS I. P. Lib. IX. C. V. §. 60. STRYCK de *foro auſtreg.* §. 33.

(*i*) Has ad judicium auſtregarum ſpectare aſſerit SCHROETER c. d. c. 1. §. 16. HüLS de RATSBERG S. I. §. 16. LIMNÆUS c. l. SCHUBHARD c. V. n. 8. 9. 37. negat STRAUCH c. d. §. 17. In privilegiis auſtregarum civitatibus imperii conceſſis plerumque cauſæ criminales ad auſtregas earum remittuntur. Unde formula: *es treffe an Ehr, Leib oder Gut* &c. in iis ſæpiſſime legitur.

(*k*) ZIEGLER ad *prax. Calu. §. auſtr.* concl. 2. admittit in cauſis matrimonialibus auſtregas. Contradicit ei STRYCK, STRAUCH, SCHUBHARD, &c.

(*l*) Admittunt auſtregas in cauſis feudalibus HüLS de RATSBERG c. l. S. I. §. 19. MYLER in *add. ad Rum.* P. II. d. 1. corr. 6. Negant plurimi hoc penitus. Vid. PFEFFINGER c. l. §. 13. n. *a.* ibique allegati auctores, quibus addi poſſunt WERNHER *Obſ. for.* T. III. pag. 518. conf. KOCH cit. disquiſ. §. XVII. SCHOEPF c. d. § 12. perill. de SENCKENBERG c. l. p. 37. KOPP *Lehnprob.* P. I. p. 66. Vindicare tamen res feudales auſtregis videntur ordines imperii, uti ex exemplis, quæ STRUV in *Corp. jur. publ.* c. XXV. §. 49. & ITTER de *feudis imp.* c. 25. §. 21. circa finem, de Landgravio Haſſo-Caſſellano in medium protulit. Alii tertiam claſſem conſtituunt, diſtinguentes, lis aliqua non propter ipſum feudum oriatur, ſed aliam qualitatem attingat, an ipſum feudum concernat; illo caſu auſtregas admittunt, non vero hoc. Vid. STRAUCH c. d. §. 16. SCHUBHARD c. l. c. V. n. 173. STRYCK de *arbitro feudali* c. 3. n. 16. ITTER c. l.

(*m*) Vid. SCHOEPF c. l. §. XII. de SENCKENBERG c. l. p. 37.

(*n*)-(*s*) In his HüLS de RATSBERG locum auſtregis conventionalibus concedit c. d. §. 16. diſſentit STRAUCH §. 36. c. d.

(*t*) de CRAMER c. d. & ab HAGEN in mandatis S. C. auſtregis locum dant, quod negat cel. PüTTER de *exceptionibus fori declinat, in proceſſu mandati S. C.* cap. 1. §. 5.

(*u*) P. II. tit. II. §. 1.

(*x*) BESOLD *theſ. pract.* P. I. v. *Sprüch und Forderung.*

& testantibus monumentis antiquis convincimur, non solum actiones civiles, sed & causas arrestorum, pignorationum, diffidationum, litigiosæ possessionis, spolii, dejectionis, turbationis ad austregas per consociationum formulas tractas fuisse (y). Quæcunque igitur causæ hodie per leges imperii exceptæ non sunt, illæ etiam ad austregas legales remitti posse videntur. Sed quænam causæ hodie exceptæ sint, ex legibus & formulis pactorum statutorumque dijudicandum erit (z). Austregæ enim antiquitus in Germania pacis colendæ & quietis gratia ob lentum & conturbatum judiciorum imperii in administranda justitia statum & nonnunquam ob defectum eorundem, ut & studium defugiendi cæsaris jurisdictionem, nec non ad turbas variis ex causis enatas, bella privata removenda moribus pactisque introducti, & deinde legibus imperii confirmati sunt. Et quamvis quædam causæ adsint, quæ ad legalium austregarum cognitionem non referuntur, attamen animadvertitur, eas austregis pactitiis & statutariis sæpe commissas fuisse (zz). Possemus hæc multis exemplis probare, dummodo prolixiores esse valeremus, nec austregas patriæ illustraturi essemus. Quod civitates imperii attinet, earum inspicienda sunt diplomata, quorum favore jus austregarum nactæ fuere.

CAPUT II.

DE

AUSTREGIS LIBERÆ S. R. I. CIVITATIS MEMMINGENSIS.

§. I.

Memminga, Mammingen, Mæmminga (a), Libera S. R. I. civitas Sueviæ insigni gloria & splendore, nec non prærogativis a vetustis temporibus claruit. Fuit enim multis vicibus maximorum fœderum inter principes aliosque potentes initorum socia; hocque modo jura sua eximia tuita est. Fuit enim in fœdere civitatum Suevicarum anno 1356. (b) Palatinorum Rheni, Marchio-

(y) Conf. uniones elector. de A. 1424. de A. 1446. 1502. consociationes comitum v. g. Wetteravicorum & cum iis conjunctorum de A. 1520. §. *würden sich aber Irrung, Gefengnis oder Pfandung &c.* Wetteravicorum & Suevicorum de A. 1579 §. *und da sich zum siebenden &c.* & reliquæ. Addantur formulæ fœderum Suevicorum aliorumque, ubi similia constituuntur. Perill. de CRAMER c. l. §. 6. KEMMERICH c. l. p. 36. 38. 56.

(z) Vid. ill. ESTOR c. d. S. II. § 82. FRIDERUS MINDANUS c. l. L. I. c. 20. LIMNÆUS c. l. ubi recensentur caussæ, quæ a doctoribus vulgo eximi solent.

(zz) Vid. SCHROETER c. d. S. I §. 16.

(a) De appellationibus Memmingæ patriæ sive veris sive falsis JO. GE. HERMANN, Lycei patrii Rector meritissimus, A. 1748. disquis. quandam publici juris fecit. De iisdem vir celeberrimæ famæ JO. GE. WACHTER in *gloss. German.* sub voce *Memmingen.* LIMNÆUS I. P. Lib. VII. C. 33. n. I. KNIPSCHILD de *jur. & privil. civitat. imp.* Lib. III. c. 23. quædam in medium protulerunt.

(b) DATT c. l. Lib. I. C. 5. num. 38.

chionum Badensium & civitatum Suevicarum 1379. (*c*) societatis Leoninæ, S. Georgianæ (*d*) Rhenensium & Suevicarum civitatum anno 1381. (*e*) Eberhardi comitis Wurtembergici anno 1397. (*f*) & anno eodem Leopoldi Austriæ ducis (*g*). In Suevicum fœdus fuit recepta anno 1488. 1496. 1500. 1512. & 1521. (*h*). Splendet prærogativis ordinis imperii, eaque ex ratione gaudet suffragio & sessione in comitiis imperii, matriculæque imperii inserta est. Conspicuus est ordo circuli Suevici, & instar aliorum illius membrorum juribus fruitur, & quod rempublicam ipsam attinet, bene constituta & instructa est judiciis, legibus & privilegiis.

§. II. Habuit autem antiquitus civitas nostra sua judicia vigore conventorum fœderumque, & adhuc hodie auctoritate superioritatis territorialis, nec non privilegiorum illa constituit. Instructa hinc ordinariis & privilegiatis judiciis primi fori. Quoad conventa judicia exemplum nobis exhibet controversia civitatis nostræ cum Walthero Ehingero, consule Ulmensi, intercessa, supra C. I. §. X. enarrata. Fœderum beneficio austregarum pactitiorum in controversiis cum principibus, civitatibus aut subjectis civibus exortas particeps (*i*), iisque gavisa fuit.

§. III. Cum vero respublica nostra magis magisque securitati suæ consultura, in judiciis per pacta constitutis acquiescere nollet, metuens, ne adversarii conventis morem non gererent, sed pro moribus sæculi bellis privatis, seu diffidationibus atque deprædationibus magis se vindicarent, & jus sibi sumerent, præterea judicia provincialia nec non Westphalica jurisdictione sua abuterentur, privilegia exemtionum ab illis alienis judiciis impetravit.

§. IV. Inter privilegia reipublicæ Memmingensis exemtionem ab alienis judiciis concernentia antiquitate sese commendat privilegium Rudolphi I. d. d. Augustæ VIII. Kal. Febr. anno 1286. quo cavetur, ne ullus judex publicus, nec dux, nec comes, aut quilibet ex judiciaria potestate ipsos (Memmingenses) super possessionibus juri forensi ipsorum civitati subjacentibus & aliis causis secularibus quibuscunque, nisi coram suo judice conveniat &c. Item, si aliquis homo advocatitius in Memmingensium civitate esset residens, ne advocato de sua persona aliquod servitium facere teneatur. Præterea iisdem hoc privilegio addicuntur omnes libertates, gratiæ & jura universa & singula civitatis Uberlingen (*k*), & gratia simul civibus indulgetur, ne pignorentur (*l*). Ludovicus Bavarus imperator omnia privilegia sub dato Göppingen *an dem Uffartag* A. 1330. confirmavit (*m*). Idem fecit Carolus IV. A. 1348. (*n*), & alio

(*c*) *ib.* I, 6, 40. (*d*) *ib.* I, 7, 19. (*e*) *ib.* I, 8, 12.

(*f*) *ib.* I, 9, 46. (*g*) *ib.* I, 12, 10.

(*h*) *ib.* II, 8, f. 281. II, 14, f. 325. II, 18. f. 350. II, 21, f. 382. II, 23. f. 406.

(*i*) Vid. DATT c. l. Lib. I. C. V. f. 33. & alibi passim, quemadmodum §. antecedenti dictum fuit.

(*k*) Adolphus imperator sub d. Landovve Idus Jul. A. 1296. civibus Memmingensibus ac eorum civitati omnia jura, libertates & gratias, quibus civitas Ulmensis gavisa, donavit. LUNIG c. l. pag. 1416. MOSER *R. Stadt. Handbuch* P. II. pag. 223.

(*l*) Vid. LUNIG R. *A.* P. Sp. Cont. IV. 1. *Th.* p. 1415. ill. MOSER c. l. T. II. p. 222.

(*m*) LUNIG c. l. (*n*) *ib.* p. 1417. MOSER c. l. p. 223.

privilegio sub d. Sulzbach de anno 1354. civitatem nostram a judiciis provincialibus exemit (o).

§. V. Perspectis antiquis privilegiis, quibus nostra respublica ab imperatoribus majora in dies incrementa cœpit, restat, ut ipsis privilegii Friderici III. imperatoris d. d. Ratisbon. *am Erichtag nach Joh. Sonnewenden* anno 1471. mentionem faciamus, quo privilegiis ab illius antecessoribus adhuc alia adduntur, & austregæ constituuntur. Verba apud LUNIG. c. l. p. 1420. (p) sequentis tenoris sunt: *Wir Friederich von Gottes Gnaden Römischer Kayser, zu allen Zeiten Mehrer des Reichs, zu Hungarn, Dalmatien, Croatien &c. König, Herzog zu Oesterreich, zu Steyr, zu Kerndten, und zu Crain, Herr auf der Windischen March und zu Portenau, Grave zu Habspurg, zu Tyrol, zu Phirt und zu Kyburg, Marggraue zu Burgau, und Landgrave im Elsas, bekennen und thun kund offentlich mit diesem Brieve, allen denen, die ihn sehend oder hærend lesen, wiewoln wir allen und jeglichen unsern und des Reichs Unterthanen und Getrewen unser Kayserlich Genad mitzutheilen geneigt sein, so haben wir doch billig mehr Neigung zu denen, so uns und dem heiligen Reich on Mittel gewant sein, und sich in unsern und desselben Reichs mercklichen Geschæfften und anliegenden Nottürfften mit ganz getreuer Unterthænigkeit, und Darlegung ihres Leibs und Guts, zu Hülff und Beystand unser und des heiligen Reichs gehorsamlich beweist und erzeigt haben, sie mit unsern Kayserlichen Gnaden und Freyheiten für andern zu begaben und zu fürsehen, damit sie dester bas bey Fried und Ruhe und Gemach beleiben mægen, und von niemand getrengt, beschwert, noch beschedigt werden, und dann vor uns kommen ist, unser und des Reichs lieben Getreuen Burgermeister und Rath der Stadt Memmingen erbar Raths-Bottschafft, und hat uns von derselben von Memmingen wegen fürbracht, wiewol die gemelten von Memmingen von uns unsern Vorfahren am Reich læblich begnadiget und gefreyt, und sy, ihr Burger, Inwohner, Hindersæssen, Cloester, Gottesbæuser und ander geistlich und weltlich Personen, so ihnen und den ihren zugebærten und zu versteben stünden, einem jeden, der Clag oder Spruch zu ihnen zu haben vermeint, nach laut derselben ihre Freyheit, Rechtens statt zu thun, zu verhelffen und gehorsam zu seyn, willig wæren; Nichts desto minder wurden sy mennigmal mit fremden und ausländischen Hof-Landes-und andern Gerichten fürzuladen, anzulangen, zu beclagen und zu rechtfertigen understanden, und dardurch mercklich beschadiget, und uns demüthiglich anruffen und bitten lassen, sy hierinnen gnædiglich zu fürsehen, also haben wir angesehen ir demütig, ziemlich und fleissig Bitte, auch getrevv, nützlich und willig Dienst, so sy und ihr Vordern, uns und unsern Vorfahren, (uns) und dem heiligen (Ræmischen) Reich bisher gethan haben, tæglich thun, und hinfür vvol thun mægen und sollen, und haben darum mit vvolbedachtem Muthe, gutem Rath und rechtem Wissen, den obgenannten von Memmingen, zusampt ihren Freyheiten, so sy von uns und dem heiligen Reich haben, die besondere Gnad und Freyheit gethan und gegeben, thun und geben ihnen solche Gnad und Freyheit von Ræmischer Kayserlichen Macht Vollkommenheit, wissentlich und in Crafft diß Brieffs, also, daß (sie) hinfüro zu künfftigen evvigen Zeiten niemands, in vvas Würden, Stats (Standts) oder Wesens der oder die vvehren, so zu den ebegenannten von Memmingen, ihren Burgern, Einvvohnern, Dienern und Hindersassen, oder ihrem Gut, vvo und an*

(o) LUNIG c. l. pag. 1418.

(p) Extat etiam hoc privilegium apud MOSERUM c. l. T. II. p. 226. seqq. & LIMNÆUM in *jur. publ.* Lib. VII. c. 33. n. 8.

an vvelchen Enden die gesessen, gelegen und vvie die genannt sein, oder vverden, Clag, Spruch oder Vorderung hette oder gevvanne, vvarumb das vvare, es treff an Ehr, Leib oder Gut, dieselben von Memmingen, noch die ihren, als obgemelt ist, für unser und des Reichs Hoffgericht zu Rotvveil, noch einich Hof-Land-noch andere Gericht, vvo die gelegen, und vvie die genannt, auch in vvas Ehren und Würden die sein und vvaren, so von uns unsern Vorfahren am Reich gesetzt und geben sein, und hinfür vverden mæchten, nicht fürladen, ansprechen, belangen (beclagen), æchten, kümmern noch einich ander Proceß oder (noch) Gerichts-Übung vvider sy ausgeben lassen sollen noch mægen, sondern vver zu Burgermeister, Rath und gemeiner Statt Clag, Spruch oder Vorderung hette, oder gevvænne (gevvinnen mæcht), daß dann der, oder dieselben, darumb vor den Ehrsamen, unsern und des Reichs lieben Getreuen, Burgermeister und Rathe, der Statte Augspurg, Ulm, Ravenspurg, Bibrach oder (und) Kempten, vvelche under derselben Statte eine sy ervveblen und bestimmen, und niendert andersvvo Recht nemmen und suchen, daß sich auch ein jeder an denselben Enden begnügen lassen, und ein jede der vorberührte Statt einer (eine), so darinne ervveblt und aufgenommen vvirdet, annemmen (aufnehmen) und Recht ergeben lassen sollen, den vvir auch, daß an unser statt zu thun, hiemit insonderheit bevehlen, Macht und Gevvalt geben, daß gleich (dergleichen) vver zu eintzigen und sonderlichen Personen, ihren Burgern, Hindersæssen, Einvvohnern, Dienern, und den (denen), so ihm und ihren Bürgern zugehörten, Mann- oder Frauen-Geschlecht, Clag und Spruch hett oder gevvönne, der oder dieselben sollen darum Recht vor ihrem Stattgericht zu Memmingen, oder andern Enden, und in ihren Gerichten, da ihr jeglich gesessen sein, suchen und nehmen. Were aber, daß sy oder die ihren, als vorsteht, darüber mit einigen Hof-Landes-oder andern Gerichten geladen, angelangt, bekümmert, oder mit Acht, Aber-Acht, Anlait oder Proceß vvider sy gericht oder procedirt vvürd, (soll das) ganz krafftloß, vernicht und untügenlich (sein), und die ehegenannten von Memminger und die ihren, als obbestimt ist, nicht binden, sondern ihn ganz (und gar) unschädlich sein soll, die vvir auch jetzt alsdann, und dann als jetzt, ganz krafftlos und untüglich erkennen, von jetzt geemelter unser kayserlichen Macht Vollkommenheit vvissentlich und in Krafft diß Briffs. Wer auch Sach, daß jemand offenbahr Recht versagt oder gefährlich verzogen vvürd, so möchten dieselben alsdann ihr Recht suchen an Enden und Gerichten, da sich das gebürt. (Reliqua verba privilegii, quæ de recipiendis bannitis agunt, omittimus.) *Mit Urkund diß Brieffs, besiegelt mit unser Kayserlichen Majestät anhangenden Insiegel, geben zu Regenspurg am Erichtag nach Sant Johanns-Tag zu Sonnevvenden (Samenden), nach Christi Geburt, vierzehenhundert und ein und siebenzigsten, unserer Reiche des Römischen im zvvey und dreyssigsten, des Kaysertbumbs im zvvanzigsten und des Hungarischen im dreyzehenden Iahren.*

§. VI. Secundum hoc privilegium competit reipublicæ nostræ jus austregarum. Si quis igitur, sit cujuscunque conditionis, dignitatis aut qualitatis (q), adversus illam, consulem & senatum de quacunque causa sive personam sive rem in judicio civili aut criminali concernente in primo foro expercturus

(q) Cum hoc privilegio non confundendum est illud privilegium Alberti I. imp. civitati nostræ A. 1438. concessum **vvegen des Banns über das Blut zu richten**, nec privilegium Friderici III. A. 1490. eidem donatum, **alle Missethæter und schædliche Leute zu strafen.** Vid. LUNIG c. l. p. 1418. & 1422. Nec huc spectat privilegium ejusdem imperatoris A. 1471. indultum, de capiendis debitoribus. LUNIG c. l.

turus est, illud coram consule & senatu Augustano, Ulmense, Ravenspurgense, Biberacense vel Campidunense, quem ex his ipsa ipsive electuri sunt, facere debet.

§. VII. Quilibet, cujuscunque conditionis, dignitatis aut qualitatis sit, rempublicam Memmingensem, consulem & senatum coram austregis in primo foro in jus vocare debet (§. VI). Si igitur principi, aliæve personæ illustri, civitati imperii, nobili, privatæve personæ alicujus rei actio est adversus Memmingensem civitatem, & in privilegio nominatos, illud primum forum præteriri nequit. Hoc enim sanciunt verba privilegii: *daß binfür zu künftigen ewigen Zeiten niemandt, in was Würden, Stats, (Standts) oder Wesens der oder die webren.* Nec ad aliud judicium imperii eadem civitas in caussis ad forum austregarum pertinentibus trahi nec evocari potest.

§. VIII. Causæ ad judicium austregarum nostrorum spectantes promiscue atque indefinite his verbis indicantur: *und wie genannt sein, oder werden, Clag, Spruch oder Vorderung bette, oder gewönne, WARUM DAS WÆRE, ES BETREFFE AN EHR, LEIB oder GUT &c.* Ex his igitur patet, omnes causas tam personales quam reales, civiles criminalesque ad illud pertinere ibique tractandas, neque actiones injuriarum, nec accusationes criminum exceptas esse.

§. IX. Sed quæstio in disceptationem venit, num austregæ Memmingenses etiam sententiæ latæ executionem suscipere possint? Non dubitamus illud affirmare, tam secundum ea, quæ supra (C. I. §. XVIII.) dicta sunt, quam per inductionem ob verba privilegii idem evinci posse videtur, quæ sic se habent: *daß sich auch ein jeder an denselben Enden begnügen lassen, und ein jede der vorberührten Statt eine, so darinne erweblet und aufgenommen wirdet, annehmen, und RECHT ERGEHEN LASSEN SOLLEN.* Controversiæ igitur non solum decidendæ, sed decreta quoque ad executionem sunt producenda. Quodsi vero pars quædam sententia ab austregis pronunciata se gravatam existimet, tunc appellatio ad judicia imperii suprema dirigenda est.

§. X. Non autem ex his in medium prolatis perinde concludere licet, ac si austregæ illa civibus quoque Memmingensibus in jus vocatis donati essent. Neutiquam. Hi potius cum incolis judicio civitatis & senatui subjecti sunt, quemadmodum privilegii verba ostendunt, nec ad judicia imperii suprema provocare possunt, nisi summa sit appellatione digna. Fuit autem antiquitus illa summa juxta privilegium Caroli V. anno 1521. civitati nostræ indultum 60. florenorum, hodie autem secundum recessum imperii novissimum §. 112. 600. flor. Sed priusquam appellatur, secundum privilegium Caroli V. juramentum malitiæ & cautio *mit Verbafftung des Leibes* præstanda est.

Possent adhuc multa alia privilegia, quæ nostra civitas impetravit, enumerari, si prolixiores esse valeremus.

DISSER-

DISSERTATIO XXII.

LINDAUGIA IN LACU ACRONIO URBS ANTIQUISSIMA.

§. I.

PLuribus equidem iisque egregiis argumentis historicis controversam ætatis prærogativam petinclytæ Civitatis Imperialis Lindaugiæ, in insula undiquaque fluctibus undarum superioris lacus Acroniani circumfusa, ponteque olim lapideo, jam inde ab anno 1647. & 1674. ligneo, C. pilis vel arcubus subnixo & CCCL. usque passuum continenti juncta, demonstravit Patriæ jurium & antiquitatum peritissimus Consul JO. REINHARD. WEGELIN. in Diss. Inaug. Jenæ an. 1711. publico eruditorum examini submissa *de Prærogativa antiquitatis S. R. J. Lib. Civitatis Lindaviensis præ Ill. ad D. Virginem Cœnobio, ejusdemque famosi diplomatis falsitate, contra iniqua Maximiliani Rassleri S. J. Vindicationis argumenta, denuo retecta.* Supersunt tamen multa hocce argumentum illustrantia, quæ ad instar Spicilegii altius jam investigare & perpendere lubet.

§. II.

Confessa sane res est & manifesta, prærogativam ætatem nullatenus competere Cœnobio in hac tiliarum Augia vel insula, à tiliis lætiori germine subinde propullulantibus sic dicta, eo quidem modo ac forma, qua Communitates & oppida plerumque, ex situ & commoditate loci aliisque circumstantiis capiebant primordia sua. Unde de ipsa origine primisque inhabitatoribus insulæ, ut à fabulosis & fictis traditionibus abstineamus, si dicamus quod res est, cum compluribus hoc commune habet, ut ortum suum nesciat, certissimo vetustatis reconditæ indicio. Quemadmodum verò situs & commoditas insulæ hujus tiliaris, nemine contradicente, tutissimum portum seu adnavigationis locum totius lacus acronii seu Bodamici, ventis omnibus pervium, natura firmum, nulli non negotiorum generi opportunum, & adversus inopinatas hostium incursiones securum sistit, ideòque à Stumpfio in Actis Lindav. p. 32. & 33. & à Bucclino in Constantia sacra & prof. P. II. p. 57. laudatur als die älteste Schifflände / beste und nächste Fahr am Bodensee gegen den Churer-Rieß / Helvetien und Welschland. Ita nullum quoque dubium, veteres accolas ante tempora Cæsaris Augusti hanc Insulam portuosissimam & commodissimam, tam piscationum quam commerciorum aliarumque necessitatum causa adnavigasse, ipsos autem Romanos, devictis Rhætis, eam præsidio ac propugnaculo contra finitimos Vindelicos communivisse. Ita enim Vellej. Paterculus L. II. *Augustus Cæsar haud mediocris belli molem per Tiberium Neronem experiri statuit, adjutore operis dato fratre ipsius Druso Claudio, quem*

intra Cæsaris penates enixa erat Livia, quippe uterque divisis partibus Rhætos Vindelicosque aggressi, multis urbium & Castellorum oppugnationibus, nec non directa quoque acie feliciter functi, gentes locis tutissimas, aditu difficillimas, numero frequentes, feritate truces, majori cum periculo, quàm damno Romani exercitus, plurimo cum earum sanguine perdomuerunt. (*a*) Horatius quoque L. IV. Od. 4.

Vidêre Rhæti bella sub Alpibus
Drusum gerentem Vindelici - -

clarius Dio L. 54. *Proinde Drusus ac Tiberius simul multis locis in Rhætiam irrumpentes legatorum opera, ac ipse etiam Tiberius per lacum navigiis subvectus, exterruerunt ea re barbaros.* Hinc Strabo L. VII. pr. *Drusus non gentes modo plurimas sed & insulas littore obvias subegit. Prope hanc regionem, pergit, origo & Istri & Rheni, ac lacus inter horum fontes situs, & paludes è Rheno effusæ. Lacus in ambitu habet stadia amplius CCC.* (Velserus substituit D. aut DC.) *trajectum prope CC. Inqur ea est INSULA, qua pro receptaculo* (ὁρμητηρίῳ) *usus est Tiberius navali pugna cum Vindelicis certans.*

(*a*) Vid. Livius in Epitome 136. 137. Sueton. Tib. L. IX. Florus L. IV. c. 12. Ægid. Tschud. Descript. Rhæt. C. XI.

§. III.

Hinc orta est quæstio, de qua insula, an Lindaugiensi? an Augia divite? an Mainaugia? Strabo loquatur. Authores (*b*. 1.) qui optimam Insularum Acronianarum cognitionem habuêre, nulli plane dubitant, insulam à Strabone indigitatam omnino intelligendam esse de insula in superiori ejus parte sita, ideoque sola ac unica Lindaugiensi. Et si vel situm ipsum hujus insulæ consideres, commodiorem navibus stationem securiusque propugnaculum Tiberius in hoc mari Suevico habere haud potuit, quo tanquam specula & receptaculo contra Rhætos Vindelicosque vicinos usus est, testantibus Stumpf. loc. alleg. daß es ex natura situs zu allen Zeiten ein vernampter Paß und Überfahrt des Bodensees gewesen; & Vadiano in MSCto vom obern Bodensee / ubi: an diesem Platz / in insula scilicet Lindaugiensi, ist der ältesten Schifflände eine gewesen / die am alten Bodensee liegend / und trag nit Zweifel / daß der K. Tiberius auf diesem wehrlichen Platz seine Schiffrüstung wider die Vindelicier und Schwaben gehalten habe / und dahin seine Macht / wenn er hat wollen / ab dem Gegengelände bringen und führen mögen / und viel Jahr nach demselben K. Constantinus, wie er für Kempten heraus an den Bodensee kam / sein Wesen alldar gehabt habe. Quocum etiam consentit celeberrimus Ægidius Tschudius in opere præstantissimo Historico-Topographico, jam ante ducentos & quod excurrit annos concinnato, & nuperrimè demum in lucem prolato, disertis asserens verbis (*b*. 2.) Herr Rhenanus hat irrend vermeint / die Insul Reichenau im Untersee solte die Insul seyn / darinnen Tiberius gelegen / welches nicht ist. Dann der Untersee gefruret winterszeit allweg / daß man mit Wägen darüber fahren / zu dem daß er an der Germanischen Seiten so dünn ist / daß man auch viel Zeit im Sommer allda in die Insul reiten mag. Hyperaspistes Cœnobialis Rasslerus Censoria quidem ac critica virgula notat verba Dionis, quibus usus est Conringius in versione latina: *Quod Tiberius per lacum navigiis subvectus sit*, conjecturando, Tiberium ex insula Lindaugiensi, utpote in superiore lacus parte sita, non deorsum versus, sed ex insulis inferioribus sursum ad superio-

res

res navigiis ſubvectum eſſe; ſi verò non verba Dionis ſed ſenſa & vim eorum conſideremus, *διὰ τῆς λίμνης πλοίοις κομιστεὶς ἀπὸ τȣ τύτȣ*, manifeſtum inde eſt, navibus vectum, vel quod idem ex ſenſu & ſignificatu grammaticali, ſubvectum eſſe Tiberium, absque ſpeciali mentione, an averſo an ſecundo lacus & undarum flumine hoc contigerit. Negari quidem haud poterit, Tiberium à Zurzachio (quod ab ipſo forum Tiberii cognominatum eſt) exercitum duxiſſe ad lacum Bodamicum, ibique progreſſum eſſe terreſtri itinere verſus loca Romishornam & Arbonam, ab his ſtationibus *Cornu Romanorum* & *Arbor felix* dicta, quandoquidem ob ipſam Rheni fluminis rationem ejusque pervulgatam & innavigabilem catarrhactam inter Rhinaviam & Scaphuſiam ſitam, nullis operibus effici potuiſſet, ſubvehendi navigia majora omnique belli apparatu onuſta in lacum Bodamicum, de cujus accolis Strabo quoque Rhætos tunc temporis exigua parte, majori Helvetios & Vindelicos attigiſſe memorat, inter Rhætos & Vindelicos autem ex ſententia Cluverii probabiliſſima in Vindel. & Noric. Cap. 3. quoad regiones lacui contiguas fluvium **Bregentz**/ qui oritur in monte ſic dicto Argyrio, & haud procul oppido Brigantio in ſuperiorem lacus partem decurrit, pro termino ponit, ideòque Brigantinos Vindelicis annumerat, quos poſteris temporibus cum Civitate Brigantia Ptolomæus Rhætis accenſuit. Nec obſtat, Lindaugiam nomenclaturam ſuam à Romanis non habuiſſe, vel ſervaſſe, erroneum quippe & à veritate alienum, ea ſolummodo loca ſtationes Romanas habuiſſe, quibus hodienum nomen eſt latinum ſeu Romanum. Nec Sindeslavia nec Mainavia nomen à Romanis ducunt, paulo ſecus ac Brigantia, quæ ab incolis Brigantiis, hi vero à fluvio Brigantio ita ſunt appellati, quemadmodum Licates à Lico, Iſarci ab Iſara &c. Et quis dubitet, Romanos eundem locum ſeu Inſulam, quam ſæpiſſimè adnavigarunt, & pro receptaculo ſunt uſi, ſub tiliarum nomine ſignaſſe, æque ac Arbonam & Romishornam ſub nomine Arboris felicis & Cornu Romanorum.

(*b*. 1.) Inter quos referri merentur Ægid. Tſchud. in Rhætia Alpina Cap. IX. ap. Schard. T. I. p. 350. Guilliman. de reb. Helvet. L. II. pag. 149. Stumpf. L. V. fol. 66. **Schweitzer-Chronick**. Cruſ. Annal. Suevic. P. I. L. III. c. 5. & L. XI. C. 2. in Parolipom. C. XX. Bucelin. in Chronolog. Rhæt. ad an. orbis conditi 4604. & in Chronolog. Conſtant. ad dict. an. Cluver. L. II. C. 40. Antiq. Germ. Braun. L. I. de urbib. Conf. Wegelin. d. l. Sect. II. §. 2. (*b*. 2.) In opere Hiſtorico-Topographico. L. I. Part. V. Cap. 7. §. 5. voc. *Inſula*.

§. IV.

Antiquiſſimum Romanæ Stationis ſeu commorationis in hac inſula monumentum eſt turris quadrata, ſaxis miræ magnitudinis exſtructa, tantæque adhuc firmitatis, ut nullo ferè opere frangi queat. Stumpfius in cit. Chronico Helvetic. L. V. C. 9. deſcribit eam **als einen wunderalten Thurn**/ ab omni ferè ævo ab incolis & vicinis dictam **die Heydenmaur**/ ab aliis *murus Tiberii*, cujus juſſu pro ſpecula & propugnaculo aptiſſimo continentem verſus ædificatum eſſe, haud dubitandum, maximè ſi cum aliis ſtupendis Romanorum ipſiusque Tiberii operibus ſtructuram ejus conferamus, quæ paſſim ad lacus Bodamici oras ut indubia caſtrorum & ſtationum Romanarum monumenta etiamnùm oculis ſunt ſubjecta. Alterum idemque antiquiſſimum Romanorum munimentum eſt Caſtellum, **die Burg** dictum, pariterque miri operis ſtructura, ut non facile vi vel aquarum mole deſtrui queat, in ipſo lacu & in uſum baliſtarum ſagittariorumque extructa, qui aquam ſtationemque navium verſus partem meridionalem cuſtodiant, hosteſque ab appulſu littorum arceant.

Pro-

Propugnaculi hujus facies quidem, ab Alemannis aliisque hostibus fortassis sæpius quassati, ejusque superior structura subinde reparata, & ad mutatam belli gerendi defendique castellum rationem mutata est, imum verò seu fundamentum ejusdem molis & solidissimi operis, ut sunt alia Romanorum opera, inprimis præfata turris seu murus Tiberii cum admiratione in hodiernum usque diem lustratur. Ipsum sane antiquissimum vocabulum, **die Burg**, & ipsum quoque S. Aureliæ templum, quod hodie sub S. Jacobi nomine veneramur, quodque in medio castelli conspicitur, à primis sine dubio Christianis incolis ædificatum, antiquitatum areæ demonstrant. Testantur enim Ratpertus & Walafridus Strabo, quam antiqua templa ista S. Aureliæ dicata circa lacum Bodamicum fuerint. vid. Wegelin. d. l. Sect. II. §. 5. & 6. Hinc etiam manifestò liquet, hanc tiliarum insulam non ἑρμητήριον solum vel receptaculum militum Romanorum, sed alia quoque habitacula & ædificia pro servandis rebus frumentariis & nauticis aliisque requisitis necessariis ibidem fuisse. Lehmannus quippe in Chronico Spir. L. II. C. 3. ex Floro & Dione apposite scribit: **daß die Römische Kriegsleuthe bey ihren Burgbäwen/ wie auch die Inwohnere selbsten sich Wohnungen gebauet/ und diese sich der Römer beginnen wohlgefallen lassen/ woraus hinnach Städte/ Flecken und Dorffschafften entstanden.**

§. V.

Hoc quidem certum, insulam nostram nec à Dione, nec à Ptolomæo vel Strabone, neque etiam in Itinerario Antonini, nec ab aliis Scriptoribus Romanis speciali nomine signatam esse, sed certum quoque, Romanos in Germania, & speciatim in terris Rhæticis & Alemannicis multas urbes & oppida seu castella condidisse, in quibus hyberna, forum & congressus habuerunt cum barbaris, etsi horum nulla amplius mentio ab historicis facta sit. Unde etiam Lehmann. in cit. opere nunquam satis laudando L. I. c. 7. testatur, **daß die Städt in Teutschland/ so bey der Römer Zeiten erbaut gewesen/ gemeiniglich zweyerley nahmen gehabt/ einen/ damit sie die Römer/ und einen/ damit sie sich selbsten in ihrer Stadt und bey den benachbarten benahmset haben.** Quid mirum itaque, si nomen *Lindau*, germanico constans etymo, apud Scriptores latinos, quibus omnia in antiquissimis debemus, non reperiatur. Quemadmodum enim **Arbon** *Arbor felix* ob soli fertilitatem, **Regenspurg** *Augusta Tiberii* à primo conditore, **Augspurg** *Augusta Vindelicorum* à gente, **Stein** *insula Rheni* à situ, sic etiam **Lindau** vel *Insula Tiliarum* à tiliis perpetuo progerminantibus, vel *insula Vindelicorum* etiam à gente, teste Tschudio Rhæt. C. IX. *in una Vindeliciæ extremitate juxta Lycum fluvium locatur Augusta, & in opposito Lindaugia, quæ ut videtur olim insula Vindelicorum appellata fuit*; vel *insula Tiberii* à conditore, judicante ità Bucelino in Rhæt. ad an. O. C. 4604. *Tiberius haud procul Zurzachio locum commeatui promovendo & à se forum Tiberii cognominavit, structaque insignium navium classe, per Rhenum & Acronium sive Potamum Brigantiam enavigans, insula, cui à Tilia nomen, postea Tiberio fuit, bene usus maritimo cum Rhætis ac Vindelicis certamine congressus*; κατ' ἐξοχὴν *Insula lacus Acroniani* vel *Brigantini* dicta fuit. Nec illud prætereundum, Tabulam Peutingerianam vel sic dictum Itinerarium Antonini, manu saltem imperiti alicujus metatoris descriptum, infinitis scatere mendis, inque eo illas saltem mansiones vel stationes expressas esse, quæ in vias designatas incidunt, præteritis aliis non obscuri nominis locis; idque idcirco animadvertendum esse judicat Velserus in Præfat. laudati operis *de rebus Augustan.* ne antiquitatis nomine decepti tabulæ authoritatem,

quam

quam Author non petit, non meretur, tribuamus. Iter verò illud militum Romanorum terrestre, in dicta tabula metatoria descriptum, ab Arbore felice ad Rhenum hodiè Rhineck / inde Brigandiam, Vemaniam, Campodunum, indeque Augustam Vindelicorum; Insula verò Tiberii seu tiliarum in ipso lacu sita, & ab Arbona, Rheno & Brigantia intervallo unius, duorum & trium milliarium dissita, nec attingi nec designari potuit hoc itinere terrestri, quemadmodum etiam nec Drusomagum, nec Ebodurum, nec Ectodurum, aliaque juxta Rheni caput loca, quorum quidem meminit Ptolomæus, Itinerarium verò Antonini nequaquam.

§. VI.

Et quamvis etiam facile possit conjici, hanc ipsam insulam Alemannis quoque non fuisse incognitam & inaccessibilem, utpote qui ex latebris suis erumpentes, viribusque paulatim auctis, gentes lacus Bodamici accolas subinde lacessebant, oppida & munimenta Romanorum expugnabant, omniaque à ducentis inde & quinquaginta annis in potestatem suam redegerant, multo sanguine & ruina vastabant. (c) Constantinus tamen Chlorus reportata in campis Rheno & Acronio proximis insigni victoria, contrucidatisque LXX. ferme millibus Alemannorum, ad ejusdem lacus ripas varia loca tanquam victoriæ trophæa restauravit, præsidiisque firmavit, ut contrà barbarorum incursiones fines Rhætorum Vindelicorumque tutos redderet. (d) *Placuit enim Constantino*, juxta Aventinum (e) *ad oram Brigantini lacus castra Romanasque vires ad custodiendas Rhætias collocare.* Similiter Stumpf. & Vadianus cit. loc. Es wird auch aus Ammiani Anzeigung erachtet / daß der Römische Gebiether und Wäldherr Constantinus allda / (in Insula Tiberii) wider die Allemanner sein wesen und läger gehabt habe. Quæ ideò restaurationis ædificiorum ac munimentorum Lindaug. indicia sunt manifestissima, æque ac Vitoduri ab Alemannis diruti & à Constantino sub nomine Constantiæ restaurati. Quod autem attinet vicinum oppidum *Brigantium*, Walafridus Strabo (f) adhuc B. Columbani ætate circa annum 609. *oppidum vetustate collapsum* appellat, refertque (g) eundem Columbanum Presbytero Willimaro in castro Arbonensi Brigantium pro eremo proposuisse, dicentem: *in hac solitudine locus quidem est antiquæ structuræ, servans inter ruinas vestigia, ubi terra pinguis & fructuarii proventibus apta, montes per gyrum excelsi, heremus vasta & imminens oppido, planicies copiosa.* Et Cap. 6. S. Columbanum ibidem ex navi egressum, ædiculam in honorem S. Aureliæ ædificatam sed penitus profanatam offendisse, immunditiis liberasse, reliquiasque Aureliæ altari condidisse; S. Gallum autem, Columbani comitem, homines ad ipsum venientes christiana fide imbuisse, & ad verum Dei cultum revocasse, ipsum autem tribus comitibus exacto triennio à Gunzone ipsius terræ Domino expulsum esse, teste Ratperto. (h) Locus autem, quo commoratus est S. Gallus ad oras lacus Brigantini, hodienum lapis S. Galli, St. Gallenstein / prope oppidum Brigantium nuncupatur.

(c) Vid. Welser. rer. Aug. Vind. Lib. VII. p. 317. seqq.

(d) Vid. Bucelin. in Rhæt. ad an. 298. & seq. Stumpf. L. IV. c. 23. & L. VII. C. 11. B. Rhenan. L. I. Crus. Annal. Suev. P. I. Lib. V. C. 4. Lehmann. d. l. Lib. I. c. 25.

(e) In Annal. Bojic. L. II. p. 139.

(f) In Vita S. Galli, ejusque Procem. apud Goldast. rer. Alem. T. I. P. II. p. m. 143. (g) Lib. I. C. 5. (h) In Cas. S. Galli Cap. I.

§. VII.

Et hæc sunt antiquissima eaque egregia Civitatis Lindav. monumenta, quæ sane non spernendam ædium frequentiam hominumque in hac Insula societatem demonstrant, quæque ævo Francorum & Alemannorum, dulcedine & commoditate ejus allectorum, fugatis penitus devictisque Romanis, tacitis subinde incrementis ingravescere cœpit. (*i*) Ipsum quoque S. Petri templum, in eminentia insulæ constructum & vetustate sua conspicuum, oppidum si modo unquam destructum, diu ante tempora Caroli M. restauratum esse indicat. *Profecto extra controversiam est*, scribit Vadianus de Monast. in Præfat. *vix alias gentes in illa barbarie seculorum Ecclesiis ornandis vovendisque amplius impendisse, quam Franci & Alemanni impenderunt. Veterum enim Ecclesiarum Provincialium circa Rhenum & Danubium quasdam restaurarunt, quasdam aut novas ex fundamentis exædificarunt.* Inde etiam postquam gentes per Alemanniam & circa lacum Bodamicum Christo nomen dedissent, (*k*) verisimillimum plane est, ab incolis Insulæ Lindaug. sub idem tempus Ecclesiam S. Petri esse ædificatam. Ecclesias quippe D. Petro Apostolo dicatas per totam ferè Alemanniam pro antiquissimis habendas, jam antehac ex authoribus & Chronicis fide dignissimis *Heiderus* (*l*) *Ægid. Tschudus* (*m*) qui: *Rhæti*, inquit, *cum Christiani fierent, exstructa est in campo illo Ecclesia in honorem D. Petri, & inde obtinuit nomen* Feldkirch; & *Bucelin.* (*n*) *Parochiale templum Ranckwila D. Petro sacrum vetustissimi totius Rhætiæ nomen obtinet.*

(*i*) Heider. in Act. Lindav. pag. 32. 33.

(*k*) Guilliman. in Habsburg. L. II. C. I. sub Chilperico Rege ad an. 597. Hospin. pag. 12. &c.

(*l*) Act. Lind. p. 33. & 547. ubi de Ecclesia S. Petri ad sanctum Gallum. Cui consentit magnum Chronicon Belgic. passim, & Lehman. p. m. 141. ubi de Sacello S. Petri in villa Zürch. vid. Conring. in Censura diplom. Lindav. pag. 84.

(*m*) C. 24. in Rhætia Alpin.

(*n*) In Rhætia Topograph. pag. 8.

§. VIII.

Minimum extra omnem dubitationis aleam posuit gloriam ac prærogativam antiquitatis, quam merito præripit hoc ipsum S. Petri templum Parthenoni ejusque Ecclesiæ ad D. Virginem, Rotulus ille Examinis & Depositionis testium, super decimis & juribus inter Canonicum majoris præbendæ Monasterii Lindaviensis & Plebanum Ecclesiæ novioris S. Stephani in Insula perantiquus & circa annum 1320. exaratus, ab ipsis Cœnobialibus ante centum & quod excurrit annos in lucem editus, (*o*) vi cujus testes quam plurimi, omnes ac singuli sacramento constricti, ad Art. I. usque 6. uno quasi ore affirmantes contendunt, *quod communis sit opinio, & sic audiverint à Prædecessoribus suis, in insula Lindaug. primam fuisse Capellam seu Ecclesiam parochialem S. Petri, postea que demum Monasterium fundatum esse in eadem insula.* Conrad Guderscher his verbis enuntiat testimonium suum: *sibi nihil constare, nisi quod Capella S. Petri fuisset fundata ante fundationem monasterii.* Ulricus Guderscher, Minister olim Lindav. *quod sit communis opinio, & sic audiverit ab antiquioribus suis, primò in insula Lindaug. fuisse Capellam S. Petri, & postea fundatum esse monasterium in eadem insula, & quod postea translatum fuerit oppidum*

dum Lindaug. de villa Æschach ad insulam una cum Ecclesia S. Stephani. Merbockus civis Lindaug. *sibi nihil constare*, dicit, *nisi quod Capella S. Petri fuisset prima fundatio in insula Lindaug.* T. dictus Sackh. *quod Capella S. Petri primò fuerit fundata, deinde Monasterium, ante tamen translationem oppidi, & quod de hoc communis sit opinio hominum, & sic audiverit à suis antiquioribus.* Frater Seyfridus: *causam scientiæ dicit, quod sic audivit à Patre suo, qui dixit se habere centum annos in ætate, & à Patruo suo, qui dixit se habere ducentos annos, & ab avo suo, qui dixit se habere centum octoginta annos, quos vidit omnes.* B. dictus Keller ab der Burg/ *quod Ecclesia S. Petri fuerit prima Ecclesia parochialis in insula Lindaug.* Johannes Cellerarius Dominæ Abbatissæ: *sibi nihil constare, nisi quod ipse audivit à quodam Meyen & aliquibus aliis, quos tamen nominare nescit, excepto Walthero, dicto Stulze, quod Ecclesia S. Petri fuisset prima Ecclesia parochialis in insula Lindaug.* Ludovicus dictus Sal. *sibi nihil constare, nisi quod Ecclesia S. Petri sit primæva Ecclesia in oppido Lindaug. Sicut audivit ab antiquioribus suis, & addit etiam quod adhuc inveniantur corpora mortuorum à Sarcophagis.* Wilhelmus famulus Dominæ Abbatissæ: *sibi nihil constare, nisi quod Ecclesia S. Petri fuit prima structura in insula Lindaug.* H. dictus unterstul, ætatis ultra 80. ann. concordat cum Wilhelmo. B. dictus Zendrich similiter. Magister Coppo: *sibi nihil constare, nisi quod audivit ab antiquioribus suis, quod Ecclesia S. Petri sit prima structura in oppido Lindaug. Quod de dictis suis sit publica vox & fama.* Joannes, dictus Blaser: *sibi nihil constare, nisi quod Ecclesia S. Petri fuerit Ecclesia Parochialis insulæ Lindaug. habens cymiterium, ubi sepeliebantur pueri, & quod homines de oppido Æschach, sito in loco dicto* an dem alten Marckt/ *tanquam subditi ingrediebantur Ecclesiam S. Petri, tanquam Ecclesiam ipsorum Parochialem.* De causa scientiæ dicit, *quod audiverit ab antiquioribus oppidi.* Jacobus Vocherer concordat cum Johanne jam dicto. Marquardus Necker: *sibi nihil constare, nisi quod Ecclesia S. Petri fuerit primum ædificium in insula Lindaug. & quod habuerit cymiterium, in quo homines adhuc sepulti reperiuntur in sarcophagis, quod sic audivit à patre suo & ab avo suo.* Et sic porrò alii, ex quorum testimoniis clarè & dilucidè apparet, non solum S. Petri templum primam & antiquiorem Ecclesiam, & quidem parochialem, fuisse in insula Lindaug. sed etiam Ecclesiam S. Stephani primitus in continenti & in villa Æschach ædificatam, postmodùm in insulam translatam, ipsique Ecclesiam S. Petri pro filia assignatam esse.

(o) In Act. Lindav. n. 7. pag. 527. & seqq.

§. IX.

Propiora si accedamus Carolingorum tempora, quibus nec sua desunt monumenta, majorem antiquitatem Urbis quam Cœnobii demonstrantia, duas debemus chartas pariculas Melchiori Goldasto, unam & quidem chartam XIX. Tomo II. *in Cent. chart. & instrum. Vet. Allem.* alteram à Joach. Vadiano apud eund. Goldastum Tom. III. erutam, & libro II. *de Colleg. monasteriisque Germ. vet.* insertam, quæ de uno eodemque concambii negotio, de uno eodemque anno, II. scil. Imperii Caroli Crassi, qui recidit in A. C. 882. ab uno eodemque homine in Zürichgouue, in Cella, sub Adalberto Comite in Durgouue conscriptæ & exaratæ, verba verò utriusque huc spectantia ejusdem tenoris sunt: *in loco, qui dicitur Eskinbouua, ad Curtim Lintouua pertinente, VIII. juchos* (jauchert) *in Zurichgouue, in loco qui dicitur Eulikeuue.* Quamobrem hactenus accerrimè disputatum, an per illam Curtim *Lintouua*, oppidum *Lindavium*,

davium, à quo villa *Eskinbouua*, hodienum *Æſchach* dicta, vix dimidiæ horæ intervallo diſtat, an monaſterium ad D. Virginem in inſula ſitum indigitatum ſit? Pro illa ſententia militarunt viri celeberrimi, (*p*) è contra Hyperaspiſtæ Cœnobiales & inprimis Raſslerus *in Defens. contra Conring.* & *in Vindicatione contra Tenzel.* curtim iſtam Lintouuam cum Eskinhouua ad Parthenonem ſuum trahere ſunt annifi, eorumque eò collimant argumenta: *Certum eſſe debet, potuiſſe Curtis Lintouua nomine Abbatiſſæ palatium, ſive juris dicundi poteſtatem, æque ac locum, curiam ſive tribunal, ubi jus hoc reddebatur, indigitari, adeoque non urbem ſed cœnobium, ſive potius totam, qua tunc erat, Lindaugiam cum ſuprema in illam juridictione Abbatiſſæ ſignificari. Perinde idcircò eſſe, ac ſi germanicè chartarum illarum ſcriba dixiſſet :* Eſchach / welches in das Lindauiſche der Abtiſſin Gebieth oder Gerichtszwang gehöret ꝛc. Egregium ſanè interpretationis ludibrium! Vocula *Curtis* quidem eſt nonnihil πολύσημον, nullibi tamen reperitur, pro cœnobio ejusve palatio accipi. Habebant monaſteria ſuas curtes, ſed ipſa monaſteria nullo nunquam ævo ſolebant audire curtes, prout dudum argumentis probarunt graviſſimis viri in rebus hiſtoricis celeberrimi (*q*).

(*p*) Vadian. in not. ad dict. chartam. H. Conring. in Cenſ. dipl. pag. 254. Mabillon. in Annal. Benedict. L. 32. Tom. II. n. 8. ad an. 838. Sagittarius in Diſſ. de antiquit. lacus Bodam. C. VII. §. 8. & omnium prolixiſſime Tenzel. in Vind. hiſt. pro H. Conringii Cenſura. C. XII. n. 8. p. 264. ſeqq.

(*q*) Vadian. de obſcuris Alemannic. verborum ſignificationibus in Goldaſti Antiquit. Alemannic. Tom. II. P. I. & ipſe Haimensfeld. T. I. P. I. Cap. X. Caſuum Eckardi jun. Heider. in Actis Lindav. pag. 730. Conring. d. l. pag. 235. ſeq. Tenzel. d. l. pag. 266. ſeqq. Wegelin. in præf. *Diſſ.* Sect. II. §. XI.

§. X.

Sed hæc omnia fruſtra & incaſſum hactenus dicta ac diſputata ſunt, quoniam noviſſima Abbatis Gottvvic. Godefridi (*r*) ſententia ad veritatem longe propenſior eſſe videtur, oppidum ſeu inſulam Lindavienſem iſthoc ævo Carolingico in pago Zürichgouve vel Durgouue non fuiſſe ſitam, ideòque etiam Curtem iſtam Lintouuam & villam Eskinhouuam de inſula in lacu Bodamico & villa Æſchachio haud procul diſtante nullatenùs, verum de vico *Lindau* propè *Eſchkinbovam* ſeu contracte *Eſchikon*, inter Caſtrum Kyburg & urbem Zürich ſitam, intelligendam eſſe. Non poſſumus non, quin omnia, licet prolixiora, hanc in rem Godefridi verba Advocatis Lindav. ruminanda præbeamus. *ESKINHOUUA ad curtem Lintouua pertinens in Zurichgouue. In charta Alem. 19. p. 31. apud Goldaſt. Locum hunc, licet diſſidentibus poſt Vadianum omnibus, qui illum communiter pro villa Eſchenau ad lacum Bodamicum juxta Lindaviam ad pagum Alpicauge ſive Algoiam (& non ad pagum Linzgouue, uti Wegelinus de prærogativa Civitatis Lindav. Sect. II. §. 11. p. 88, erroneè exiſtimat) ſpectante accipiunt, nos pro vico ESCHIKEN, quod nomen ESCHKINHOUA contractum eſt, inter Caſtrum Kyburg & urbem Zürich ſito ſumendum eſſe arbitramur. LINTOUUA Curtis, ad quam locus Eskinboua pertinere dicitur ap. Goldaſt. in d. charta XIX. p. 31. Curtem iſtam nos pro vico Lindau prope Eſchikon, haud procul à fluvio Glatta, inter Zurich & Kyburg ſito accipimus, cum nobis nullatenus veroſimile videatur, pagum Zurichgouue ultra lacum Bodamicum in ripam pagi Algouue ultra Rhenum terminos ſuos dilataſſe, quamvis nullum habeamus, qui huic noſtræ conjecturæ ducem ageret, omnibus Civitatem*

vitatem Lindavienſem quaſi primum ſuppoſitum hic ſubſternentibus, contra quos novitatis ſpeciem forte non male tuebuntur rationes non ſpernendæ.

(r) In Chronico Gottuic. ejusque Tomi Prodroni L. IV. C. II. de Pagis antiquis Sueviæ. Art. XLVII. voc. Turegienſis.

§. XI.

Ex hiſce chartis jam manifeſtum & perſpicuum videtur, tam curtem *Lintouuam* ſeu *Lintauuam*, quam Eskinghouam ſeu *Eskinbouam*, æque ac tertium locum *Eilikeuue*, *Elinkouue*, *Elikouue* ſeu *Ailibcauge*, villam *Ailikccaugiam* vel *Eligauge*, hodie Eick aut potius Eglisau (quæ differentiæ utpote culpa ſcribarum ſequioris ævi in dictis chartis & in charta quoque Goldaſt. VIII. XXI. & XLIV. ità ſcriptæ attendi non merentur) in antiqua illa *Durgauia*, cujas pars haud ignobilis eſt *Zürichgauia* (s) ſitas, ejusdemque olim, qua monaſterium S. Galli, jurisdictionis & ſub eodem Comite fuiſſe; quid mirum ergo, ſi Comitis illius, Adalberti nempe, qui eo tempore adminiſtrabat Durgaviam, conſenſu & ſubſcriptione exaratæ ſunt, cum maxime de rebus in Comitatu Durgaugenſi vel Zurichgauenſi permutandis & in jus monaſterii S. Galli redigendis ageretur; nec ex aliis ejusmodi chartis appareat, pagum *Zurichgouue* vel *Durgouue* ultra Rhenum vel lacum Bodamicum terminos ſuos dilataſſe, vel duos diverſi pagi Comites eas ſubnotaſſe in negotiis ſeu concambiis prædiorum unius ejusdemque diſtrictus vel Comitatus. Inſulam autem noſtram tiliarum ſeu oppidum *Lintouuam* tunc temporis nec ad pagum *Durgouue* vel *Zurichgouue*, nec ad pagum *Alpigauge* ſive *Algoiam*, ut vult Abbas Gottuic. multo minus ad *Rbætiam Curienſem*, ut volunt Paraſtatæ Cœnobiales, ſed propriè & unicè ad pagum *Linzgouienſem* ſpectaſſe, ex alia eaque LXXIII. Goldaſti charta, uno eodemque anno, quo anteriores, conſcripta patet: *In Chriſti nomine Hartmotus Abbas Cœnobii S. Galli -- tradidit nobis Cunzo, quicquid proprietatis in Argbaugauge videlicet in Tetinanc & in Haſalaba hodierna die viſus eſt poſſidere, exceptis 2. bobis in Tetinanc ſitis, quos ad LINTOVAM tradidit. Ego Purgolf notavi menſem Junii an. 11. Domini Karoli Imperatoris Auguſti, VODALRICUM Comitem.* Idem quippè *Vodalricus* expreſſis nominatur verbis *Comes Linzgouiæ* in egregio documento de Ringoiæ & Turgoiæ terminis, quod exhibet Ægidius Tſchud. in Deſcript. Rhætiæ Alpin. C. X. ubi narratur: *Regem Alphonſum Udalrico Comiti cuidam de Linzgouue Curtem Luſtenouue in pago Ringouue, in loco ubi Rhenus lacum influit Podamicum, in jus proprietatis dediſſe, hunc verò Comitem poſtea monaſterio S. Galli uſus ſuos, quos in eodem pago de legitimis ſuis curtilibus prius habuit, auferre conatum eſſe. Actum in conventu Principum de tribus Comitatibus i. e. de Durgouue, de Linzgouue & de Rhætia Curienſi III. Calend. Septemb. A. D. DcccXC. Indict. VII. regnante Arnolfo glorioſiſſimo &c.*

(s) Vid. Tenzel. in Vindic. Hiſtoric. p. 264. Wegelin. in d. tr. §. XI. p. 18. & Chronic. Gottuic. d. l.

§. XII.

Et ex aliis quoque conſtat documentis, (t) jamjam ſub Carolo M. ſub Ludovico Pio & Ludovico Germanico Vodalricos quosdam, ſeu quod idem Wodalricos & Odalricos, qui negotiis & actibus circa eandem lacus ripam, in villis nempe *Argengouue*, *Tetinanc*, *Haſalaba*, *Wazzarburc*, *Lintouua*, *Laibilaba* &c. geſtis interfuère, æque ac prædictum Udalricum ſub Carolo

 Craſſo,

Crasso, *Comites Linzgouienses* signanter appellatos esse, quos Vadianus ejus familiæ fuisse existimat, quæ à *Kyburg* nominata est. Rhætia Curiensis multos quidem Comitatus sub se comprehendebat, quos recenset Guler. (*u*) scilicet die von Chur / von Mätsch / von Toggenburg / von Sargans / von Werdenberg / von Montfortt / von Feldkirch / von Windegg / von Mansax und von Bregenz (qui quidem Comitatus Brigantinus non de integra intelligendus est provincia, sed de ea solummodo parte, quæ trans fluvium & oppidum Bregenz versus regiones alpinas sese extendit, & juxta Tschud. minorem pagum *Ringouue*, das Rhinthal / constituit) Linzgouiensem autem Comitatum à Rhætia æque ac Algouia quovis ævo sejunctum fuisse, res ipsa loquitur. Ammianus Marcellinus jam sua ætate *Lentienses* seu *Linzgouienses* conterminos Rhætiæ antiquæ tradidit, ità enim Lib. XV. *paulo post & Lentiensibus*, *Allemannicis pagis*, *indictum est bellum*, *collimitia sæpè Romana latius irrumpentibus*. *Linzgoviam* describit Stumpf. partem Sueviæ superiorem ad lacum Bodamicum, & Tschud. ex eoque Paullini (*x*) versus Rhætiam initium habuisse ab urbe Lindaugia, seseque extendisse ultra Marckdorffium ad fontes usque Danubii. Id quod etiam pluribus firmat argumentis & testimoniis vetustissimis Ægid. Tschud. in supra laudato Opere Historico-Topographico p. 309. & p. 170. ubi: *LENTIA* nunc corruptè *LINDAUGIA* (Francorum ætate *LINTOUUA*, *LENDOUUA*) Lindau / eine Reichs Stadt zu oberst im Linzgöw / und vor Zeiten desselben Landts Lentiensium (Linzgäus) Haupt-stadt / ist vielnahe eine Insul / mit dem Bodensee umgeben: diese Stadt Lindau ist A. D. 948. gar verbrunnen / bezeugt H. Contractus: lieget eine teutsche Meil von Bregentz / so zu Rhætia gehört. Et pag. anteced. *LENTIA*, Lindau / ist vor Zeiten der Linzgäuern Hauptstadt gewesen / wie-wohl die Graffen von Linzgäu lange Zeit ihren Haupt-Sitz in der Stadt Buchhorn gehabt / als A. D. 917. Eckardus S. Gallensis bezeuget. Hoc quoque certum, padum Linzgov. plures etiam pagos comprehendisse minores, interque eos pagum Argunensem circa fluvium Argam, die Argen / qui influit lacum Bodamicum, & testantibus chartis istis continet villam Argunam, hodie Langenargen / it. *Castrum Wazzarburc*, Wasserburg / *Tettinanc* seu Tettnang, inter Argen & Liebenau, *Hasalaba* Haßlach / *Hattinwilare* Hiltens-weiler prope *Wangenau*, *Luibilabam* Liblach &c. (*y*) & quare non *Lintouuam* quoque, non modico nec unius saltem milliaris intervallo à loco Wangen & Hiltensweiler distantem, & ad ipsam quoque oram lacus Acroniani seu Brigantini sitam? Et cum nullus dubitet; pagum Linzgov. à loco *Linz*, qui vix unius horæ spatio à Civitate Pfullendorff versus occidentem distat, nomen suum accepisse, multasque villas in isto tractu complexum esse, quarum præcipuæ sunt Uberlingen / Marckdorff / Buchorn / Pfullendorff &c. quis dubitabit, versus orientem sese extendisse usque ad fluvium *Bregenz*, seu pagum *Rhingouue*, Rhætiamque Curiensem, adeòque ultra *Lintouuam* insulam, mediam inter amnem *Argen* & *Bregenz*? Minimum nec vola nec vestigium superest, insulam tiliarum in superiori lacus Bodamici parte sitam vel pago Durgaviensi vel Curiensi vel Argovico ullo unquam tempore annumeratam esse. Quod enim pagum quoque Algoviensem spectat, Godefridus Abbas, Author ille Chronici Gottuic. præclarissimus (*z*) collem vinarium vix unius horæ spatio ab oppido Lindav. & in ejus territorio situm, *Diepolsberg* dictum, in pagum Alpegouiensem collocat, & pro castro Suevicorum Cameræ nuntiorum Berchtoldi & Erchangeri antiquo *Diepoldisburg* venditat; sed quis unquam dixit, vidit vel audivit, ejusdem castri rudera & vestigia minima in dicto colle paullulum ex planitie edito & sarmentis consito? certe hactenus nemo. Unde opinio Crusii (*a*) prædictum castrum Diepoldisburg. ad alpes Suevicas in Ducatu

Wür-

Würtenb. collocantis supra arcem *Teck*, ubi rudera adhuc inveniri testatur L. B. de Rammingen, cum situ aliisque circumstantiis longe propius meliusque concordat.

(*t*) In Vadiani dicto Tr. de monasteriis, edito à Goldast. T. III, p. 42. 43. 51. &c.

(*u*) In Chronico Lib. V. f. 64. b.

(*x*) De pagis German. tit. Linzgöw.

(*y*) Vid. Chronic. Gottuic. d. l. voce *Arguna*.

(*z*) Tom. I. L. IV. c. 2. voce *Albigouue*.

(*a*) In Annal. Suevic. P. II. Lib. 3. pag. 83.

§. XIII.

Ideòque in incerto vel dubio amplius relictum non est, in charta illa LXXIII. nullam aliam *Lintouuam* indigitari, quàm quæ sita est in pago Linzgouiensi, in insula superioris lacûs Bodamici, prope *Brigantium*, *Lutaraha*, *Wazzarburc*, *Arguna*, *Tetinanc*, *Hasalaba*, *Laimauia*, *Apfalaga*, *Luibilaba*, aliasque villas haud procul dissitas, in chartis apud Goldast. & Vadian. multoties nominatas. Verum etiam facile est intellectu, per locum istum *Lintouua* significatum nullatenus esse monasterium Lindaugiense, exeunte Seculo IX. in insulam nondum translatum, nec ibidem constructum, sed ipsam omnino insulam vel oppidum Lindaugiam, quam anno 948. incendio deletam esse tam vetustiores quam recentiores Historici præstantissimi unanimi quasi ore testantur. Hepidanus ad hunc annum: *Linthaugia*, scribit, *concremata est Non. Jun.* & Hermannus Contractus: *Lindaugia concremata est.* Stumpf. (*b*) anno Domini 948. **ist die Stadt Lindau verbronnen durch Hertzog Herrman von Schwaben**; & post eum Gulerus: **als man jetzunder 948. Jahr von der Geburt Christi zehlet / hat gedachter unser Hertzog Herrman Lindau / ich weiß nicht aus was Ursach / in Brand gesteckt / und das Bregenzer Schloß mit Hülff Kaysers** Ottonis **mit Gewalt eingenommen.** Crusius (*c*) *Inveni alicubi, Lindavium oppidum ab eo Duce Hermanno fuisse combustum, causam nescio, anno 948.* Fortunatus Sqrecher (*d*) refert; *anno 948. Hermannus Dux noster Lindaviam Civitatem incendit, & castrum Brigantinum jussu Imperatoris Othonis cepit, ope suorum Suevorum & Rhætorum usus.* Bucelinus (*e*) *Hermannus Dux noster Rhætorum Alemannorumque collectis copiis, incertum qua ex causa, Lindavium flammis absumit, & castrum Brigantinum jussu Ottonis Cæsaris expugnat.* Vadianus supradictis chartis subjungit: *Lintouua hodie celebre oppidum est, Lindavium dictum, in lacu Brigantino. Annales Monastici Lintaugiam vocant cum cœnobio veteri, quam totam incendio conflagrasse anno 948. legimus.* Et ipse quoque Mabilio (*f*) *Linthaugia sive Lindavia, Lindau, urbs Imperialis in insula lacus Bodamici seu Brigantini, ubi nobile Cœnobium, modo Canonicarum. Hepidani annales ad annum 948. Lindaugia concremata est Nonis Junii.* Ut taceamus complures alios. Frustra itaque Hyperaspistæ Cœnobiales hanc urbis incensionem in dubium vocant, eamque potius de cœnobio quam de oppido Lindaugia intelligi debere putant. Sane si ipsos fontes, ipsam loquendi scribendique de urbium & monasteriorum incendiis rationem scriptorum coævorum inspiciamus, (*g*) abundè patet, præfatos Chronographos de cœnobio ejusque combustione minimè locutos esse.

(*b*) In Chron. Helvetic. L. V. C. 9. fol. 333.

(*c*) In Annal. Suevic. P. II. L. 4. C. 5.

(*d*) In

(*d*) In Pallade Rhætica seu Chronico Rhæt. L. III. p. 68.

(*e*) In Rhætia Sacra & profana p. 196.

(*f*) In notis ad vitam Wiboradæ Sec. V. Benedict. p. 64.

(*g*) Vid. Conring. d. l. p. 233. seq. Wegelin. d. l. Sect. II. §. 43.

§. XIV.

Sed omnis planè de hac sententia Cœnobiali dubitatio sublata est opera ac studio Ill. Consulis Wegelini in sæpius laudato Tractatu *de prærogat. antiquit. Civitatis Lindav. &c.* alium eruendo locum Hermanni ad an. 989. ex editione Canis. quæ reliquis omnibus auctior & plenior ex Augustano Codice monasterii S. Afræ apparuit, ubi satis luculenter testatur, qua de re, an de urbe Lindaugia an de Cœnobio ad annum 948. sermonem vel narrationem fecerit? En verba ipsius Hermanni integra ad dictum annum 989. *In Alamannia multæ fuerunt rixæ 1. Liga traxit ad Pauariam, & destruxit ibi multas villas. 2. de Würtemb. habuit bellum cum Liga. In eodem anno duo Duces Pavariæ dominica die ante Bartholomei Apostoli & victoriam habuerunt, & de Liga occisi fuerunt quatuor millia hominum. de Constantia evasit unus, de LINDAUDIA nullus, de S. Gallo unus, de Basilea duo. Est illud bellum factum penes Richenwil.* Diese also todt geblibene Lindauer suspicatur Author Libelli MSCti, seind nun über 700. Jahr ihrem Vatterland annoch zu Diensten/ und defendiren in ihrem Gedächtnuß/ obgleich dem Geschlecht nach unbenamßt/ das Alter ihres Vaterlandts und dessen independenz von den Stifftischen anmassungen und jactantien. Bucelinus *in Rhætia Chronolog. Sacra & profana* ad dictum annum memorat: *meminit belli alicujus H. Contractus prope Riccbenweil Helvetiæ an Alemanniæ? cui etiam Lindavium tunc temporis Rhætiæ* (seu potius Linzgoviæ) *accensum se immiscuit, omnesque suos in pugna amisit.* Wegelinus autem subjungit: *Cæcum esse oportet, qui non videt, H. Contractum de urbe loqui, & quod magis de tali, quæ æque ac sociæ Civitates, Constantia, Basilea, S. Gallum &c. jam suos in armis habebat cives ac milites. Hæc sunt vestigia urbis seculo X. non spernenda* (imò certissimi argumenti ad tempora præcedentia) *Hic est author, quem ab urbe se expectare dicit Vindicator Jesuita, qui tam sine ullis ambagibus ampla & antiqua ejus mœnia adstruat.*

§. XV.

H. Conring. cit. loco non sine ratione argumentatur: *Si Hermannus Dux incendium illud instituit, non de Cœnobio, sed de oppido loquuti sunt H. Contractus & Hepidanus. Fiut enim Dux ille*, Hermannus scil. inter Duces Sueviæ nominis ejus primus, *Princeps pius & religiosus, ut proinde non jusserit ille cœnobium incendi, & quidem sanctimonialium virginum. Cur oppidum incenderit, latet quidem causa, verosimile tamen est, eandem subfuisse, quæ Brigantium fecit expugnari. Et notandum inprimis est*, addit Tenzelius in vind. hist. p. 275. *Ottonis I. Imperatoris jussu tam urbem Lindaviam quam castellum Brigantinum hostiliter fuisse deleta: pari utrinque fato, pari ergo culpa. Quis autem credat, sanctimoniales Lindavienses inclementem adeò Cæsaris visitationem promeritas? aut si omnino gratia ejus excidissent, alio potius modo sacrisque personis convenientiori punitas non fuisse? Quid quæso commodi in Ottonem Hermannumve redundasset, exusto miserarum virginum cœnobio, quibus potius sustentandis, pro avi sui more, novum fundaverint?* Proinde hæc mera plane sunt com-

commenta de monasterio igne consumto. *Ipsa belli causa*, ut utamur verbis Wegelini §. XLIV. dict. Sect. II. *ipsa ratio, quæ movit Hermannum Ducem Sueviæ, opibus adjutum Ottonis Imperatoris Cohsoceri ad devastandam vicinam arcem Brigantinam, movit etiam Lindaugiam igne delendam. Quid quæso commodi, quidve momenti redundasset in Hermannum Principem prudentissimum piisque deditum locis, teste Reginone, H. Contracto & Hepidano, si miseras sacrarum puellarum ædiculas vulcano tradidisset? hæreditaria potius Brigantinorum regio circa lacum Bodamicum, vicino Duci Sueviæ invisa, vastanda omnisque resistendi occasio præcidenda erat. Inde etiam est, quod Conradus Guderscher Civis Lindaug. in alleg. Rotulo antiquo testatur:* se audivisse ab antiquioribus, quod quoddam bellum fuisset juxta insulam Lindaug. & victi fugissent ad eandem insulam, & plures ibi fuerint interfecti, & adhuc inveniantur corpora mortuorum, quando foditur in eminentia insulæ. *Hermannus quippe, fugato hoste & munimenta ejus expugnanda, igne ferroque delenda ratus, ne subinde intra latibula tutus vires repararet, cum arce Brigantina Lindaugiam quoqe natura munitissimam solo æquavit.* Utcunque ea res se habeat, demonstrasse sufficit, à Hermanno Duce Sueviæ medio Seculi X. tam urbem Lindaugiam quam oppidum & Castellum Brigantinum concremata esse, quæ tunc temporis in potestate erant Comitum Brigantinorum & in specie Comitis Uzonis, qui alias tantæ pietatis, mansuetudinis & sanctitatis fuisse fertur, ut aves feræque illam sentirent, adeoque mirum videri posset, Cæsaris vel Ducis gratia eum excidisse. Sed ita est; quamvis enim crimen illud, quod fuerit, tacentibus Scriptoribus tuto ignorare liceat, conjectura tamen non aberrabimus, vel quod subfuerit collusio cum hostibus Imperatoris, quam severe ulcisci consuevit, veluti Comitum Eberstainiorum exemplum probat, vel quod Comitatum Brigantinum sub Conrado Rege Ducatui Alemanniæ subtractum credebat Hermannus, & ob id sudes in oculis ejus erat, quod nobilis illa circa lacum Bodamicum regio jure hæreditario Comitibus Brigantinis cessisset, ex qua alias ad fiscum regium plures rediissent proventus, opesque Ducum multum augeri potuissent (*i*).

(*b*) Apud Crus. P. II. p. 108. seq.

(*i*) Sagittarius in Diss. de antiquit. lacus Bodamic. Cap. XI. §. 9.

§. XVI.

Quemadmodum verò oppidum Lintouuam ceu in insula tiliarum commodissimum ac fertilissimum jam Seculo IX. ac X. saltem ad annum usque quadragesimum octavum majore solito fortuna floruisse, multa sunt quæ faciunt verosimillimum, ità quoque post triste incendium ingentem rerum suarum jacturam incolæ, in fide erga Utzonem Comitem Brigantinum perseverantes, resarcire omni possibili modo conati sunt, ex insula, in qua Hermanno Duce in vicinia Brigantiæ, S. Galli & Constantiæ cum genero Liudolfo hærente, nec cineres tollere, nec domos reædificare licuit, in continentem proximum nempe vicum, Eschachium dictum, commigrarunt, eoque & nomen & jura civitatis transtulerunt, donec in oppidum tandem seu castellum haud mediocre excresceret. Id quod tamen non eo intelligendum, ac si omnes & singuli incolæ continentem seu terram firmam migrarint, insulamqne vacuam incultam, inhabitatamque deseruerint. Utique nautas, piscatores, vinitores, ministri tam seculares quam Ecclesiasticos, curam templi Parochialis ad D. Petrum gerentes, cauponas, tabernarios, opifices aliosque negotiatores post in-

cendium in illa remansisse, ac sese ibidem ad regressum usque concivium conservasse, naturalis docet ratio; ita tamen ut major indubiè & nobilior civium pars præcipuæque Civitatis ædes in continenti fuerint. Quam in rem non possumus non allegare formulam conscribendi epistolam à Ruodeperto Magistro & monacho S. Galli discipulis suis in schola dictatam, à Goldasto Tom. II. Rer. Alem. p. 87. vulgatam: *R. cælesti rore imbuto T. quicquid boni potest. Ex quo sub ditionis vestræ jugum adductus sum, educastis me absque omni remuneratione amicorum meorum, non minore dilectione, quam si ex vestro progenitus essem corpore. Quia enim in Evangelio scriptum est, operarium dignum esse mercede sua, proposui ire ad sorores meas in insul-m, quæ vocatur LINDOUUA. Ibi arbitror, me accepturum esse aliquod munusculum, quo possim vestram venerari faciem.* Hæc charta luculentissimè probat, etiam ineunte Seculo XI. plures alias præter monasterium ædes in insula superfuisse. Neque enim quisquam crediderit, discipuli illius S. Gallensis sorores adscriptas fuisse sororibus Cœnobialibus, quandoquidem nec cœnobii ulla facta est mentio, nec monachis licitum erat, monasteria sanctimonialium adire, nisi forte prædicationis causa, & hoc nullatenus sine licentia Episcopi aut illius, qui vice Episcopi fungitur, ut legimus in Capitularibus. Et quam ineptum fuerit, discipulum Ruodperti in insulam excurrere, a monialibus, sororibus quamlibet suis pro pædagogo monacho petendi munuscula. Itaque extra cœnobium in insula cum aliis habitabant sorores & amici discipuli istius, quos adire & remunerationem loco διδάκτρου quærere volebat. Videntur quidem pauciores fuisse has ædes, potior autem pars urbis civiumque tunc temporis in castello Eschach substitisse, donec illa quoque in insulam rediret.

§. XVII.

Historiam reditûs hujus ex continenti in insulam describit *Thomas Lyrerus Ranckwilensis* in Chronico suo vetustissimo (*k*) prout verba istius narrationis in latinum convertit Crusius: (*l*) *Bregantii Dominus ex uxore Schlysselbergensi filiam habebat. Hanc amans Rotenfanii frater Melsierus nocte quadam rapuit cum matre Aspermontem. Pater iratus exercitum in eum duxit, quo cognito pater hujus, Tubingensis Comes, cum sororio Wilhelmo Helffenstainio & genero Burcardo Weckensi, Ortenburgicoque Comite Wendelino, Bregantium CASTELLUMQUE LINDOUUAM magnis copiis petierunt, coegeruntque hac & dominum cum Rotenfanio pacem facere, ac si familia ejus extingueretur, Rotenfanios omnium hæredes facere. Quod omne literis & testibus confirmatum fuit. Filius Bregantii Hugo erat, Lindouuæ tunc non in lacu sitæ habitans. Hic amore incensus, formosam cujusdam Embsensis filiam gravidam fecit. Tunc Lindouuenses de consilio cujusdam civis nomine Schoenstainii persuaserunt Hugoni, ut ipsis Lindouuam, acceptis 40. marcis partim auri, partim argenti, liberam dimitteret, se ei adjumento fore in castello extruendo, ubi tutus esse à propinquis puellæ posset. Sic ædificatum est Castellum Bodmena. Patre suo mortuo illam in matrimonium duxit, filiosque tres procreavit. Homo simplex erat, & à Rotenfanio asylum accepit Richenouia, tradito ei Bregantio cum regione.* Hæc Crusius. Ipsius autem Lyreri verba ità se habent in vetustissima editione de anno 1486. Nun het der Herr von Bregentz ain Tochter und ain Sun/ die het er auf der Vesten/ und er und sein Weib warent in dem Kastel Bregentz/ sein Fraw was aine von Schlüsselberg. So het der Herr vom Rosenfan ain Bruder/ der was der jüngst und hies Malsier/ der ward der Jungkfrawen hold/ und stig ainer Nacht vber die Mauren zu ir/ vnd fürt sie vnd die alten Frawen mit ym gen Aspermont. Darab ward ir Vater

vast

vast zornig / vnd wolt ye die Ding nit verricht lassen sein / vnd mechtiget sich vnd zoch über den her vnd wolt yn beschedigen. Des ward sein Vater von Tübingen innen / der het ain Schwesterman / hies Graff Wilhalm von Helffenstain / und sein Tochterman Graff Burckhart von Wegk / vnd Graff Wendel von Ortenburg / die zugent mit grossem Volck gen Bregentz / und für das Castell Lindau / und zwungent die und irn Herrn / daß sie mit irem Herrn vom Rotenfan gericht wolten sein / vnd sich begeben gen ym und verschreiben / wenn des Namen von Bregentz das Mannspild nit mer were / so sollent alle Land vnd Leut vnd was er oder sein nachkumen / die dann der letst des Namen verlassen het erben / die des Plutz vnd Namen vom Rotenfan wärent. Das ward alles mit Briefen vnd Leuten gefestigt. Nun vber vier Jar darnach do was sein Sun hieß Hugo in seinem Kastell Lindau / das lag datzumal nit im See / do het ainer von Emß ain Tochter hieß Eva / die was gar schön / der nam die vnd macht sie schwanger. Do was ain Man in der Stat gesessen hieß Schönstain / der gab den von Lindaw den rat / daß sie mit irem Herrn Hugo retten / daß er etweuiel Geltz von yn näme / vnd sie frei sagte / so wölten sie ym helffen / daß er ain Vesten vnd Wonung bauwte vnd sein lieb Frauwen darauff sazte / daß sie sicher wär / daß sein Freund ir nit laid täten. Das triben sie so lang / daß er mit yn ains ward umb XLII. mark halb Gold vnd halb Silber / damit bawt er ain Vest hieß Bodman. Do sein Vater starb / do nam er sie zu der Ee / vnd het mit ir drei Sün. Yn woltent die Herren vom Rotenfan nit Erb lassen sein / er was gar ainfeltig / vnd der vom Rotenfan vberkam mit ym umb das Erb vnd gab ym Megkingen seins Bruders aus der säligen Reichenaw fluchthauß / vnd gab dem Abt darumb XXI. Mark Silbers / vnd nam Bregentz ein mit allem Land vnd zugehör. Sein Sün hieß man die von Bodman.

(k) Lyrer, libellum suum hisce finit verbis: Und ich Thoman Lirer / gesessen zu Ranckweil / das do gehört zu dem Schloß und Herrschafft Feldkirch / hab diese Ding der merern Tail gesehen / vnd auch viel an frumen Leuten erfragt vnd erfaren an warhafften Herren Rittern vnd Knechten / die mich des gar warlich vnderricht haben. Dann ich ouch meins gnädigen Herrn von Werdenberg Knecht bin gewesen / vnd mit ym ausgefaren gen Portigal / vnd mit ym wieder haim kumen ꝛc. Qui verò de fide & authoritate Chronici hujus Suevici, quod ipsomet Lyrero testante sub finem Partis primæ, anno MCXXXIII. primùm descriptum, anno autem MCCCCLXXXVI. Ulmæ demùm à Conrado Dinckmut excusum est, varia desiderant judicia, ii adeant in rebus & antiquitatibus Sueviæ probatissimos Scriptores, qui sunt *Felix Faber* in historia Suevorum L. I. C. XX. & XXI. *Stumpf.* in Chron. Helvet. L. V. C. XIX. & XXVI. & Lib. X. C. XVI. *Crusius* in Annal. Suevic. P. II. L. IX. C. 16. *Münster.* in Cosmographia L. V. C. 191. *Goldast.* Tom. II. Script. rer. Alamannic. p. 142. *B. Heider.* in opere majori Apolog. pag. 611. lit. aaa. *Moser.* in Bibl. Script. de rebus Sueviæ. Voce Schwaben. in Crusii verteutschten Schwäbischen Chronick p. 55. *Wegelin.* in Bibl. Script. rer. Suevic. Tomo I. Thesauri rer. Suevic. præmissa Sect. II. p. XIII.

§. XVIII.

Johann Georg Schlee von Rottweyl in Relatione historica inferioris Rhætiæ Amisii excussa an. 1616. p. 33. historiam ita enarrat: Um das Jahr 940. (en anachronismum palpabilem) war Eva von Embs Graff Hugen von Bregentz verheurat / dessen kam er und die von Embs in grossen span / vnd als er das Castell bey Lindau (jezt Eschach genandt) inhatte / nam er von denselben Burgern 42. Marck halb Gold und halb Silbers / vnd sagt

sie frey: aus solchem Geldt bawet Graff Hug das Schloß Bodman ihme zu einer Sicherheit vor denen von Embs/ welche Burger alsbaldt sich zu U. Frawen under der Linden gethon/ und daselbst die Stadt Lindaw gemacht und erbawen. Ex aliis verò fragmentis refert *Besoldus* (*l*) zur selbigen Zeit war ein Stadt vor der Insul gelegen/ biß an den See herab gebauet/ die hieß Eschach/ und gehörte dem Graffen von Bregentz/ die verbran gantz und gar. Da war ein Burger daselbst genant N. Schönstain/ der rath/ man solte sie von dem Graffen kauffen und ledig machen. Das geschach/ und gaben dem Grafen 42. Marck/ halb Silber und halb Gold. Daß nam der Graf Haug von Bregentz/ und bauet oder bevestiget damit Bodman/ damit er vor denen von Embs sicher wäre/ dann dieselben ihme von eines Heyraths wegen befehdeten. Als nun diß geschehen/ seynd die Burger aus dem verbrandten Castell Eschach in die Insul zur Aebtißin geruckt. Uti igitur juxta hanc relationem incendium anni 948. Lindavienses insulâ expulerat Eschachium, ita vicissim incendium tempore Hugonis Comitis exortum eos Eschachio in insulam repulit, redempta ab illo libertate. Quibus etiam favet, quod *Wolffg. Lazius* (*m*) ex aliis anonymi cujusdam Commentariis manuscriptis his verbis protulit: *Hugo, Hugonis filius, sub Henrico III. floruit. Quo tempore Cives Lindoviæ, continua inundatione lacûs afflicti liberantes se à potestate Comitis 42. marcis argenti, relictis ædibus in insulam Lyndoviensem se receperunt.* Sicuti verò Lazius hæc sua tradita ex Lyreri Chronico non accepit, ita Hugo, qui sub Henrico III. floruit, sub Henrico IV. ætatem reliquam transegit, ac Lindaviensibus libertatem numerato pretio concessit. Quibus omnibus subjungit *Heiderus* (*n*) wann dann die zwischen dem Castell Lindau und dessen Landherrn Graf Hugen von Bregentz fürgegangene Abkauffung nicht lang vor/ oder wohl etwan bey sein/ Lyrers/ Lebzeiten beschehen seyn muß/ weil der alte Stifftische Rotul mitbringt/ daß ohngefähr 200. Jahr nach des Closters auffkommen (dessen Zeit nicht so genau zu treffen oder zu nehmen) die Stadt Aeschach in die Insul Lindau transferirt worden seye. Neben dem auch obvermeldet/ daß Lindau schon unter der Schwäbischen Kayser Regierung eine Reichsstadt worden/ und nun Lazius bezeuget/ daß dieser Graf Haug sub Henrico III. gelebt; über das die Annales Lindaug. das Jahr 1076. angeben. So dann die ihme/ Lyrer/ oben beygesetzte Historici seiner Anzeig genugsam opituliren/ und unter die Arm greiffen/ als ist disfalls an solcher seiner Tradition gantz nicht mehr zu zweiffeln.

(*l*) In Thes. Pract. pag. 221. seq.

(*m*) De Gent. migrat. Lib. VIII. pag. 422. Edit. Wechel.

(*n*) In opere Apologet. pag. 613.

§. XIX.

Verum enimvero quamvis alia atque alia in hisce narrationibus & circumstantiis non adeo concinnare videantur, ut difficile sit arbitrari, quænam vero sint consentanea, ex iis tamen satis superque elucescit 1) Lindavienses tunc temporis pecunia redemisse omne illud jus, quod hactenus fuerat Comitum Brigantinorum, nec quicquam esse, quo illud jure merito possit vocari in dubium. 2.) Illos a Castello seu oppido Eschachio, ubi hodienum haud obscura supersunt pristinæ Civitatis vestigia (ut fossa, quæ in charta quadam de anno 1410. der Letzgraben audit, it. die alte Gassen/ die Webergassen rc.

qua-

quarum hodie restat memoria) transtulisse sedes suas in insulam; id quod etiam multorum fide dignissimorum Civium testimonio probatum accepimus ex Rotulo antiquo, ubi testis septimus Ulricus Brender sexagenarius ad Art. 1. 2. 3. 4. *sibi nihil constare, nisi quod est communis opinio hominum, quod monasterium Lindaviense ad 200. annos fundatum fuerit, antequam oppidum Lindaug. transferretur de loco, dicto* der alte Marckt / *ad insulam Lind. Et hoc audivit à dicto Birtel, qui habuit 100. annos, qui dixit, se hoc idem audivisse à patre suo, qui similiter fuit centenarius.* Testis nonus Petrus dictus Rienolt concordat cum Ulrico dicto Brender, & reddit eandem causam scientiæ, quam jam dictus Brender reddidit. Ulricus Guderscher, minister Lindaug. testis decimus tertius de iisdem articulis: *quod est communis opinio hominum, & sic audivit ab antiquioribus suis, quod primò in insula Lindaug. fuit capella S. Petri, & postea fuerit fundatum monasterium in eadem insula, & quod postea translatum fuit oppidum Lindaug. de villa Eschach ad insulam una cum Ecclesia S. Stephani, & quod adhuc habeat unam vineam in Æschach, in qua sita fuit dicta Ecclesia S. Stephani &c.* 3) Compulsos Lindavienses continua lacus inundatione se recepisse in insulam, ab uno quidem narratum est Lazio, cum tamen Eschachium non ad marginem lacus sed in terra editiori sit situm, ubi ab ejusmodi inundatione nullum plane periculum, ideoque nec hæc vera videtur fuisse migrationis causa, sed potius iterata incensio ac devastatio oppidi seu castelli Eschachiensis, quam quidem vetustum Besoldi fragmentum ad annum 1066. refert, sed anno demum 1076. vel haud multo post accidisse, majori certitudine vel saltem verosimilitudine cum melioris notæ annalibus Lindav. Bertitinianis asserendum, utpote ad hunc annum disertè testantibus: **Wurd Lindau übel verderbt / da Hertzog Guelfo Graff von Altorff und Hertzog Friderich von Schwaben einander befriegten / dann sie etliche Städt und Flecken verbrennet / und ware also lange Jahr Krieg in dieser Landtsart.** Eadem quoque tempestate, uti constat ex Chronicis Hermanni, Carionis, Mutii, Urspergensis, Stumpfii, Bucelini aliorumque, Henricus IV. Imperator, profligatis ad Nicrum copiis Rudolphi Sueviæ Ducis, ingenti cum exercitu Sueviam ulterius reluctantem irruit, cunctaque igne & ferro miserè devastavit, & diripuit, ita quidem, ut nec una (uti vel verè scribunt, vel nimium rem exaggerant) bovis ungula, quæ terram fulcaret, superstes maneret, ipsi autem homines manus aratro admoverent. Nec unquam tristiori sorte implicita fuit integra circa lacum acronium regio, quam sequenti anno, quo hostes singula ejus castella oppugnavère. Ab oriente quippè Bavariæ Dux Welpho & à meridie Sangallensis Abbas Ulricus littora vastabant. Illo quippè Regi Rudolpho fidele ad S. Gallum usque omnem terram depopulante, hoc verò Rudolphi partes aversante, primò Marckdorffium, castellum, deinde Brigantinum oppidum expugnante & destruente; usque dum an. 1084. Berchtoldus Zæringensis Marchio junctis cum Abbate viribus ita omnem lacus oram à Brigantia ad Constantiam & Bodamum arcem miserè diripuit atque delevit. (o) Quid mirum ergò, si 4.) bellis hisce continuis & feralibus castellum quoque seu oppidum Lindaviense in continente situm, utpote pars Brigantini Comitatûs, pari fato destructum, & incolæ ac Cives refugium in insula quærendi, tanquam in loco tutiori, ibidemque collapsas ædes avitas reædificandi, ex re consilium cepère. Et hæc quoque 5.) sine omni dubio causa ac ratio fuit, quæ ipsos movit redimendi libertatem ab Hugone tunc temporis Brigantino Comite. Hugo quippè paulo post insidias uxoris suæ raptæ cognatorum extimescens locum quæsivit, ubi tutus lateret, cumque parum præsidii in diruto castello Lindav. & Brigantino inveniret, & in angustiis hisce æris indigus esset, quo castellum *Bodmen* communiret, partem ejus aliquam consilio civis cujusdam nomine

Schönstein, subministraverunt Lindavienses, omnimodam libertatem tam intra quam extra insulam pacti. Cum unius itaque esset labor, una eademque opera, an in insula an in continenti ædificia & habitacula restaurarent, maluerunt avitas in insula sedes recuperare, translatis eò omnibus juribus & libertatibus, ut loci opportunitate & vi unita facilius ibidem reflorescerent, quam recens partam autonomiam mox sequentibus Brigantini Comitatus successoribus, Palatinis Tubingensibus, præ Brigantinis potentibus, in continenti & loco aperto exponere, utpote qui ut Hugoni in Brigantii, ita etiam Lindavii dominio successissent, nisi præcessisset redemtio, & cum ea vindicatio in libertatem Imperialem.

(*o*) Vid. Chronicon Augustan. ad an. 1077. 1078. & 1083. Berchtold. Constant. ad eosd. annos. Cruf. P. II. Lib. 7. p. 242. Trithem. ad an. 1080.

(*p*) Unde haud dubie insignia, tria nempe Civitatis Lindav. folia tiliaria cum capricorno, Baronum jam Comitum Amisianorum à vetustissima ætate gentilitia, quæ etiam Baronibus de Bodman adhuc dum propria sunt.

§. XX.

Et hæc indubia sunt Seculi IX. X. & XI. de Civitate Lindaugia testimonia ac monimenta, quæ si quis inter se componere cupit, is Francorum quoque ætate oppidum, *Lintouuam* nomine, in insula extitisse inficiari haud poterit, ex quo medio Seculi X. per Hermannum Ducem Sueviæ combusto, maximam partem incolæ in proximam villam Eschachium migrarunt, illique & nomen & jura simul tribuere, effluxo autem centum & triginta annorum spatio, & quod excurrit, tristi rursus incendio afflicti, redemtaque à Comitibus Brigantinis plena libertate, remigrarunt in insulam, ibique avitas sedes novamque urbem per intervalla ac spiramenta temporis ædificarunt. Unde *Heiderus* in sæpius laudato opere Apologetico p. 57. utramque causam probè conjungendo scripsit: Daß besagte Burger sich von ihrem Landtsherrn loß gekaufft / und darauf ihr wesen wegen erlittener Feur- und Wassernoth / und anderer commodität willen / in die Insul verrückt / und zumahl sich an das Römische Reich ergeben haben. At quis per somnium imaginetur, quod dictitant Cœnobiales, *migrationis præter alias eam fuisse causam, quod mallent Abbatissæ esse subjecti, quam Comitum Brigantinorum imperia, in loco hostium incursionibus undique exposito, diutius ferre.* Hoc sane fuisset vitare charybdim & incidere in scyllam, cum plane inauditum quid sit, magno ære à virorum imperio seu dominio sese liberare, fœminarumque impotentium jugum subire. Quin hoc ipsum servata Lindaviensium jura in insulam demonstrat. Consultius enim fuisset, post redemtam autonomiam in continenti & terra firma ex cineribus ædes reficere, ni eodem jure eademque libertate id ipsum licitum fuisset in insula. Plane id imperium, ista subjectio & servitus adeò à vero est alienum, ut nec vola nec vestigium in monumentis supersit, quod vel levissimum indicium ante & post immigrationem suppeditet. Quinimò ipsa receptio Civium Lindav. in tutelam Imperii, quam non demum Seculo XIII. sed ab illo statim tempore, quod dominium Brigantinorum Comitum ære excusserant, adeoque adulto Seculo XI. factam esse, tam invicta Historicorum argumenta, quam alia tabularum & diplomatum documenta nobis persuadent, præjudicatam ipsorum opinionem refellit. Cujus rei testimonium omni exceptione majus petimus ex Diplomate Cæs. Rudolphi Habsburgici, an. 1275. Lindaviensibus concesso, quo disertis asserit verbis Imperator: *Se jura & libertates Civibus Lindav. suis & Imperii fidelibus à D. recordationis Imperatori-*

bus

bus & Regibus suis prædecessoribus ipsis traditas & concessas innovare, innovatas Majestatis decreti munimine confirmare. Quis autem credat, vel Henricum IV. vel V. vel Lotharium II. vel insequentes etiam Imperatores Suevicos adeò injurios in Parthenonem fuisse, ut liberarent Lindavienses invito & reluctante illo, & quod magis absque ulla damni vel ablati resarcitione, à prætenso jugo servitutis & ipso dominio omnimodaque jurisdictione Cœnobiali, eosque Imperio manciparent cum omnibus juribus, privilegiis & libertatibus, immediatis ac liberis Imperii civibus concedi solitis. Et quamvis recens & infelix incendium, ut integram ferè urbem ita & has quoque tabulas Cæs. anno 1264. perdiderit, ipsimet tamen Cœnobiales produxerunt olim in judicium literas inclyti senatus urbici, antiquo sigillo tiliæ subpostæ aquilino bicipiti corpori anno 1263. obsignatas, certissimo indicio, jam ante Seculum XIII. & ætatem Rudolphi Habsburgici Cæsaris, Lindavium in censum ac dignitatem Imperialem fuisse receptum. Nec enim aquilæ bicipitis signum conveniebat Civitati, quæ non fuerit Imperialis.

§. XXI.

Assertum itaque manet urbis præ illustri Gynæceo Lindav. antiquitatis æque ac nomenclaturæ non ab hoc in illam sed ab illa in hoc derivatæ gloria ac præeminentia, cum satis superque demonstratum sit, non solum insulam hanc Phylyræam ab omni ferè ævo habitatam, & jam à primis Romanorum Imperatoribus burgis seu castellis, turribus aliisque propugnaculis, quibus pro specula & receptaculo contra Rhætos Vindelicosque vicinos usi sunt, munitam, sed etiam ab ipsis Alemannis dulcedine, commoditate ac fertilitate insulæ allectis, sæpius restauratam, ædibusque necessariis tam sacris quam profanis identidem instructam fuisse, ut adeo tunc temporis urbis Lintouuæ pomoeria haud exigua, utpote amplum territorium, castella, loca, ecclesias, villas, agros, tam intra quam extra insulam complexa, sub imperio & tutela Regum Francorum floruisse, negandum haud sit. Ex altera autem parte indicium nullum superest in rerum Alemannicarum scriptoribus, nec Ratperro, nec Ekkehardo, nec Burkardo, nec Bertoldo, nec Walafrido, nec quibusvis aliis, qui alias singula monasteriorum vicinorum gesta fusius consignarunt, Parthenæi Lindav. nullam plane mentionem fecerunt, ne quidem ipse H. Contractus Augiæ divitis monachus, qui quidem Cœnobiorum S. Galli, Augiensis, Buchaugiensis &c. sæpius meminit, sed nil quicquam Lindaugiensis, certe non omissurus, si jam Seculo IX. ævoque Carolingico in insula tiliarum fundatum, tantisque dignitatibus, opibus ac juribus, ut jactitant, ditatum fuisset. Imo planè Vitæ Ludovici Pii Author, quem Mabilio (*q*) S. Euticium putat, *qui* ipsomet asserente *interfuit rebus palatinis, quæ vidit & comperire potuit, stylo contradidit*, monasteria à Ludovico Pio vel fundata vel constructa & instaurata, singillatim commemorat, de monasterio Lindaviensi ne verbulum habet. Index quoque Societatum Augiensis monasterii, cujus meminit Mabilio, & scriptus est sub Erlebaldo Abbate Augiensi anno 815. in quo S. Galli, Campidonense, Einsidelense &c. numerantur, de Lindaviensi tam vicino ne γρῦ quidem. In Constituto (*r*) jussu Ludovici Pii in famosa Synodo Aquisgranensi anno Seculi IX. decimo septimo conscripto, de monasteriis Regni & Imperii sui in tres classes ita distributis, ut Regi nonnulla dona & militiam, quædam sola dona sine militia, alia nec dona nec militiam, sed solas orationes debeant pro salute Imperatoris vel filiorum ejus ac stabilitate Imperii, Campidonensis quidem aliorumque monasteriorum in Alemannia facta est expressa mentio, sed nulla plane Parthenonis Lindav. utut tam ampli, ut præ se fert de-

can-

cantatum diploma Ludovicianum, & illustris, in omni regulari jure Ecclesiæ Episcopali Constantiensi æqualis. Quid quod ne quidem in prætenso diplomate ulla nominatio facta sit Abbatissæ, quæ præfuit monasterio, cum tamen Cancellariæ Ludovicianæ mos ita tulerit, ut nominarentur Abbates vel Abbatissæ, eo tempore monasteria gubernantes, quibus vel privilegia nova concessa vel Cæsarum anteriorum confirmata sunt. Sed de Abbatissa Lindav. altum est silentium, ea sine dubio de causa, quod ætate Ludovici Pii vel nulla plane fuerit in insula Lindaugiensi Abbatissa, vel anteriorum Abbatissarum nomina jam erant deperdita, cum diploma illud fabricatum & confictum sit. Eadem quidem impudentia fingit impostor: *Adalbertum Comitem obtulisse obtutibus Imperatoris cœnobium Sanctimonialium nomine Lindaugia, situm infra lacum Withse & constructum in honore Sanctæ Dei genetricis Mariæ;* cum tamen ab omni veritate alienum, cœnobium hocce jam Ludovici Pii ætate extitisse in insula Lindaugiensi, & impossibile plane sit, Imperatorem illud ipsum oculis suis vidisse, vel in conspectu habuisse, à loco Boduma, Regio palatio, quo datum dicitur diploma, unius diei itineris disjuncto. Ludovicus hac quidem formula usus est de immunitatibus ac diplomatis monasteriorum, nullatenus vero de ipsis monasteriis; quoties enim confirmavit, qua parentis sui ætate fuere constructa, toties allegavit literas immunitatum desuper concessas, his vel similibus verbis: *obtulit obtutibus nostris auctoritatem immunitatis Domini & genitoris nostri Karoli serenissimi Imperatoris, in qua continebatur insertum* &c.

(q) Sec. IV. Benedict. P. I. p. 655.

(r) à Cointio ad an. 817. in Annal. Franc. notis illustratum, & ap. Du Chesne Tom. II. p. 323. & Mabillon. Annal. Benedict. Tom. II. p. 437.

§. XXII.

In asserendis fundatoribus ex ævo Carolino mirum in modum est variatum, cum nec unicum integrum testimonium ex annalibus & Chronicis vel aliud non sublestæ fidei documentum de Parthenonis jam Seculo VIII. vel IX. in insula Lindav. probanda fundatione vel existentia, hactenus in lucem proferri potuerit. Primus fuit, quantum constat, Achilles Gassarus, qui communem procul dubio ex falso diplomate Ludoviciano opinionem Cœnobii secutus, *Albertum* quendam *Caroli M. cognatum & Palatii Comitem* nominat; Bruschius autem ex eodem fonte haustum figmentum, & fundatorem *Adalbertum, Comitem à Rorbach, à fratre Mangoldo adjutum*, idemque ante Bruschium anonymus Annalium Lindaug. compilator tradit. Priori opinioni de Alberto seu Adelberto adhæsit olim Abbatissa Barbara Landenbergica, hâc inscriptione in ipsa Porta majori posita: **das würdige Stifft ist gestifftet worden von** Adelberten, **Graffen der H. Pfaltz/ gefreyet und** confirmiret **durch Kayser Ludwig den anden/ im Jahr** 866. prætensumque diploma in Camera Imperiali sub figura vidimata Cæsaris Friderici III. vel IV. primum ostentavit; Susanna vero Bubenhofia investigato & aperto sic dicto fundatorum Sacello, cum monumento sepulchrali tres loculos ossibus refertos, & cuivis sarcophagorum operculo nomina eorum hoc modo insculpto detexit: *Ekbertus Comes, Manegoldus, Wortbicus Comes*, iisque pro fundatoribus Cœnobii adgnitis, Epigraphe Landenbergica sublata, hanc substituit: Anno 1620. d. 4. **November hat die hochwürdige Fürstin und Frau Susanna/ gebohrne von Bubenhofen/ Abtißin des Fürstlichen Frey Adelichen weltlichen Stiffts alhier die Begräbnuß in beyseyn ihrer wohladelichen Closter Jungfrauen/ und der Priesterschafft eröffnen lassen/ und befunden/ daß der 3. hoch- und wohl-**

gebohr-

gebohrnen Herren Grafen der H. Pfalz / gebrüder und Stiffter dieses Fürstlichen Gottshauses eines jeden Gebein in besonderm Sarg / wie die darauf und derselben Sargdeckel besonderlich mit ihrem eigenem Tauffnahmen eingehauen seyn: COMES ALBERTUS *PFAL.* MAIN. RHENI. COMES MANGOLDUS PFAL. MAIN. RHENI. COMES ULRICUS PAL. MAIN. RHENI. Hinc etiam Anna Christina Hundbissa anno 1634. propylæum Cœnobii magnum hâc Epigraphe ornavit: Dis Fürstl. Frey-Adel. Weltl. Stifft ist von Albrechten / Ulrichen und Mangold / gebrüdern / Graffen der Heiligen Pfalz gestiffet / von Kayser Ludwig dem andern gefreyt und confirmiret worden anno 866.

§. XXIII.

Posteaquam vero hæ ipsæ inscriptiones B. Heidero novem post annis prodeunti in scenam cum magno Civitatis inclytæ opere Apologetico seu sic dictis Actis Lindav. præcipuo erant argumento falsitatis Diplomatis Ludoviciani, Abbatissa Anna Christina, repudiato numero fundatorum trinario, æque ac Ludovico II. Imperatore, epigraphen atrii his verbis substituit: Dieses des H. R. R. ohnmittelbares Frey-Stifft hat anno 810. gestifftet Adalbertus Pfalzgraff in Rhætien / hernach aber Ludovicus Germanicus deutscher König und Kayser in dem 26ten Jahr seiner Regierung mit Fürstlicher Freyheit und Herrlichkeit begabet. P. Wagnerecckius autem non tantum tabulam ligneam anno 1646. de novo pictam ærique incisam exhibuit hoc insculpto elogio: Abbildung der drey Herren Graffen / welche in der Kirchen des Fürstl. Frey-Stiffts Lindau in der Stiffter Capell begraben / und daselbst an der Maur von uhralters (wie die Manier und der Buchstab zu erkennen gibt) mit Oelfarben gemahlet / und mit einer hölzernen gleich doch neugemahlten Taffel bedeckt seyn. Sed inscriptiones quoque operculorum ac nomina Comitum, *Wortbici* nempe, *Manegoldi* & *Ekberti* subjecit, una cum recenti propylæi epigraphe, his verbis concepta: Diesen Fürstl. des Heil. Röm. Reichs immediat U. L. Frauen Frey-Stifft Lindau hat Anfangs gestifftet Graff Adalbert / Ludovici Germanici Königs in Germanien / Ost-Franckreich und Bayern (der auch den Titul eines Kaysers geführt) Sacri Palatii Comes & Magister, oder Pfalzgraf und Landtvogt in Rhetischen Landen. Auf dessen Anlangen höchstgedachter König und teutscher Kayser Ludovicus diesem Stifft ertheilt alle Fürstliche hoche Jura und Herrlichkeiten in dem XXVI. Jahr seines Reichs / indictione II. welche vermuthlich (weil sie zweymal sich findet in den Jahren seiner Regierung / und selbe gar unterschidlich ausgerechnet wird) gefallen uf das Jahr Christi 854. oder 869. Verum enim vero examinatis singulis hisce inscriptionibus ab H. Conringio in Cens. Diplom. Cap. IX. detectisque quamplurimis erroribus, inscriptio propylæi Cœnobialis anno 1682. iterum atque iterum mutata, & redacta in hunc ordinem: Adelbert Graff und Landvogt in Rhetien hat diesen Fürstl. des H. R. R. ohnmittelbahren Stifft anno 810. gestifftet / und Ludwig der II. teutsche König und Kayser im 26ten Jahr seiner Regierung mit Herrlichkeiten und Freyheiten begabet. Ast vel nullam plane meretur fidem tabula ista in anno 1646. renovata, & curante ipsomet Hyperaspista Wagnereccio publicata, (priorem enim anno 1610. confictis inscriptionibus ALBERTI COM. PFAL. MAIN. RHENI conspurcatam tabulam non est quod immoremur) aut tres in gloriam fundati Cœnobii erunt admittendi Comites. Exhibet scilicet illa trium in Capella sepultorum Comitum adeoque primorum Cœnobii conditorum nomina expressa, ex ipsis saxis sepul-

pulchralibus antiquissimis, ac proinde optimæ fidei petita. Inter ea autem non comparet nomen *Adelberti*, aut *Palatii Comitis* aut *Præfecti* vel *Magistri Provincialis in Rhætia*, utpote qui simpliciter Comites audiunt, Palatii aut Rhætiæ Comes nullus; & quidem alter nomine *Ekbertus Comes*, alter *Manegoldus*, tertius *Woderebicus* aut *Soderebicus Comes*, uno quasi omnium nomine ædem sacram S. Mariæ Virgini offerente.

§. XXIV.

Hisce tamen non obstantibus P. Maximilianus Rasler S. I. qui sub alia plane figura anno 1692. in sic dicta *Justa Defensione antiquissimi Diplomatis Lindav.* & anno 1711. *in Vindicatione contra W. E. Tenzelii vindicias historicas* in scenam prodibat, omnia hactenus prolata susque deque vertens, nec tres illos Comites pro conditoribus Cœnobii Lindav. sed solum ac unicum quendam Adelbertum Sacri Palatii Comitem, in ficto diplomate ita appellatum, nec Ludovicum II. nec Ludovicum Germanicum sed Ludovicum Pium Imperatorem pro authore diplomatis venditabat, seque in Libello quodam *de Crucicula cum sanguine Christi* in Augia majori seu Divite asservata ejusque descriptione, quam monachus anonymus ex Seculo X. ut dictitat, reliquit, & Mabillonius ex Codice Augiensis monasterii membranaceo depromtam Tomo III. Annal. Bnedict. in Append. p. 699. seqq. inseruit, non verum solummodo fundatorem Adalbertum, sed & ipsam cœnobii Lindav. in insula antiquitatis prærogativam reperiisse tripudiabat, ex verbis, quæ habet anonymus: *cujus corpus Adalbertus in quodam monasterio, quod Lindouua nominatur, sepulturæ tradidit.* Quam lubrica verò nec nisi otiosi cujusdam & mendacis longeque recentioris ævi monachi fide fundata sint omnia, quæ in isto Libello de Aazan seu Eazan, Præfecto Urbis Hierosolymitanæ, de Rege Aarone, de Einhardo seu Eginhardo Clerico, de Waldone & Hunfrido, legatis Caroli M. ejusque itinere à Ravenna in Siciliam cum universa populi phalange ultra 60. milliaria nudatis plantis suscepto, de ipso sanguine ejusque ampulla, de corona spinosa & clave &c. de Waldone Episcopo Basilensi & Ticinensi, de Waltrammo, de ipso quoque Adelberto ejusque patre, Histriæ Domino & Rhætiæ Curiensis præfecto, de Ruodperto ejusque dissidio & morte narrantur, ab Ill. Wegelino abunde satis demonstratum est in sæpius laudata Dissertatione vel Tractatu *de S. R. I. Lib. Civitatis Lindav. prærogativa antiquitatis* &c. Jenæ an. 1712. evulgato, Sect. II. §. 16. & seqq. & in alio quoque eoque peculiari & ampliori Discursu, qui adhuc latet in scriniis sub rubrica: Untersuchung und gründlicher Gegenbericht / daß der Nahmen Lindau nicht dem daselbst befindlichen Fürstl. Frey-weltlichen U. L. Frauen Stifft / sondern der gantzen Insul und Stadt alleine zukomme / wider die neue Traditiones des P. Maximiliani Rasleri S. I. und P. Jo. Mabillonii, mit Entdeckung der Untüchtigkeit eines von ihme P. Mabillonio zu Behuff seines einwendens beygebrachten Libelli eines unbenahmsten Convenualen aus dem Lobl. Gottes-hauß Reichenau.

§. XXV.

Manifestum inde est, historiam fabulosam de Adelberto conditore Parthenæi Lindav. ex nullo alio fonte quam ex pseudo illo diplomate Ludoviciano & prædicta narratione fictitia sequioris ævi monachi seu Conventualis Reichenav. enatam, omnes ac singulos ferè Scriptores recentiores decepisse, cum nullum aliud in lucem hactenus prolatum sit monumentum ex Seculo IX. fidei haud

haud subleſtæ, quod ab Alberto ſeu Adalberto quodam conſtructum eſſe, vel etiam conſtrui aut fundari potuiſſe cœnobium in inſula Lindaugienſi aſſerat, vel Carolo M. vel Ludovico Pio, vel Ludovico Germanico, vel etiam Ludovico II. imperantibus; ne quidem ipſe decantati Libelli author ullo verbo hujus fundationis meminit, ſolummodo narrans, Adalbertum, filium Hunfridi Hiſtriæ Domini & Rhætiæ Curienſis Comitis (qui monaſterium Sanctimonialium in loco cui nomen eſt *Schennis* conſtruxerat) poſtquam à Ruodperto quodam Ludovici Imperatoris vaſallo ex Rhætia fugatus, rebusque omnibus a patre relictis ſpoliatus eſſet, auxilio fratris Burchardi Hyſtriæ Ducis & ſupradictæ cruciculæ, divino ſanguine lignoque ſanctæ crucis refertæ, quam more ſolito ſecum portabat, inimicum ſuum Ruodpertum prope villam *Cizuris* profligaſſe, ejusquè corpus ac feretrum tam magno itinere in alienam provinciam ac Comitatum cum ſuis proſecutum in monaſterio quodam, *Lindouua* nominato, ſepulturæ tradidiſſe. Sed ecce ſphalma palpabile, quod commiſit Author iſte anonymus Libelli *de translatione ſanguinis Chriſti*, ſi cœtera quoque vera eſſent, quæ non niſi monachi ſuperſtitionis pleni, qui fabulam hanc ad minimum trecentos poſt annos compilaverat, fide nituntur, confundendo monaſterium Lindav. quod tridui abeſt à *villa Ciceronis* ſeu *Cizers*, ævoque Carolino in inſula tiliarum nondum exiſtebat, cum monaſterio *Schennenſi*, vix aliquot milliarium intervallo ab iſta villa diſtante, & ab ipſius Adelberti patre in Rhætia & Provincia *Gaſter*, ſeu *Caſtra Rhatica* dicta, exſtructo.

§. XXVI.

Unde etiam quæcunque de ADELBERTO, Authore ſeu fundatore Parthenæi Lindavienſis ſive Hyparaſtæ ſive alii Scriptores recentioris ævi venditant, quis fuerit iſte Adelbertus, quo ſeculo quave ætate vixerit, quibus natus parentibus, qua de cauſa vel occaſione conſtruxerit cœnobium, nullo veteris ævi teſtimonio genuino & authentico nituntur, ſed meræ ſunt gerræ & conjecturæ inanes, mutuo ſibi & ipſi diplomati, utut ſpurio & confictó, adverſantes. GASPAR BRUSCHIUS (*s*) omnes de Adelberto fabulas in unum quaſi coegit, *Adalbertum*, ſcribens, *fuiſſe Comitem de Rorbach, filium Leotobici, Caroli M. conſanguineum, ſacrique pelatii Magiſtrum, & Provinciarum Rhaticarum Præfectum, à fratre Mangoldo Comite à Rorbach adjutum, ex pia liberalitate ac munificentia A. C. 810. in inſula lacus Acroniani, Lendoa vel Lendaugia à felici appulſu ſuo nuncupata, in B. Virginis Mariæ honorem Cœnobium conſtruxiſſe, & anno 841. haud procul à lacu Brigantino à copiis Ludovici Regis Germaniæ & Bavariæ occiſum, poſtmodùm A. D. 866. cœnobium ipſum ab Imperatore Ludovico II. Cæſaris Lothari filio confirmatum, multisque privilegiis donatum eſſe.* SEBAST. MüNSTERUS: (*t*) Adalbertus ſeye geweſen Caroli M. angebohrner Freund und deſſen Enckels Pfaltzgraff oder Hoffmeiſter / und habe ex voto und wegen glücklicher Anländung ein Cloſter oder Zuchthauß für Edelfrauen erbauet / und ſelbiges von der Geſchicht her Landau geheiſſen / welches Kayſer Ludovicus II. im Jahr 866. confirmirt / die Graffen von Rorbach aber ehrlich begabet hätten. JOANNES STUMPFIUS: (*u*) das alte Frauen-Cloſter in Lindau ſeye von Graff Adelberten dem Lands-Fürſten und Rhetiſchen Herrn / des Kayſerlichen Fränckiſchen Hoffs Dinſtmann / geſtifftet / und von Kayſer Ludwigen dem andern beſtätiget A. D. 856. oder nach etlicher Rechnung 866. dieſer Graff Adelbert ſolle geweſen ſeyn von Geſchlecht einer von Grauenſpurg oder Altorff / jezt Ravenſpurg genandt. Die Urſach dieſer Stifftung ſeye geweſen / daß Graff Adelbert Rupertum ſeinen Feind in einem Streitt bey Ci-

zers erschlagen/ und denselben tod gen Lindau führen/ und in dem neugestifften Closter bestatten lassen. MARTINUS CRUSIUS (x) integram fabulam exscripsit ex Bruschio. JO. GULERUS (y) primam Cœnobii constructionem ejusque fundationem his verbis describit: Zu den Tagen Caroli des Grossen solle nach etlicher Meinung Adelbert ein Graff/ gedachten Kaysers Blutsverwandter und Dinstmann an seinem Hoff/ Landvogt und Kays. Stadthalter über die Rhetische Provintz gewesen seyn/ und mit Hülff seines Bruders Graff Mangoldts das Frauen-Closter zu Lindau am Bodensee im Jahr 810. gestifftet haben. Etliche nenneten ihn einen Graffen von Rorbach/ andere von Buchhorn/ andere von Bregentz/ andere von Veringen/ andere von Altorff. Er könne aber an keinem Orth dieser Sache halben einigen satten Bericht nicht finden. JOACHIMUS VADIANUS in sup. laudato MSTo narrat: Das alt Frauen-Closter zu Lindau seye von Graffen Adelberto gestifftet (welches etliche Schrifften zu König Pipins in Franckreich Regierung im Jahr 766. geschehen/ und lang darnach bestätiget zu seyn bezeugeten) welcher von Geschlecht einer von Graffenspurg oder Altdorff gewesen ⁊c. & GABRIEL BUCELINUS (z) *A. C. 827. Rhætiæ Præsidem egisse*, scribit, *Adalbertum Agilolfingum*, *Hunfridi Rhætiæ Comitis filium*, *fundatorem monasterii Virginum nobilium Lindav.*

(s) In Chronologia monasteriorum Germaniæ p. 79.

(t) In Cosmographia L. III. integ. Cap. 239.

(u) In Chronico Helvetic. L. V. Cap. 9. p. 51.

(x) In Annal. Suevic. L. I. P. 2. p. 6. & in Paralipom. Cap. XX. p. 85.

(y) In historia Rhætiæ fol. 92. seqq.

(z) In Rhetia Ethrusca pag. 171.

§. XXVII.

Ex hisce de origine Cœnobii in insula Lindav. ejusque conditore prætenso allatis narrationibus abunde patescit, ad unum ferè omnes quotquot prostant recentioris ævi Scriptores, antequam vetustæ loculorum, quibus ossa Comitum fundatorum asservantur, lapidisque sepulchralis super impositi inscriptiones detegebantur, ex incertis planè documentis, relationibus ac conjecturis clamare quidem Adalbertum Comitem, quis autem qualisve fuerit isthac ætate, quidve juris vel proprietatis ipsi competierit in insula Lindaug. fabulis omnia involuta, & nullo sive veteris sive recentioris ævi testimonio idoneo subnixa esse. Quandoquidem I. vel ob maximam ad locum seu insulam portuosam appellendi commoditatem, vel ab ipso Adalberti Comitis cujusdam felici appulsu ex procellosis lacus fluctibus, insulæ vel cœnobio nomen *Lendouua* vel *Lendoæ* inditum, inane & puerile est commentum, cum nec in Annalibus, Chronicis, chartis, nec alio quovis vetusto monumento, ne quidem in sæpius memorato diplomate vel libello *de translat. sang. Christi* &c. compareant hæc vocabula, sed solummodo *Lintouua* aut *Lindaugia*, ideoque ad majorem saltim loci venerationem conciliandam effictam esse fabulam videtur. II. Adalbertum istum, à quo conditum dicitur cœnobium anno Seculi IX. decimo, Caroli M. consanguineum sacrique palatii Magistrum fuisse, non minus pro commentitia ac fabulosâ traditione habendum, ex æque falso Diplomate Augiensi Carolino (a) depromtum, quod Adalbertum quoque cognatum Caroli M. & advocatum Monasterii in insula *Sintleobesuna* vel *Augia divite* anno 813.

813. laudat. III. neminem ætate veterum Francorum Regum aut Imperatorum audiisse Comitem vel Magistrum sacri palatii, neminem simul palatii Comitem & Provinciarum Rheticarum Præfectum, neminem quoque Comitum Palatinorum, qui provinciis præfuere, dictum esse Palatii Comitem, pluribus demonstravit Conring. aliique. IV. de Hunfrido, putatitio Adelberti patre, constat quidem, eum non sub Carolo M. tantum jus dixisse Rhætiæ Curiensi, ut patet ex charta 99. ap. Goldast. ubi anno VII. imperii Caroli M. nuncupatur: *Unfredus Vir inluster, Retiarum Comes;* sed etiam sub Ludovico filio, testibus Annalista Bertiniano & Thegano, qui Hunfridum nominant *Comitem Curiensem, & Ducem super Rhætiam in partibus Romæ.* (c) Unde V. falsum etiam & commentitium est, id quod tamen complures cum Hyperaspistis venditant, fundationem istam ab Adalberto jamjam sub Carolo M. & quidem an. 810. susceptam esse, eundemque patre adhuc superstite simul audiisse Rhætiæ Ducem vel Comitem. VI. Ἀσύςατα sunt, Hunfridum Rhætiæ & Histriæ uno eodemque tempore fuisse Ducem, terrarum tanto spatio disjunctarum; *providentissimus enim Carolus*, scribit monachus Sangallensis, (d) *nulli Comitum, nisi his, qui in confinio vel termino barbarorum constituti erant, plus quam unum Comitatum aliquando concessit.* Unde etiam in legibus modo dicti Imperatoris (e) nulli plures Ducatus Præfecturasque aut Sacerdotia contulit, dictitans, sibi et alios demerendos beneficiisque oppignerandos esse. VII. quod vero filium Hunfridi attinet, vixit sub Ludovico Pio Adalbertus quidam, quem Annales Metenses *Albertum* vocant, Comes bello & pace famosissimus, quem tamen non Rhætis sed Mediomatricibus jus dixisse, eundemque esse, qui in prœlio ad Brigantiam occidit, tam veteris quam recentioris ævi Scriptores perhibent, (f) eademque de causa Adalbertum istum, quod non Allemanniæ vel Sueviæ sed Metensis Comes fuerit, ipsemet Mabillonus alleg. loco rejicit ut prætensum à Cointio conditorem Lindaug. Parthenonis. De coætaneo verò Rhætiæ Curiensis Comite ejusdem nominis nil quicquam ex annalibus antiquis constat. Minus minusque VIII. de Ruodperto quodam, de quo fingit compilator memorati Libelli, Imperatorem Ludovicum dolosa circumventione ductum, mortuo Hunfrido, expulsoque filio Adelberto, Rhætiam Curiensem in proprietatem ipsi contradidisse. De Ruodpertis, qui ævo isto celebrantur, longè alia nos docent Scriptores synchroni. Regino in Chronico ad an. 867. Ruodpertum quendam (quem marchiam ad oram Ligeris fluminis tenuisse, & cum incautius insequeretur Nordmannos, interfectum in introitu ipsius Ecclesiæ, ejusque corpus intrinsecus tractum esse refert) celebrem Ducem fuisse sub Ludovico Germanico, minimè autem sub Ludovico Pio vel Carolo M. Annales Metenses *Robertum Ducem* appellant, & Chronicon Floriac. *Rhotbertum* virum miræ potentiæ armisque strenuum. Sigeb. Gemblac. *Fortem Marchionem* à Nordomannis interfectum. Inde & Aventinus L. IV. p. 317. *Ruperti* meminit *Ducis* limitum Ligeris, à Nordomannis hanc regionem devastantibus occisi, & in fanum sive templum, quod occuparunt, tracti. Ne dicamus IX. nullum planè vel minimum de Ruodperto Comite Curiensi in cœnobio Lindaviensi sepulto, deque ejus tumulo superesse vestigium, nullam memoriam.

(a) In Martini Mageri Tr. de Advocatia armata. Cap. V. num. 431. & W. E. Tenzel. in Vindiciis historic. Append. III. n. 1.

(b) d. l. Cap. X. & XI. aliique.

(c) Conf. Annales Reg. Franc. Astronomi, Eginhardi ad dict. an. Stumpf. d. l. L. X. Cap. 18. Aventin. in Annal Bojic. Lib. IV. p. 290. & Latzius in Chronologia Comitum Brigant. qui Hunfridum quoque appellat Comitem Brigantiæ circà an. 840.

 (d) Apud

(*d*) Apud Duchesn. T. II. p. 112. & Canis. p. 371.
(*e*) Ap. Goldast. in Constit. Imp. T. I. p. 147.
(*f*) Vid. Nithard. Lib. II. p. 454. edit. Wechel. Annales Fuld. passim Capitul. Ludovici Pii ad an. 825. Annales Franc. Mabillonii Annales Benedict. L. 32. T. II. n. 8. Rassierus ipse in justa Defens. C. IX. n. 13.

§. XXVIII.

Certum hinc etiam est, Adalbertum illum, quem Cœnobiales ex spurio diplomate Ludovici Pii & incerto authore Libelli decantati laudant, cœnobii Lindav. conditorem esse haud posse, sed si ab ullo unquam Adalberto, ab illo longè juniore sub Lothario Imperatore vel Ludovico Germanico vel subsequentibus Germaniæ Regibus exstructum & fundatum esse oportet. *Adalbertus* quippè, quem Imperator Pius anno 839. & 840. testibus Annalibus Fuldens. & diplomate Cenomannensi apud Baluz. (*g*) Archi Capellano Druogoni tanquam Consiliarium suum præcipuum contra Saxones sociavit, nec ante nec post illud tempus, quo datum fingitur diploma Lindav. à dicto Nithardo Comes Palatii nominatur, sed *Comes Metensium*, & paulo post *Dux Austrasiorum*, quod Austrasios duceret in armis, nulla planè Rhætorum mentione facta. Unde apertissimum figmentum Bucelini merito redarguendum, *Adalbertum illum, quem cum exercitu Lotharius Imperator misit ad impediendam Ludovici & Caroli fratrum conjunctionem armorum, quique deinde à Ludovico Germanico cæsus, fuisse Præfectum Rhatiæ, usumque esse collecto ex Rhætis exercitu;* cum ne unicum proferri possit Scriptoris Diplomatisve coævi testimonium, quo Adalbertus ille vel Comes Palatii vel Rhætiæ Præfectus dictus sit. Quare in cassum etiam fingitur, ei ad lacum Acronium quicquam fuisse proprii territorii, quod novo monasterio in insula Lindav. donare, vel illud ipsum omnibus suis allodiis, ibidem sitis, ut habet diploma, augmentare potuerit. Et fingamus quoque, Adalbertum istum insimul fuisse Rhætiæ Comitem, quo jure, quâve potestate cœnobium in alieno Comitatu, quem nec in bonis vel administratione sua habuit, noviter exstruere, & tam amplo territorio, ut somniant, ditare licuerit? Ex eo quippe fundamento Mabillonius fundatorem à Cointio jactatum, quia non Allemanniæ, seu Rhætiæ, sed Metensium Comes à Nithardo dicatur, repudiat. Certissimum tamen & à Cos. Wegelino (*h*) abunde demonstratum, nullo unquam tempore Rhætiæ Curiensis Comitatui vel jurisdictioni tractum illum superioris lacus acronii, ad oras usque Brigantinas sese extendentis, adeoque nec insulam Lindav. esse adnumeratam, sed eà maxime ætate, de qua quæritur, sub administratione Comitum Alemannicorum, in specie Linzgoviensium unicè stetisse, æque ac loca vicina & contermina, in campestri illa regione sita, ut: *Tetinanc*, vicus *Wazzarburc*, villa *Arguna* seu pagus Argunensium &c. de quibus testantur supra citatæ chartæ apud Goldastum & Vadianum sub regimine Regum & Imperatorum Carolingicorum conscriptæ, præprimis verò charta ista memorabilis apud Tschudium & Gulerum, in qua Comitatus Turgauiensis, Linzgouiensis & Curiensis disertis separantur verbis. Cœcum ergò esse oportet, qui non perspiciat, ne quidem jus quoddam competiisse Adalberto, si quis regnante Carolo M. vel Ludovico Pio fuisset Rhætiæ Comes, in insulam Lintouuam ejusque prædia, villas ac terras continentes, nec in alieno Comitatu, tantis ut jactitant ornatum divitiis bonisque allodiis monasterium ibidem fundare potuisse; ac propterea fabulas sectantur, quicunque Adalbertum Rhætiæ Comitem vel Ducem cœnobii Lindav. conditorem faciunt.

(*g*) Miscell. L. III. (*h*) d. l. Sect. II. §. XXV. & seqq.

§. XXIX.

Idemque judicium ferendum de Adalberto, qui sub Ludovico Germanico & subsequentibus Regibus Germaniæ (antea enim nec sub Carolo M. nec sub Ludovico Pio inter Comites Turgaugenses quisquam reperitur sub nomine Adalberti) pagum istum ex more ævi Carolini plus quam 40. annis, ab anno scil. 863. usque 903. quo primum & ultimum ipsius facta est mentio, administraverat, ideoque etiam à nonnullis pro authore & fundatore Parthenæi Lindav. venditatur. Hujusce Adalberti illustris Comitis Turgaviensis plures meminerunt chartæ aliaque scriptorum certissimorum testimonia ad annum usque 903. (*i*) Et si ullus denique hujus nominis pro fundatore Cœnobii Lindaviensis venerandus omnino esset, pro tali præ cœteris omnibus, quorum hactenus usurpatum est nomen in Libellis monasterialibus, adgnosci posset iste Turgaugensis, utpote qui optimam habuisset ansam, in vicina insula Lindaug. fundandi monasterium. Quid autem juris fuit Comiti Turgaviæ in hanc insulam, ejusque dominia adpertinentia, trans lacum in alia provincia seu Comitatu, Linzgoviensi nempe, sita? & quo modo quave ratione Comes iste Provincialis, qui exeunte demum Seculo IX. huic provinciæ præfuit, & Caroli M. seu Ludovici filii Comes seu Magister Palatii, quem diploma laudat, inter se conciliari & conjungi possint?

(*i*) Ap. Vadian. p. 67. 72. 73. 84. 87. 88. & charta LXXVI. Henschen. in actis Sanctorum XXV. febr. L. I. C. 4. Bolland. in act. Sanct. XXI. Jan.

§. XXX.

Hæc omnia cum ita sint, nullusque fortassis dubitet, cui pepo præ corde non est, communem traditionem de Adalberto Cœnobii Lindav. fundatore non nisi ex decantato pseudo - diplomate Ludoviciano & ex lubrica ista ac fabulosa narratione Authoris anonymi *de translat. sanguinis Christi* enatam, omniaque fabulis & figmentis involuta esse; firmo adhuc stat manetque talo sententia de tribus Comitibus, seu fratribus seu cognatis, veris cœnobii conditoribus, longè probabilior, à H. Conringio (*k*) & Cos. Wegelino (*l*) pluribus asserta. Certè nil aliud evincunt tam loculorum, quibus ossa eorum adhuc asservantur, lapidisque sepulchralis superimpositi inscriptiones ac nomina, quam ipsa quoque in Capellæ Cœnobialis muro pictura pervetusta, trium Comitum imagines referens, quæ anno Seculi anterioris vicesimo tabulâ lignea cum hac inscriptione vernacula tecta: Anno 1620. d. 4. Novemb. hat die Hochwürdige Fürstin und Frau/ Frau Susanna/ gebohrne von Buebenhofen/ Abtißin des Fürstlichen Frey-Adelichen weltlichen Stiffts allhier/ die Begräbnuß in Beysein ihren woladentlichen Chor-Jungfrauen Priesterschafften und Amtleuthen eröffnen lassen/ befunden/ daß den drey Hoch-und Wolgebohrnen Herrn Grafen der heiligen Pfaltz/ Gebrüder und Stiffter dieses Gottshauses/ eines jeden Gebein in besondern Sarch/ wie die darauf und demselben Sarchdeckel besonderlich mit ihren eigenen Tauffnahmen eingehawen sein 2c. COMES ALBERTUS PAL. MAIN RHENI COMES MANGOLDUS PAL. MAIN RHENI, COMES ULRICUS PAL. MAIN RHENI. Anno verò 1646. curante Abbatissa Anna Christina renovata est, sed longe aliter ac in priori tabula, & cum inscriptione sequenti: Abbildung der drey Herren Graffen/ welche in der Kirchen des Fürstlichen Frey-Stiffts Lindaw/ in der Stiffter-Capell begraben/ und daselbst an der Mawr von uhralters (wie die Manier vnd der Buchstab

zu

zu erkennen gibt) mit Oelfarben gemahlt/ vnd mit einer hölzeren gleich/ doch newgemalten Taffel bedeckt seyn. Quod autem ipsorummet trium lapidum sepulchralium inscriptiones attinet, testatur tabula multoties jam ære expressa, plane ita eas se habere, ac tabula refert in verbis subsculptis: auf solche Weiß sein diese drey Nahmen in die Grabdeckel gehawet; scilicet unus nominatur EKBERTUS COMES, alter MANEGOLDUS, tertius COMES WORTBICUS. Nullus inter eos nec ALBERTUS, nec ALBRECHTUS, nec ADALBERTUS, nullus Palatii Comes, nullus BURKARDUS, nullus ADALRICUS, quos anonymus pro fratre & filio Adalberti venditat. Inconvulsa ergo manent trium Comitum nomina ex ipsis sepulchralibus saxis, proindeque optimæ fidei petita.

(k) In Cens. Diplom. Lindav. Cap. XIII.

(l) In memoratu Tractatu de prærogat. Civit. Lind. Sect. II. §. 30. & 37.

§. XXXI.

Quod autem non unicus saltem, quem diploma Ludovicianum fingit, sed plures fuisse Cœnobii fundatores, ipsum quoque propylæum templi Mariani antiquissimum demonstrabat, quod ad incendium & annum usque 1728. conservatum, paulòque antea delineatum ærique incisum exhibet tabula adjecta, quæ hactenus in scriptis amœbæis, diploma Lindaviense concernentibus, lucem nondum aspexit. Portale hocce diversimodas quidem statuas seu figuras humanas è saxo sculptas, partim integras partim vetustate attritas & collapsas, partim quoque mutilatas & capite truncatas sistit; super aspidem conspicitur Imperator cum corona medius inter multiplicia simulacra religiosa utriusque generis cum denudatis capitibus, sedens, qui tamen nec coronâ nec barba & capillis accedit ad similitudinem Imperatorum Carolidarum sed multo magis Saxonicorum. Super januam S. Maria Virgo, in cujus honorem templum exstructum est, puellum Jesu altera gestans manu, altera globum, cum duabus sanctimonialibus ipsam adorantibus. A dextra Comes *Ekbertus*, absque pileo tamen seu mortario, qui templi imaginem præferens flexis genibus offert S. Mariæ tam suo quam reliquorum duorum fratrum vel adgnatorum, *Manegoldi* & *Wortbici*, pone ipsum sedentium, nomine. A sinistra oculis objicitur alia imago librum semi apertum portans, & penes ipsam duæ aliæ in stereobata sedentes, simulque Mariam intuentes; omnes ac singulæ toga & cingulo redimitæ, nudatisque capitibus. Restaurato autem post fatale incendium templo, hæc sola inscriptio: TEMPLUM DEI & B. V. MARIÆ REÆDIFICAT. 1750. apparet in frontispicio lapidi incisa, absque ulla imagine vel alia memoria fundatorum, vel Adalberti vel Ekberti vel quorumcunque aliorum. Quod attinet Codicem istum seu Librum Pacis vel Evangeliorum, ut vocant, argento gemmisque coruscum, & ad sacros olim usus destinatum, (m) inter cimelia à Parthenone nostro adhuc hodienum asservari in Sacrario dicunt.

(m) De quo vid. charta de anno 1247. apud Cangium in Glossario. Item du Fresne hac voc. Rupertus Abbas Lib. II. de divinis officiis Cap. I. Breviarium Fuldense ap. Paullin. Coint ad annum 755. n. 137. Brouuer. antiquit. Fuld. L. IV. C. 9. Aimoin. Hist. Franc. L. II. C. 8. Du Chesne T. II. p. 186. & 315. Vadian. de monast. L. I.

§. XXXII.



Portal

§. XXXII.



Inde non negandum quidem, omnia, quæ hactenus de fundatorum urnis, earumque sepulchralibus inscriptionibus, de veteri in muro Sacelli pictura, de propylæo Ecclesiæ, & pretioso Evangeliorum libro allata sunt (nullas enim uspiam antiquiores extare notas, parastatæ Cœnobiales, perlustratis quibuscunque latebris, sed conatu frustraneo, ipsimet concedunt) venerabilem spirare antiquitatem, æque ac ipsam structuram tam intrinsecam quam extrinsecam Templi, antehac XII. Columnis, quibuslibet è saxo unico sculptis, miræque magnitudinis suffulti, quarum uni incisa fuere literis æque antiquis verba sequentia: NOBIS PROPICIOR SIS HAC PRO DOTE MARIA, alteri verò, prout in lamella hic inserta conspicitur. Sed manibus & oculis quoque palpandum, singula hæc monimenta non unum saltem sed plures fundatores demonstrare, neque etiam ad ævum usque Regum & Imperatorum Francicorum, Caroli M. vel Ludovici Pii vel subsequentium Carolidarum attingere. Equidem ex eo haud indubie apparet, librum istum Pacis, quem olim cum ense Abbatissæ præferri solitum fabulantur, tantæ antiquitatis non esse, quod ausi hactenus non sint Cœnobiales, vel argumenta libri vel genus scripturæ ad Mabilionis aliorumque scrutatorum specimina proferre. De pictura sacelli parieti inhærente, quantumcunque sibi blandiantur, quod ævo Carolino non sit posterior, omnem tamen tantæ vetustatis larvam detrahunt ipsimet, in lamina seu tabella æri incisa, asserentes, quod contineat imagines trium Comitum pigmentis oleo temperatis pictas, vel ut verba in vernacula sonant: an der Maur vor uhraltem mit Oelfarben gemahlt. Hunc verò pingendi modum, quem picturam oleariam appellant, primum anno 1410. invenisse *Joannem van Eyk*, præstantissimum sui temporis pictorem, ex Joach. à Sandrat (*n*) satis superque demonstratum, ut adeò à veritate tantum absit assertum, ævo jam Carolino vel Seculo IX. perfectam esse hanc picturam, ut potius ante Seculum XV. etiamsi à primi oleariæ picturæ inventoris, quod tamen nemo dixerit, manu foret, confecta esse nequeat. Ut taceamus maximam in vestimentis differentiam tam Comitum istorum in pariete pictorum, quam in propylæo templi ex saxo sculptorum à Carolinis, præsertim quoad pileum vel mortarium, collare, pallium &c. (*o*) Insignia quoque gentilitia, quæ dictæ picturæ confictor errore certè vel ignorantia perinsigni singulis adpinxit Comitibus, cum clypeo, qui sistit aureum Leonem gradientem, rubea redimitum corona, cui galea aperta imminet coronata, considente super eâ leone scutario, genuinum sed longè recentius Electoralis Palatinatus Rhenani, habente demum Seculo XII. ab Henrico Leone illatum δεῖγμα esse, nemo harum rerum peritus ignorat. Ex communi quoque artis Heraldicæ peritorum sententia constat, vera & Familiis Illustrium propria seu gentilitia arma ætate Carolinorum & ante Seculi XI. initia nec originem suam nec usum hæreditarium & constantem habuisse, indeque omnino esse, quod genuina Comitum

aliorumque Virorum illustrium Seculo IX. & X. in monasteriis inhumatorum monumenta sepulchralia accuratius scrutantibus revera nullum prorsus insignium vestigium in iisdem observare contigerit. (*p*) Et quæ sunt alia plura, ex quibus manifestum est, picturam memoratam propius ad nostram quam ad Carolinam accedere ætatem, indèque nemo studio partium alienus dignam judicabit, ex eâ pro Alberto seu Adelberto quodam fundatore & Comite Carolingico firmum petendi argumentum. Et si quis accuratius inspiciat tam ipsas lapidis sepulchralis, loculis, quibus ossa fundatorum sunt inclusa, super impositi, quam imaginum in pariete pictorum inscriptiones, idque scripturæ genus conferat cum aliis, in ejusmodi inscriptionibus usitatis, præcipue à D. Heineccio in limatissimo de Sigillis Opere delineatis, facillimè deprehendet, epigraphes hasce æque ac simplicitatem ipsius lapidis & operculorum, quibus præter nomina pro more Seculi nihil incisum reperitur, nullatenus referre characteres & monimenta sepulchralia Seculi noni.

(*n*) In Academia artis Pictoriæ, seu teutschen Academie der Bau- Bild- und Mahlerey-Kunst. P. II. Lib. II. Cap. 4. p. 72. & Lib. III. Cap. I. p. 213. seq. It. zweyten Haubtheils Part. III. Cap. IV. 17. a.

(*o*) Vid. Jo. Jac. Chiffletii Anastasis Childerici Francorum Regis Cap. IX. Spon. in miscell. eruditæ antiquit. p. 284. & imagines quoque Lotharii Caroli que Calvi ap. Baluz. in Capitul. T. II. p. 1276. & seqq.

(*p*) Vid. Menestrier de l'origine des Armoiries & du Blason Cap. III.

§. XXXIII.

Unde etiam gravissimum exoritur argumentum, Parthenonem *nostrum* sub initiis Seculi IX. vel Caroli M. vel Ludovici filii ætate in Insula Lintouua nondum fuisse extructum, sed aliunde demum una cum ossibus, fundatorum, consumtis jam cœteris, bipedalibus arculis inclusis, in hunc locum esse translatum; certum quippe, nullique plane dubitationi obnoxium est, tres istos Comites, quorum nomina præ se ferunt loculi sepulchrales, illo sepulchro primum non esse conditos, sed ossa eorum alibi refossa, in singulas minores urnas recondita, & deinceps in Insula Lindav. & templo Cœnobiali ibidem noviter constructo sub uno eodemque lapide majori fuisse collocata; nullam quippe verosimilitudinis speciem præbet incendium & restauratio templi, quam gratis fingunt, incendia enim imis parcunt parietibus, multoque magis ossibus subterraneis, qua de causa itaque, si intacta relicta, ossa sunt effossa, in eodemque templo recondita? Nihil inde impedit, quo junctis hisce circumstantiis, cum ossibus fundatorum, quibus etiam barbari parcebant, ipsum templum cum cœnobio, seculo demùm X. Hungarorum rabie devastatum, ex loco campestri & aperto in tutam insulam *Lintouuam* translatum, cum Conringio & Wegelino affirmemus. Antiquissima traditio, cœnobium initio fuisse constructum extra insulam ad lacus acronii partem dexteram & à Lintouua dimidio milliari distantem, ubi etiamnum reliqua sunt vocabula Nonnenhorn & Nonnenbach / hanc opinionem egregiè confirmat, de qua *Gaspar Bruschius* memoriam posteris conservavit *in Idyllio* quodam, ut appellat, *de Wasserburgo*, Centuriæ suæ primæ Monasteriorum Germaniæ inserto, ubi ità canit:

Est locus Acronii sed dextro in littore Ponti,
Dictus ab immensa undarum ipsa mole & abysso

Voce

Voce *Hydropyrgon* græca: Castrum undique fractum
Hugonis Comitis de Forti Monte, Moteæ
Principis ac Domini in Tettnango, & ad inclyta Rupis
Ruffæ castra & Argoviana Principis arce.
Castrum inquam vastatum olim, cum divite pago
Nonnarum ptope cornu, circumquaque Lyæo
Vestitum. Poteras magis apta dicere voce
Bacchipyrgon: ita est locus undique vitifer & tam
Procreat omnino generosi munera vini.
Temporibus priscis fuit hæc arx inclyta sedes
Sacratæ Dominæ, quæ Dux Regina parensque
Virginei cœtus erat, ad Lindavica nostro
Tempore (dum locus est mutatus) templa sedentis.
Nam tum virgineus chorus hic habitabat eo ipso
Sylvestri umbrosoque loco, *Nonhornia* quo nunc
Villa jacet: medius vel qui est pagum inter utrumque,
Quorum alter *Nonnarum cornu* dicitur, alter
Ferur earundem germano nomine *rivus.*
At cum sacra Domus tandem Monialium in ipsum
Vastum esset translata lacum, in quo nunc quoque pulchre
Cernitur esse sita, immenso circumdata ponto:
Contiguisque ornata & multis ædibus, altis
Turribus, ac muro infestos arcentibus hostes:
Tum fuit hæc arx Cœnobii præstantibus ipsis
Præfectis domus atque habitatio & optima sedes.

(q) Vid. Ekkehard. in Cas. S. Galli Cap. 5. ubi: aram lapideam S. Galli, quod prius crebro talibus frustrati, nihil intus nisi ossa vel cineres cum invenissent, nec tangere curant.

§. XXXIV.

Et hac sententia de translatione Cœnobii in insulam Lindav. adeo arrisit Carolo Cointio, ut non dubitaret (r) eam assensu comprobare suo, *licet Ludovicianum*, scribens, *pro cœnobio Lindav. diploma reprobemus, non ideo fidem denegamus antiquæ traditioni, quæ puellare monasterium ad lacus Bodamici partem dexteram, ubi etiamnum Nunnenborn & Nonnenbach a Nonnis sic appellata, postremis Caroli temporibus conditum asserit, imminentibusque post bellis translatum in proximam insulam, cui primum ut & urbi, deinde Cœnobio nomen inditum est Lindaugia, quod in Lindaviam & Lindavium posterioribus Seculis abiit.* Unde etiam verosimilior ac fide dignior videtur hæc traditio, Bruschiano carmine cantillata, quam quæ fide diplomatis spurii & recentiori demum ævo confìcti vulgata est, quandoquidem jam ante quingentos circiter annos constans & communis fama viguit in ipsa Civitate Lindaviensi, fundatum & exstructum fuisse cœnobium ducentis annis prius quam Eschahienses seu Lindavienses redierunt in insulam. Transitum autem factum esse in illam seculo duodecimo jam demonstratum habemus; numeratis quippe retro annis ducentis, constructum ibidem esse cœnobium Seculo decimo sequitur. Hujus autem fama præclarum superest monumentum in supra laudato Rotulo Examinis ac Depositionis testium anno 1320. exarato, in quo *Ulricus dictus Brender*, testis juratus ætatis sexaginta sex annorum ad 1. 2. 3. & 4. Art. edixit: *sibi nil constare, nisi quod sit communis opinio hominum in oppido Lindaugiensi habitantium,*

tium, quod Monasterium Lindaugiense ad ducentos annos fundatum sit antequam oppidum Lindaugiense (intelligebat Eschach) *transferretur de loco, dicto* der Alt Markt, *ad insulam Lindav. & hoc se audivisse à dicto Birtel, qui habuit centum annos, qui dixit, se hoc idem audivisse à patre suo, qui similiter fuit centenarius.*

(r) In Annal. Eccles. Tom. VII. ad annum 813. No. 374.

§. XXXV.

Sit ergò, Parthenonem nostrum jam fuisse fundatum vel Seculo VIII. vel IX. ejusque primordia superesse tempora vel Ludovici Pii vel Caroli M. isthoc enim ævo constructa sunt pleraque monasteria in locis ab hominum consortio remotis, in locis autem cultis atque urbibus perquam rara; (s) cum quo egregiè concordat descriptio Bruschii: *nam tum virgineus chorus habitabat eo ipso sylvestri umbrosoque loco, Nonbornia, quo nunc villa jacet &c.* & ipsa quoque monasterii rudera comprobant, quæ in hac villa superesse communis agricolarum traditio confirmat. Ne dicamus, sæpius ex ipsis etiam nominibus, qualia sunt *Nonnarum rivus, Nonnarum cornu*, à nonnis seu sanctimonialibus virginibus olim ibidem habitantibus, enata, potissima antiquitatis monumenta deduci, veluti monasterium Nunnenberg extra muros Civitatis Salisburg. & plura alia hoc Nonnarum vocabulo Seculo VIII. & IX. usitatissimo (t) insignita, apud Bruschium aliosque testantur. Si verò de translatione ejusdem cœnobii in Insulam Lintouuam est quæstio, ultra Seculi decimi initia non est referenda, quantum ex ipsa temporis conditione aliisque testimoniis conjecturare licet. Et cum indubie sedes ejus pristina non sit mutata nisi aliqua urgente necessitate, traditio ista antiquissima ad veritatem maximè propensa videtur, tum primum factam esse translationem ob barbarorum incursiones ac devastationes. Gens quippe Hungarorum ferocissima & omni belua crudelior, retrò ante seculis inaudita, (u) sub finem Seculi noni è paludibus suis egressa, cum jam Seculi X. anno nono Alemanniam quoque crudelissimè vastaret, & in quosvis nulla ratione vel sexus vel conditionis habita acerbissime sæviret, (x) à vero non abhorret, territas bonas virgines tutiora, quibus rabiem barbarorum effugerent, quæsivisse loca, & relicta terra continente, in proximam insulam Lintouuam natura satis munitam commigrasse; *Urbes enim, arces, oppida & loca munita*, inquit Aventinus (y) *barbari declinavêre, cum vi oppugnare, obsidere & expugnare res adhuc ipsis incognita esset.* Et Ekkehardus junior: (z) *Sicque per aliquot dies ipsi & Wasserburgenses in navibus sæpius agentes, quæ hostes nullas habebant, finem hosticæ tempestatis expectabant. Audiunt tandem Constantiæ foris muros crematos, intus armis defensa, Augia quoque navibus subductis, armatis multis in circuitu fulgida hoste, savos eis citraque Rhenum omnia igne cadibusque pervadentes transisse.* Paria fata sine dubio passas quoque fuisse Sanctimoniales Nonnenhornenses quis dubitet, nisi antea Lindaviensium tutelam expetiissent?

(s) Vid. Wegelin. d. l. Sect. II. §. 38.

(t) Alteserra in Orig. monastic. L. III. Cap. 2. &c.

(u) Ut Regino scribit ad an. 889.

(x) H. Contractus, Heppidanus, Marian. &c.

(y) In Annal. Bojic. Cap. 4.

(z) In Casibus S. Galli Cap. 5.

§. XXXVI.

§. XXXVI.

Ex hac conjectura probabilissima de commigratione Cœtus virginum Nonnenhornensium in Insulam Lindaug. sine dubio consensu & approbatione ipsius Regis Conradi vel Comitis Linzgouiensis facta, piâque benignitate incolarum suffulta, adsequimur, quare in vetustioribus chartis Seculi noni nullum plane inveniatur indicium, nulla memoria de monasterio Lindaugiensi, sed primum demum & antiquissimum documentum extet de rebus ejus in *Historia vitæ S. Wiboradæ*, quam scripsit Heppidanus S. Galli monachus ex seculo undecimo. (*a*) WIBORADA scilicet seu WIBERAT, ex illustri Alemannotum prosapia oriunda, cum aliquamdiu Constantiæ vitam degisset, multis virtutum ac sanctimoniæ exemplis famosam, Cilia quædam nequam vetula invidiæ agitata stimulis suggessit Salomoni Episcopo, ut illam choro sanctimonialium Lindaugiensium insereret, per verba Heppidani: *rescitum habeo vestrum iter Linthaugiam, eò loci consiliarer ejus insertionem.* Puella verò per somnum deterrita ab eodem ad monasterium S. Galli deducta, & effluxis quatuor annis in clausula S. Magni arctius inclusa est. Unde quæstio exorta, quonam anno quove Salomone Episcopo hoc factum sit? Sed finem controversiæ imposuit prælaudatus Consul Wegelinus, & ex Chronico quodam MSto Sangallensi eâdem ferè ætate scripto, æque ac ex ipso Hartmanno proximè coævo *in vita dicta S. Wiborada*, quam edidêre Bollandus & Henschenius, planum fecit, (*b*) virginem ac martyrem Wiboradam à Salomone III. h. n. Episcopo Constantiensi (quem ex stirpe Comitum de Ramschwag fuisse dicunt) unico vero hujus nominis Abbate S. Galli anno 912. ad Ecclesiam Sangallensem adductam, & anno 916. (præfato Chronico expressis verbis testante) ipso die pentecostes ab eodem Salomone apud Ecclesiam S. Magni perpetuo conclusam fuisse, in hac quoque Clausura ad annum usque 925. vixisse, quo VI. Non. Martii ab Hungaris martyrii palma coronata occubuit.

(*a*) Lib. I. Cap. XV. ap. Goldast. P. II. T. I. rer. Alemannic.

(*b*) In d. Tr. Sect. II. §. 32. & seqq. & in Append. ejusd. à p. 395.

§. XXXVII.

Et hoc est antiquissimum ac unicum Cœnobii in insula Lindaugiensi monumentum, quod ultrà Seculi decimi annum duodecimum non excurrit, si modo verum ac genuinum, de quo tamen propter alios complures Heppidani errores, à Mabillonio aliisque notatos, non sine ratione dubitandum, cum nec ipse coævus Hartmannus monachus, nec præfatum Chronicon MSCtum ejusdem ferè & proximæ ætatis de destinatione Wiboradæ in Parthenonem Lindaviensem nil quicquam referant. Proximum huic est illud quod habet Hermannus Contractus in Chronico ad an. 1051. de Henrico III. Imperatore hæc verba faciens: *ipsis diebus defunctis uno pene in tempore Lindaugiense & Buochaugiense Abbatissis, Ivota nobilis, prudens & religiosa vidua utrique loco recuperando ab Imperatore præficitur.* Præter hæc duo porro nihil in veteris ævi monumentis de rebus Cœnobii Lindaviensis superest, quod indubium & notæ sit genuinæ, ex quibus in transitu quasi annotare quoque licebit, Seculo jam X. & XI. tantæ existimationis, dignationis & famæ haud fuisse, quantam hactenus celebrarunt Hyperaspistæ Cœnobiales; non enim viduam peregrinam præfecisset Imperator Henricus, si ex cœtu inventa fuisset idonea vel digna, quæ Abbatissæ munere fungeretur, nec conjunxisset Abbatiam Lindav. cum Abbatia Buchaugiensi. Quandoquidem autem hæc omnia ita se habent,

omnis quoque dubitatio sublata videtur de veritate narrationis Bruschiano carmine traditæ, majoremque quam hactenus ipsi existimarunt Hyperaspistæ, cœnobii antiquitatem, non quidem in Insula Lindav. sed extra illam in loco Nonnenhorna demonstrare, salvam verò & integram manere prærogativam antiquitatis oppidi præ cœnobio in insula ulia-rum. Id quod erat demonstrandum.

DISSERTATIO XXIII.

DE DOMINIO MARIS SUEVICI VULGO LACUS BODAMICI SPECIATIM DE JURIBUS PRIMARIIS AC PRÆROGATIVIS LIB. S. R. I. CIVITATI LINDAV. IN MARI SUEVICO COMPETENTIBUS.

CAPUT I.

ETYMOLOGICA AC TOPOGRAPHICA DESCRIPTIO MARIS SUEVICI.

§. I.

Maris sive *Lacus Suevici* conditionem Jurisdictionalem quando Academica hac Dissertatione enodare in animo est, haud abs re fuerit, si scrutinia Etymologica, quæ in evoluendis nominum, quibus Lacus appellatur, originibus occurrere solent, quæque cum Topographica ejusdem designatione tractationi huic difficiliori & hactenus a nemine susceptæ, non parum lucis afferre potuerunt, præmittantur, quæ quidem jam antehac a conterraneo & concive quodam M. GEORGIO JACOBO MELLINO p. t. Antistite primario Ecclesiæ *Campidonensis* in *Algovia* (a) delibata, iis tamen alia non ubivis obvia ad-

(a) In Differtat. de *Antiquitatibus Lacus Bodamici*, sub Præsidio quondam CASP. SAGITTARII A. 1693. publico Eruditorum examini in Alma *Salana* exposita.

addere, latiusque exponere licebit. Audit vero Lacus iste plurimis & tantum non antiquissimis Historicis *Rheni lacus*, aliis *Acronius*, aliis *Brigantinus* & *Bodamicus*, nonnullis *Möesius* & *Constantiensis*, Accolis quoque olim quibusdam *Withsee* & vulgo *der Bodensee*. Quæ nomina quod ex varia variorum impositione sint orta, etsi nemo non videt, interim tamen cum ἔτυμον cujuslibet perscrutari necessarium videatur, ad singula ea qua par est brevitate redibimus.

§. II. Prima denominatio oritur ex eo, quod non solum ipse fluviorum Cæsar, ut loqui amant de Rheno, ex summis Alpibus, quibus Gothardæ & Adulæ vulgo Vogelsberg nomen est, per valles, quas teste PLINIO ac PTOLOMÆO Rhegusci seu Rugusci populi, hodie *Rheintbaler*, olim incolebant, decurrens non ita longe a *Reineccio* oppido Helvetico a Lacu excipiatur, sed etiam quod ille ipse Rhenus medium intermeans Lacum servato colore & alueo suo nullibique aquis Acroniis mixtus defluat, idque ex antiquissima traditione AMMIANI MARCELINI (*b*) qui historiam suam tempore Valentiniani scripsit, & tam veteris quam recentioris ævi Historicis ac Geographis (*c*) fabulandi occasionem dedisse videtur, fluvium istum Rheni aquis Lacus sese prorsus non immiscere, sed prout de Arethusa Arcadiæ, vel etiam de Rhodano fluvio (*d*), non longe a Rheni fontibus surgente produnt, nullis alienis receptis aquis per medium undarum Acroniarum angusto alueo coercitum defluere, & Constantiam urbem prope per pontem incitatiori cursu ad ostia maris tendere. Sed quam vana & anilis fabula hæc sit, dudum MüNTSERUS aliique Lacus Bodamici accolæ agnoverunt. Facile quippe omnibus ac singulis quotidie transvehentibus in oculos incurrit, quod Rhenus paulatim ab ostio suo mediis in aquis Acroniis sese prorsus abdat, sicque conditus iis & immersus per multa stadia, juxta Constantiam tandem, ubi Lacus angustioribus ripis coarctatus, ad instar Supermodii, *über Eych* & fluvii etiam Rhodani ad oras Geneuenses exundat, Rheni

(*b*) *Lib. XV.* c. IV. *Edit. Gronov.* ubi rem ita tradit: *Inter montium celsorum anfractus immani pulsu Rhenus exoriens per præruptos scopulos extenditur, nullis aquis externis adoptatis, ut --- per cataractas inclinatione præcipiti funditur Nilus. Et navigari ab ortu poterat primigenio copiis exuberans propriis, ni ruenti curreret similis potius quam fluenti. Jamque absolutus, altaque divortia riparum adradens, lacum invadit rotundum & vastum, quem* Brigantiam *accola Rætus appellat, perque CCCCLX. stadia longum, parique pene spatio late diffusum, horrore silvarum squalentium inaccessum, (nisi qua vetus illa Romana virtus & sobria iter composuit latum) Barbaris & natura locorum & cœli inclementia refragante. Hanc ergo paludem spumosis strependo verticibus amnis irrumpens, & undarum quietem permeans pigram, mediam velut finali intersecat libramento, & tanquam elementum perenni discordia separatum, nec aucto nec imminuto agmine quod intulit, vocabulo & viribus absolvitur integris, nec contagia deinde ulla perpetiens Oceani gurgitibus intimatur.*

(*c*) Quibus ipse etiam THUANUS *L. II.* de *vita sua*, ubi itineris per *Lacum Acronium* mentionem facit, assensum præbuit. Item CRUSIUS in *Paralipom. ad Chronic. Suev. C. XX.* & ex novissimis HüBNERUS in *Geograph. P. I. Lib. VIII. §. 5.*

(*d*) De hoc fluvio *Rhodano* idem apud Veteres utut falsissimum narratur mirabile. MELA *Lib. III. C. 5.* ubi: *Rhodanus Lemanno Lacu acceptus tenet impetum, seque per medium integer agens quantus venit, egreditur.* MARCELLINUS *L. XV. Paludi sese ingurgitat nomine Lemanno, eamque intermeans nusquam aquis miscetur externis.* Idem asserit PLINIUS *L. II. C. 105.* Et id ipsum vidisse testatur MERULA *P. II. Lib. 3. C. 9.*

ni nomen denuo sibi arcessit, Venetoque vel inferiori Lacui immissus, posteaque in alueum redactus ad Oceani ostia devehitur.

§. III. Lacus *Acronius* aut *Acromus* (e) dicitur a POMPONIO MELA (f), qui Claudii Imperatoris ætate vixit, HERMOLAO BARBARO, VADIANO, GLAREANO & BEATO RHENANO, qui cum multis aliis denominationem hanc sumtam esse vult a Vico illo *Romisborn*, infra Villam Arbonam ad Lacum sito, quasi a veteribus *Cromansborn* seu *Crommesborn* i. e. Cornu Lacus incurvati, *ein Horn des Crommen See* sit appellatus, eaque sententia non solum STUMPFIUM (g), sed etiam GOLDASTUM (h) probatos Historiæ Patriæ scriptores patronos habere videtur. Cum tamen ex vetustissimis Cœnobii Sangallensis Scriptoribus ipse etiam Stumpfius, Goldastus & Rhenanus testentur, Pagum supra nominatum nongentos & quod excurrit ante annos non alio venisse nomine quam *Romanes born* (i), cornu Romanorum, a Romana ut volunt statione, veluti ac hodienum *Romisborn*; quod autem *Crommesborn* unquam sit appellatus, unde vox *Crommasee*, vel durius aliquantum *Acromasee*, effigurari potuisset, ne verbulo unquam indicatum reperitur.

§. IV. Alii *Acronii* nomen inde accepisse autumant, quod ubi latissime se extendit, etiam hyberno tempore calorem æstivum prodat, & a frigore

(e) Dubitatum enim est inter Historicos, Acromum an Acronium, dicendum foret. Credidit tamen VADIANUS in *Ep. ad Rud. Agricolam*, apud MELAM legendum esse potius *Acronium*, quam *Acromum*. vid. GLAREANUS in *Descript. Helvetiæ* ibique *Comment.* MYCONII *num. 20.* PLANTINUM *Helvet. antiq. C. XIV.*

(f) *L. III. cap. 2.* ubi Rhenum, testatur, ab Alpibus decidentem prope a capite duos Lasus efficere, Venetum & Acronium.

(g) In *Chron. Helvet. P. II. L. V. C. 9.* ubi: *Solte hie der nahm Acromus bestohn, vvurde es ihm gleich sehen, das dieser See von alters her von den beyvvohnern der* Krommsee *genennt vvorden, und der Latinisch Nahm von den teutschen abgezogen vver. Dann so man Ammianum recht besicht, ist dieser See zu seinen Tagen am Einflus des Rheins gar mæsig und sumpffig gevvesen, und ohne Zvveiffel etvvas necher bey Rhynegk angangen, dann jetzmalen aber mit der Zeit bis von dem sand und letten der Einflus des Rheins, der Bregentz und der Aben, die aus dem vvilden Gebürg herein lauffen, dermassen angefüllt und gedrungen, das der See denselbigen Buckh oder Krümme etvvas verlohren, und sich græder gestaltet habe, dann er des endes bey Ammiani Zeiten gevvesen seye. Welcher oberzehlter Ursachen gründlich zu achten ist, das auch der Bodensee an seinem Anfang zur Zeit des Kaysers Constantii und darvor etvvas vveiter und has hinauf in das Rheynthal sich erstreckt, und daher den nahmen* Krommsee *gehabt habe, und derhalb krommer gevvesen sey, dann bey unsern tagen, vvelchem allem die Form und Gestaltsame des gestads zvvischen Stadt und Hardt vor Lindau über genugsame Anzeigung gibt. Solcher obbemeldten Ursachen zu achten ist, das dieser See von den alten Teutschen der* Kromasee *oder græber* Akromasee *seye genennet vvorden.*

(h) In *Glossa* ad EKKEHARD. *Jun. de Cas. S. Galli T. I. Rer. Allem. pag. 109.* ubi: *ab antiquissimo & imperiali Oppido Potamo Lacui nomen inditum est Potamico, cum prins Acronius diceretur, quod nomen in Rheguscia, qua hodie vallum Rheni indigitant, adhuc retinet. ut nominetur der Chrom-See; Et Chromisborn, quod est Castrum cum villa ad ripam Lacus, sine dubio inde nomen invenit, quasi Lacus Acronii Cornu.*

(i) Vid. Charta apud GOLDASTUM *d. l. p. 63.* ubi dicitur: *Actum in villa* Romanishorn *An. regnante Imperatore Carolo II. sub Comite Adalberto.*

gore quamvis intensissimo nunquam congelatas esse illas aquas constet. Et quemadmodum vox *Acronius* græcam adgnoscit originem, & aliquid minus gelidum frigoriquc intenso obnoxium denotat, ita etiam VADIANUS (*k*) haud absimile esse scribit, quod hic Lacus a Romanis, aut qui primi accolebant Helvetiis, ex testimonio JULII CÆSARIS *L. I.* de *Bello Gallico* linguæ græcanicæ haud ignaris, *Acronius* fuerit nominatus, ad exemplum magni illius maris glacialis, quod teste PLINIO *L. IV. C. XIII.* & *XVI.* & PTOLOMÆO in *Descriptione Hyberniæ* etiam græco nomine Κρονιω venerit. Quemadmodum autem græca ista & grammatica derivatio in historica gravitate minus apta censenda, ita etiam calor iste quasi nativus Lacus Acronii, vividis frigidisque fontibus undiquaque & perpetuo scatentis, experientiæ & veritati admodum repugnat, siquidem ex Annalibus Lindav. aliisque certo certius est, non modo ad margines Acronias istas aquas subinde fuisse congelatas, sed etiam omnem omnino Lacum sæpius ita constrictum fuisse, ut quaquaversum sicco quivis pede & onustissimis quoque plaustris potuerit transire, ubi etiam latissime se extendit, ab Arbona scilicet usque ad Longam Argam, a Romishorna ad Buchornium, a Rosschachio, Uberlinga & Constantia ad Lindaugiam usque, veluti Annales isti perhibent de Anno 1076. 1077. 1277. 1325. 1379. 1435. 1437. 1497. 1565. 1571. 1573. & novissime etiam de Ao. 1695. (*l*).

§. V. Nec etiam omnino nobis arridet sententia venerandi PARENTIS, (*m*). ἔτυμον *Acronii* seu potius τρυσυλλαβικῶς *Acromi* derivantis a crebris fluviis, dictis *Aach (n)* superiorem Lacus partem alluentibus, ut *Steinach*, *Goldach*, *Fussach*, *Lauterach*, *Bregenzach*, *Leiblach* imprimis vero a κατ' ἐξοχὴν sic dicto fluviolo *Ach*, prope Lindaviam & sinu illo incurvato, quem Lacus Superior Brigantiam versus & Rhenum facit, ita ut sit *Ach-Cromm* & concise *Acrom* rejecta aspiratione. (*o*) Unde etiam Lindavia in Lacu Acronio sita communiter dicitur.

Volumen IV. Ddd §. VI.

(*k*) *d. l.* ubi *Acronium* dicendum esse docet, a privativa particula *a.* & *Cronium* sive Saturninum & frigidum, quo indicari possit, Lacum hunc nunquam gelu obdurari. Unde etiam CRUSIUS in *Annol. Suev. L. IV. P. I. C. 7. toti Lacui*, inquit, *nomen est Acronius; forte a κρονός propter Saturniam frigiditatem, etsi non facile unquam frigore totus congelatur, quin in medio tamen apertus sit.*

(*l*) Vid. CRUSIUS *Annol. Suev. T. II. P. III. L. XII. C. 19.* & in *Paralipom. f. 85.* ZEILERUS *Topograph. Suev.* voc. *Buchorn.* & in *Chron. porvo Suev.* ad An. 1277. WALSER. in *Novo Chronic. Abbatis Cellens.* sub dictis annis.

(*m*) In Tractatu suo, quem inscripsit: *S. R. I. Liberæ Civitatis* Lindau. *Prærogava Antiquitatis præ illustri ad D. Virginem Cœnobio, ejusdemque famosi Diplomatis Ludovic. falsitas contra iniqua Maximil. Räfsleri S. I. nuperæ Vindicationis argumenta denuo retecta Ao. MDCCXII. Sect. II. §. 1.*

(*n*) *Ach*, *Acha* est flumen & omnis aqua profluens, de quo plura Francorum testimonia prostant apud SCHILTERUM versione Psalmorum *Notkeriana*, ubi Jordanus & Nilus vocantur *Aho*. Unde etiam probe monet FRITSCH. in *Specim. german. de permutatione Litterarum*, *Aha* pro flumine quamvis hodie extinctum videatur, vestigia tamen sui ubique in Germania reliquisse, non solum in nominibus fluviorum *Kinsach*, *Aiterach*, *Geissach*, *Haslach* (idque vel maxime circum circa Lacum nostrum Acronium, vid. STUMPF. *d. l. L. V. f. 55.*) sed etiam oppidorum *Rufach*, *Biberach*, *Bacherach* & similium, quoniam nomenclatura hæc haud dubie ab alluentibus fluviis desumta est. WACHTER in *Gloss. Germ.* voc. *Ach*.

(*o*) Cum quo etiam consentit JOAN. GOROPIUS BECANUS in Orig. *Antverp. pag. 947.*

§. VI. Sed explosa quoque fabula JO. BOCCACII (p) de Præfecto quodam, cui nomen *Acronius* fuerit, plane alia nobis in mentem venit derivatio; Et quemadmodum teste SCOBINGERO (q) dictio Lacus Acronii sine dubio vetustissima, & longe ante nativitatem Oppidi Brigantii vel Potami, unde postea Latinis & Francis Lacus audit Brigantinus & Potamicus, usitata fuerit, ita enim perverosimile videtur, originem suam habuisse ab ipsis *Suevis* (r), qui olim Accolæ Maris *Balthici* fuerunt, & partim jam indea temporibus JULII CÆSARIS & AUGUSTI Imperatorum novas sedes in extremis hisce oris Ge maniæ quæsiverunt, nomenque Sueviæ servarunt. (s) Idque inprimis patet ex eo, quod TACITUS sinum *Codanum*, qui nunc mare *Balthicum*, sive *die Ost-See* vulgo audit, appellet *Suevicum* (t), & quod etiam PTOLOMÆUS meminerit fluvii *Suevii*, quem alii pro *Spreea*, alii pro *Odera* venditant (u), quæ hodienum nomen *Swine* habet, ubi inter Insulas *Usedom* & *Wollin* in mare excurrit. (x) Cum autem in comperto sit, quod non solum Oceanus ille Sarmaticus seu Scythicus olim quoque Mare *Cronium* dictitatus, sed etiam inter flumina Sarmatiæ, Sinum *Codanum* petentia, fluvius *Chronius*, nunc *die Memmel*, fuerit, (y) haud dubitandum, *Suevos* illos veteres & accolas olim Maris ac fluminis *Cronii*, conspicato mari seu Lacu nostro, eodem ipsum insignivisse nomine, ex quo postea duriori aspiratione Mare vel *Lacus Acronius* dictus fuerit. (z)

§. VII.

(p) In Tr. *de Lacubus & fluminibus*, quem allegat F. FABRI in *Hist. Suev. L. 1. c 3.*

(q) In *Addit.* ad VADIANI *farraginem Antiquitatum* apud GOLDASTUM *T. III. p. 109. Rer. Allem.* ubi: *Lacus Bodamicus*, inquit, *ante Nativitatem Christi & multo etiam post tempore dictus fuit* Cronius *Lacus, der Cromasee.*

(r) PTOLOMÆUS *L. VI. Geograph. C. XIV.* & *XV.* inter Scythicas gentes etiam *Surborum* & *Suobenorum* expresse meminit, quid ergo vetat, quo minus antiquam Patriam gentis nostræ Suevicæ adgnoscamus, ejusque cum reliquis fere omnibus Germaniæ populis initia ex Scythia petamus. BRECHENMACHER in *Notitia Suev. antiq. §. 6.*

(s) Vid. illustrissimus Comes de BÜNAU *in teutscher Reichs- und Kayser-Historie, P. I. L. I. pag. 32.*

(t) STRUV. in *Corpor. Histor. Germ. Prolegom. Sect. I. §. 24. n. 4.* CELLARIUS *Geograph. ontiq. L. II. C. 5.*

(u) CLUVERIUS *Lib. III. Cap. 25.* CELLARIUS *d. l.* HÜBNER *Tom. III. Geograph. P. IV. Art. 2.*

(x) Unde communiter tradunt, Regionem istam seu oram maris *Balthici* vel *Suevici* veram & originariam *Suevorum* sedem ac patriam fuisse, de BÜNAU *d. l. p. 32. & 40.*

(y) MARTIN. BEER. in *Geograph. Vet.* & *nov. §. 29. & 254.*

(z) Eandemque fere sententiam nobiscum fovet FELIX FABRI Monachus Ulmens. in *Hist. Suev. Cap. X.* ubi: *Suevi a monte Suevo recesserunt, & hanc nostram Regionem desertam reperientes colere cœperunt, eamque Surviam nominaverunt a se. Porro cum Lacum Constantiensem reperissent, tum Venticum nominaverunt a Sinu Sarmatici maris, qui Venticus dicitur, propinquus monti Suevo & soli nativitatis eorum, & populum juxta Lacum illum superiorem habitantem nominabant Venetes. Lacum autem inferiorem* Acronium *nominabant a fluvio, qui terram Venetam alluit, & in sinum Venticum decurrit, cui nomen est* Chronon, *de quo* Acronius *venit. Hec clare in Tabula octava Europæ Ptolomæi videntur &c.*

§. VII. Porro antiquissimis quoque rerum Germanicarum scriptoribus (a) Lacus *Brigantinus* sive *Brigantius* audit, quis autem dubitabit quaesitum esse hoc nomen ab ipso oppido vetustissimo, quod ad caput Lacus situm est, cum non solum ipsum *Brigantiae* (b) vocabulum, quo usi sunt accolae *Rhaeti*, teste MARCELLINO, sed & itineris tractus & intervallum XX. millia passuum usque ad *Arborem Felicem*, hodie ARBONAM, juxta *Itinerarium* ANTONINI conficiens, maxime id indicent. Quemadmodum etiam *Constantiensis* ab urbe *Constantia* (c), quam alluit Lacus & *Möesius* a populis *Möesiis*, qui has quoque oras quondam incoluisse dicuntur, & a quibus Civitas ista *Mesopolis* sive *Möesiopolis* appellari solet.

§. VIII. Usu etiam ac vulgo receptissima denominatio est, Lacus *Bodamicus*, germanice *der Bodensee*. WALAFRIDUS Abbas olim *Divitis Augiae* (d) juxta Graecorum Etymologiam dici vult ποταμικόν, sine dubio, quod ποταμός Graecis idem sit ac fluvius seu amnis, Lacusque ab interfluentibus Rheno & aliis fluminibus hoc modo dicatur ποταμικὸς sive *Potamicus*. Sed inepte satis juxta GOLDASTUM. (e) GRYPHIANDER (f) vocat Lacum *Podamurum*, haud dubie a πόρος sive πυρός, ὄρος, alueus, fossa. VOLATERRANUS autem vocabulo *Bodino* non minus temere excogitato ipsum insignir, nisi quis *Bodicum* seu *Botigum* dicere malit, h. e. fundo carentem (g). Sed nec illorum opinioni calculum addere lubet, qui a summa sua profunditate dici putant *Bodamicum*, germanice *Bodensee* (h). Constat quidem, tantam esse aquarum altitudinem, ut diversis in locis vix ac ne vix quidem pervestigari, aut etiam vi tempestatum obturbidari possint (i). Id quod simili quoque modo

(a) PLINIO *L. IX. C. XVII.* JUL. SOLIN. *C. XXIV.* STRABONI *L. IV.* PTOLOMÆO *Geograph. L. II.* & MARCELLINO *L. XV.*

(b) BODINUS credit, Latrones, Gallis *Brigands*, nomen a populis circa Lacum *Brigantium* incolentibus accepisse, & testatur etiam STRABO, populos istos latrociniis fuisse deditos, vid. PLANTINUS de *Helvet. antiq. & nov. C. XIV.*

(c) Cujus *Descriptionem Topo-Chronico-Stemmatographicam* nobis dedit BUCELINUS ordinis S. Benedicti & Imp. Monasterii Weingart. Asceta, in peculiari Tr. Ao. 1667. 4. edito & novissime JO FRID. SPETH Synd. Constantiens. sub magnifico Titulo: *Constantiae M. Triarcus Triumphalis, Typus ter insignis Acronianae Metropolis Constantiae*, i. e. *der in der Constantinisch-Dreybogigen Ehren-Pforte Constantzisch-mit dreyfachen Ruhm prangend. Glor-Sieg-und Ehrreiche Creutz-Schild*, oder *dreytheilige Beschreibung der nach alter Redarth beständig in der That, Edlen, Vest-und Ehrsamen Stadt Constantz.*

(d) In *vita B. Galli L. 1.* ap. GOLDAST. *T. I. Rer. Alleman.*

(e) d. l. in *Glossis* ad WALAFRID. *pag. 248.*

(f) In Tr. de *Insulis C. XXII. n. 19.*

(g) Vid. VADIANUS in alleg. *Ep. ad Rud. Agricol.* & PLANTIN. *d. l. C. XXIV.*

(h) *Boden* enim est profundus, unde *Bodenböes* profunde malus. Graecis βαθὺς est profundus, βαθὸς profunditas. Vetustas inde creavit fluviorum ac Lacuum nomina, talia sunt *Padus* fluvius Italiae i. e. profundus. Sinus *Bothnicus*, Sinus profundus. *Bodensee* Lacus profundus, alias *Acronius* & *Brigantinus*. Ita WACHTER *Glossar. Germ.* voc. *Boden.*

(i) ZEILLER in *Chron. parvo Suev.* voc. *Mœrspurg.* MUNSTER L. *V. C. 204.* CRUSIUS *P. I. L. XI. c. 2.* ubi Lacus *Bodamici* profunditatem 300. orgyarum seu ulnarum esse, uno ore testantur.

de *Lacu Lemanno* ejusque profunditate traditur, quod quingentis orgyis a nautis haud comperiri potuerit (*k*). Quis autem non videt, recentioris demum ævi esse, quod vocatus sit ille Lacus *der Bodensee* & latine *Bodamicus?* In vetustissimis quippe chartis & scriptoribus semper & ubique legitur *Potamicus* (*l*), sine omni dubio ab antiquo & celebri illo oppido & Palatio Regio *Potamum* seu *Potama* (*m*) dicto, olim ad ultimos Lacus terminos sito, ubi *Ludovicum* Pium, *Carolum* Crassum, aliosque Reges Francicos, sæpius commoratos esse, nos docent. Imo sub Rege *Conrado I.* ad Fiscum Regium adhuc pertinuit oppidum istud, propuereaque ab EKKEHARDO *Jun.* (*n*) qui adulto Seculo X. vixit, vocatur *Potamum Cameræ Nuntiorum juris oppidum.* Unde recentiori demum ætate inde nominatus est ab accolis *der Bodmensee* vel si mavis *der Bodmansee*, & denique vocabulo detorto *der Bodensee*.

§. IX. Denique Pars superior Lacus comparatione inferioris dicitur & olim dicta est ab Accolis *Withsee* i. e. *der weite oder breite See.* MÜNSTERUS (*o*) aliique, qui COMPILATORES *Annalium Lindav.* (*p*) ex Sec. XV.

(*k*) PLANTINUS d. l. *Cap. XIV.*

(*l*) RATPERTUS Monachus & Scriptor Sec. IX. de *Orig. Monast. S. Galli* Cap. I. ubi: *Pervenerunt ad Castrum, quod Arbona nuncupatur, juxta* Lacum Potamicum. Et WALAFRIDUS STRABO ex eodem Seculo d. l. in *Proleg. Brigantium oppidum*, scribit, *jam vetustate collapsum Lacui nomen dedit*, *qui alio nomine* Potamicus *appellatur.*

(*m*) Ab AUCTORE ANONYMO *Vitæ* Ludovici Pii ad Annum 839. nominatur *Bedonnia* in textu Pithoeano, in margine vero *Hodomia*, ap. FREHERUM in textu *Hodonna*, in margine *Bedonnia*, & apud REUBERUM *Bodoma*, absque dubio ex vitio Scribarum. In Diplomate vero *Lindaviensi* quod *Ludovico Pio* adscribitur, spurio tamen & Sec. demum XII. vel XIII. efficto, legitur *Bodama*.

(*n*) In *Casibus S. Galli* apud GOLDASTUM *T. I. p. 15.* ubi: *Salomoni, inquit, cum aliqua* Potamum *Cameræ Nuntiorum juris oppidum pertinentia a Regibus* darentur. *Addit* GOLDASTUS *in* Gloss. Potamus *seu* Potamum *tempore Carolorum & Ludovicorum oppidum fuit, & quidem sedis Imperatoriæ. Idem attestantur Diplomata Monasterii Augiensis, in quibus ita legitur:* Datum in Palatio nostro Imperiali Potama. *Et ab hoc antiquissimo & Imperiali oppido* Potamo *Lacui nomen inditum est* Potamico, *cum prius* Acronius *diceretur.* Destructum autem est *Potamum*, A. C. 917. cum supplicium capitis sumeretur de Fratribus *Pertholdo* & *Erchangero* Comitibus Hegou. oppidum istud inhabitantibus, ita funditus, ut hodie ne rudera quidem ulla cujusquam oppidi appareant. Reædificata post ibi Arx, & nunc incolitur a Nobilibus *Bodmens.* Ita etiam WALAFRIDUS STRABO in *Vita S. Othmari* C. VI. *Othmarus*, inquit, *apud Villam* Potamum *Palatio inclusus est.* Et STUMPFIUS L. IV. C 32. *A. D. 881. ist das Schlos Podmo am Bodensee gewesen, und genandt worden eine Keys Pfoltz oder Pallost, bezeugend etliche instrumente des Gestiffts Zurzach von Carolo Crasso Ræmischen Kayser besiegelt.* vid. TENZEL. in *Vind. p. 115.* JO. REINH. WEGELIN. in *Prærog. Antiq Civit. Lindav. Sect.* III. §. 9. & CHRON. GOTTW. Lib. III. N. CIV. v. *Potama p. 504.*

(*o*) *Cosmographiæ* L. *V.* C. *228.* ZEILLER in *Topograph. Suev. ejusque Append. voc. Buchorn.*

(*p*) Qui ad An. 866. scripsere: *Kayser Ludwig der andere, (quæ tamen fabula jamdudum explosa & ab ipsis etiam Hyperaspistis Cœnobialibus reclamota est.) hat das Closter zu Lindau nit allein bestætiget, sondern auch privilegirt, und wurde*

zu

XV. &XVI. BERTLINUM & GASSARUM secuti sunt, jam ævo Carolingico, quo Diploma *Lindaviense* decantatissimum (*q*) datum fingitur, ita appellatum esse venditant, sed æque vocem recentioris ævi esse, qua suo tempore usus est fabricator dictæ chartæ, & neque in Cancellaria Regum Francorum, nec a Scriptoribus Seculi IX. & X. utpote quibus unice audit *Lacus Brigantinus* vel *Potamicus*, usitatam fuisse, jamdudum contra Hyperaspistas Cœnobii Lindaviensis demonstrarunt TENZELIUS & WEGELINUS (*r*).

§. X. Ceterum mare istud *Suevicum*, & olim & hodie terminus fuit inter Sueviæ seu Allemanniæ & Helvetiæ populos (*s*). Dividitur alias in Lacum *Superiorem* & *Inferiorem* & hic quidem, qui infra Constantiam Occidentem versus ad duo descendit milliaria, & vix quartam Superioris seu *Acroniani* Lacus partem æquat, hodie audit *der Under* sive *Zeller-See* ab oppido *Cella*, ad margines ipsius sita, olim vero Lacus *Venetus*, seu potius *Venedus*, aut *Venedicus*, non a colore aquarum cœruleo, ut somniat CRUSIUS, & qui eum sequuntur, nec ab Administratore quodam *Veneto*, ut itidem fabulatur BOCCACIUS (*t*), sed potius ab Accolis *Venetes* seu *Venedi* (*u*) dictis, qui teste TACITO incolebant terras Sarmaticas ad mare Balthicum vel sinum Oceani *Venedicum* sitas, & cum parte Suevorum finitimorum sedes suas fixerant ad inferioris Lacus nostri ripas (*x*). POMPONIUS quidem MELA *Acronii* nomen Inferiori, *Ve-*

---

zu U. Frauen unter den Linden genandt, von wegen viele der Linden, so allda gestanden, darob die Closterleuth und Pilgram eine Lust empfiengen. Und hat damahl die Insul den Nahmen bekommen Lindau, welche wegen viele der Linden einer Au gleich gesehen, wurd also Lindau genant im Wytsee.

(*q*) Quippe quod Coenobium *Lindaviense* tum infra vel intra Lacum *Withsee* nobis sistit, sed contra fidem oculorum & ipsam rei evidentiam. Αὐτοψία enim docet, Monasterium uti haud situm est intra Lacum *Withsee*, qui demum in medio ubi latissimus est inter *Arbonam* & *Buchornium*, nomen illud sortiri potuisset, sic multo minus infra, vel in infima ejus parte, sed potius supra Lacum *Withsee*, & in parte superiori æque longe angustiori inter *Wasserburgum* & *Brigantiam*.

(*r*) Ille in *Hist. Vindic. contra H. Conring. Cens. in Dipl Lind. C. XIV. n. 10.* Hic vero in laud. Tr. *Sect III. §. 17.*

(*s*) CÆSAR *L. I. de Bello Gallico;* CLUVER. in *Introd. ad Geograph. L. III. C. 7.* STUMPFIUS in *Chron. Helvet. L. IV. C. I.* CELLARIUS in *Geograph. antiq. & Nov. C. 7.*

(*t*) in alleg. Tr. *de Lacubus & fluminibus*, ubi nomen hoc Lacui impositum esse putat a Latinis, tempore, quo Romani omnium fere terrarum Domini erant, & forte de *Venetiana* Provincia ad gubernationem Lacus *Venetos* posuerant.

(*u*) *Venedi* sive *Vinidi*, a quibus forsan *Wendorum* nomen reliquum est, Sarmatica Gens est, quæ supra Bastarnas Vistulam versus ad Dacos usque late habitarunt, qui nunc sunt Livones, Borussi & Poloni. Ideoque etiam Sinus iste Oceani vicinus *Venedicus* dictus. TACITUS *Germ. C. XLVI.* CLUVER. *L.* III. *C. 45.* CELLARIUS *C. VI.* BEER. *d. l. §. 245. de* BuNAU *P. I. L.* I. *pag. 42.*

(*x*) vid. F. FABRI *loc. cit.* MUNSTER *L. V. C. 204.* GOLDAST. in *Not. ad Ekkeh. Jun.* T. I. Rer. Allem. *p. 109.*

neti autem Superiori Lacui affignaffe videtur, & dum eum fecutus eft F. FABRI (*y*), eo ipfo naturalem invertit ordinem.

§. XI. De longitudine & latitudine Lacus *Acroniani* non convenit inter omnes. Ex vetuftioribus imprimis STRABO (*z*), qui Tiberio imperante vixit, multumque in defcribendis iftis regionibus operam collocavit, ipfi tribuit in ambitu ftadia plusquam trecenta, in trajectu prope ducenta. AMMIANUS MARCELLINUS per CCCCLX. ftadia longum, parique pene fpatio late diffufum defcribit. AENEAS SYLVIUS omnem Lacus circuitum ducenta plane millia paffuum comprehendere tradit, quod juxta computum communem quadraginta millaria germanica communia efficeret. Quam longe vero hi aberrarint a vero recentioris ævi Scriptores (*a*) docent, quorum complures ipfum Lacum oculis judicarunt, patriæque Hiftoriæ accuratius defcribendæ infudarunt, utpote qui omnes cum tabulis accuratiffimis præcipue *Hurterianis* in eo conveniunt, ad minimum per feptem milliaria a *Brigantio* ad *Bodamum* usque longum, fpatio autem duorum & ultra, ubi latiffime fe extendit, diffufum effe. Cum anno 1573. frigore & glacie ita concretus effet Lacus, ut usque quaque pedibus quis ire poffet, menfurati funt, teftantibus ANNALIBUS LINDAVIENSIBUS circumcirca Civitatem & Infulam Lindav. 4450. paffus vel greffus, a Lindavia ad Brigantiam 7111. & ad Fuffachium Pagum 7109. a Rofschachio ad L. Argam 16114. paffus feu 7144. orgyæ & a Cornu feu Villa Romana ad Buchorniam urbem 7270. (*b*).

§. XII. Ingentem hanc aquarum molem innumeris non folum fuis fuftentari fontibus undiquaque fcaturientibus notum eft, fed infuper etiam augeri a rivis & amnibus undique concurrentibus, quorum alter fedatus, alter non nifi incitatus in Lacum devehitur, ita ut æftate, nive in Alpibus Penninis ac Rhæticis liquata, ad duas fæpe ulnas & ultra excrefcat (*c*). Ideoque notatu dignum,

(*y*) In alleg. *Tr. C. X.* de quo GOLDASTUS in Præf. *Errat Author in Lacus Conftantienfis Defcriptione, nam Acronius eft fuperior, Venetus inferior, contra quam ille putavit.*

(*z*) *L. VII. Geograph.* ubi poft narrationes de fylva *Hercynia* fcribit: *Prope hanc regionem origo & Iftri & Rheni ac Lacus inter horum fontes fitus, & paludes e Rheno effufæ. Lacus in ambitu habet ftadia amplius CCC. (Velfer. D. aut DC. fubftituit) trajectum prope CC. Inque eo eft Infula, qua pro receptaculo ufus eft Tiberius, navali pugna cum Vindelicis certans.*

(*a*) STUMPF. *Chron. Helv.* L. *V.* C. 9. *Diefer See ift nach dem Uberfchlag Vadiani bey 35000. Ital. Schritt lang, welcher Uberfchlag fich mit der Rechnung Strabonis im 7. Buch bey nahe vergleicht, derfelbe rechnet allen Umkreys auf 300. Stadia, welches etwas minder dann 14. teutfche Meilen machet, 5000. Schritt für 1. Meil gerechnet. Darumb wird er auch gemeiniglich auf 7. geringer teutfcher Meilen lang geachtet. Am allerbreiteften aber hat er in die 12000. Schritt von einem geftad an das andere.* CRUS. P. I. L. XI. C. 2. ubi: *Lacus Brigantinus immenfam habet aquarum molem, poffetque propterea merito nominari* Mare Germanicum. *Ejus enim Longitudo eft milliarium circiter 7. latitudo vero 2. & alicubi fere 3.* Idem tradit MUNSTER. *L. V. C. 204.* ZEILER *d. l. C. XXV. n. 28.* VADIANUS aliique.

(*b*) Vid. CRUS. *P. III. L. XII.* C. 19. *in pr.* WALSER. d. l. *ad An. 1435. & 1571.*

(*c*) VADIANUS in *Expofit. Mel. Conftat. experientia*, fcribit, *Rhenum a fontibus fole juxta Cancri tropicum obverfante, propter Rheticarum Alpium liquefactas nives,*

dignum, quod in extremis caloribus extraordinarie tumescat, & augeatur hic Lacus, cum alii illo ipso tempore decrescant. Nec etiam impediunt aquæ illæ torrentes & peregrinæ, quo minus duobus maxime halcyoniis aquæ *Acroniæ* limpidissimæ chrystalloque similes, noctu autem cœli æmulæ appareant. Commoda insuper & amœnitates, quas Lacus iste (*d*) navigationum alias patientissimus profert, satis laudare nequeunt historici, & parum absuit, quin ipse THUANUS hunc tractum ceteris Germaniæ regionibus longe anteferret, primasque ipsi assignaret partes, dum scribit: *circumeundo Lacum nusquam jucundior oculis species obversata est, miti clivo ab utraque parte per vitiferos colles, qui in aquis pellucent, descendente.* Sic CRUSIUS, sic STUNPFIUS aliique, qui Topographicam Lacus descriptionem dederunt (*e*), amœnissimum hunc Germaniæ tractum summopere prædicant, præcipue autem ob alimenti copiam, quam præbet Lacus innumeros varii generis pisces suppeditando, inter quos primum locum obtinent decantatissimæ illæ Albulæ & Truttæ, *die Weiß-oder Gangfisch* und *Seeforellen oder Rheinlaneken.* Nec dici potest, quantum commoditatis & utilitatis habeant naves, quibus accolæ nocte dieque tuti, Lacum navigantes commercia sua exercent, iisque merces undiquaque transportant, quibus deponendis & servandis tutissimi Portus, emporia aliaque ædificia publica & ampla ubivis fere locorum extructa videntur.

§. XIII. Restat ut dicamus de *Civitatibus*, *Pagis* atque *Dynastiis* ad Lacum superiorem sitis, quo magis de ipsius *Dominio* vel *Jurisdictione* in subsequentibus sententiam expromere possimus. Commode vero dividi possunt in tres Classes, quarum una respicit Imperium *Austriacum*, altera *Helveticum*, & tertia denique ac maxima pars *Statuum Suevicorum.* In capite Lacus tractus *Brigantinus* & *Phaniensis* sive *Feldkirchensis*, qui a fluvio Liblach ad Rhenum usque spatio unius milliaris & dimidii se extendit, quique continet *oppidum Brigantinum*, *Augiam Majorem*, vetustissimum Benedictini ordinis Cœnobium, cum Pagis *Hardt*, *Fussach*, *Gaissau* & *Rhora*, dominium adgnoscit Archi-

---

ves, & anteactæ hyemis ratione, plus minusve crescere, noxia plerumque accolis undarum vi longe lateque intumescente, maxime ubi imbrium ubertas effluvium auxerit.

(*d*) Cujus quippe conditio ex omni parte a pristina mutata est ratione, cum Romanorum ætate juxta MARCELLINUM horrore sylvarum squalentium plane inaccessus fuerit Lacus, tam natura locorum, quam cœli inclementia refragante, donec tandem vetus illa Romana virtus & sobria iter composuit latum.

(*e*) Inter quos præcipue referri debet BUCELINUS in Libro, quem inscripsit: *Lacus Potamici olim Moesi & Acronii nec non confinium* sub nomine *Constantiæ Sacræ & Profanæ, Descriptio*, ubi P. I. *terras uberrimas*, inquit, *vineis, utrobique agris, pratis cultissimas, urbibus, pagis, castris frequentissimas, incomparabili oculorum & mentis recreatione intuemur, coeloque utimur admodum propitio, ipsam quoque inter hyemis inclementiam aëre temperato, unde omnis generis frugum & fructuum copia incredibilis, mirifico sapore se commendans, pecoris a vicina Helvetia insignis frequentia & præstantia, piscium, anatum, omnis generis volucrum tanta varietas, ut nemo non peregre veniens nimiopere admiretur.* Et SAGITTARIUS seu potius MELLINUS in sup. laudata *Dissert. C. I. §. 16. olim alteram Longobardiam dictam esse vult.* Nec abs re, cum & Italiæ fruges, cum alibi tum potissimum in *Augia Divite* & Insula *Tiliarum* stato tempore maturitatem suam expectent & mitescant. Vid. etiam JO. GEORG. TIBIAN. *Panegyricon super Laudibus Acronii Lacus & ejusdem Civitatum* ap. GOLDASTUM *T. I. p. 98. Rer. Allem.*

Archi-Ducum *Austriæ.* Proximam ab hac Lacus parte tenent *Helvetii* ab ostio Rheni ad Constantiam usque urbem, per quatuor & quod excurrit milliaria, cum oppido *Reineccio*, ubi Vallis Rhegusiorum se aperit, Pago *Stadensi*, & Arce *Warteck*, exinde *Rorschachio*, Abbati Sangallensi subdito, & mox oppido *Arbona*, *villa Romisborna*, *Uttvilla*, *Kessuilla*, *Güttinga* & *Münsterlinga*, omnibus ac singulis ad Littora Lacus in Prætura *Turgoviensi* sitis, quæ locis VII. Pagicis vetustioribus cum Cantone *Berna*, finito demum bello Toggenburg. in Anno 1712. in consortium Regiminis adscita paret. Hinc sedes Episcopalis & perantiqua Urbs *Constantia* sequitur, Civitas olim Imperialis, sed a *Ferdinando* Archi-Duce Austriæ Anno 1548. reclamante tamen Circulo *Suevico* (*f*), Imperio avulsa. E regione juxta Rheni oram vel alueum Lacus coarctatum, in Isthmo illa Allemannica Imperiale Monasterium *Petrusianum* occurrit, quod ponte Constantiæ junctum est, unde ripa in *Staad* & *Alemansdorff* lecta, brevi trajectu Insula venustissima Ordinis Teutonici Equitum & Commendatorum *Mainaugia*, & dehinc in extrema Lacus ora pertingitur Castrum & Pagus Imperialis *Potamum* vulgo *Bodman*, dextram versus autem *Sernatinga*, *Supplinga* & *Uberlinga* Civitas Imperialis & olim *Alemanniæ* Ducum sedes. Uberlinga Littus legentibus in conspectum venit *Murachium* & *Uldinga* villa, hæc ditionis Fürstenbergicæ, illud Salemitanæ, dehinc *Marisburgum* oppidum, olim etiam sedes Ducum & Comitum Allemannic. postea *Rohrdorff.* nunc Episcoporum ac Principum Constantiensium, & sursum versus oram maritimam *Haltnau*, *Hangnau*, *Kirchberga* & Pagus Tripartitus *Immenstaad* item *Fischbach*, *Manzella*, Cœnobium *Hofense* S. Panthaleoni Abbatique *Weingartensi* sacrum; denique S.R.I. Oppidum *Buchorna* cum Pago *Ereskirchio.* Superato tandem Schussio amne occurrit longo continentis in mare excursu *Longa Arga*, Castrum imprimis nobile & Pagus Comitum *Montfortensium*, inde *Nonnenborna* & *Wasserburgum* cum Arce ejusdem nominis & dominii *Fuggeriani.* Ultimo Libera Imperialis Civitas *Lindavia* non nisi ponte & navibus aditur, situ & opere munitissima, cum Territorio ad amnem arcifinium *Liblach* se porrigente. Ex qua descriptione (*g*) simul patet, maximam Lacus Superiotis partem non nisi imperii Circuloque *Suevico* addictorum Statuum dominio subjectam esse. De inferiori etenim, seu Veneto Lacu, qui *Augiam Divitem* insulam pulcherrimam in medio hoc lacu sitam, & oppidum *Cellam Ratolphi* alluit, ob ipsius angustiam dubium suboriri haud poterit.

CAPUT II.

DE DOMINIO SEU IMPERIO MARIS SUEVICI UNIVERSALI.

§. I.

QUatenus mare & usus maris, uti ceteræ res, quæ jure Gentium communes sunt, dominii capax sit, & legibus ac conventionibus Imperantium

subiici

(*f*) Vid. GOLDAST. in *Politischen Reichshændeln P. XXV. p. 1006. 1009. 1015. 1019. 1046.* KNIPSCHILD de *Civitat. Imp. L. XV. C. 1. §. 24.*

(*g*) Qui ampliorem desiderant, adeant CRUSIUM in *Annal. Suev. P. I. L. XI. C. 2.* MUNSTERUM *Cosmograph. L. V. a Cap. CCIV. usque CCX.* ZEILERUM *Itin. Germ.*

ſubiici poſſit, jam non eſt noſtri laboris hoc loco inquirere. Satis enim ſuperque iſta quæſtio ſuperiori Seculo agitata fuit inter Viros præſtantiſſimos, SOLORZANUM, SCHOOCKIUM, GROTIUM, SELDENUM, BURGUM, PACIUM, MAULIUM, WELWODUM, PALATIUM, GRASWINCKEL aliosque, quorum ſcrinia nunc compilare, vel tantas inter illos componere lites, nec libet, nec licet, quas hac quoque ætate reſuſcitatas, magnaque animorum contentione agitatas eſſe non ſolum inter S. C. M. CAROLUM VI. glorioſiſſimæ memoriæ & Præpotentes Ordines FOEDERATI BELGII, occaſione Privilegii, incolis ac ſubditis *Belgii Auſtriaci* conceſſi (*a*); ſed etiam cauſam & occaſionem belli præſentis *Hiſpanos* inter & *Anglos* præbuiſſe novimus, libertatem his naturalem in aquis & maribus *Americanis* contra conceſſam Piratarum ac Riparienſium *Hiſpanicorum* indagationem & deprædationem, navigandi aſſerentibus, illis vero contradicentibus (*b*).

§. II. Quamvis enim alias concedamus, maria ab humana poteſtate vix ita occupari poſſe, ut uſus illorum alteri communis non ſit, indubitati tamen juris & obſervantiæ eſt, eadem maria tam ratione navigationis quam commerciorum, pacto ſeu conſenſu Principum ita dividi poſſe, ut hic una, alter altera parte diſcordiarum vitandarum cauſa, utatur, fruatur. Neque ut rem exemplis illuſtremus, opus erit recurrere ad antiquiora illa, quæ longa ſerie recenſet SELDENUS. Præſens quippe & præteritum ſeculum ejusmodi fœderum & conventionum ſat magnam copiam exhibent, non de interioribus & particularibus ſaltem maribus, ſed etiam exteriori vaſto ac immenſo oceano (*), de quo controverſiæ circa navigationem, ſeu Dominium ac Imperium Maris tunc demum maxime gliſcere cœperunt, quum iter in Indias opulentas tentatum fuit.

§. III. Certum namque eſt, ante Sec. XV. nullum pilotam ob inſcitiam navigandi & defectum Aſtrolabii maritimi ab ora diſcedere auſum eſſe, & ultra Tropicum Cancri verſus meridiem, ultra Circulum Arcticum verſus ſeptentrionem, & ultra Meridianum Inſularum Canariarum verſus Occidentem alto Oceano ſeſe committere. Unde in ſcholis identidem in diſceptationem venie-

---

Germ. C. XXV. n. 28. BUCELINUM *d. l. P. I. p. 16. & ſeqq.* inprimis ANTIQUARIUM RHENAN. *ſ. Neue Beſchreibung des Rheinſtrohms per I. H. D. Cap.* III. *& IV.*

(*a*) ſub Tit. *Lettres Patentes d'Octroy accordes par S. M. I. & C. a la Compagnie generale des Pais-Bas Autrichiens avec faculte de naviger & negotier aux Indes Orientales & Occidentales, dates a Vienne du 19. Dec. 1722.* Pro Societate Auſtriaca proſtant: *Vindiciæ luculentæ Juris ac privilegii in Indias atque Africam navigandi ibique Commercia exercendi &c. Lipſ. 1724. 4* La Verite du Fait, *du Droit & de l'Interêt de tout ce qui concerne le Commerce des Indes etabli aux Pais-Bas Autrichiens. 1726.* PATTYN *Conſiliarii Mechlin. liber ſub Tit. Mare Liberum ex jure Nat. Gent. & Civ. aſſertum, vindicatum, redivivum &c.* Pro Societate vero *Hollandica* ſcripſere Cel. BARBEYRACIUS ſub Tit. *Defenſe du Droit de la Compagnie Hollandoiſe &c. a la Haye 1725. 4.* AUCTOR Diſſ. publica autoritate evulgatæ: *de Jure quod competit Societati Privilegiatæ Fœderati Belgii ad Navigationem & commercia Indiarum Oriental, adverſus incolas Belgii Hiſpanici hodie Auſtriaci, Amſtelodami 1724. 4.*

(*b*) Vid. *Engliſches Kriegs-Manifeſt. d. 19. Oct. 1739.*

(*) Extant tales in utiliſſimo opere, cura Dn. I. *du* MONT edito, ſub indice: *Corps univerſel diplomatique du Droit des Gens.*

veniebat, an dentur Antipodes? id quod Divus Augustinus cum aliis Patribus Eccles. strenue, ex principiis religionis negabat, non aliam ob causam, quam quod opinionem contrariam errori Præadamitarum favere existimabat. Donec tandem CHRISTOPH. COLUMBUS An. 1492. seqq. SEBAST. CANUS An. 1522. FRANC. DRACKE An. 1580. & OLIVIER van NORD An. 1601. qui ex parte navibus ultima freta pertransierunt, & totum terrarum orbem circumvecti sunt, suo exemplo luculentur hoc docuerunt. Promontorium itaque, quod Caput *de Non* vocant, in regione Biledulgerid situm, meridiem versus & Orientem tamquam non plus ultra omnium Navigationum prudentum habebatur, & inde nomen accepit Le *Cap de Non*, & apud Gallos tritum sermonibus ac pervulgatum est, *qui passe Le Cap de Non, ne revoit jamais sa maison.*

§. IV. Ex Europæis gentibus Lusitani primi certe erant, qui fatales, & veteribus navigantibus formidabiles limites transire ausi sunt, ex quo Rex *Johannes I.* ejusque nepos *Alphonsus V.* & *Johannes II.* cum horum ætate, studio & industria peritissimornm Mathematicorum *Roderici* & *Josephi*, itemque *Martini Boemi* Instrumentum Astrolabicum, quod antea ad colligendos tantum stellarum motus adhiberi consueverat, ad usum rei maritimæ translatum esset, Mauritanos ultra fretum Gaditanum magnis classibus peterenr, Lineam æquinoctialem transeuntes, promontorium, cui a *bona Spe* nomen dederunt, detegerent, & denique Rex *Emanuel* accensus æmulatione & exemplo Majorum, eodem itinere feliciter viam sibi in Indiam Orientalem aperiret, ita ut post annum 1498. Lusitanum nomen, *La Banniere de Portugal*, ubicunque fere in terris Orientalibus in admiratione esse cœperit. Quemadmodum vero Lusitani non contenti ordinariis fructibus, quos ex navigatione & commerciorum usu capiebant, id quod jure Gentium omnibus communi sibi vindicabant, in his disjunctis, longinquis & ignotis oris sedes quoque regionum & locorum quærebant, quas imperio suo adjungerent, earumque incolas in ditionem ac potestatem suam redigerent, ita quoque e re sua esse duxerunt ex superstitione istius seculi, ut justa piaque bella gererent, Concessionibus Apostolicis se munire, quæ hunc in finem a Pontificibus Romanis *Martino V.* & *Nicolao V.* annis 1420. 1452. & 1454. intuitu propagandæ fidei & reductionis infidelium ad obsequium Evangelii largissime sunt concessæ.

§. V. Ex quo vero *Hispani* seu potius *Castiliani* simili cupiditate accensi sub Imperio Regis *Ferdinandi Catholici* & *Isabellæ* Reginæ *Castiliæ*, non solum in omnibus *Africæ* maribus similes detectiones & conquistas Insularum imprimis Canariarum fecerunt, & hanc in rem Bullam Pontificis *Sixti IV.* de anno 1481. a *Leone X.* anno 1514. renovatam, impetrarunt, sed etiam anno 1492. per CHRISTOPHORUM COLUMBUM, Ligurinum, ingentis animi virum & rei nauticæ inprimis peritum, postquam a Rege *Lusitaniæ* repulsam accepisset, tanquam qui inania & fabulosa de aliis ingentibus terrarum spatiis versus occidentem afferret, vastam illam terram continentem detexernnt, quæ jam appellatur *America* (c) vel *India Occidentalis* gravissimæ inter duas has gentes

(c) Ab AMERICO VESPUTIO Florentino, qui sub auspiciis *Emanuelis* Regis Portugalliæ ultra æquinoctium navigans, & ad Moluccas transitum quærens ad ingentem continentem felici sidere delatus est, ita nuncupata. CLUVER. in *Int. Geograph. C. 2.* Quamvis non levis inter doctos orta sit concertatio, an terræ istæ Occidentales priscis plane incognitæ, eorumque

tes lites ortæ ſunt, miraque utrinque virtute certatum eſt. Etenim Rex *Portugalliæ* Regibus *Catholicis* jus detegendi occupandique terras, quæ ad occaſum meridiemque vergunt, plane negabat, donec tandem ALEXANDER Papa VI. cognita rerum cauſa, ultra Heſperidum Inſulas ad centeſimam leucam, ducto Circulo a Septentrione ad Auſtralem Polum, totum terrarum orbem ex æquo bifariam diviſit, parte, quæ in orientem vergebat, Joanni Luſitano, altera vero, quæ Occidentem tendebat, Ferdinando aſſignata, idque per modum ſimplicis ac puræ donationis, ex mera liberalitate, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, ut verba inſolentia ſonant in Bullis Pontificalibus de 4. Maji & 26. Septemb. 1493. (*d*). Anno vero inſequenti Meridianus hicce per conventionem inter Hiſpanos & Luſitanos initam, amplius 270. milliaria verſus occidentem prolatus eſt. HERRERA *d. L. C. X.* GOMARA *Hiſt. des Ind. Occid. L. III.*

§. VI. Unde etiam certum eſt, navigationibus Orientem verſus ac Occidentem per integrum ferme ſeculum ſolos *Hiſpanos* & *Luſitanos* operam dediſſe, eo quod utræque gentes, quum varias jam terras detegiſſent, & titulo gauderent Conceſſionis Apoſtolicæ, jure quodam ſuo omnes alios populos a navigationum uſu prohibere ſe poſſe crederent, & dominium maris univerſale in illas terras privative ſibi vindicare. Attamen nulla unquam gens Europæa jus hoc privativum tanquam legitimum agnovit, ſed Hiſpani & Luſitani cedere tandem debuerunt, & locum Juri naturæ & Gentium omnibus communi relinquere, id quod talem ſpeciem excluſionis plane reſpuit. Regiones iſtæ vaſtæ, quæ poſtea Angli, Galli, Batavi aliique populi cultioris Europæ detexerunt, & in utraque India adhuc tenent, vid. PETRI MERULÆ *Diſſ. de ma-*

que navigationibus nunquam aditæ & frequentatæ fuerint. Id quod magni nominis Viri adſtruere haud dubitarunt, alii vero non minoris autoritatis, veluti SALMUTHUS, PANCIROLLUS, THUANUS, ACOSTA, PONTANUS aliique contradixerunt & affirmarunt, novum hunc Orbem in ſecreto divinæ mentis latuiſſe, & primo per CHRISTOPH. COLUMBUM detectum eſſe. Vid. STYPMAN. de *Jure marit. C. III. n. 13a. & ſeqq.* Initio ſuperioris anni Londini ſcriptum anonymum prodiit, cujus auctor multis argumentis evincere contendit, Anglorum jus in *Americam* longe antiquius eſſe, quam Hiſpanorum. Illum unim potiſſimum orbem jam ob Anglis teſte CARADOCO Hiſtoriographo, qui ſub *Stephano* Rege vixit, an. 1170. detectum eſſe, quorum poſteri in regione *Tuſcorana* haud procul a Mexico ſita, ſedem domiciliumque ſibi conſtituiſſent, qui adhuc priſca, qua uterentur, lingua, ab aliis gentibus diſcreti eſſent. Idem ille refert, adminiſtros Reginæ Eliſabethæ ſanxiſſe, ut hoc jus ſuum perſequeretur, ſed rem tunc ob defectum idoneorum argumentorum, quibus cauſſam inſtrui oportebat, non ſucceſſiſſe. Noſtra vero ætate, qua cauſſa hæc jam perorata videtur & ſatis ſuperque diſcuſſa eſt, omnino licere Regi Magnæ Britanniæ Georgio II. adverſus Hiſpanos jus ſuum in emolumentum nationis perſequi.

(*d*) v. HERRERA *Hiſt. des Indes Occid. T. 1. L. 2. C. 5.* GASPAR. ENS in *Hiſt. des Ind. Occid.* HIERON. de MONTE Tr. *de fin. reg.* LAERT. CHERUBINUS *Bullarii T. 1. p. 399.* Unde etiam *Attaliba* Rex ille *Indiarum* non inepre dixit, Papam inſigniter fatuum & impudentem eſſe, quod aliena tam liberaliter largiretur. BENZO *de occupat. Ind. L. III. C. 3* & HUGO GROTIUS de *mari Libero C. III. §. 6. Pontifex*, ſcribit, *ceu electus arbiter controverſias inter utramque Gentem de Indicis regionibus eoque pertinentibus navigationibus & commerciis ſubortas componere, parteſque adverſas beneficio Laudi inter ſe conciliare potuit. attamen quod ad donationem nimis liberalem & diviſionem mundi attinet, nil operari valuit.*

vibus C. 1. incredibiles quoque proventus & opes, quæ ex iis reportantur, satis luculenter docent, eos quamprimum amplissima commoda inde provenientia perspexerunt, nullo pacto jus exclusivum admisisse, neque approbasse, verum jure primitivo libertateque naturali navigationum, commerciorum & acquisitionum cis & ultra Lineam, tam in India Orientali quam Occidentali, æque ac illos uti voluisse.

§. VII. Etsi vero ex ea re funesta bella exarserunt successu temporis, tamen inter potentiores gentes maritimas per foedera inter illas inita & pactiones pacis, super modo ac termino omnium fere navigationum & commerciorum tandem convenit. Inter HUGONEM quippe GROTIUM aliosque *maris liberi* vindices & SOLORZANUM, quique eum secuti sunt, nunquam fuit controversum, an Maria quantumvis libera, conventione duorum pluriumve Principum ita occupari & dividi possint, ut unus ab alterius terminis abstinere debeat; sed id præcipue an Princeps aliquis usum maris ita sibi vindicare possit, ut alterum invitum & non consentientem Principem vel Populum liberum ab aditu ad oras & terras itidem liberas prohibere, vel certam ea de re normam certumque modum ac terminum præscribere possit? Unde etiam plurima hodienum Pactis sunt definita, quæ antea incerto jure fluctuaverant, & sæpe gravissimarum litium atque bellorum causam præbuerant, ita, ut jam ex iis integrum fere systema hodiernum navigationum & commerciorum non ad Indias tantum tam Orientales quam Occidentales, sed etiam in reliquis maribus majoribus inter Europæ potestates dignosci poterit. vid. ill. ZINCKII *Ruhe des jezt lebenden Europa, oder Sammlung der Europæischen Friedens-Schlüsse.*

§. VIII. Quod vero attinet ad maria particularia, seu interna, (e) quæ intra fines cujusdam Imperii seu Provinciæ concluduntur, de iis nulla unquam dubitatio est orta, quod non tantum Imperio contineri, sed etiam in proprietatem converti possint. Ipse GROTIUS de *Mari Libero* C. V. *non de interiori mari hic agimus*, inquit, *quod terris undique infusum alicubi etiam fluminis latitudinem non excedit; de oceano quæritur, quem immensum, infinitum rerum parentem cælo conterminum, antiquitas vocat, qui neque teneri neque includi potest, & possidet verius quam possidetur.* Ideoque etiam distinguit inter Imperium seu dominium maris sub ratione integri aut præcipuarum partium sumti & Territorio adiacenti proportionati. Jus *quippe naturæ commune non obstare* scribit in *Lib. II. de I. B. & P. Cap. III. n. 10. quo minus portio maris inclusa littoribus ejus populi fiat, cujus sunt Littora.* Eaque ratione ductus quoque PONTANUS *L. II. Discuss. Hist. C. 2.* *Mare*, dicit, *si ejus vastitatem videamus, esse Numinis ac Dei Omnipotentis ex Ps. 115. constat; nam de partibus singulis deque maribus particularibas nemo negaverit, alicujus dominii esse posse.*

§. IX. Quapropter etiam *Mare Suevicum*, seu *Lacus Acronius* amplissimus ac famigeratissimus inter omnes, quos habet Germania ab omni ævo non solum adgnoscit imperium ac dominium universale *Circuli Suevici*, seu potius *Statuum Adjacentium* collective sumtorum, sed etiam jurisdictionem particularem, quam sibi vindicat quilibet pro ratione territorii sui. Unde Principes ac status Circuli Suevici, si non in specie, tamen in genere

(e) Quæ longa serie recenset ex qualibet mundi parte STYPMAN de *jure marit. & naut.* P. 1. C. 6. CONRINGIUS de *Finibus Imperii L. 11. C. ult.*

nere imperium exercere dicuntur in hoc mari particulari ac intermedio, speciale quippe dominium sine omni dubio est Statuum & locorum singulorum adjacentium. Hinc quoque hocce Imperium universale in Lacu *Bodamico*, tamquam ejus accessorio indubitato ab omni ævo justo titulo quæsitum, Principes ac Status circuli suevici nullo unquam contradicente vel turbante exercuerunt. Initio demum hujus seculi, quum in Anno 1699. sub auspiciis Circuli & in vim Recessus ratione frumentorum in Helvetiam exportandorum Ravensburgi facti, naves quædam comparari, iisque more consueto mare indagari ac transgressores persequi debuissent, intercesserunt rei militaris Præfecti Constantienses & Brigantini, excursionibus hisce graviter sese opponentes, ausuque plane proprio & forti quoque manu dominium quoddam eminens sibi arrogantes. Qua quidem de re non solum *Circulus Suevicus*, sed etiam Principes & Status, Lacus *Acronii* accolæ, graviter sunt conquesti, & nove prætenso *dominio Austriaco* fortissime tam verbis, quam factis contradixerunt. Nec in eo adquievit illorum cura, siquidem peculiare scriptum, quo rationes ac fundamenta exponuntur, sub titulo: *Warum dem höchstlöbl. Ertzhause Oesterreich von dem hochlöbl. Schwäbischen Creys und sonderlich dessen inn und an dem Bodensee situirten Fürsten und Ständen das sogenandte und neuerlicher dingen prætendirende Dominium maris weder in Petitorio noch Possessorio eingestanden werden könne*, publici fecerunt juris, idque una cum aliis gravaminibus & desideriis Circuli Suevici anno 1711. & novissime Collegio Electorali ad Capitulationem Cæsaream exhibuerunt.

§. X. Eo autem collimant hæc fundamenta, ut iisdem fere verbis, contractis tamen utamur: I. *Ist notorisch, was massen der freye Bodensee biß auf Costanz zwischen dem Schwäbischen Creyß und der Eydgnoßschafft die Gränzscheidung constituire;* quem ideo extremum marginem Imperii Germanici hodienum vocare possumus, quemadmodum olim de Rheno dixit PLINIUS *L. XII. C. 12. und wie nun* II. *die gerade Linie von einem termino biß zum andern von lauter Creyß-Ständen besetzet wird, also haben auch dieselbe* III. *nicht allein seorsim sumti nach eines jeden Recht und Extension die Jurisdiction auf dem See würckl. und ruhiglich je und allezeit exerciret, sondern auch* IV. *bey annahenden Feindts-Gefahren diesen See als die Gränzen des Creysses mittelst geschlossenen Allianzen mehrmahlen in würckl. defension gesetzet, sonderheitlich aber die Vestung Lindau samt mehr andern haltbahren Pläzen eine gewisse und Recesmässige Anzahl Schiffe deswegen armirt und unterhalten; wie dann auch* V. *biebevor das hochfürstl. Creyßs Ausschreibamt von dem Commendanten zu Constanz so wohl, als* VI. *von den commandirenden Kayserl. Generals mehrmahlen um Renovirung ermelter See-Allianz und nothdürfftige Defension des Bodensees inständigst ersucht, auch selbiges* VII. *nicht nur von Kayserl. Maj. Selbsten durch eigene Abschickung ihrer Ministrorum, den Bodensee beschlossen zuhalten, und auf demselben die ins Reich erlassene Kayserliche Mandata zu exequiren, allergnädigst requirirt, sondern auch* VIII. *von allerhöchst deroselben Envoye in der Schweitz auf offentlicher Tagsatzung zu Baden disfalls die partes des Schwäb. Creysses mascule defendirt und verfochten worden. Wie dann* IX. *notorium, daß der Creyß mit disponiren und exequiren auf dem See je und allezeit absolute verfahren, und wann* X. *dagegen von den Oesterreichischen Beamten etwas attentiret worden, selbige dem parti læsæ eclatante satisfaction verschaffen, und von dergl. excursionen ihrerseits wieder abstehen müssen, und dannenhero* XI. *und* XII. *Principes ac Status Imp. mit ihren angränzenden Land und Leuthen das Jus Finium so gar wider das Völcker-Recht so schlechter dingen sich nimmermehr benehmen lassen kondten noch würden; zumahlen* XIII. *ex parte Oesterreich man zu diesem See keinen andern Zutritt habe,*

als einerseits wegen der Stadt Costanz, anderseits aber wegen der Herrschafft Bregenz, derentwegen man sich doch vorhin niemahls von einem dominio des Boden-sees etwas habe traumen lassen.

§. XI. Et ita quoque se res habet. Jam inde ab A. 1362. Fœdus illud speciale inter socias Civitates maritimas, *denen alten Pundt-Städten am See, als: Costantz, Lindau, Uberlingen, Buchorn, Zell* &c. sub auspiciis Imperatoris *Caroli IV.* originem cœpit contra *Abbencellenses*, tunc temporis quietis & pacis publicæ impatientes, & ita tam mutuæ defensionis quam publicæ tranquillitatis gratia, ad tuendam quoque libertatem navigationis & commerciorum in *mari Suevico* duraverat ad tempora usque *Fœderis Suevici* a Civitatibus cum *Societate Equestri Clypei S. Georgii* in An. 1488. conclusi (*f*), cum omnia anteriora fœdera specialia sublata tunc vellet Imperator Frid. III. (*g*). Finito vero Fœdere Suevico civitates maritimæ iterum Societatem inter se fecerunt & identidem præsertim imminente bello, ut mare tutum & apertum esset, itemque mutuæ defensionis caussa, si armis infestarentur, vetera maritima fœdera, quibus inter se junguntur, renovarunt, & quidem plerumque sub moderatione Directorii Circuli Suevici, si excipiamus id, quod turbulentis istis temporibus belli tricennalis contigit, quum *Cæsarei* & *Austriaci* Gubernatores *Lindaviæ, Constantiæ* & *Meinaviæ* dominium Lacus de facto sibi arrogarunt, qua de re satis superque RECESSUS de Annis 1580. 1581. 1632. 1637. 1673. 1675. 1678. 1702. 1711. testantur.

§. XII. Præterea res nota atque apud omnes pervulgata est, Circulum *Suevicum* ab omni ævo jus habuisse non solum ingravescente annona prohibendi, ne fructus importentur in Helvetiam tam mari quam terra, aut pro commodi & necessitatis publicæ ratione certam quantitatem fructuum, qui exportari possunt, definiendi; sed etiam flagrante bello Mandata & Edicta Cæs. quibus prohibetur subvectio mercium vetitarum, veluti armorum, commeatus, armentorum, aliarumque rerum, quibus hostium vires juvarentur, exsequendi. Hunc in finem vigore competentis Imperii maris universalis ea omnia, quæ necessaria sunt, providere & cavere potest tam in mari, quam in locis maritimis, custodiendo partim littora ac diverticula Rheni atque Lacus, qua Statuum Territoria patent, collocatis hinc inde stationibus militaribus, partim vero instruendo & armando naves excursorias, quibus Lacus *Bodamicus* adeatur & exploretur, fructibus aliisque rebus instructæ naves visitentur, in casum suspicionis & transgressionis vero diripiantur & Fisco addicantur; Quæ quidem excursiones & indagationes sive *die Bekreutzung des Bodensees* a Statibus maritimis & privilegiatis vigore Recessuum Circuli, promiscue, salvis tamen juribus cujuscunque & citra omne præjudicium suscipi & peragi solent. Quemadmodum vero non facile in omnibus civitatibus ejusmodi naves comparari & armari possunt; ita quoque plerumque hæc cura Principi & Episcopo *Constantiensi*, qua Directori Circuli, ab hoc autem Civitati *Lindaugiæ* in superiori Lacus parte committitur.

§. XIII.

(*f*) In MATRICULA A. 1431. in *Hussiticæ* Expeditionis usum confecta, dictæ Civitates fœdere expresse numerantur. apud SCHILTERUM *Inst. Jur. Publ. T.* II. *im Anschlag wegen des Hussiten-Kriegs p. 66.* DATT. de *Pac. Publ. L. I. C. 24. p. 171.* vid. ANNALES *Lindau. MSti* ad *An. 1441.*

(*g*) DATT. *d. l. L. V. C. 3. n. 9. & L. I. C. 13. n. 22. seqq.*

§. XIII. Ita quoque rationes componit Circulus, in ordinandis Inspectoribus in Civitatibus maritimis & mercatoriis, & determinando certam quantitatem frumentorum, quæ *Helvetis* singulis hebdomadibus mari transvehere licitum est, quorum unam partem accipiunt plerumque civitates maritimæ, quæ *Austriacis* parent, utpote Constantia, Brigantia, Cella, tres partes vero civitatibus maritimis imperio subjectis relinquuntur. Imponit denique Circulus certum censum, *Imposto oder Sackbatzen* dictum, ut pecunia suppetat sumtibus quotidianis, ad alendos Inspectores, milites & naves excursorias factis. Et quæ sunt plura, quæ Circulus in mari æque ac in littore maris curare & administrare solet. Et quamquam hoc, prævia sæpius communicatione atque accessione *Austriaca* ob communem utilitatem, quæ inde redundat ad civitates *Austriacas* mari adiacentes, factum sit, tamen exinde non sequitur, ut ab *Austriacis* jus quoddam eminens vel dominium plane privativum & absolutum in mari isthoc Suevico arrogari possit, præsertim quum sæpenumero evenerit, si ex parte Austriaca accessus vel consensus re ipsa secutus haud fuerit, quod Status Circuli hoc non attento Dominium & Imperium sibi competens numquam non & ipso quoque facto exercuerint.

§. XIV. Et hoc quidam optimo jure. Etenim non liquet, quo jure quove titulo nove prætensum dominium ad Serenissimam Domum *Austriacam* pervenerit. Neque enim qua Dominia *Austriæ*, nec qua *Tyrolis* Lacui *Acronio* confinis est, nec alibi locorum illum attingit, eamque ob causam nec vola nec vestigium adparet, ullo umquam tempore jus quoddam in hunc Lacum tamquam manifestos fines ac margines Imperii & *Circuli* sibi vindicasse. Quicquid autem juris competit Archi-Ducali Domui *Austriacæ* in Lacu *Bodamico*, id competit solummodo intuitu Oppidi *Bregentz* & Pagi *Fussach* ad oram Lacus superiorem tamquam partium pertinentium ad Dynastias *Feldkirch.* & *Brigantin.* a Comitibus *Montfortensibus* stemmatis *Werdenberg.* & *Pfannenberg.* anno 1375. & partim annis 1490. & 1525. emtionis jure acquisitas (*b*). Quemadmodum vero antiquum oppidulum *Bregenz* & vicus *Fussach* antea numquam & simul uni Domino & Comiti paruerunt, ita quoque multo minus constat, hunc vel illum locum ante factam *Austriæ* cessionem plus juris in Lacum, quam illis pro ratione situs & limitum de jure & observantia, uti aliis Statibus & Territoriis singulis competit, sibi vindicasse, tantum abest, ut dominium universale unquam sibi arrogaverit, aut illud in Austriacos transtulerit. Cum nemo plus juris in alium transferre possit, quam ipse habeat.

§. XV. Quod attinet ad Urbem *Constantiam* in specie, quæ, postquam anno 1548. a *Carolo V.* Imp. propterea, quod Edictum Cæs. interimisticum rejecisset, proscripta est, & consilio ex re nata capto, cum in summis esset angustiis neque salutis viam ullam videret, in ditionem Archi-Ducis *Ferdinandi* sese dedit, eoque ipso in tutelam Domus & Familiæ *Austriacæ* venit, neminem in imperio non plane hospitem fugit, eam adhuc Circulo Suevico adscriptam nec unquam de nexu Circulari exemtam esse. Hinc ipse Archi-Dux & tum temporis Rex Romanorum *Ferdinandus* postea in litteris ad status Circuli *Suevicii* (*i*) ita scripsit: *daß sie nie gesinnet gewesen und noch nicht seyen, die Stadt Costanz dem H. Reich und den Creyß-Ständen zu entziehen &c.* Quæ cum

(*b*) Vid. MUNSTER. *Cosmograph. L. V. C. 199. 200. & 206.* STUMPF. *L. X. C. 36. Chronic. Helvet.*

(*i*) Apud GOLDAST. *Politischer Reichs-Handl. P. XXV. p. 1006. 1015.*

cum ita sint, ejus intuitu Domus *Austriaca* non plus juris, quam quidem antea habuit, in Lacum *Bodamicum* acquirere potuit. Ex quo enim non integer solum Landgraviatus Turgoviensis in anno 1460. Sigismundo Duce Austriæ bello devicto, in potestatem VII. Pagorum Helveticorum veterum venit (*k*) sed enim Landvogtia seu Præfectura Turgov. in specie una cum judicio Provinciali omnique superioritate territoriali, quæ jam inde ab anno 1415. proscripto Friderico Duce Austriaco, à Sigismundo Imperatore Civitati Constantiæ sex mille florenis oppignorata, anno autem 1499. a tunc temporis confœderatis X. Pagis Helveticis bello cum Maximiliano I. Imperatore & Fœdere Suevico gesto iterum erepta, iisdem pace Basileæ facta in perpetuum acquisita fuit, Confœderati *Helvetiorum* ex eo tempore nullam amplius jurisdictionem in tractu *Turgoviensi* nec terra nec mari civitatem *Constantiam* exercere permiserunt, sed ipsi per suos Præfectos provinciales omnes, qui moliri quidquam in Lacu *Bodamico*, qua *Turgoviensem* ditionem alluit, ausi sunt, coercuerunt, omnesque turbas & controversias ortas, sine ulla civitatis *Constantiæ* intercessione & turbatione composuerunt. Proinde quum an. 1680. cives *Constantienses* piscatores quosdam *Münsterlingenses* in Lacu prope civitatem armata manu adorti essent, & anno 1682. navem quamdam per milites suos diripuissent, & Judæos quosdam ea vectos mulctassent, non impune hæc attentata tulerunt, sed Confœderati *Helvetiorum*, quibus suprema Jurisdictio *Turgoviensis* competit, adversus *Constantiam* hanc jurium Helveticorum infractionem in mari vicino graviter ulti sunt, retinendo per modum repressaliarum *Census* omnes, quos Turgovienses Civibus debent Constantiensibus. Tandem, postquam frustra semel iterumque hac de re cum *Austriacis* Ministris convenissent, an. 1684. in Conventu *Badensi* jurisdictionem *Turgoviensem* ad medietatem usque Lacus *Bodamici* in posterum ab omnibus attentatis *Constantiensibus*, etiam manu forti, si opus fuerit, tueri ac defendere unanimi constituerunt consensu, relicto *Constantiensibus* jure piscandi, alias his in aquis quæsito. Hinc *Helvetii* orto denuo an. 1694. tumultu ob navem forensem *Reineccianam*, a militibus Constantiensibus captam, nihil reliqui fecerunt, ut de hoc attentato illis satisfieret (*m*).

§. XVI. Silentio jam prætereo, *Lapides limitaneos* inter civitatem & episcopatum *Constantiensem*, nec non Comitatum *Heiligenbergensem* quasi ante portas urbis positos esse, ideoque etiam Domum *Fürstenbergicam* propter hunc Comitatum a Cæsare & Imperio jurisdictionem maritimam ab amne *Schussio* ad pontem usque *Constantiensem*, in feudum recognoscere. Quapropter *Constantienses* ipsi nunquam neque particulare neque universale dominium maris *Acronii* sibi competere somniarunt, ideoque non liquet, sub qua juris specie, quove titulo ac fundamento ab auctore hujus tumultus, tale dominium eminens vel privativum Serenissimæ Domui *Austriacæ* vindicari possit, quum illa ipsa Principum & Statuum Circuli *Suevici* directionem & dispositionem omnimodam nunquam in dubium vocaverit. Quin potius adhuc an. 1682. sub dato 8. Januar. Præfectus Austriacus, qui tunc temporis *Constantiæ* residebat L. B. de *Landsee*, occasione modo dictarum controversiarum Helveticarum ad civitatem

(*k*) WALDKIRCH *Eydgnossische Bunds- und Staats-Hist. P. I. p. 223. & P. II. p. 285.*

(*l*) WALDKIRCH. d. l. *P. I. C. 8. p. 253.* STUMPF. *L. V.* LEXICON *Hist. Basil.* voc. *Thurgævv.*

(*m*) WALDKIRCH d. l. *P. II. p. 633.* RAHN. *Annal. Helvetic. MStis pag. 1069. 1083. 1102.* LEXICON *Basil.* voc. *Bodensee.*

vitatem *Lindavienſem* ſcripſit, & perdiligenter illud exquiſivit: *Ob die Herren Eydgenoſſen auf dem Bodenſee, allwo ſie angräntzen, auch einige hoche Jurisdiction hergebracht, und derſelben ſich anmaſſen köndten? oder aber ob nicht erſagte hoche Jurisdiction andern hinüber gelegenen Reichs-Ständen, abſonderlich aber der Reichs-Stadt Lindau zuſtändig ſeye?*

CAPUT III.

DE DOMINIO SEU IMPERIO MARIS SUEVICI PARTICULARI.

§. I.

QUam teſtata & manifeſta res eſt, Principes & Status Circuli *Suevici* Imperium Lacus *Bodamici* univerſale ſibi ſolis ab omni ævo vindicaſſe, & adhuc data quacunque occaſione ſibi vindicare & exercere, tam certum quam quod certiſſimum eſt, imperium particulare ſeu ſpeciale eſſe penes Sratus ſingulos, æque ac Dynaſtas, civirares, communirates aliaque loca littori adjacentia; quia inrer omnes juris publici peritos conſtat, & res ipſa uſu & obſervantia comprobata loquitur, juriſdictionem ſpecialem cujusvis maris interioris & particularis ad populum, civiratem vel Principem, qui proximos portus & circumjacentia littora in ditione ſua habet, perinde ut flumina terras interfluenria, terrirorii jure pertinere, in quantum nempe ſe extendit prope mare terrirorium, quia ſub appellarione territorii regulariter etiam comprehenditur mare. GROTIUS de *Mari Lib. C. V.* GRYPHIANDER de *Inſulis C. XIV. n. 14. 15.* STRUV. *Synt. Jur. Feud. C. VI. §. 7. n. 1.* OETTINGER de *jure Limit. L. 1. C. 12. n. 6. 7.* MAULIUS de *mari Tit. VII. n. 1. ſeqq.* Conf. INSTRUM. PAC. WESTPH. *Artic. X.*

§. II. Ex quo inferunt Conſectaria vel effectus Imperii maritimi præcipuos, queis omnes ac ſinguli ſtatus, Lacus Acronii accolæ, indubitato gaudere debent ac ſolent. N.mirum:

I. quod mare dicatur de diſtrictu illius Civitatis & Loci, qui mare adjicet, in quantum ſe extendit terrirorium terræ prope mare, & quod is, qui eſt in mari, quod regitur per Civitatem mari cohærenrem, non intelligatur eſſe extra diſtrictum. CÆPOLLA de *S. P. R. C. XXVI. n. 28.* OETTINGER *d. l. C. XII. in Not. Lit. i. & k.*

II. Quod ex ſola poſſeſſione vel occupatione terræ adjacentis, præſumtio pro occupato etiam tanto maris ſpatio ſit, etſi actus alias nullus occupantis accedat, tamque diu quam de contrario domini rerræ continentis animo non apparet. STRAUCHIUS de *Imp. maris C. IV. §. 4.*

III. Quod Imperator concedens alicui civitatem cum omnibus pertinentiis omnique juriſdictione, tam in mati quam in terra conceſſiſſe intelligatur. CÆPOLLA *d. l. C. XXVI. n. 19. & 26.*

IV. Quod ille, qui habet juriſdictionem in terra mari vicina, non ſolum in Porru maris adjacente, ſed etiam in Inſulis illius maris juriſdictionem habere cenſeatur, & quod fundata ſit intentio ejus, qui proximos portus ac

Insulas sibi vindicat, quia in dubio præsumuntur ejus, cui magis adjacent in mari. HIERON. de MONTE *de Fin. regund. C. XXX. in f. & C. LXXXIII. n. 2.* BARTOLUS *Tr. de Inf. n. 1.* CÆPOLLA *d. l. C. XXVI. num. 11. & C. XXVIII. num. 3.*

V. Quod ficuti illi, qui habent confines jurisdictiones in terra, ita quoque illi, qui habent confines jurisdictiones in mari vicino, vadoso vel conclufo, ubi alias per faxa feu palos in ufum navigantium & pifcantium collocatos, aliave figna termini diftingui poffunt, finium regundorum agere poffint. GRYPHIANDER *d. l. n. 41.* HIERON. de MONTE *C. 39. n. 1.* SCHRADER in *Tr. Select. quæst. §. 28. n. 8.*

VI. Quod ficuti delinquens in terra, in loco delicti forum fortiatur, atque ibidem puniatur, ita quoque delictum in mari perpetratum in illa Civitate puniri debeat, ad cujus jurisdictionem pars illa maris fpectat, cujusque portui locus ille maris propinquior eft; eo quod omnes DD. concedant, jurisdictionem per mare & coercitionem criminum ibi commifforum pertinere ad proxime adjacentem Civitatem. Ad *L. un. C. de Classic.* SCHILTER *Exerc. IV. §. 16.* ZUAR. *de usu mar. Conf. 1. n. 3.* LOCCENIUS *de jure marit. L. 1. C. 4. num. 6.*

VII. Sed fi crimen in mari inter duas Civitates æqualiter diftantes commiffum fit, ejus cognitio ad utramque per concurfum jurisdictionis pertinebit, quia delictum commiffum eft in confinio, quod eft commune utriusque Civitatis, ita tamen, ut præventioni femper fit locus. HIERON. de MONTE *d. l. C. 7. n. 9. 10. 11. & C. 25. n. 28.*

VIII. Cum difpofitum de delictis etiam ad Contractus extendatur, ita quoque contrahens in mari vicino ibidem forum contrahat, & coram illo, qui in ifto mari jurisdictionem habet, conveniri poffit. SCHRADER *d. l. §. 28. n. 16.* CÆPOLLA per tot. *Cap. XXVI.*

IX. Quemadmodum Princeps vel Civitas in terra omnia ex hac provenientia emolumenta habet, ita quoque omni commodo, utilitate & fructu ex mari ejusque littoribus provenienti gaudeat. Omnis quippe ufus maris interioris & inde provenientia ex rebus, quæ in mari ejusve littoribus capiuntur aut inveniuntur commoda, ad fifcum vel bona Reip. referri poffunt. OETINGER *C. III. §. f.* STRUV. d. l. *C. VI. §. 7. n. 1.*

X. Quod ficuti Territorium domini in mari contiguo, ita etiam in littoribus habeant imperium, quod alias jurisdictio littoralis dicitur, de cujus effectibus vid. STYPMAN. *C. IV. n. 148. feqq.* Quamvis enim de jure Civili & Romano Littora ejusdem juris effe dicantur, cujus mare, i. e. communia & jure Gentium omnibus vacantia, id intelligendum de littoribus illis, quæ univerfo mari circumjacent, & a nemine adhuc dum occupata inveniuntur, nullo modo autem de ejusmodi littoribus particularibus, quæ ideo non folum de jurisdictione & tuitione, fed etiam impetio, proprietate & dominio Magiftratuum recte dicuntur. STYPMAN. d. l. *n. 101. feqq.* KNICHEN de *Jurisd. territ. C. 3. n. 400.* AYMUS Tr. *de alluv. L. 1. C. 15. n. 11. & 12.* Unde etiam in Receffibus & Edictis Suevicis communiter prohibetur: „*daß* „*mit armirten Schiffen an des andern Gestad kein actus vorgenommen oder ausge-* „*übt werden solle, worunter gleichwohl nicht begriffen, wann dergl. Schiff durch* „*Ungewitter oder andere nothdringliche Zufälle angetrieben, oder ein mit ver-* „*botte-*

„*bottenen Früchten und Waaren beladenes oder verdächtiges Schiff dahin verfol-* „*get wird, so zwar ohne præjudiz gegen einander gestattet seyn solle, doch daß* „*denenjenigen, deme die Bestraffung und Confiscation daselbst zustehet, die confiscable* „*erfundene Früchten und Waaren samt den malversanten gegen Erstattung der* „*Cösten, auch der Helfte der angehaltenen Früchten und Waaren auszulieffern* „*seyen.* Et quamvis littus maris illo quoque jure describatur, quatenus fluctus hybernus maximus excurrit, alia tamen plane est ratio Lacus *Bodamici*, cujus littora sunt, quatenus fluxus æstivus maximus excurrit, cum ob nives in Alpibus liquatas longe impetuosior & major fluctus fit æstate quam hyeme, ita ut ad altitudinem 8. & 10. pedum vel ultra sæpius excrescat Lacus.

XI. Quod ad exemplum Præsidis Provinciæ, qui purgare debet Provinciam malis hominibus per terram Magistratus, cui imperium maris particulare competit, navibus præsidiariis in illo dispositis possit ac debeat mare tueri, prædonibus purgare, tutamque transeuntibus navigationem præstare, per d. l. un. *C. de Classic.* LOCCENIUS *L. 1. C. 4. §. 5.* Et quemadmodum

XII. non coguntur domini Territoriales in suas terras quosvis peregrinos & mercatores suscipere, sed id faciunt bona cum gratia vel ex indultu, commerciorum fœdere, aut communi humanitatis lege, modo quod debent vectigal exsolvant, nec se indignos humana consuetudine & justis amicisque commerciis reddant, nec vetita aut illicita inferant aut exportent. STYPMAN. *P. III. C. 6. n. 86. & seqq.* Ita quoque non cogantur permittere in mari sibi subjecto certarum mercium vel frumentorum subvectionem hosti subministrandam ab illis, qui vel neutrarum sunt partium, vel ab aliis, LOCCENIUS *C. 9.* Sed si quid in fraudem attentatum fuerit, vel si quis recta navigatione contemta littora devia vel vetita sectatus, annonam publicam aut alia, quæ deportanda suscepit, averterit, publicatione navis vel alia quoque pœna plecti; ideoque etiam naucleri detineri poterunt cum navibus, donec pareant, aut ex merito luant. *L. 1. C. de nav. non excus. L. ult. C. de Fabric. & l. 7. C. de navic.* Quocum etiam concordant ORDINATIONES SUEVICÆ non solum publicationem mercium vetitarum vulgo *Contrabands*, sed etiam navium in viis ac navigationibus clandestinis, *auf Nebenwegen und Winckelschiffarten* deprehensarum, aliasque coercitiones permittentes, denuntiatoribus quoque tertia vel quarta mulctæ parte assignata.

XIII. Quod ille, qui imperium in aquas territorio suo subjectas sibi vindicat, veluti in terris promiscue venandi & aucupandi, ita etiam in aquis piscandi libertate fibulam quandam lege sua imponere, certumque modum tam subditis quam peregrinis præscribere possit. Jus quippe piscandi seu reditus piscationum ad Regalia spectant. GROTIUS *L. II. C. 2. n. 5. de I. B. & P.* STYPMAN. *L. ult. c. 5. n. 10.* SIXTINUS de *Regal. 2. C. 18.* KLOCK. T. I. *Cons. 33. n. 24. seqq.*

XIV. Navigationem denique quod attinet, jus circa illam præprimis adscribendum est illis, qui tenent mare vel partem maris, quemadmodum jus viarum publicarum in terra attribuitur Principi vel Civitati, quæ territorio præest. STRUV. d. l. *C. 6. th. 7. n. 1.* Ita tamen ut usus navigationis & innoxius per id mare transitus tam subditis quam aliis jurisdictioni ipsius non subjectis jure gentium & humanitatis lege pateat. Unde GROTIUS d. l. *L. II. C. 3. §. 12.* illud certum, inquit, qui mare occupavit, navigationem impedire non posse inermem & innoxiam, quando nec per terram talis transitus prohiberi potest. Ideoque etiam imperium illud singulare ita usurpandum, ut navi-

gantibus justus maris usus integer relinquatur. LOCCENIUS *L. 2. C. 4. §. 4.* Et ut navigatio non interdicatur æque ac transitus per terras & flumina, nisi justa subsit prohibendi causa. MOLIN. *Def. 204. & 707.* GROTIUS *d. l. C. 2. §. 13.*

§. III. Quoad rationem vero Maris *Suevici*, vel Lacus *Bodamici* specialem, accolæ quidem omnes ac singuli libertate naturali gaudent, quaquaversum & in singulis maris partibus navigandi transfretandique, nisi quatenus per Leges & conventiones publicas restrictum reperiatur jus illud Navigationis. Ita enim I. complures Civitates, cis & trans mare sitæ, specialia pacta, contractus & conventiones cum vicinis aliisque mari accolis civitatibus inierunt, quibus certi quid de navigationibus, exportatione & subvectione mercium & frumentorum definitum est, hisque rebus omnibus modum certum & legitimum, inter se servandum, constituerunt. Tales pactiones inter se fecerunt *Lindavia* & *Constantia*, *Fussacum*, *Reineccium*, *Rorschacum*, *Uberlinga* & *Heiligenberga* ratione *Uldingæ*, aliaque Loca, in Helvetia sita. II. Tempore belli & ingravescente annona ad compescendas fraudes & impediendas omnes contraventiones singulari *Circuli* decreto *Helvetiis* nautis graviter interdictum est, ne frumenta terris imperii coemenda aliasque necessitates in navibus propriis extrahant transvehantque, non obstantibus pactis & conventionibus quibuscunque, quippe quæ semper tempore belli, & durante interdicto frumentario in suspenso relinquuntur. III. Omnes quoque alii naucleri in diverticulis & nauistibulis non privilegiatis sive *an Nebenorthen und Winckel-Stödinen* commorantes clandestinasque navigationes exercentes, & pari modo IV. tempore interdicti frumentarii omnes alii cives imperii sub gravissima poena prohibentur, frumenta coemere eaque mari in Helvetiam importare. V. Talis enim subvectio frumentorum in *Helvetiam* ejusque pagos confœderatos iis tantum locis mari confinibus permissa, quibus hoc jus speciatim concessum est, & quæ in Recessibus Circuli nominata sunt secundum modum pro ratione necessitatis publicæ definitum 1200. 800. 400. medimnorum (*Malter*) quavis hebdomade, etiam certis diebus, aut si propter tempestatem adversam & cœli intemperiem fieri non potuit, proxime insequentibus exportandorum, uti sequens schema declarat:

Lindavia exportari possunt die Saturni medimni	205
Langenarga die Mercurii	102
Buchornia die Mercurii	103
Mersburgo die Mercurii	106
Uberlinga die Mercurii	205
Uldinga	102
Constantia die Veneris	70
Brigantia die Veneris	102
Radolphzella die Mercurii	205
	Summa medimnorum 1200.

VI. In iisdem *Circuli* Recessibus sequentia loca munita, ad quæ imminente periculo hostili frumenta adportari & inde in *Helvetiam* transvehi possunt, definita sunt, nempe: *Constantia*, *Uberlinga*, *Lindavia*, *Castellum ad Longam Argam*, *Brigantia* & *Rodolphzella.* Quemadmodum etiam VII. navigationes clandestinæ & illegitimæ, *die Neben-und Winckel-Schiffarten*, utpote quæ sic vocantur, quia a locis non privilegiatis instituuntur, & ex quibus frumenta in Helve-

tiam

riam in fraudem & detrimentum illarum civitatum maritimarum, quibus specialiter frumento mercatum quæstumque annonarium exercendi jus concessum est, subevhuntur, superiori bello majorem in modum invaluerunt: ita Imperator Augustus nuper defunctus, CAROLUS VI. gloriosissimæ memoriæ in Rescriptis & Mandatis dehortatoriis & inhibitoriis aliisque Ordinationibus Cæsareis, sub dato V. & VI. Junii anno 1733. ad Imperium emissis, eas tantum civitates maritimas, quæ ab antiquissimis temporibus jure gaudent exercendi mercatum & quæstum annonarium tam Imperiales quam Austriacas agnovit, specialim *Uberlingam*, *Lindaviam*, *Buchorniam*, *Constantiam*, *Brigantiam* & *Zellam*. Eas autem navigationes tanquam clandestinas & illegitimas severe prohibuit & sustulit, quas exercent civitates specifice & nominatim ibidem expressæ: *Bodmann*, *Uldingen*, *Langen Argen*, *Kresbronn*, *Nonnenborn*, *Wasserburg*, *Sernatingen*, *Fischbach*, *Manzell und Hoffen*. Quamvis interea res inter Celsissimam domum *Fürstenbergicam* lineæ *Heiligenbergensis* propter *Uldingam* transacta sit. Sed de Pago Argensi & mercatu frumentario, qui ibi exercetur, lis inter Comites *Montfortenses* & civitates imperiales *Lindaviam*, *Ravensburgum* & *Wangenam* in judicio Imp. Aulico adhuc agitatur, & nondum decisa est. Rationes moventes in dictis Ordinationibus Cæsareis, in formalibus ita exponuntur: *weil ansonsten weder die Verbott der wegen eigenen Abmangels oder ex ratione publici jeweils erforderlichen Traidsperr cum effectu bewürcket, noch die extractiones der Contrabanden und Kriegsnothdürften verhüetet, noch denen Zoll-defraudationen begegnet, noch weniger dem Landsverderblichen Müntzunwesen gesteüret, am allerwenigsten aber der Fruchthandel auf dem Reichsboden conservirt werden köndte.* Et exceptis hisce casibus aliisque, similibus libera & inconcussa manet omnibus ac singulis Statibus aliisque, quorum territoria mare illud *Suevicum* attingit, navigatio æque ac jurisdictio cum omnibus prædictis effectibus.

§. IV. Si vero quæstio inde exsurgit, quousque Imperium istud particulare in mare se extendat, in diversas abiere sententias DD. De hoc nullum inter ipsos est dubium, ejusmogi tractum maritimum & jurisdictionalem eo usque patere, quo cujusvis territorium prope mare porrigatur. Unde STRUVIUS d. l. ex communi traditione scribit, eum, qui habet in terra, etiam habere in mari terram alluente dominium ac jurisdictionem, in quantum se extendit territorium prope mare. Et juxta OETTINGER. de *jure limit. L. 1. C. 12. in Not. lit. i.* Mare dicitur esse de districtu illius Civitatis vel loci, qui confinat cum mari pro latitudine & longitudine confinis territorii. Et ita quoque ROSENHAND in Diss. *de jure transeundi per Territ. th. 3.* aliique.

§. V. Quousque vero se se porrigat jurisdictio in mare ipsum, inter illos certo non constat. Aliis placuit longitudo a Litore ad centum usque milliaria, ultra hæc jurisdictionem Imperatoris esse volunt. CÆPOLLA de *servit. P. R.* Tit. *de mari n. 16. 17.* Alii extendunt ad milliaria sexaginta, veluti in causa Ducis *Allobrogum* judicatum esse refert BODINUS de *Rep. L. 1. C. 10. n. 170.* Alii ad duorum dierum iter. HIERON. de MONTE *d. l. C. 7. n. 12. 13.* Alii quatenus quis classe mare occupaverit, STYPMAN. *d. l. C. 5. n. 51. seqq.* Id quod dici potest, si quæstio esset de mari universo vel magno Oceano, cujus vastitas vix limites agnoscit. Quid enim si mare particulare vel interjacens eousque se non extendat? Aliis tunc placet jurisdictio, quousque vox clamantis exaudiri, aliis, quousque telum ab arcu mitti potest. Communissima vero opinio est illa, quod is, qui habet jurisdictionem in terra vicina mari, eousque habeat jurisdictionem in mari, quousque illud mare alteri terræ magis vicinum non est. FUNCC. Consul olim *Lindaviensis* meritissimus

in Diss. quam inscripsit: *Mare vult patulum. Posit.* 7. MAULIUS de *mari* 1 *c. n.* 2. LYNCKER de *jure conduc.* *§.* 45. CÆPOLLA d. l. *n.* 14. SCHR DER *§.* 28. *n.* 4. PACIUS de *dominio mar. Hadriat. p.* 40. *seqq.* &c.

§. VI. Sed nec hæc nobis arridet sententia ob inextricabilem juris ctionum confusionem, ex ratione & spatio maris *Suevici* æque ac diverson Dominorum Territorialium concurrentia inde resultantem. Dicamus ergo c CONRINGIO de *Finib. Imp. Germ. L. II. C.* 30. *§.* 5. & 9. non ubivis qualiter exporrigi maris dominium, sed alibi illud latius patere, alibi arct ribus finibus includi, idque non nisi exploratis cujusvis loci priscis moribus ribusque exacte definiri posse. Quemadmodum omnis privata possessio un ab hominum voluntate sit instituta, & gentium mores hac in re plurimum rient, neque naturali neque omnium gentium legibus certi aliquid consti tum, neque etiam Romanorum legibus quid definitum sit, & quamvis ess non tamen illæ dominia maritima in Imperio Germanico ostendere & defin possent. Ita hoc omne definiendum unice est ex moribus & institutis rec tis singulorum populorum.

§. VII. Si itaque spectemus instituta priscamque consuetudinem Lacu *Bodamico* usitatam, plane diversam novimus a modis antea recensi Status quippe ac Domini Territoriorum adjacentium, Imperium seu domini maris particulare nec ex mensura milliarum, nec ex sagittæ jactu, nec voce clamantis definiunt, nec etiam præcise ad medietarem usque La regulariter sibi asserunt. Sed quemadmodum singuli jus piscandi per c tum maris tractum proprium sibi faciunt, & ab aliis jus vel domini quoddam ibidem sibi arrogari recusant, media Lacus parte ejusque usu bertati suæ semper relicto; ita quoque tractus ille seu ductus piscationi eousque se extendit, quousque cujusvis Loci adiacens mare vadosum vel vosum excurrit, i. e. *auf den Gründen und Haldinen*, quatenus nempe in co bus ac clivis maris eminentioribus fundus ipsius facile explorari poterit. ita quoque mare vadosum a mari alto fundoque carenti semper distingui separari solet, hoc in chartis ac documentis antiquissimis dicto *auf dem Sch* sive *auf der tieffen, weiten und freyen See*, illa vero *auf den Gründen* (*a*).

§. VIII. Et sicuti mare illud vadosum sive *die Gründt* alibi latius tent, alibi arctioribus includuntur finibus, prout brevia sese exporrigunt mare (*b*), ita etiam imperium, seu jurisdictio particularis pro ratione illor in ipso Lacu dimetienda venit, cum ex inveterato usu & observantia quil domi-

(*a*) LINDAUISCHER VISCHER-VERTRAG de an. 1536. ubi: *von wegen Haldengarns, so man Sommerszeiten uff den Gründen und nit uff den Schv brauchen soll, und mehr nit dann 400. Maschen tieff, wer darwieder th den mag die Fischer-Zunft zu Lindau nach laut ihres Brieffs darum straffen u Pfund Pf. on alle Gnad und Nachlassung. It. die Garn, so 400. Maschen h sollen allein aufm Grund und an keiner Schweb gebraucht werden.* VERTR de anno 1554. & 1596. ibi: *die Seginen sollen allenthalben im See am Schv und Grund jeder zeiten frey seyn.*

(*b*) In TRANSACTIONE PISCATORIA de anno 1614. Art 8. dicitur: *Matten halb abgeredt, das vom Rhein-bis zum Argenborn kein Matt tieffer braucht werden soll, dann ohngefahrlich 40. Maschen tieff*, annexa tamen *ceptione: weilen der Bregenzer halden tieffer dann anderstwo, dass die Fischer die vor dem Closter daran so genau nicht gebunden seyn sollen.*

dominus terræ continentis jurisdictionem suam, *mit Gebott und Verbott*, *Satzund Ordnung*, salvis quidem Recessibus & transactionibus Piscatoriis universalibus, salvis quoque pactis & observantiis reciprocis, exerceat *auf seinen Gründen;* qui ideo in vetustioribus æque ac recentioribus Pactis, Statutis ac legibus cum imperio seu jurisdictione, *Obrigkeit*, *Gebiet und Gericht* pro synonymis semper habentur (*c*).

§. XI. In reliquo vero Mari, i. e. *auf dem Schweb*, *oder in der tieffen weitt- und freyen See* jus æquum ac liberum manet & servatur pro indiviso ad usum scilicet promiscuum & communem, privata dominatione penitus exclusa; ita ut nec piscatoribus Occidentalibus, *Niederländischen Fischern*, uti vocantur in chartis antiquis, in superiori Lacus parte, nec Orientalibus *den Oberländern* in inferiori prohibitum sit, in libero & alto mari piscationes suas exercendi, modo non immittant retia in districtibus particularibus, aliisque non impedimento vel damno sint *auf ihren Gründen*, *Fächern*, *Reyssern*, *Errachen*, *Hoffstetten und Ebehäfftinen* (*d*). Hinc etiam factum est, ut piscatores illi *Lindavienses*, qui anno 1598. juxta pagum *Immenstadiensem* die quodam Catholicorum festo piscati erant, & in quos ejus loci magistratus animadvertere volebat, animadversionem intentatam effugerint, eo, quod non in Immenstadiensi districtu maritimo, sed in pleno ac libero mari *in dem gefreyten Weit-See*, piscati essent.

§. X. Sed quemadmodum nulla regula sine exceptione est, sic quoque non solum civitas *Lindavia* in superiori *Lacus* parte & ad medium usque maris ab omni tempore jurisdictionem exercuit, id quod pluribus peculiari Sect. IV. demonstrabimus, sed etiam possessores Comitatus *San-montani* a longo seculorum intervallo omnimoda jurisdictione sive *aller hohen Forstlich und Glaidtlichen Obrigkeit* in inferiori ejus parte a Cæsare & imperio jure beneficiario inve-

(*c*) Ita im FISCHER-VERTRAG de anno 1536. *wvelche Vischer ob ihren Gründen auf andere Gründt fahren, die sollen sich alsdann derselben Gepreüch, Ordnung und Satzung halten und gebrauchen, wie dieselben, denen solcher Grund zugehæret. It.* LIND. FISCHER-ORDNUNG *und* SATZUNG de eod. anno ibi: *die Fischer sollen an den Feyrtagen und Nechten derselben nit auf frembde Gründ faren, da man feyert.* It. de anno 1537 §. 1. *Uff der Stadt Lindau Gründen und in derselben Gebieth und Obrigkeit &c. Im* FISCHER-VERTRAG de anno 1554. & 1596. *wie es hinfüro unter den Vischern zu Lindau, Bregenz, in der Au, Hardt, Fussach, Wasserburg, Nonnenhorn und Argen des Fischens halber ob dem Rhein und Argenhorn gehalten werden soll; ibi: Mag ein jeder Vischer in diesen Herrschafften, doch allein an den Orthen, da er gesessen, und jeden Orthes Grund ist, wohl treiben, bey Straff 1. Pfund Pf.* Ita quoque cautum *im* FISCHER-VERTRAG de anno 1614. art. 4. *das die Lindauische Fischer sich hinfüro auf der Hardter-Fussacher- und andern benachbarten Gründen ihre Sæginen von früe morgens an allein bis umb 12. Uhr zu Mittag und länger nicht zugebrauchen schuldig bey Straff 2. Pfund Pf. jedoch das sie auf ihren Gründen an solche Zeit nicht gebunden seyn sollen.* Et art. 9. *das die Vischer von Hardt diejenige Aengel, so die Fischerzunft zu Lindau ihnen abgenommen, hinführo auf den Lindauischen, Wasserburgischen und andern benachbarten Gebiethen und Gründen gænzlich unterlassen, und sich deren allein auf ihrem der Hardter Bezürkh bedienen sollen, bey Straffe 3. Pfund Pf.*

(*d*) Vid. BUCHHORNISCHER-VERTRAG de anno 1592. *zwischen den Costanzisch-Land-Vogtheyisch-Montfortisch-und Buchhornischen Fischern, wegen des Aubenckens und Zockhens mit dem Angel in und um die Fach oder Reysser auf denen eigenthümlichen Hoffstetten und Ebehæfftinen im See innerhalb den Halden.*

investiti sunt, & quidem ab ostio amnis *Schussii* per lineam rectam ad pontem usque *Constantiensem*, veluti definiuntur hi limites maritimi in tabulis antiquissimis, his verbis: *von der Schussen in dem Bodensee, und durch den See gen Petershausen an die Rheinbrugg, und von der Rheinbrugg gen Dingelsdorff in die Linden, und von der Linden gen Sernatingen.* Atque in hoc tractu maris *Suevici* non solum ab omni ævo tam alta quam forestali jurisdictione adversus quemcunque usi sunt, & innumeros ejus actus cum in causis delictorum, tum forestalibus exercuerunt, sed etiam adhuc ipso facto certis temporibus in signum omnimodæ jurisdictionis navibus mare circumvehuntur, & ludis jaculatoriis, explosionibus tormentorum, aliisque actibus possessionem continuant (*e*). Quapropter in hoc districtu civitati *Uberlingæ* juxta pacta conventa alta jurisdictio *allein auf 10. Ruthen oder 150. Werckschuh in den See hinein von der Stadtmaur oder dem Landt, jederzeit des Jahrs vor angebender Wasser anzurechnen oder zu messen*, sed propter pagum Hagenoviam bassa jurisdictio competit *allein biß an die Fäch oder Leginen der Fischer und nit weiter.* Et cum ex parte cœnobii *Salemitani* (*Salmansweil*) cui quippe olim jurisdictio a possessoribus Comitatus *San-montani* tantummodo *zu Holtz und Feld* concessa fuit, paucis abhinc annis prope vicum *Mauracensem* pali aliquot ad metam jaculatoriam constituendam in mare immitterentur, eoque ipso speciem quandam jurisdictionis maritimæ sibi arrogare vellent, huic actui possessores Comitatus *San-Montani* in continenti contradixerunt, dejectis & dirutis palis in aqua defixis.

CAPUT IV.

DE JURIBUS PRIMARIIS AC PRÆROGATIVIS LIBERÆ S. R. I. CIVITATI LINDAVIÆ IN MARI SUEVICO COMPETENTIBUS.

§. I.

Lindavia, seu *Lindaugia*, *Lindau* S. R. I. antiquissima (*a*) in ipsa Lacus *Acroniani* Insula sita, fluctibus undarum undique circumfusa (unde nonnulli *Venetias Sueviæ* appellant) olim lapideo jam abhinc 60. & ultra annos ligneo & quovis periculo imminente facillime destruendo ponte CCC. usque passuum continenti juncta, situ & opere munitissima, suavissima Patria mea, præ aliis civitatibus maritimis gaudet PORTU, nulli non navigationum & negotiorum generi opportunissimo, ventisque omnibus pervio, fortalitiis quoque & castellis, præcipue Romano illo munimento ac propugnaculo jam tempore Constantinorum ex fundamentis pelagi *Acroniani* educto alias *die Burg* dicto, turribus itidem ac speculis ad observandos cursus navium, indicandumque earum acces-

(*e*) Vid. BECK in Tr. de Jurisdict. Forest. C. 1. §. 5. ubi refert: *Heiligenberg tregt so gar den Forst auf dem Bodensee, von der Schussen an bis an die Rheinbrugg bey Constans, von dem H. Reich zu Leben, veluti probatum est in causa Heiligenberg contra Uberlingen einen auf dem Bodensee abgefangenen Hirsch betreffendt.* vid. PELLER in Not. ad KLOCK. de ærario L. II. C. 5. n. 33.

(*a*) De cujus *origine & prerogativa antiquitatis præ illustri ad D. Virginem Cœnobio, quod Lindaviæ est*, vid. Venerandi PARENTIS supra allegata *Dissertatio Apologetica* Sect. II.

acceſſum, periculum & naufragium munito, adeoque tutiſſimo & extra omnem controverſiam præſtantiſſimo in mari *Suevico* receptaculo (*b*).

§. II. Sane *Portus* ſeu *Gulphus* ille *Lindau*, non ſolum ob ſitus & loci tam ad ſtructuram, quam ſtationem navium perfectiſſimam commoditatem, amplitudinem, ſecuritatem, ſed etiam ob frequentiam & multitudinem cujuscunque generis navigiorum (*c*) primas facile tenet præ ceteris Lacus *Bodamici* nauſtibulis. Et ſi navigia ipſa ſpectemus, non minus palmam præripiunt, horum quippe longitudo, quæ primæ magnitudinis, *Lödinen* vulgo appellantur, centum & ultra, latitudo vero viginti quatuor pedes Rhenanos exæquat. Utuntur quidem non niſi uno velo ſeu carbaſo, in media fere navi conſtituto, cujus tamen malus ad 80. & antenna ſeu lignum per transverſum in malo poſitum veloque alligatum ad 70. pedes excurrit. Carinæ navium ſunt planæ, coſtæ autem convexæ, proræ æque ac puppes admodum erectæ & ad magnitudinem fluctuum & tempeſtatum accommodatæ, illæ absque roſtro quidem, ſed cunei in modum acutæ, hæ vero ubi ſedet gubernator & clauum tenet, decurtatæ. Et ejusmodi naves onerariæ cum omni apparatu navali inſtructæ duobus ſæpe millibus centenariis & quod excurrit, onuſtæ conſpiciuntur.

§. III. Ob hanc ſitus commoditatem *Portusque* excellentiam Civitas *Lindavia* præeminentem in mari poteſtatem ab omni ævo ſibi vindicat, ſuumque dominium & imperium præ reliquis civitatibus etiam extra diſtrictum ordinarium exercet, veluti non ex uſu ſolum & exercitio longiſſimo, ſed etiam ex documentis antiquiſſimis probatum tenemus. Quemadmodum enim *Conſtantia* in parte Lacus *Bodamici* occidentali vel inferiori ex idiomate nautarum & piſcatorum *Niederland* dicta, ita & *Lindavia* in ſuperiori quoad res nau-

(*b*) STUMPFIUS *chron. Helvet. L. V. C. IX.* ſcribit: *Lindau iſt der elteſten Schifflande am Bodenſee eine, und achtens etliche, das der Kayſer Tiberius auf dieſem Platz ſein Leger und Schiffrüſtung vvider die Vindilicier gehebt habe, davon Strabo im 7. Buch ſchreibet. Es vvird auch aus Ammiani Anzeigung erachtet, das der Rœmiſch Gebiether und Feldherr Conſtantius allda vvider die Allemannier ſein Weſen und Leger gehebt, und iſt auch hernach allezeit ein vernampter Pas und Uberfuhr des Bodenſees gevveſen. Man ſieht bey dem Thor, darvon die Prück hinüber gadt, ein vvunder alten Thurn, die Heydenmaur genant.* Et ita quoque VADIANUS in MSto Germ. *von dem Obern Bodenſee: Lindovv hat den Nahmen von der Inſel, auf die ſie gebauen iſt, vvelche die Teutſche auch eine Avv nennen, als unten in demſelben See die Mainouvv, im Zeller-See die Rychouvv &c. an dieſem Platz iſt der elteſten Schifflænde eine gevveſen, die am Bodenſee liegend, und trag nit Zvveifel, dann daſs der Kayſer Tiberius auf dieſem vvehrlichen Platz ſeine Schiffrüſtung vvider die Vindelicier und Schvvaben, ſeine Provinz zu ervveitern, gehalten habe, und dahin ſeine Macht vvann er hat vvollen, ab dem Gegengelænde bringen und führen mægen, und viel Jahr nach demſelben Kayſer Conſtantinus, vvie er für Kempten heraus an den Bodenſee kam, ſein Weſen aldar gehabt habe.*

(*c*) Unde etiam αὐτόπτης CRUSIUS in *Annal. Suev. Lib. Paralipom. C. XX. Vehuntur per Lacum navigia prealta, ampla, ponderoſa, eorumque multa quotidie fere velis albis Lindaviam multis cum hominibus & mercibus ex Rhætia, Helvetia, Italia. Importatur vinum, frumentum & alia. Oppidum multis & egregiis ædificiis eſt ornatum, aquis, caſtris, mœnibus, turribus, palis circum defixis, armamentario denique inſtructiſſimo preclare munitum.* Quin imo portus iſte Lindavienſis tanta navium copia inſtructus plerumque reperitur, ut patrum noſtraque memoria ſæpius aliquot millia militum inde naves ſolvere & mare trajicere potuerint.

ticas & piſcatorias præcipuas ſemper habuit partes (*d*). Unde etiam Tribus Piſcatoria *Lindavienſis* a ſuis Contribulibus æque ac ipſis Magiſtratibus cis & trans Lacum omni tempore *als die rechte mit Freyheit verſehene Fiſcherzunfft* habita, uti formalia uſitatiſſima ſonant, ad quam in caſibus litigioſis provocare & jus petere ſolemne eſt, ejusque rei exempla ac præjudicia in caſum ſi opus, luculentiſſima tam antiquiora quam recentiora allegari poſſent de *Waſſerburgo*, *Brigantia*, *Arbona*, Pagis Fuſſach, Romishorn, Rorſchach aliisque Civitatibus, quæ in Helvetia & imperio ſitæ ſunt.

Graff Vlrich zu Montfort solches Ihme in Verwechslung etlicher Güther und Gerechtigkeiten vnd Verkauffung der Herrschafft Rodtenfelß, gegen denen von Königsegg, vnd dem Stifft Augspurg (so beede mit weyl. vnsers Vhranherrn Kaysers Ferdinand Löbl. Gedächtnus Bewilligung zuegangen) vor vnd ausbehalten, vnd gleicher gestalt von weyl. vnserm lieben Herrn vnd Vettern Kayser Maximilian dem anderten, Hochlöbl. Gedächtnuß, so dann Graff Hansen zu Montforth für sich selbst vnd anstatt seiner verstorbnen Gebrüder, von weyl. Kayser Rudolphen, dem andern, vnd Kayser Mathiaßen, wie auch jüngstlich Graff Haug für sich vnd sein Brueder Graff Hansen von Montfort, von weyl. vnsern freundtlichen geliebten Herrn Großvattern vnd Vattern, Kays. Ferdinandis den andern und dritten allerhöchstseeligster Gedächtnuß, so dann newlich vnderm dato den 8. August. An, 1659. von vns erstermelter Graff Hug zu Leben empfangen, vnd getragen hette, Ihme Graff Johann aber nach tödtlichem Abgang mehrernants seines Vattern, für sich vnd an statt obgedachten seiner Brüder, von vns als jeztregierendem Röm. Kayser nunmehr widerumb zu Leben zu ersuchen, vnd zu empfangen gebührte, zu Leben zu verleichen gnedigst geruheten, daß haben wir angesehen die angenehmen getreuen Dienst, die vorgedachtes Graff Hansen von Montforth Voreltern, weyl. vnsern Christseeligen Vorfahreren am Heil. Reich Römischen Kaysern und Königen, auch vnserem Löbl. Haus Oesterreich offtmahls williglich gethan, bemelter Graff Johann, vnd dessen Gebrüder inskünfftig zu thuen sich anerbiethen, auch wol thnen mögen vnd sollen, vnd darumb mit wohlbedachtem Muth, guthen Rath, vnd rechten wissen offtgedachter Graff Johann von Montforth für sich vnd bemelte dessen Gebrüedere, obberührte Reichs-Leben, mit nahmen die Herrschafft Tettnang, mit Ihren Herrlichkeiten, Hoch-vnd Niedern Grichten, Glaiten, Zöllen, Bergwercken, Mühlen, Mühlstatten, Wildtpannen, Gejäden, Walden, Wassern, Seen, Fischenzen, Waiden, Frohnwalden, Zwingen, Pännen, Gewaltsamb und Zuegehörung, auch den Pann in derselben Herrschafft vber das Bluth zu richten, sambt auch den hohen und nidern Gerichten zu Argen, DEN FISCHENZEN IN DEM PODENSEE, VOM SCHLOS ARGEN DEN SEE VFFHIN BIS AUF DEN BRAIDENSTAIN, ALS FERN DIE HALD IN DENSELBEN SEE GEHET, VND DARZUE IN SOLCHEN GEMARCKEN GERICHT, ZWING VND PäNN; desgleichen die Freyheit in Ihrer Herrschafft Silberne Müntz zu schlagen, mit aller jezt gemelter Leben-Zugehör, Würden, Herrlichkeiten, und Gerechtigkeiten, wie obstehet, zu Leben gnädiglich geraicht und gelichen &c. &c. Mit Vrkundt dis Briefs besigelt mit Vnserm Kayserl. anhangenden Insigel, der geben ist in Vnserer Stadt Wienn den 30sten Julij An. 1663. Vnserer Reiche des Römisch. im Sechsten, des Hungarisch. im Neunten, vnd des Böheimbischen im Sibenden Jahr.

DISSERTATIO XXIV.

CAMPIDONA URBS ALGOIÆ ANTIQUISSIMA.

§. I.

CAmpidona Civitas Imperialis in Algoja, ad Hilarum fluvium sita, extra controversiam antiquissimis Germaniæ urbibus accenseri meretur, à Strabone vetusto Geographo, qui vixit sub imperio Augusti Imperatoris & Tiberii καμπόδυνον, à Ptolomæo circa annum Christi 136. καμβόδυνον, in Itinerario Antonini *Campodunum*, & in veteri Notitia Imperii sub Honorio & Theodosio juniore circa annum Christi 414. conscripta, *Campidunum* nominata, haud dubie à Gallica seu Celtica voce *Dun*, quæ clivum seu montem significat, mœnibus Civitatis Campidonensis contiguum, vulgò *Burghalden* dictum, (a) & fluviolo *Camp* seu *Kamp*, qui olim à dextra urbis in Hilaram defluxisse dicitur; (b) teste autem Tacito, *ut fons, ut campus, ut nemus placuit, appellatæ sunt Civitates.* Unde etiam communis traditio & opinio, Campidunum natales suos habuisse trans Hilaram in collis acclivitate, ubi hodienum fit linteorum dealbatio, auf dem Blaicher-Oesch. Pro fabula autem ficta & commentitia habenda sunt, quæ *Bruschius in Chronol. Monast. Germ.* voce *Campidona* de origine & etymologia urbis narrat, ab Eisnero primo Duce Sueviæ sacris Christianis addicto, incolis Alpium & Gouæ Hilarmontanæ terram circumjacentem collique contiguam donatam, ab ipsis urbem exstructam, & à donato hoc campo *Campi-donum* vocatam esse.

(a) Vid. Schilt. Glossar. voce *Dun*. Voss. L. III. de hist. Græc. ubi: cum multæ sint Galliæ oppida in *Dunum* desinentia, omnia sunt in collibus & locis editis. Hoffman. in Lexic. univers. Hist. Geographic. voc. *Camalodunum* & *Noviodunum*.

(b) Teste Cluverio in Vindel. C. 4. & Cellar. in notitia orbis antiq. p. 518.

§. II.

In dubium quidem vocant nonnulli, utrum hodierna Civitas Campid. antiquum illud sit *Campodunum*, de quo Ptolomæus & Strabo mentionem faciunt, sed absque fundamento; siquidem non ex prædicto solum Itinerario Antonini (c) quo via illa strata militum Romanorum ab Arbore felici, Arbon / inde ad ostia Rheni, hodie Rhineck / porrò Brigandiam, Bregentz / Vemaniam, Wangen / à Vemania Campodunum, Kempten / & Augustam Vindelicûm rectâ & uno itinere ordinatur, sed etiam ex inscriptione lapidis romani, in cœnobio Isnensi, inter Campidonam & Vemaniam sito, in cella Abbatiali, in primo suo & originali loco reperti, & postmodum Campidonam translati, (d) satis luculenterque apparet, Campodunum vetustum ejusdem situs fuisse, quo moderna Civitas gaudet. (e) Verba autem inscriptionis hæc sunt:

IMP.

IMP. CÆSAR
L. SEPTIMIUS. SEVERUS. PIUS. PERTINAX. AUG.
ARABIC. ADIAB. PARTHICUS. MAXIMUS.
PONTIF. MAX. TRIB. POT. VIIII. IMP.
XII. COS. II. P.P. PROCOS.
ET IMP. CÆSAR. MARCUS. AUREL. ANTONINUS.
PIUS. AUG. TRIB. POT. IIII. PROCOS.
VIAS. ET. PONTES. RESTI. A
CAMB. M. P. XI.

Ex quibus non obſcurè patet, ut refert Annaliſta Iſnenſis, *hanc regionem quantumvis vaſtam tunc & incultam Romanis tum rerum Dominis plus quam nongentis annis ante monaſterii* (Iſnenſis ſcilicet) *erectionem fuiſſe cognitam.* Ejusmodi monimenta proſtant etiam alibi ab Imperatore Severo ejusque filiis Antoninis hiſce in oris per Vindeliciam univerſamque Rhætiæ provinciam, cujus vetus illud *Campodunum* oppidum fuiſſe aſſeverat Strabo, in memoriam viæ reſtitutæ, inſimulque in uſum iter facientium poſita, meminitque trium lapidum milliarium *M. Velſerus in monumentis agri Auguſtani*, & alius *Sprecher.* cum ſimili inſcriptione inſculpta:

IMP. CÆS. L. SEPTIMIUS. SEVERUS.
PIUS. PERTINAX. AUG. ARAB. ADIABEN. PARTHIC.
PONT. MAX. TRIB. POT. VIII. IMP.
XII. COS. II. PP. PROCOS.
ET IMP. CÆS. M. AURELIUS ANTONINUS
PIUS. AUG. TRIB. POT. IIII. PROCOS.
ET IMP. P. SEPTIMIUS. GETA. ANTONINUS.
VIAS. ET. PONTES. REST.
AB. AUG. M. P. C. X.

(c) Ap. Velſerum in Libro de reb. Aug. & in Tabula Cluverii in Vindelic.

(d) Teſte Münſtero in Cosmograph. L. VI. C. 232.

(e) Vid. Ignat. Fr. Xav. de Wilhelm Sanctioris conſilii in Aula Bavarica, *in Vindiciis Arboris Genealog. Aug. Gentis Carolino-Bojicæ.* Monachii an. 1730. edit. cum annexa charta antiqua Geographica & explicatione nominum. p. 178. ubi: *Cambodunum, München, ita Pyrckheimerus, Pancyrola, Appianus, Ortelius ſentiunt; Aliud enim eſt Campidunum ad Hilarum fluvium, Kempten.*

§. III.

Luculentum quoque teſtem unius ejusdemque ſitus veteris & moderni oppidi Campidonenſis demonſtrat perantiquus ille lapis angularis, domui mercatoriæ in foro Campidonenſi infixus, cum hac epigraphe: (*f*)

LUCIANO. EUGILIANO. FILIO. CARISSIMO.
VIXIT. ANNOS. XIX.
LUCIANUS. ING. PATER.
FECIT S. S.

Simul ac ipſa Imperatoris Antonini diviſio Provinciarum Romanarum (*g*) in verbis: *Sub diſpoſitione Viri ſpectabilis Ducis Provinciæ Rhetiæ primæ & ſecunda — Præfectus Legionis tertiæ Italicæ, pro parte media, prætendentis à Vi-*

mania Cassiliacum usque Cambiduno. Hanc Legionem tertiam Italicam Antoninus præcipue contra Suevos & Alemannos dispositam, in quinque divisit Præfecturas, unamque Campidunum collocavit, ad defendendum tractum terræ à Vemania Cassiliacum usque i. e. Romakessel/ oppidum ad Licum amnem, in Rhætia prima situm. (*h*) Adhæc egregia de situ loci documenta subministrant varia Saxa, numi Romani cum imagine Marci Antonini, vasa sacrificalia &c. in anno 1565. & 1674. prope Civitatem in monte tiliarum, castro Hilarmontano, ejusque contiguo suburbio & cœmiterio effossa, testante Crusio (*i*) & Münstero. (*k*)

(*f*) Vid. Velserus in in dict. monum. oper. historic. p. 414.

(*g*) In sup. alleg. Not. Imp. p. 172.

(*h*) Vid. Dio Lib. LV. & Velser. de Reb. Aug. Lib. VI.

(*i*) In Annal. Suevic. Lib. XII. P. I. C. 3. & in Lib. Paralip. voc. Campidonum pag. 83.

(*k*) In Cosmog. Lib. V. C. 233.

§. IV.

Cum itaque indubium sit, unum eundemque esse situm veteris & recentioris *Campoduni*, minime quoque dubitandum, hunc locum à primis ferè incunabulis pro statione Legionaria adversus Vindelicos postea que Suevos & Alemannos ob commoditatem ejus conditum & habitatum esse a Romanis, quo usi sunt ad instar pylarum, quas obsederant, & pro specula vel receptaculo, ὁρμητήριον, ut vocat Dio, Bollwerck und Fluchthaus. *In iis enim locis*, scribit cit. Dio Lib. 56. *Romani milites hiberna habebant, urbes condedant, eorum mores barbari accipiebant, in forum conveniebant, congressusque cum iis pacatos habebant &c.* Quemadmodum etiam similem Civitatum ortum à vigilus & stationibus Romanorum pluribus demonstrarunt Historici, interque eos præprimis *Jo. Herold. Hochstatensis in Commentariolo de Romanis in Rhætia littorali stationibus*, ac ex iis vicorum, municipiorum & villarum, quæ hodie supersunt, originibus &c. Consecutio inde non minus indubia, Civitatem *Campidonam* ætate anteire per aliquot secula Cœnobium vel Ecclesiam Campidonensem.

§. V.

Et quamvis negandum haud sit, Campidonam, æque ac alia Sueviæ oppida, à Francis & Alemannis, posteaque ab Attila, omni furore & sævitia incenso, sæpius devastatam, inde tamen non sequitur, ab iisdem funditus deletam, & in nihilum planè redactam fuisse, ita ut ne vestigium quidem, tradentibus ita Hyperaspistis Cœnobialibus Campid. ad ævum usque Imperatorum Suevicorum reliquum fuerit. Siquidem ipsum quoque Monasterium, teste *Bruschio in Annalibus*, & qui eum exscripsit, *Petri in Suevia Ecclesiastica*, per Hungaros tribus distinctis vicibus igne ferroque vastatum esse dicitur tam miserè, ut fratribus hinc inde dispersis non nisi latrocinantium undequaque Hunnorum latibulum fuerit, quis verò dicat vel credat, adeo exinanitum esse, ut nec simulacrum aliquod aut vestigium relictum sit, ex quo cœnobium cognosci potuisset. Nec inauditum nec insolens est, monasteria & Civitates ex cinere & ruderibus sæpissime restauratas, quemadmodum Civitas & monasterium Campid. æque ac plures aliæ urbes & Ecclesiæ in Germania & vel maxime in

Suevia

Suevia restaurata fuere, quæ ex testimonio Ekkardi de casibus S. Galli aliorumque apud Goldast. à Francis, Alemannis & Hunnis funditus deletæ, insecutis verò temporibus tranquillis reædificatæ sunt.

§. VI.

Quocum etiam concordant omnium ferè Scriptorum coævorum Chronica & Annales, relicta ab Attila Germania, communitoque imperio Francorum, eosdem restaurasse urbes dirutas & desertas, easque per Duces suos Comitesque Palatinos ac Provinciales gubernasse. Id quod speciatim de *Campoduno* commemorat Theodorus Eremita S. Columbani discipulus, (*l*) qui ita scribit: *Venerunt, anno nempe 628. B. Magnoaldus & Theodorus ad locum, qui dicitur Campidona, ibique repererunt oppidum valde amoenum, sed penitus desertum &c. Et Cap. XI. Cum audisset Theodorus, qui apud Castrum Campidonense morabatur, B. Magnum consolidatum in loco, quem Dominus disposuerat, ad eum pervenit, & narravit ei innumerabilia, quæ passus esset à paganis Hilargaugensibus, sed tamen, quamvis tantas injurias & calamitates ab eis sustineret, ædificasse se Ecclesiam parvam super litus Hilaræ --- Narravit ei* (*Wichperto Episcopo Augustano*) *B. Magnus Abbas de Theodoro, qualiter cum magno labore Ecclesiam construxisset in loco Campidonensi, & quomodo deprecabatur, ut ille illuc pergeret, & ipsam Ecclesiam Domino dedicaret, surrexit venerabilis Episcopus & profectus est ad Castrum Campidonense, descenditque cum illo B. Magnus, simul cum eis Theodorus, & venerunt ad castrum. Convocata autem multitudine populi in die solemni dedicationis hujus Ecclesiæ, vir venerabilis Episcopus prædicationis dulcedine avidorum corda refecit. Biduo itaque ibi manentes, cum gratiarum actione, populoque benedictione tanti patris armato, & ab Episcopo osculo pacis tributo, ad sua reversi sunt, venerabilis Episcopus & S. Abbas relinquentes Theodorum ad custodiendam Ecclesiam Campidonensem.*

(*l*) In vita S. Magni sodalis sui Lib. II. C. 2. ap. Goldast. T. I. rer. Alemannic. & Canis. T. V. antiq. Lect. Mabillonius equidem in Annal. Ord S. Bened. T. I. Lib. XI. A. C. 615. & Lib. XIII. an. 646. librum Theodori pro supposititio, ejusdemque authorem pro impostore venditat, dictitans: *S. Magni acta circumferuntur sub nomine Theodori, quæ plerosque hactenus sub larvata persona deceperunt, conficta haud dubie à quodam impostore, qui Magnum appellat Magnoaldum, ut Magnoaldi S. Columbani discipuli facta personato suo Magnoaldo affingat, non immemor fabulis illius impostoris observandis, quas in actis Sanctorum nostrorum manifeste detexi &c.* Et paulo post: *Esto verò Theodorus Oratorium B. Virginis Campidonæ ad Hilaram fluvium, & Magnus Faucense monasterium condiderit; At serius Campidonense constructum est ab Andochario, qui primus Campidonensis cœnobii fundator, & Abbas ab H. Contracto memoratur &c.* Quatenus autem imposturæ & figmenta Theodoro isti attributa inde evinci, ejusque narrata per omnes partes pro fictis & falsis pronuntiari possint, conferri possunt, quæ dicentur inferius §. VIII. vid. etiam *Surius* in Actis Sanct. Cap. XXI. p. 78. & Cap. XXV. p. 80.

§. VII.

Hæc sunt monimenta non spernenda, quæ non existentiam solum Castri seu oppidi Campidonensis ab omni fere ævo Romanorum, his in regionibus bella gerentium, sed & identitatem ejusdem ineunte etiam Seculo VII. demonstrant; *Seculo enim illo*, docente Vadiano (*m*) *castrum dicebatur oppidum,*

in quo Episcopus non erat, contra vero oppidum, cujus erat Episcopus. Proinde Castrum Arbonense, castrum Campidonense, oppidum autem Constantiense, oppidum Augustense legimus. Necessario inde sequitur, oppidum vel castrum illud diu ante fundationem vel exstructionem monasterii ex ruinis restauratum, ideoque falsam esse traditionem Assentarorum Cœnobialium, Civitatem Campidonam ortum & progressum debere Monasterio. Quamvis ex recentioribus *Rassierus* S. I. Cancellarius quondam universitatis Dilling. *in Vindicatione pro famoso Diplomate Lindav.* in ipso quoque Typographæo Cœnobiali typis impressa, utut alias jurium & antiquitatum monasteriorum in Suevia acerrimus Defensor, prærogativam ætatis præ Cœnobio ipsemet inficias haud iverit; *hoc certum*, scribens (*n*) *esse videtur, Campidonam, urbs an amplus pagus fuerit, Cœnobio quidem antiquiorem, eidem tamen à Fundatrice donatam;* nec ipsa traditio Cœnobialis negat, Abbatiam istam ab Hildegarde Imperatoris Caroli M. uxore Seculo demum VIII. fundatam, & Andelgarium, filium magni cujusdam Rolandi, ab Adriano Pontifice Romano in primum Abbatem constitutum esse, teſtante ità inscriptione an. 1484. columnæ Cœnobiali indita & Bruschio relata:

Hildegardis 773. *fundavit.*
Carolus 774. *confirmavit.*
Adrianus 777. *dedicavit.*
Andelgarius 778. *incboavit.*

Sed ne hæ quidem narrationes à dicto *Bruschio* (*o*) *Crusio* (*p*) de fundatione & inauguratione præfati monasterii ità adornatæ, veritate historica nituntur, sed à viris celeberrimis (*q*) & inprimis à *Carolo Cointio S. I.* in opere exquisitissimo *de Annalibus Franc. Eccles.* (*r*) in dubium vocatæ, argumentisque irrefragabilibus refutatæ sunt. Unde etiam *Vorburgius* Præpositus quondam monasterii Grandis Vallis & Consiliarius Electoralis Moguntinus & Würceburg. (*s*) de hac traditione ita judicat: *quæ in narratione Crusii fabulosa sunt, Lector per se facile deprehendet, & nobis, si ob tantam rerum molem ea clarius demonstranda non censemus, ignoscet. Id modo significamus, quod etiam de hoc monasterii hujus conditi anno, quia Hildegardis hoc primum anno Carolo juncta, & mox in Italiam accita est, non parum dubitemus. Cogitari quidem jam de erigendo eo potuisse, & mentem pro ipso effectu acceptam fuisse, non negamus. Ipsæ tabulæ, in quibus Carolus jam Cæsar dicitur, eum qui finxit, circa antiquitatem & studii & vanitatis arguunt.* Et Jesuita *Raderus in Bavaria S.* (*t*): *in Acta vitamque Hildegardis prodigiosa fabularum monstra, imò Æsopica figmenta irrepsisse, qualia nec Phryx olim fabulator cogitavit, nec in Parnasso Ascræus somniavit --- Hoc magis mirandum, nullum omnino Historicum ex antiquis, nec Germanicum (quales fuère Hermannus, Urspergensis, Regino, Lambertus) nec alios ullam conditi ab Hildegarde cœnobii Campidonensis facere mentionem.*

(*m*) De monast. Germ. L. II. p. 39. (*n*) Part. I. No. 15.

(*o*) In Monasteriologia voc. *Campidona.*

(*p*) In Annal. Suevic. P. I. Lib. XII. p. 318.

(*q*) Papebroch. in Act. Sanct. Antverp. T. III. fol. 788. & seqq. Tenzel. in Vindiciis Cens. Conring. Diplom. Lindav. App. III. §. 3. Wegelin. in Tr. de prærogativa Civit. Lindav. præ Cœnobio &c. Cap. II. §. 40. Pfeffing. ad Vitriar. J. P. Lib. I. Tit. XV. §. 16. lit. e. aliisque.

(*r*) Tom. VI. ad A. C. 783.

(*s*) Historiarum Vol. IX. ad an. 773. p. 51. (*t*) Part. II. fol. 102. & 106.

§. VIII.

§. VIII.

Si verò explosa fabula de fundatrice Hildegarde Caroli M. conjuge, de vera fundationis origine dicendum quod res est, ætatem illius longè antecedit, nec ex adulto demum Seculo VIII. sed potius ex medio Seculi VII. derivanda est. *Cointius* siquidem ad annum 666. ex laudato Scriptore coævo Theodoro (*u*) non dubitat asserere, eundem Theodorum monachum S. Galli una cum comite suo Magnoaldo seu Magno & Tozzone Presbytero pagensi jam anno 628. ad oppidum vel Castrum Campidonense venisse, ibique in littore Hilaræ Ecclesiam cum Cellula construxisse, Episcopum quoque Augustanum eandem in honorem S. Mariæ Genetricis (à qua Ecclesia Cathedralis nomen suum in hodiernum usque diem subit) consecrasse, Theodorum tandem Cellulam suam, ubi 25. annos commoratus est, postquam *Huotilo* mortuo Rege Pipino in Ducatum Bajoariorum & *Godofredus* in regimine Alemannorum constituti, vicinas regiones ferro flammisque devastassent, derelinquisse, seque recepisse in cœnobium S. Galli, ibique vitam finiisse, ab Abbate Ottmaro autem Perechtgozum monachum cum quatuor fratribus ad custodiendum locum illum missum & Carolum Imperatorem, postquam Germaniam in potestatem suam redegisset, Ducesque fugasset, restaurationes Ecclesiarum, Campidonensis scilicet, S. Magni & Affræ, à barbaris tam male habitarum molitum esse. Has vicissitudines Ecclesiæ ac Cellulæ Campidonensis pluribus quoque enarrat *Ermenricus monachus Elwangensis*, qui quidem ipsomet teste in cap. XVI. tempore Ludovici Pii filii, Regis Francorum Orientalium, adeoque Seculo IX. vixisse, & Authore Lantone Episcopo Augustano vitam B. Magni à Theodoro scriptam & in tumulo S. Magni repertam, supplevisse dicitur, à modo laudato Cointio autem (*x*) non immerito pro interpolatore habitus, qui multa falsa, à veritate & narratis Theodori S. Magni coæqualis admodum aliena immiscuerit, unde Bruschius, Bucelinus & alii menda sua hauserunt. Commutaverat quippè apertissimè Pipinum Majorem Domus, S. Magno & Theodoro coævum, cum Pipino Rege Francorum & patre Caroli M. Othmarum Abbatem S. Galli, qui Magni & Theodori ævo floruit, (*y*) cum Othmaro juniore, Caroli M. coævo, cujus vitam descripsit Walafridus apud Surium & Goldastum, Wichpertum quoque Episcopum Augustanum cum Wichone & propterea omnia ac singula in appendicula ad vitam S. Magni de fuga Theodori & restitutione Berchtgozi in Ecclesiam & Cellulam Campid. ab ipso narrata ad tempora Caroli M. & Huotilonis ac Godefridi Ducum Bavariæ & Alemanniæ perperam retulerat, quæ ad Dagoberti Regis ejusque Majoris Domus Pipini tempora referri debuissent, eoque ipso Authorem Chronici Ecclesiastici Augustani *Sigismundum Maisterlin*, alias haud indoctum monachum ex monasterio S. Ulrici Augustæ Vindel. & ex Seculo XV. in eosdem seduxerat errores, qui *notabilis*, scribit (*z*) *& in Ecclesia Dei inclytus Pontifex Witterpus successit, cui Pipinus Rex Senior saltum quendam tradidit sub titulo S. Mariæ & S. Afræ, circa annoi Domini septingentos & triginta, sicut & ante eum Dagobertus fecit -- Sub eo quidam sacerdos divina revelatione monitus, de obituque S. Galli informatus, jussusque accendere candelam ceream, eam sic accensam usque ad monasterium S. Galli detulit, abindeque S. Magnum usque in fauces Alpium cum Theodoro transduxit, quorum prior Faucense, alter Campidonense monasterium instituit; Thozzo huic sacerdoti nomen erat, quem post S. Magnus ad Episcopatum Augustensem promovit, quem & laudabiliter rexit &c.*

(*u*) In sup. alleg. Libro de vita S. Magni, ubi Cap. ult. & XIII. de se ipso testatur, quod pleraque oculis viderit, & auribus audierit.

(*x*) In

(x) In Annal. Franc. Ecclef. ad an. 624. n. 19. p. 745. vid. Goldaft. T. I. P. II. p. 251. fcript. Rer. Alem.

(y) Vid. Coint. d. l. ad an. 625. n. 7. & an. 628. n. 21.

(z) Vid. dict. Chronic. Aug. Cap. VIII. de Epifcopis Aug. quod extat ap. Struv. Script. Piftor. Rer. Germ. Tom. III. p. 667. de quo mentionem quoque fecit habita infpectione ipfius Codicis R. P. Bernh. Pezius in Diff. Ifag. Thefauro Anecdot. præmiffa fol. 33.

§. IX.

Ex hifce teftimoniis hiftoricis facile eft intellectu, pauperes monachos Sangallenfes, Theodorum & Berchtgozum, authores & conditores fuiffe Ecclefiæ Campidonenfis, nullatenus vero Reginam Hildegardem, idcirco natales ejus primævasque dotationes tam magnificè extollendas haud effe, cum fciamus, poft difceffum Theodori Berchtgozum in ifta Cellula non nifi cum quatuor monachis degiffe, quæ fenfim amplificata, amplioris cœnobii fpeciem obtinebat, cujus primus Abbas ad annum demum 752. *Audogarius* nominatur à H. Contracto, Comite Vehring. & monacho Reichenav. ex Seculo XI. hiftorica fide digniffimo. (a) Quæ vero modo citatus recentioris ævi Scriptor *Sigismundus Maifterlin* (b) fabulatur, falfa funt & erronea, vicum nempe Campidonenfem cum adjacente campo à Rege Pipino S. Magno & Theodoro (quos tamen non fub Pipino Rege fed fub Pipino Majore Domus adeoque centum annos prius floruiffe, jam fatis probatum) donatum effe; *olim*, inquiens, *Retia noftra Cereris Deæ juxta vaticinia Gentilium aream (arcam) habebat videlicet frumenti, quod vero genti in alimentis fupererat, Alpibus inferebatur, & in vico Retiaco vendebatur, qui vicus cum adjacente campo à Pipino Rege Francorum S. Magno Theodoroque datus, Campidonum vocitatur.* Itaque cum Cointio omnino arbitrandum, Cœnobium Campidonenfe à Regina Hildegarde nec fundatum nec ædificatum, bene tamen ab ipfamet eximioribus divitiis dotatum & inftructum fuiffe, cujus quippe imago infignia monafterii in hunc usque diem ornat, æque ac illa de vicina Civitate Meminga, quæ tamen Hildegardin pro authore vel fundatrice non laudat; quamvis de ifta Hildegardis dotatione nil certi conftet.

(a) In Chronico antiquo ad an. 752. in verbis: *Audogarius primus Campidonæ Abbas efficitur.* Et in novo feu MSCto Codice Urftifii ad d. t. *Audogarius primus Campidonenfis Cœnobii fundator & Abbas locum illum incolere cœpit.*

(b) In alleg. Chronico Aug. Cap. III.

§. X.

Diploma quidem illud, quod à Carolo M. anno 773. Romæ conceffum ferunt, ad noftra usque tempora Palladium Cœnobiale fuit, quo natales illuftres, opulentas dotationes & infimul jura in Civitatem Campidonenfem eminentiora evincere ac fuftinere tentarunt Cœnobiales, & de iis imprimis jam anno 1489. coram Commiffione Cæf. acerrime difceptarunt, in graviffimum Civitatis detrimentum ac præjudicium. Quemadmodum autem ex dicto Poetæ:

Cuncta aperit fecreta dies, ex tempore verum
Nafcitur, & veniens ætas abfcondita pandit;

Ita tandem fucceffit profpere difcuffio diplomatis hujus Carolini, cujus *vitia* recentiori ævo à viris in rebus hiftoricis & antiquitatibus germanicis verfatiffimis,

mis, luce solis clarior reddita, ut nemo facile de ea amplius dubitet, perpensis maxime allatis circumstantiis & argumentis de origine Cœnobii ejusque fundatione validissimis. Unde etiam *Mabillonius*, utut alias perspicacissimus scrutator omnis ævi diplomatum, & qui ipsemet in Itinerario suo Germanico pag. 43. asseveravit: *pleraque vidimus Abbatiæ Campidonensis diplomata, etiam authentica, quorum aliqua in sequentibus referemus;* jam suo tempore nec in subnexis Actis martyrum, quibus diversa diplomata Campidonensia ab Imperatoribus Ludovico Pio & Ottonibus concessa, ut sana & genuina inseruit, nec post editam à Socio itineris Jesuita *Germonio* Disceptationem *de veteribus Regum Franc. diplomatibus & arte secernendi antiqua diplomata vera à falsis &c.* ubi pleraque fere diplomata vetusta, & in primis ea, quibus præcipua monachorum S. Benedicti Ordinis bona & possessiones nituntur, ut spuria, fictitia vel supposititia ab ipso sunt rejecta, primarii diplomatis Fundationis pro Principali Abbatia Campidonensi ullam injicere mentionem, nec in supplementis ad Rem diplomatic. An. 1704. editis, aliis genuinis diplomatibus illud subjungere ausus est. Primi in arenam publicam prodibant ex societate Jesu Antwerp. *Bollandus*, *Henschenius* & *Papebrochius*, qui *in Actis Sanctorum Tom. III. fol. 792. & seq.* privilegium hocce Carolinum Cœnobii Campidonensis ex consulto & dedita opera adoriebantur, & sub titulo marginali: *Carolinum diploma supposititium esse &c.* argumentis fortissimis subvertebant, id quod jam antehac in rebus medii ævi versatissimus, & ex Libello de Nobilitate Germ. orbi erudito haud ignotus *D. Michael Praun*, Consiliarius Aulicus Durlac. & Imperialis Civitatis Campid. Syndicus in Schediasmate MSCto de antiquitatibus Campidonensibus, quoad materialia & contenta privilegii, molitus est. Hos autem insequebatur, utut ignarissimus anteriorum refutationum, celeberrimus Historiographus Saxonicus *W. E. Tenzelius* (c) explodendo plane illud ut spurium & fictitium, rationibus & argumentis irrefragabilibus, ut ideò non dubitaret princeps Historicorum *L. B. de Ludewig* (d) hoc effato coronare Diploma Campid. Carolinum & primarium: *Non delectabitur amplius his naniis Princeps Campidonensis, de purpura sua certior, quam per spurcissima commenta; quis enim has schedas absolverit à commentitiis & fraudulentis Diplomatum imposturis?*

(c) In Vind. hist. pro H. Conringii Censura in diploma Lindav. fictitium. Append. III. obs. 3. p. 78.

(d) In reliquiis MSCtorum omnis ævi Diplomatum in Præf. T. I. §. 27. in not.

§. XI.

Utcunque etiam res sit quoad originem & fundationem Cœnobii Campidonensis, nec ex prætenso diplomate Carolino nec ex aliis documentis authenticis evinci poterit, oppidum seu castrum Campid. jam tum ex ruinis renatum cum integro complexu dicatum & donatum esse Cœnobio. Equidem *Bruschius*, *Crusius*, *Knichen*. *Magerus* & alii, qui fabulas monachorum fictas & commentitias absque indagatione veritatis exscriplere, celebratam hactenus fundationem ac dotationem Regiam maximopere jactant, nec verentur in diem venditare, Carolum M. primum statim Abbatem Andegarium non solum dignitate ac titulo Principali una cum jure monetandi regio condecorasse, verum etiam Duci Bavariæ Dapiferi hæreditarii, Duci Saxoniæ Pincernæ, Comiti Montfortensi Mareschalli & Landgravio Nellenburgensi Camerarii munus demandasse, unde decantatissimus rythmus:

Campidonum sola judicat ense stola.

Stupore certè intolerabili, ut judicat Ill. Ludevvig. loco alleg. *quasi avo Carolino Abbati & monachis potentissimi Principes fuissent à curialibus servitiis, aut horum munerum quaterna attingerent tantam ætatem in Proceribus Imperii.* Cui adstipulatur *Wigulejus Hund.* (e) postquam narraverat, daß er in einer geschriebenen Chronic des Klosters zu Kempten im Allgöw / welche Kaysers Carl des grossen Secretarius mit nahmen Gottfrid de --- solle gemacht haben / gefunden / daß die Austheilung des H. R. Reichs-Glieder in Quaterniones zu desselben Kaysers Zeiten und auf sein Befehl geschehen 2c. hoc addito epiphonemate; *quod sit purum putidum commentum.* Bona vero ac dominia ab origine fundata & donata Monasterio Campid. à *Bruschio*, *Crusio* & *Münstero* ita describuntur: "Dotavit illud Hildegardis Alpegovia i. e. Alpibus ad- "jacente terra & Seegouia, lacubus vicino tractu, qui lacus sunt Sunthaimen- "sis, Mariscellensis & Sulzbergensis, & Risgouia i. e. Rhætiæ vicino agro, & "Augustgouia i. e. ad urbem Augustam excurrente territorio, Hilergouia, i. e. "ad Ilerim sitis vicis & agris, Comitatu denique & vico Campidonensi atque "Arce Hilarmontana, priora omnia (inter quæ & Grünefurtum, tunc vicus, "hodie insigne Imperii oppidum Memminga) sub se habente. Proverbium "tunc ortum est:

O Hillarmont du edler Berg /
Zu dir gehören achtzehen Berg.

"i. e. multæ arces, quibus est donatum à Fundatrice. Continuator autem Cosmographiæ Münsterianæ in aliam plane abiit sententiam, Lib. V. Cap. 233. scri- "bens: daß sich Bruschius, Crusius, Munsterus und Schoperus in Beschrei- "bung des Klosters und der Stadt Kempten geirret hätten. Münsterus "vermeldete / Hildegardis habe zum Kloster gegeben die ganze Graffschafft "Hilarmont / die andere drey Scribenten aber meldeten / als solte selbige "Kayserin dem Kloster das ganze Allgöw / Augstgöw und Ilergöw / samt "Städt / Dörffer und aller zugehörd / sonderlich aber die Herrschafft Kemp- "ten mit dem Schloß Hilarmont geschenkt haben; So doch Caroli M. Con- "firmation klärlich ausweisen thue / daß sie gar nicht gemelte drey Pagos "(welche ganze Göw und Gebieth waren) und was darinnen gelegen / son- "dern allein dasjenige / was ihr darinn von Mütterlichen Erb zuständig "gewesen / zum Kloster begabet habe / welches allein etlich sonderbahre "Weyler / Höf und Güter waren / darzu weder Hilarmont noch die Stadt "Kempten gehöret / als welche dem Occidentalischen Reich und Kayser- "thum zuständig gewesen / auch einen sondern Statthalter gehabt haben / "wie oben gründlich angezeiget worden. So vermelden auch Munster, Scho- "per und Crusius selber bey Beschreibung des Klosters Ottenbeuren / daß "es damahlen sonderbahre Grafen vom Ilargöw gehabt habe / wie kan dann "Hildegardis dem Kloster das ganze Ilargöw geschenkt haben / welches "doch niemahlen ihr gewesen? Wie dann auch weder in Caroli M. noch in "in Pabst Adriani Confirmation der Graffschafft Hilarmont / und daß Hil- "degardis das Kloster damit begabet habe / mit keinem Wort / sondern "allein villarum, curiarum, locorum, agrorum & possessionum, d. i. Hue- "ben oder Höfen / Hof-Raitinen / Bainden / Aecker und anderer Besit- "zungen Meldung geschiehet.

(e) Part. II. Bayerischen Stammbuchs sub rubrica Leichtenberg. fol. I.

§. XII.

§. XII.

Ex communi quidem opinione Historicorum prætensa fundatrix & Regina Hildegardis venditatur pro filia Hildebrandi Ducis Sueviæ, qui in Castro Hilarmontano sedem suam habuisse, universamque Sueviam gubernasse dicitur, de quo tamen certum quid definiri haud potest, cum nec vola nec vestigium supersit de Duce quodam Sueviæ Hildebrandi nomine. Theganus Scriptor coævus (*f*) Genealogiam Hildegardis sequenti adornat modo: *Cum in juventute erat Imperator (Carolus M.) sibi nobilissimi generis Suevorum puellam nomine Hiltegardam, quæ erat de cognatione Gotbefredi Ducis Alamannorum; Gotbefridus Dux genuit Houchingum; Houchingus genuit Nebi; Nebi autem genuit Imman; Imma verò peperit Hiltegardam beatissimam Reginam, postquam eam supradictus Imperator in matrimonio assumsit, genuit ex eo tres filios &c.* Hinc patet, Hildegardem quidem de gente & præcipua nobilitate Suevica (id quod etiam confirmat Adelmus (*g*)) & ex stemmate fœminino Ducis Godefredi, Præfecti Provinciæ ad Lacum Bodamicum, ita probante Pfeffingero ad Vitriarium (*h*) ejusque posteris, nullatenus autem filiam Ducis Sueviæ fuisse, cum nec indicium nec vestigium reliquum sit, de Ducibus Houchingo vel Nebi vel Hildebrando quodam, Immæ marito. Siquidem post fata Godefridi successere *Lantfridus I. Alamannorum & Suevorum Dux*, hoc autem à Carolo Martello An. 725. expulso, Alemanniaque in potestatem suam redacta, (*i*) *Theobaldus*, Godefridi filius (*k*) & post eum *Lantfridus II.* qui anno 751. è vita excessit, (*l*) It. *Gunzo*, Dux ex provinciis Augustensi & Retia dictus (*m*) & denique defuncto anno 768. Rege Pipino, *Gotafrid seu Godefridus II.* ex testimonio laudati Theodori C. 31. Dux in Regimine Alemannorum, applicatis lateri ipsius *Warino & Rudhardo* Comitibus, qui isthoc ævo, Caroli M. scilicet, totius quasi Alemanniæ curam administrabant. (*n*) In Pistorii Chronica Constantiensi de vita Sidonii Episcopi p. 630. vocantur etiam Principes, & à Vadiano Duces Alamanniæ. Sed nuntii erant Cameræ, uti appellat Walafridus (*o*) qui Alamanniam ab Imperatore missi administrabant, eorumque cum Ducibus æquata habebatur potestas. (*p*) De *Hildebrando* autem Duce vel Comite nulla penitus extat memoria.

(*f*) Ad an. 772. de Gest. Lud. Pii Cap. II. apud Pithœum p. 296.

(*g*) Ad dict. an. & apud eund. p. 389.

(*h*) In Jur. Publ. Lib. I. Tit. XXI. p. 298. No. 15.

(*i*) Teste Sigeb. Gembiac. & Alb. Monacho trium font. ad an. 725. vid. etiam Chronographus Saxo ad an. 727. & H. Contractus ad an. 730.

(*k*) Annal. Pithæan. ad an. 742. & Sigeb. Gemblac. ad an. 745.

(*l*) H. Contractus ad d. an.

(*m*) Ap. Theod. Eremit. in vita S. Magni. C. 25.

(*n*) Alleg. Theodorus & Ermenricus Ellvvang. ap. Goldast. T. I. Rer. Alam. P. II. p. 201. seq. & Walafrid. Strabo ap. eund. P. I. p. 168. & p. 178.

(*o*) Cap. 4. de vita Othmari.

(*p*) Goldast. in not. ad Radpert. de Cas. S. Galli p. 105. Du Fresne in Glossario Voc. Camerarii. p. 703.

§. XIII.

Sed fingamus, Hildebrandum quendam Ducem Sueviæ & Hildegardis patrem fuisse, testata tamen res est, Duces ac Comites Provincias à Regibus sibi

fibi commiſſas nec ſub Merovingis nec ſub Carolingis proprio vel hæreditario jure tenuiſſe, ſed easdem nomine ſaltem regio veluti Rectores & Judices Provinciales adminiſtraſſe, unde ſponte ſua ſequitur, penes ipſos non fuiſſe, integras Provincias, Comitatus, Dynaſtias, Caſtra & oppida vel libetis ſuis aut poſteris vel Eccleſiis aliisque locis piis mancipandi. *Illa enim ætate*, inquit Vadianus (*q*) *& Duces & Comites non ſui juris, ſed Regum & Imperatorum officiarii & veluti miniſtri erant;* Dann ob ſie ſchon etwann/ ut ſcribit B. Heiderus (*r*) von ihren Eltern und Vorfahren her oder noviter aigenthümliche Landgüter beſeſſen / die ſie entweder durch Heurath/ Kauff/ Vergabung der alten Könige / oder in andere wege propria conquiſitione bekommen/ und zu beſſern unterhalt ihres ſtandts/ auch zu Stifftungen gebraucht und angewendet / ſo ſind es doch gemeiniglich nicht Städtlein/ Märkt oder ganze Aemter / welche zu den Graffſchafften gehörig/ ſondern allein Particular-Güter/ auch meiſtens von ſolchen Graffſchafften nicht eximirt/ oder mit ſonderbarer Jurisdiction begabt geweſen ꝛc. Ideo ne quidem præſumendum, Hildegardem in bonis ſuis maternis & allodialibus integros Comitatus, pagos oppida & Caſtra habuiſſe, in proprium jus monaſterii Campid. prout tenor prætenſi diplomatis tenet, transferenda; cum nulla Eccleſia ſeu Abbatia ex iſthoc ævo jactare vel probare ſibi præſumat, ab ipſis quoque Regibus Francorum integras provincias ac gouas cum pleno jure & omnimoda juriſdictione ac dominio eò donata vel fundata eſſe. *Donarunt quidem*, tradente Vadiano, (*s*) *Reges, ſed perparcè, nec conſtat, vel Pipinum vel Carolum vel Ludovicum Pium quicquam donaſſe tribuiſſeve Cœnobio S. Galli præter diplomata quædam immunitatum, adverſus Nobilium & Epiſcoporum ſupinitatem impetrata.* Propterea in pleriſque quotquot proſtant etiam Epiſcopalium Eccleſiarum privilegiis ac chartis alias donationes Regias vix deprehendimus, quam de prædiis ſolaribus, locis, agris, ſylvis, aquis, mancipiis, in alimoniam Epiſcoporum, Eccleſiarum & ſacrorum Conventuum deſtinatis, aliisque poſſeſſionibus & immunitatibus particularibus ipſis conceſſis. Lapſis demum Francorum rebus i. e. poſt Arnulphum & filium ejus Ludovicum, ita largæ factæ ſunt Principum donationes, ut oppida etiam & vici Epiſcopis concederentur, & Ducatus quoque permitterentur. (*t*) Ideoque in ipſis Literis confirmatoriis, à Pontifice Adriano ſuper diplomate fundationis Cœnobii Campid. prætenſe exaratis, & antehac coram Commiſſione Cæſ. in vernacula exhibitis, nec de Comitatibus, nec dynaſtiis, nec vicis & pagis, nec Caſtris & oppidis, ulla fit mentio, ſed ſolummodo von deſſen Hueben/ Hüſern/ Hoffraitin/ Peünden/ Gründen/ Ertrichen/ Wiſen/ Wayden/ Waſſern/ Waſſerflüſſen/ Fiſchenzen/ Mülinen/ Gebürgen im Wege und Uswege/ varenden und liegenden/ und auch des Gotshuslüten/ jedwederes Geſchlechts/ Frauen und Mannen ꝛc. Extra omnem enim dubitationis aleam poſitum ex adductis *Ill. de Cocceji* (*u*) in cauſa ſimili Abbatiæ Principalis Eſſendienſis contra Civitatem Eſſendiam, partes olim Epiſcoporum, Abbatum & Abbatiſſarum non fuiſſe in dominatione provinciarum & urbium, ſed potius in adminiſtratione rerum divinarum & Eccleſiaſticarum, inſtructione & educatione juventutis utriusque ſexus, & vel maxime in cura religionis & pietatis. Cujus rei non ſolum indicio ſunt certiſſimo ſtatuta & Capitularia ſub imperio Regum Carolingorum promulgata, nec non Comitia iſthoc ævo habita, utpote Turonenſe, Moguntiacenſe, &c. & ipſa quoque hiſtoria Eccleſiaſtica, ſed etiam firmiſſimis argumentis uſum hunc comprobant Hiſtorici probatiſſimi. (*x*) Ex hac ipſa cauſa Abbas Cœnobii Campid. ejusque Conventus, qui teſte Bulla Pontificis Nicolai V. tunc temporis ſex monachorum numerum haud excedebat, Seculo demum XV. acerrima & diuturna contentione cum Civitate de erigenda propria Schola decertarunt, quæ

tan-

tandem vi specialis privilegii à præfato Pontifice maximo anno 1449. ab Imperatore Friderico III. quoque anno 1462. & à Nuntio Papali Rudolpho an. 1464. desuper impetrati sopita.

(q) De Colleg. Monast. Germ. fol 83. vid. quoque Lehman. in Chron. Spirensi L. II. C. 16.

(r) In Actis Lindav. p. 212. (s) d. l. Lib. II.

(t) Vadian. d. l. fol. 94. in pr. Heider d. l. p. 554. & seqq.

(u) Cons. XX. Deduct. Cons. & Resp. in Causis illustr. No. 21.

(x) Lehmann. cit. loc. L. II. C. 15. 31. 32. & Lib. III. 5. 6. & 8. Vadian. d. l. Lib. I. & passim, ibique Schobinger. in Addit. Hert. in Notitia Vet. Franc. Regni Cap. III. §. 34. &c.

§. XIV.

Omnem quidem lapidem movebant Antistites Campidonenses, ex instrumento quodam Chorographico, coram Commissione Cæs. anno 1489. primum in lucem prolato, de limitibus districtus Cœnobialis, tam largam istam donationem integri Comitatus, quam summum principatum ac dominium in urbem Campidonam, limitibus hisce inclusam, docendi evincendique, utpote quo Cæsarem Ottonem II. testatum esse dicebant, Comites ac Missos Regios jussu Ludovici Pii Imperatoris marcham Campidonensem in Algoia, Hilargouia & Augustgouia interequitando investigasse, desuperque primoribus ac senioribus populi sacramento obstrictis, marcham istam non à prædicto solum Imperatore Ludovico Pio in palatio regio apud Regenunto & in Conventu Primatum Francicorum, Bavaricorum & Alemannicorum denuò adjudicatam Cœnobio, verum etiam ab ipso Ottone hanc limitum descriptionem recognitam, renovatam, subscriptam & confirmatam esse, in verbis transsumti germanici: von Hannenfurt biß zum Reginsfluch / und von dannen zum hellenden Wege / von dannen in die Ysinner Wasser / von dannen in die Oeschach und Lautrach / wo sie in die Jler geht / von dannen auf den hochen Rain in dem Sedelbrunnen bey Wolffardt Schwendi / von dannen in den Brunnen zu Behen / von dannen in Mündel Ursprung / von dannen in die Wertach / von dannen in die Geltnach oder Gennach aufwärts / und von dannen in die Rottach / wo sie in die Jler geht. Hocce verò Instrumentum Ottonianum pro conditione Seculi è vestigio quidem contradictum, hac verò Eruditorum ætate, indicante subjuncta Censura, γεωμετρικῶς refutatum, ut cum Homero cœcus sit, qui falsitatem ejus non animadvertat, & quod ex eadem officina & seculo maxime sit barbaro, adeoque ejusdem commatis, quo diploma Carolinum, indeque contra Civitatem Campidonam non minus ac alia in hoc districtu Guelphis, Veringensibus, Montforticis, Rothensaniis aliisque Comitibus & Dynastis olim subjecta oppida ac loca, sumendum esse argumentum.

§. XV.

Nullo autem plane fundamento nequidem ulla verisimilitudinis specie nititur assertum seu narratio Cœnobialis, Reginam Hildegardim integros Comitatus cum Civitate Campid. plenoque dominio mancipasse monasterio, & tam largam inusitatamque largitionem confirmatam esse à Carolo M. & Ludovico Pio, de eo majus testimonium afferri haud potest, quam Constitutum modo

dicti Imperatoris de anno 877. (*y*) quo Cœnobiorum Imperii in tres Classes divisio est facta, in primam nempe, ut Regi nonnulla dona & militiam, in secundam, ut sola dona fine militia, in tertiam, ut nec dona nec militiam sed solas orationes debeant, pro salute Imperatoris vel filiorum ejus ac stabilitate Imperii &c. monasterio autem Campidonensi nominatim ob paupertatis rationem ultima assignata est Classis, & ipsa quoque Constitutio à Ludovico Pio anno demum Imperii XXI. vi specialis privilegii ac præcepti eidem concessi (*z*) confirmata, in verbis: *ut nemo à prædicto monasterio Campidona propter hoc, quod rebus pauperrimum est, aut dona annualia, aut aliquid operationis, aut alia qualibet servitia ad partem publicam servientia, nisi quæ sponte & voluntariè obtulerit, requirere aut exactare præsumat, & ut ab omni hostili expeditione facienda liberum sit, quo monachi & servi Dei inibi quiete degentes regularis vitæ observantiam indefesse providere, & propensius Dei misericordiam pro nobis, conjuge prolequé ac communi populo exorare voleant &c.*

(*y*) Ap. Coint. ad dict. an. Du Chesne T. II. p. 313. & Mabill. in Annal. Benedict. Tom. II. p. 437.

(*z*) Quod exhibet Rassler. in vindicat. pro diplomate Lindav. in Append. p. 269.

§. XVI.

Hinc etiam sequiori adhuc ævo non nisi monachi ac fratres de Campidona, vel de monasterio Campidonensi, sunt appellati, (*a*) deque eorum amplitudine & potentia Sec. XI. XII. & XIII. tanta opinio & existimatio nondum invaluit, quæ Imperatores impedivisset, quo minus administrationem ejus in manus alienas commisissent. Anno quippè 1026. Ernestus Dux Sueviæ ab Imperatore Conrado II. Abbatiam Campidonensem (de Comitatu Campid. tunc temporis nil quicquam constabat) ob præstita servitia militaria in feudum ac beneficium accepit, teste Wippone, (*b*) qui: *Ernestus Dux Alemanniæ Campidonensem Abbatiam in beneficium accepit à Rege Conrado, suisque militibus distribuit;* (*c*) Anno 1050. Episcopus Gebhardus Ratisponensis eandem obtinuit ab Imperatore Heinrico III. (*d*) & anno 1063. Rudolphus Dux Sueviæ ab Imperatore Henrico IV. vel potius ejus Administris, Episcopo Bremensi Adelberto & Comite Wernhero, qui improbe usi ætate Imperatoris pupillari Imperium tunc temporis agitabant. (*e*) Adhuc exeunte Seculo XIII. sub Imperio Rudolphi Habsburgici Cœnobium Campid. administrationem patiebatur secularem sub Rudolpho quodam, qui nominabatur *Gubernatur monasterii Campid.* Imperialis Aulæ Cancellarius, uti patet ex diplomate à modo dicto Imperatore anno 1274. Rotenburgæ dato, aliisque instrumentis publicis. Unde facile intellectu est, Cœnobium Campid. nec ævo Carolingorum, nec Saxonicorum nec subsequentium Imperatorum ad tantum fastigium nondum excrevisse, nec tam amplis ditionibus ac dynastiis præditum & ditatum fuisse, sed successu demum temporis partim extinctione familiarum nobilium, partim liberalitate, devotione & oblatione feudorum, maximam vero partem nova conquisitione incrementa sua obtinuisse.

(*a*) Vid. Iso, Magister S. Galli, de miraculis S. Othmari, Lib. II, C. 2. ap. Goldast. Script. rer. Alem. & Catalogus Fraternitatum Alamannic. Eccles vet. ap. eund. T. II. p. 140. & 144.

(*b*) In vita Conradi Salici. ap. Struv. Tom. III. p. 471.

(*c*) Ut addit H. Contractus ad an. 1026. edit. Canis.

(*d*) H.

(d) H. Contractus ad dict. annum, ubi: *Abbatia Campidonensis beneficii loco ab Imperatore Heinrico Episcopo Ratisponensi Gebehardo* (Edit. Canis. Ratigeberhardo) *data est.*

(e) Teste Lamberto Schaffnab. ad dict. annum, apud Struv. T. I. p. 331. ibi: *anno 1063. sub Henrico IV. ab Adalberto Episcopo Bremensi & Comite Werenber Rudolpho Duci Suevorum Abbatia in Kembeten in beneficium data;* hac addita ratione, *quod nil minus Regem in Abbates juris ac potestatis habere quam in villicos suos vel in alios quoslibet Regalis Fisci dispensatores credebatur.*

§. XVII.

Quamdiu ergo Abbatia Campid. non jactando saltem sed demonstrando & ope authenticorum fideque dignorum documentorum non probabit, Civitatem Campidonensem, utpote Seculo VII. & VIII. sub nomine oppidi vel Castri haud incognitam, ab Hildegarde Regina vel quocunque alio cum pleno jure Monasterio donatam vel mancipatam esse, eousque præsumtio libertatis & immedietatis pro eadem firma stat talo, indeque jactatum dominium & subjectio nil nisi suavia sunt somnia; Quemadmodum enim oppida, villæ, castra, aliæque communitates Germaniæ cis- & trans Rhenanæ, ut probe judicat *L. B. de Lyncker* in pari causa Civitatis Lemgov. (f) ævo Carolingico Regibus & Imperatoribus immediate subjectæ, curæ & administrationi Præfectorum ac Comitum demandatæ, ideoque non quidem pro liberis & exemtis Imperii Civitatibus habitæ, neque tamen sub ditione ac potestate Comitum, Episcoporum, Abbatum, aliorumque, sed sub imperio Cæsarum, adeoque quoad administrationem mediatæ quidem, quoad imperii vero rationem ac nexum Imperiales & immediatæ fuerunt; Ita etiam singulæ ejusmodi Civitates vetustæ ex serie historiarum Germaniæ præsumtionem libertatis pro se habent, probandique onus in eos rejiciunt, qui statum earum primogenium & jura immediatatis in quæstionem disceptationemque vocare præsumunt. Quibus etiam suffragatur celeberrimus Ictus *L. B. de Cocceji* (g) in verbis: daß gleichwie zu der Zeit / da die Carolinger regieret / im gantzen Reich keine einzige mittelbahre oder Fürsten-Stadt / sondern dazumahlen alle Städte samt denen Publiquen nutzungen des Reichs und des Königs gewesen / massen jederman weißt / daß unter den Carolingern alle Grafen / Freyherren / Aebte / Bischöffe ꝛc. blosse Beambten und nichts als nahmen eines weltlich- oder geistlichen Amts gewesen / die NB. keine eigene Städte / regalien oder gewalt gehabt / sondern bloß wie die heutige Beambten eines Fürstens alles in des Königs nahmen verwesen / und in dessen Cammer die Einkommen liffern müssen. *Lehman. in Chron. Spir. L. II. C. 12. Conring Exercit. Acad. III. per tot.* Also auch eine jede solche Stadt in ihrer originaria immedietate vestiglich sich gründen könne / bis beedes exemptio & justa exemtionis causa bewiesen / gestalten mutatio nicht præsumiret wird / sed qui mutatum quid dicit, probare id debet. Und seye zumahlen ein jedes bey seinem Origine und anfänglich gehabten Recht so lange zu lassen / bis völlig beygebracht / durch was Mittel und auf was Weise primigenius status rei aufgehoben / und eine Stadt ihres Originis und ursprünglichen status entsetzet seye / cum persona, res, Civitas &c. in statu primitivo tam diu duret, donec eo rite & jure privatam esse doceatur.

(f) Respons. 55. Vol. I. num. 82. & seqq.

(g) Alleg. Conf. XX. in Caus. illustr. num. 14. & 81.

§. XVIII.

§. XVIII.

Inficiandum equidem non est, Abbates Campidonenses insecutis temporibus turbulentissimis varia jura & Regalia in Civitate istius nominis Imperiali acquisivisse, de quibus æque ac de alluvione fluminis cum Jurisconsulto Cajo in L. 7. §. 1. ff. *de acquir. rer. dom.* statuendum: *quod nempe fit incrementum latens, paulatim prædiis accedens, motu fluminis, ut intelligere vix possimus, quantum quoquo tempore adjiciatur &c.* Primum certè nullo alio quam titulo administratorio & precario, postmodum autem per varias transactiones, quibus Cœnobio utile retentum Civitati vero damnosum datum plerumque obtigit, de quo Pronuntiatum Cæs. de anno 1488. testimonium luculentissimum omnique exceptione majus perhibet, utpote quo Imperator Fridericus III. Campidonæ tunc præsens, præviaque solerti investigatione jurium cœnobialium, in diplomate speciali desuper benignissime concesso, ipsemet testatur: „Was massen Burgermeister und Rath Jhro und des Heil. Reichs „Stadt Kempten aus NB. Einfalt und Verführung der Unterthädinger „und Spruchleuthen / so verschinener Zeiten zwischen Jhnen und den Aebten daselbst gehandelt / und getädiget haben / des Raths und anderer „Aemter bey Jhnen zu setzen und zu entsetzen / auch der hochen und nidern „Gericht / Frevel und anderen Obrigkeit / Herrlichkeit und Gerechtigkeit „halber daselbst in etliche Verträge gegangen / NB. das dero Vorfahren „am Reich nicht gestattet haben solten / indeme Sie / die Stadt Kempten / durch dergleichen unziemliche Verträge / wo durch Kayserl. Mayest. „darein nicht gesehen würde / leichtlichen von Jhnen und dem Heil. Reich „in andere frembde Hände fallen und kommen mögen ꝛc. Quod autem Abbates totalem ulla unquam ætate subjectionem & dominium in Civitatem impetrarint, Civesque Campidonenses mancipio ipsis adeo dati fuerint, ut de iis dici potuisset, wann die Bauren im Feld / kein Burger zu Haus seye / veluti ante paucos adhuc annos in Aula Cæs. & in publicis Imperii Comitiis ὑπερβολικῶς disseminatum, nulla plane veritate historica nititur, & non nisi ex Bruschii ejusque Epitomatorum narrationibus fabulosis mutuatum est.

§. XIX.

Sed fingamus, Abbates Campidonenses stirpe Carolidâ extinctâ in locum ac munus veterum Ducum vel Comitum in Suevia successisse, ideoque Regalia & jura eminentiora sub nomine ac schemate Regum & Imperatorum vicario in Civitate Campidona administrasse (cum dubium forsan nullum sit, ævo Ottoniano non Episcopis solum aliisque Principibus Ecclesiasticis varia jura, libertates ac privilegia in Civitatibus Imperialibus tributa, sed etiam ipsa monasteria, uti probatum sup. vicissim Ducibus & Comitibus titulo feudali & administratorio concessa esse, quamvis de Civitate Campidonensi ne vestigium quidem ejusmodi concessionis Regiæ ex omni ævo reliquum sit) Nulla tamen inde valet consequentia, Campidonam ex Civitate Imperii immediata in municipium Cœnobii vicini esse transformatam. Advocatia quippe vel Præfectura est tantum rei vel causæ à Superiore mandatæ vel permissæ administratio. (*b*) Zum wenigsten / scribit Heiderus (*i*) ist unter solchen und dergleichen Vergabungen keine Reichs-Stadt mit hingegeben / oder je nicht dergestalt projicirt / und verschleibert worden / daß sie den Bistümben und Stifften absolute, allerdings oder durchaus incorporirt oder einverleibet / sondern allein etwan mit gewisser maß zugehören / im übrigen aber nichts destoweniger bey dem Reich verbleiben sollen / h. e. daß die Bistümber und Stiff-

Stiffter allein die Vogtey und andere gewisse Regalia in des Reichs-Städten precario, nutznießlich / pfandweiß / oder auch in andere widerrufliche maß haben / das Eigenthum aber derselben dem Reich / und die Regierung darinn der Obrigkeit jedes Orths / wie herkommen / vorbehalten seyn solle ꝛc. Unde est, quod in Constitutione pragmatica Friderici Imperatoris de Pace cum quibusdam Civitatibus Constantiæ facta expressis verbis sancitum: *Episcopos in Civitatibus Comitatuum & jus constituendi investiendique Consules habere quidem posse, cæterum Civitati nihilominus competere Regalia, veteresque consuetudines Imperii, quibus ab antiquo usa est.* Dazumahlen weder vermuthlich noch glaublich / ita asserente & probante prælaudato *Heidero in dicta Apologia p. 31. 32.* daß die Sächsischen oder Schwäbischen Kayser jemahls zu Sinn oder Hertzen genommen haben werden / die eine Grundvestin oder Saul der Reichs-Städte allerdings auszugraben / und auf die Herren Bischöffe oder Aebte zu versetzen.

(b) Wehner. Observat. practic. voc. Vogtey. Höpping. Differt. de jure Protectionis. Concl. 15. lit. e.

(i) In Apologia Advocatiæ Imp. Monito prælim. IV. p. 22.

§. XX.

Fingamus quoque, Abbates jura ac libertates, quas olim in Civitate Campidona vel modo precario vel administratorio obtinuerant, injuria temporum & per varios casus in vim proprietatis & dominii, vel etiam sub titulo feudali sibi mancipasse, attamen non nisi jura particularia nec tanti momenti fuère, ut immedietati & originariæ qualitati Civitatis Imperialis contrariari, eoque ipso dominium universale cum omnimoda & suprema jurisdictione, ac potestate in ipsam Civitatem Abbates acquisivisse gloriari potuerint, quandoquidem dominium seu status Civitatum Imperialium plura alia requisita ac jura exigit, quam quæ antehac in usu & exercitio habuerint. Hinc præscriptis licet quibusdam regalibus, jura superioritatis seu supremæ jurisdictionis præscripta non censentur, nec probato aliquo actu superioritatis, de cœteris omnibus statim est concludendum, sed ejusmodi jura atque regalia alteri Statui tantum competunt instar servitutis, salvo semper manente dominio universali, Statui possidenti competente. (k) Siquidem Superioritas supremumque dominium in Civitatem varios complectitur actus, qui semper facti sunt, & ab uno ad alium nulla valet consequentia, cum quælibet jura, quæ contra primævam Civitatis originem venditantur, specialiter probari debent. (l) Exempla Civitatum Basileæ, Augustæ Vindelic. Constantiæ, aliarumque sunt in promtu, & ab Heidero in sæpius dicta Apologia abundanter probatum, quod nulla habita ratione jurium ac Regalium particularium, quibus olim potiti sunt Episcopi, memoratas Civitates immediata Imperii membra & sub tutela ac protectione Cæsarea permanserint. Inprimis vicina Civitas Imperialis Isna argumento luculentissimo esse potest, quæ anno 1365. libertate IX M. librarum Hallensium ab Ottone Truchsessio Waldburgico redemta, ab Imperatore Carolo IV. eodem adhuc anno, teste Bulla Cæs. in Originali adhuc extante, in des Heil. Röm. Reichs Schutz und Schirm / ut verba habent, aufgenommen / und in die Gemeinschafft und Genuß aller Rechten und Freyheiten wie andere des Reichs Städte gesetzet worden / non attentis præcipuis juribus ac Regalibus, quæ Truchsessius improlis sibi reservavit, & cum morte demum dereliquit, nempe die Verleihung des Stadtammann Amts / Besetz- und Beaydigung des Raths / Begnadigungs-Recht / jährliche Steur / Zwing und Bänn

von allen Gefällen ꝛc. Unde satis superque apparet, ejusmodi à Statu vicino acquisita jura, vel longo saltem usu obtenta, libertati ac immediatati Civitatum Imperialium haud adeo repugnantia vel contraria esse, ut inde qualecunque subjectionis universalis argumentum arripiendum, vel antiquissima Imperii Civitas, ejusque incolæ qua Bauren / Leibeigene und Scharwercker criminandi sint.

(k) Besold. Cons. 298. Tom. VI. Lehman. in Act. Relig. L. III. C. 49. ubi addit, sic in Civitatibus Imperio immediate addictis, Episcopi vicinique Principes multa jura habent, quæ tamen subjectionem importare non censentur, allegando Consilium in causa der Stadt Fridberg contra ihren Burggrafen.

(l) De Cocceji dict. Cons. XX. num. 81.

§. XXI.

Hujus vero erroris, qui antehac omnes fere Authores tenuit, haud dubie causa & origo fuerat Contractus ille, cum Abbate Campid. anno 1525. de omnibus ac singulis juribus, in & extra Civitatem prætense possessis, cum consensu Imperatoris Caroli V. & Pontificis Clementis VII. celebratus, utpote qui inde facile credebant, annalibusque suis mandabant, Civitatem Campidonam antehac sub omnimoda Abbatum jurisdictione fuisse, & anno demum prædicto autonomiam, ordinem ac dignitatem imperialem obtinuisse, quamvis ex ipsis Actis Imperii publicis constiterit, Civitatem hanc jam à temporibus antiquissimis non solum Conventibus ac Confœderationibus Statuum Imperii æque ac aliæ Lib. S. R. I. Civitates interfuisse, exempli gratia, Fœderi an. 1353. Ulmæ inter Eberhardum Comitem Würtembergiæ ac Civitates Suevicas sancito. (m) Magno item fœderi Civitatum Suevicarum anno 1356. (n) & anno 1377. Constantiæ inito. (o) Fœderi quoque inter Comites Palatinos Rheni, Margravios Badenses & Civitates Sueviæ dd. Baden am Sand. an. 1379. (p) Fœderi Civitates inter Suevicas & Societates vom Löwen / St. Wilhelm & S. Georgii de an. 1382. (q) Magnæ Confœderationi Civitatum Imperialium Rhenan. & Suevic. Spiræ anno 1381. Item dem grossen Bundt der Städte Constantiæ 1385. Similiter Electores inter & Civitates Imperiales, Mergentheimi 1387. & inter LXX. Civitates Rheni, Sueviæ, Bavariæ & Franconiæ. (r) Inter Eberhardum Comitem Würtemb. & Civitates nonnullas Sueviæ an. 1397. Eodem anno cum Duce Leopoldo Austriæ (s) & an. 1400. cum Everhardo dicto Comite Würtemb. (t) Anno 1443. cum Ludovico Comite Palatino. (u) Confœderationi denique communi Civitatum Imperialium in Suevia anno 1446. (x) magnoque Fœderi Suevico ab anno 1488. (y) Sed etiam cum aliis Imperii Statibus ad Comitia tam universalia quam Circularia vocatam, Alboque Imperiali una cum speciali ac separato quanto Matriculari subinde adscriptam fuisse; e. g. anno 1431. in prima, quæ constat, Matricula contra Hussitas in Bohemia (z) Anno 1452. in expeditione Romana Imperatoris Friderici III. cujus ipsimet Civitatis Campid. milites comites erant. (a) Anno 1460. 1466. & 1467. pro communi Imperii subsidio contra Turcas, & quidem Civitas mit 6. Mann zu Pferdt & 12. zu Fuß. (b) Iterumque anno 1471. pro expeditione contra Turcas 4. zu Pferdt und 8. zu Fuß / Cœnobium autem 2. zu Pferdt & 4. zu Fuß. Anno 1480. in Matricula Imperii Norimbergæ sancita 6. zu Pferdt und 12. zu Fuß. (c) Anno 1486. & 1487. Francofurti & Norimbergæ conscripta, quibus ratæ Statuum portiones pecunia æstimatæ, Civitatique æque ac Cœnobio Campid. mille in priori, & in poste-

posteriori quinque centum floreni definiebantur. Anno 1489. Francofurti 6. Mann zu Pferdt und 24. zu Fuß / Cœnobium vero 4. zu Roß und 24. zu Fuß. (d) Et paulo ante dictum Contractum celebratissimum in famosa Matricula Wormatiensi de anno 1521. 3. Mann zu Pferdt & 36. zu Fuß / seu juxta æstimationem 160. floren. Cœnobium autem 5. zu Pferdt & 18. zu Fuß / sive 132. floren. Ecquonam modo hæc quanta matricularia (Reichs-Anschlag) conveniunt vel comparari possunt cum prætenso dominio in Civitatem Campidonensem? quæ tamen satis superque evincunt, illam ipsam ævo anteriori in Æstimio Imperii ejusdem si non majoris considerationis & valoris fuisse quam Cœnobium. Nec animo concipi poterit, Abbates ex capite avulsorum moderationem vel imminutionem Matricularem nullo unquam tempore appetivisse, si verum sit, ipsos dominium supremum, quod olim habuisse jactitant, vel ad minimum tanti ponderis immedietatique Civitatis admodum contraria jura amisisse, cum potius ex Actis Imperii constet, Monasterii hujus Imperialis pedem matricularem an. 1545. ad 6. zu Pferdt & 20. zu Fuß augmentatum esse.

(m) Albert. Argent. in Chronico ad d. a. ap. Urstis. p. 159.

(n) Datt. de Pace publ. L. I. C. 5. num. 38.

(o) Bucelin. in Chronolog. Constant. ad d. a.

(p) Datt. d. l. Lib. I. C. 6. num. 40.

(q) Id. eod. loc. L. I. C. 7. num. 19.

(r) Lehmann. in Chronic. Spirens. Lib. VII. C. 66. 67. 68. 69.

(s) Datt. C. IX. n. 46. & C. XII. n. 10. (t) Id. ibid. n. 12.

(u) Wencker de Pfalburgeris. supplem. ad §. 40. p. 189.

(x) Id. in Collect. Jur. Publ. pag. 189.

(y) Datt. d. l. Lib. II. C. 8.

(z) Id. ibid. L. I. C. 24. & in Act. Brunsvic.

(a) Wencker. d. l. P. III. pag. 27.

(b) Schilter. Inst. Jur. Publ. in Append. p. 67. 108. 143. 222. 224. 234. & in alleg. Actis Brunsvic.

(c) Vid. Acta Brunsvic. (d) Lehmann. d. l. Lib. VIII. C. 112. & seqq.

§. XXII.

Planius hæc omnia faciunt, & apertissime demonstrant falsitatem traditionis ab Assentatoribus Cœnobialibus fictæ, documenta ac privilegia Cæs. jam maximam partem publici juris facta, ex quibus certo & indubitato apparet, libertatem ac immedietatem Civium Campidonensium à seculis servatam à Cæsare & Imperio repetita multoties sufficienti causæ cognitione confirmatam, & contra quævis attentata & violentias potentissime munitam esse. Jam inde ab anno 1289. Imperator Rudolphus Habsburgicus post infelicia & sine dubio Civitati Campidonæ peniciosissima Inter Regni tempora vigore specialis diplomatis Cæs. non solum semet ipsum legitimum oppidi Campid. Advocatum professus, haud dubitavit asserere, jus Advocatiæ in Civitatem Campid. nulli alii competere quam Cæsari & Imperio, verum etiam sancivit, quod Cives à quoquam Abbatis seu Ecclesiæ Campid. causa nec impeti aut impignorari, nec ullo alio

alio modo gravari debeant. Hoc præceptum Regium anno 1304. ab Alberto I. posteaque anno 1354. à Carolo IV. ipsissimis formalibus renovatum & sub pœna X. marcarum auri confirmatum est. Ipsemet Abbas Henricus ejusque Conventus anno 1347. litteris reversalibus desuper datis fidem suam obligarunt, daß sie um all weltliche Sachen vor dem Amman in der Stadt recht nehmen/ und keinen Vogt über das Gottshauß noch auf die Burg zu Kempten (quæ hac ætate sub potestate Abbatis erat) sezen noch nehmen/ ohne Vorwissen und Willen der Stadt/ auch dieselbe an den Bündnüssen/ so sie mit andern Reichs-Städten gemacht/ nicht hindern / sondern sie vielmehr selbsten mit Leib und Gut zu schirmen helffen wollen. Falsum ergo & à veritate plane alienum, quod nuperrime pro certo venditatum est, post mortem demum Conradini ultimi Sueviæ Ducis, Abbate vel connivente vel negligente, Civitatem Campidonam libertatem Imperialem obtinuisse. Anno 1348. confirmavit Carolus IV. ejusque vicarius in terris Germanicis Rupertus Senior Comes Palatinus & Dux Bavariæ anno 1354. quævis privilegia jura ac libertates, annexa speciali gratia: daß sie zu ewigen Zeiten nicht versetzet/ verkaufft noch verkümmert werden/ sondern vielmehr befugt seyn solle/ sich selbsten und mit Hülffe anderer Städte bey ihren Rechten und Freyheiten/ ohne Verantwortung bey dem Reich/ zu schützen. Exortis inde diffidiis, impugnataque libertate ac immedietate Civitatis sub prætextu instrumenti, à multis vasallis ac vicinis nobilibus anno subsequenti obrepti, quo jura sublimia cum dominio ac superioritate in Civitatem sunt attestati, prævia causæ investigatione ab Imperarore Carolo in pleno consilio Electorum ac Principum Imperii pronuntiatum: daß die Stadt dem Kayser und Heil. Reich zugehören/ und von selbiger die Steuer von Reichs wegen niemand anders dann dem Römischen Kayser gegeben werden solle ꝛc. Et quamvis hisce non attentis Cœnobio ansa & occasio obvenerit, in anno 1361. per reticentiam veri & suggestionem falsi inducendi Cæsarem ad decernendum mandatum contra Civitatem, in eam sententiam: alldieweilen dem Stifft nach Unterweisung aller Churfürsten/ Geist- und Weltlichen/ die Eigenschafft der Burg und Stadt Kempten/ und an selbiges wider gewiesen worden seye/ daß sie dem Abt und seinen Nachkommen schwören/ hulden/ warten/ gehorsam und unterthänig seyn solle/ als andere Burger ihrem erblichen Herrn zu dienen schuldig seynd/ und daß die Aebte die Vogtey und das Vogtrecht in der Stadt haben/ besitzen und niessen sollen in Pfandts-weiß ꝛc. Fraude tamen è vestigio detectâ, præceptum Cæs. illico revocatum, Civitasque speciali Bulla aurea (quæ Pragæ VII. Idus mensis Julii ejusdem anni typarioque Cæs. Majestatis impresso data, in autographo & Archivo Campidonæ adhuc hodienum asservatur) munita est, vi cujus non per errorem & improvide, ut modo antea factum, sed repetita sufficientissima causæ cognitione & de certa quoque scientia ac plenitudine potestatis Imperatoriæ, concordibus Electorum ac Principum Imperii votis declaratum, definitum & decisum est: daß die Stadt Kempten cum Advocatia & steura je und allezeit zum Reich gehöret habe/ auch wie andere Reichs-Städte in Schwaben ohne jemands Hindernuß dabey erhalten/ geschützet und gehandhabet werden solle/ bey Straff 100. Marck löthigen Golds. Quo facto Abbas Fridericus ejusque primarii Conventuales & officiales sub fide sacramenti per Deum omnesque Sanctos asseverarunt, prædictas literas Nobilium testimoniales de anno 1355. Cæsareamque desuper impetratam confirmationem nullam penitus & irritam, nec in præjudicium Civitatis Campid. ejusque posterorum ullo unquam tempore producendam vel allegandam esse. (*e*) Imperator quoque Carolus ejusque filius & successor Wenceslaus anno 1370. novas iteratasque literas confirmatorias &

asse-

assecuratorias largiti sunt, sie wider alle diejenige zu beschützen und zu beschürmen / welche ihre Rechte / Freyheiten und Gewohnheiten auf einige Weis anfechten / oder mit Gewalt bekräncken würden 2c. Id quod in literis Wenceslai anno 1377. nonnullis Civitatibus Imperialibus, interque eas nominetenus Civitati Campidonensi concessis, de novo repetitum & confirmatum est. (f)

(e) Teste Protocollo Comiss. de anno 1489. p. 350. & 529.

(f) Quod privilegium refert Knipschild. de Civit. Imp. Lib. III. C. XII. n. 55.

§. XXIII.

Privilegiis hisce & Enuntiatis Cæs. assecurationibus quoque & pactionibus sanctissimis instructi, desuperque anno 1379. cum Abbate Henrico ejusque Conventualibus solemni & perpetuo fœdere inito, alljährlich einander zu schwören / den Bundt / alle die Brieff und Rechten / so sie gegen einander haben / getreulich zu halten / subnixi Cives Campidonenses, spe quidem & fiducia maxima securitatis & quietis publicæ conservandæ tenebantur, infecutis tamen temporibus turbulentis tot tantisque injuriis & calamitatibus de novo lacessiti, procul dubio fatis succubuissent, si non tam mascula virtute & constantia de libertate sua contendissent; Licet nihilo secius ex ea tempestate multiplicibus transactionibus, vi metuque extortis, anno nempe 1409. 1410. 1414. 1416. 1417. 1421. 1431. 1432. 1433. &c. varia jura & onera in maximum præjudicium ac detrimentum Imperii à Cœnobialibus Civitati avulsa & imposita sint, usque adeo, ut vicinis in proverbii consuetudinem venierit: hab dir der Kempter Unglück. (g) Civesque tandem extrema necessitate coacti auxilium Cæsaris ejusque protectionem specialem ac tutelam potentissimam implorarent, decretisque processibus appellationis una cum Inhibitione seria, iteratque solertissima utriusque partis jurium indagatione causæque cognitione, quibus ipsemet Augustissimus Imperator Fridericus III. Norimbergæ interfuit, Sententiam Cæs. vigore Diplomatis Protectorii de anno 1488. obtinerent, hisce „formalibus: daß weilen die Stadt Kempten aus Einfalt und Verführung „der unterthädinger und Sprüchleuthe zu etlichen Verträgen gedrungen „worden / so die Vorfahren am Reich nicht gestattet haben solten / præ„via eorundem cassatione, selbige de novo in seinen des Reichs Schutz und „Schirm / worunter sie wie andere des Heil. Reichs Städte jederzeit ohne „Mittel gehöret habe / genommen / ihre alte Rechte / Freyheiten und Pri„vilegien bestätiget / und ihr zugleich vollkommener Gewalt und Macht ge„geben seyn solle / sich dabey selbsten nach allem Vermögen wider männig„lich / ohne Verantworttung bey dem Reich / zu handhaben / zu schützen „und zu schürmen 2c. una cum Mandato pœnali ad Abbatem Johannem: bey „Straff 60. Marck löthigs Golds die Stadt Kempten an solch ihren Kays. „Gnaden / Rechten / Freyheiten und Privilegien nicht zu irren noch zu hin„dern / noch sie darwider weiters zu dringen / zu bekümmern noch zu be„schweren / in keine Weiß. Et hæc ex superfluo à Pontifice Innocentio VIII. in Litteris Apostolicis ad Frid. III. Imperatorem æque ac ad Magistrum Civium & Consules oppidi Imperialis Campid. eodem adhuc anno exaratis per omnia sunt confirmata, fidesque Civitati data, quod privilegia, gratiæ, jura ac Libertates à prædicto Cæsare Friderico III. concessa in perpetuum valitura sint, & nullo unquam tempore infringi nec aliquo modo violari debeant.

(g) Vid. Crus. Annal. Suev. Lib. V. P. III. Cap. 5. p. 265.

§. XXIV.

Eo tandem res rediit, ut Abbas Sebastianus de Braitenstein cum consensu Capituli aliorumque Arbitratorum in anno 1525. pro XXX M. aureis „Rhenanis Civitati venderet, alle die Obrigkeiten / Herrlichkeiten / hoch- „und nidere Gerichte / Freyheiten / Nuzungen / Zinß / Gült / Güter / „Recht und Gerechtigkeiten / so vorhin dem Fürstl. Stifft zum Theil in- „ner- zum Theil ausserhalb der Stadt Kempten zugehörig gewesen / als „worüber hiebevor / juxta formalia Instrumenti, langwührige Rechtvertigung „entstanden / und durch selbige die freundliche Nachpurschafft / und Bey- „wonung zerstört / Unfreundschafft und Unwillen gemert und gehäuffet / „auch jezo durch augenscheinlich schwäbend Kriegs-Löff das Gottshauß „und alle Schlösser darzu gehörig geblündert / und der meren Theil ver- „brent / und aller Zierden auch anderer Haab und Gütter gewaltig be- „robt und entsetzet worden / solchen Irrungen und langwührigen Recht- „vertigungen auch unfreundlichen Nachburschafft und Widerwillen fürzu- „kommen / desgleichen des Stiffts und Gotzhausses erlittenen grossen Scha- „den zu erhohlen / und damit in künfftig Zeit baide Thaile bey ainander „fridlich / freundlich und nachburlich wonen mögen ꝛc. Hunc quoque Emtionis & Separationis plenariæ Contractum non solum Carolus V. Imperator authoritate Cæs. & ex plenitudine potestatis per omnes ac singulos articulos „confirmavit, Civitati plena & omnimoda potestate concessa, sich selbs bey „diesem Kauff und denen übergebenen Oberkeiten / Herrlichkeiten / hochen- „und nidern Gerichten / Nuzungen / Zinsen / Gülten / Güeter / Rechten „und Gerechtigkeiten zuhand haben / zu schützen und zu schürmen / und sich „darwider nit tringen / und ichtzit davon entziehen zu lassen / darumb sie „auch gegen Kayserl. May. st. und das Hail. Reich noch jemand andern „nit gefreuelt noch gethan / noch jemand ichz zu antwurten schuldig seyn „sollen ꝛc. una cum inserto mandato pœnali 50. marcarum auri puri, daß män- „niglich / in was Würden / Stands oder Wesens die seynd / und sonder- „lich Abt / Dechant / Custor und Convent des Gottshauß Kempten die „Stadt an solchem Kauff und darüber ertheilten Kayserl. Confirmation „nicht hindern noch irren / sondern sie alles geruhiglich gebrauchen / nuzen / „niessen und gänzlich dabey bleiben lassen solle / und sie darüber nicht trin- „gen / bekümmern noch beschweren / in kein Weiß ꝛc. Datum Seviliæ in Andalusia d. XV. April. 1526. Verum etiam Civitatem cum omnibus hisce juribus, ab Abbate tam gravi ære emtis, uno eodemque anno & loco infeudavit, ita scilicet, daß sie nur fürbaßhin dieselbe gleichmäßig von Kayserl. Mayest. und dem Reich in Lehensweiß inhaben / nuzen und niessen / auch den Pan über das Blut zu richten / nach irer und der Stadt Notturfft haben und gebrauchen / in allweg aber solch Lehen von Kayserl. Mayest. und dem Reich zu Lehen tragen und empfahen solle / wie sich dann gebühret / und des Reichs auch Lehens Recht ist. Subsecuta Bulla Confirmatoria Clementis VII. in forma ampliori data est Bononiæ anno 1529. eoque magis memoratu digna, quo fatetur Summus Pontifex Romanus: *Monasterium ipsum ex pretio XXX. millium florenorum Rhenensium longe & forsan in duplo ampliores reditus quam antea ex rebus venditis habere posse.*

§. XXV.

Ex ea tempestate nulla quidem quæstio status, immedietatis aut Libertatis Civitati Campid. directe facta, omnem tamen moverunt lapidem, omnibus-

busque viribus contenderunt Cœnobiales in hodiernum usque diem, ad subvertenda si non intra tamen extra mœnia, quævis jura ac privilegia Cæs. à temporibus antiquissimis vitæ ac fortunæ periculo vindicata, insuperque tot ærumnis tandoque ære redemta, quo de testantur Acta Imperii publica, & inprimis specialis Deductio vel expositio Civitatis anno 1731. publici juris facta. Tantum.

ADDITAMENTA.

Num. I.

Ex Caroli le Cointe Annalibus Eccles. Franc. Tom. VI. p. 232. ad A.C. 783. ubi præmissa fabulosa relatione Bruschii de Fundatione Cœnobii Campidonensis p. 233. ita pergit:

O Miram commentorum congeriem! Quis ex veteribus Annalistis TALANDUM celebravit? Quis ejus matrem LEUTBURGAM uxorem Pipini dixit aut novercam Caroli, cujus mater Berta Pipino multos annos superstes vixit? CAROLUS Romam ter Adriano Pontifice profectus est, annis videlicet octavi Seculi, septuagesimo quarto, octogesimo primo, & octogesimo septimo. HILDEGARDIS ante annum Christi septingentesimum octogesimum septimum è vita discessit; ergo Romæ cum Carolo non est versata, nisi anno Christi vel septingentesimo septuagesimo quarto vel septingentesimo octogesimo primo. Nupsit in procinctu belli Longobardici, id est, An. Christi septingentesimo septuagesimo tertio; liberos igitur, quibus redderetur, anno Christi septingentesimo septuagesimo quarto non habebat. Habebat autem tres filios cum duabus filiabus anno Christi septingentesimo octogesimo primo, sed ante illum annum cæsus occubuit ROLANDUS. Anno Christi septingentesimo septuagesimo quarto Hildegardis Adeleidem in Castris ad Papiam peperit, illo anno cum Rege Romam usque comitata est, ab ejus amicitia non exciderat. Anno Christi 781. Pascha Romæ cum Carolo Rege celebravit. Illo de itinere sic Annalista Loiselianus: *Præclarus Rex sumpto consilio ut iter perageret orationis causa partibus Romæ una cum uxore sua Domna Hildegarde Regina, & celebravit Natalem Domini in Papiam civitatem, & immutavit se numerus annorum DCCLXXXI. & Rex Carolus supradictum iter peragens celebravit Pascha in Roma.* Assentiuntur huic Annalistæ Laureshamensis, Bertinianus & Metensis, nec non Regino, Monachus Egolismensis & Autor incertus in vita Caroli. Præterea Gislam Regiam prolem, quæ nuperrime lucis usuram acceperat, Mediolani baptizavit Thomas illius Civitatis Archiepiscopus. Id unanimi consensu testantur Auctores prædicati. Solum Laureshamensis Annalistæ textum accipe: *Rege Roma digresso ac Mediolanum veniente, Thomas ejusdem urbis Episcopus baptizavit ibi filiam ejus nomine Gislam, & de sacro fonte suscepit.* Hæc palam ostendunt, fabulis accensenda esse, quæcunque scripta sunt à Bruschio de Hildegarde Romam profecta, ut irato conjugi se subduceret. Quæres quid igitur causæ fuerit, cur Hildegardis erexerit *Monasterium Campidonense? Constructum hoc ab Hildegarde Cœnobium inficiamur, instauratum atque amplificatum lubentissime concedimus.* Lege quæ de primis illius loci conditoribus atque habitatoribus dicta sunt secundo & tertio Tomis. De tempore, quo primum Hildegardis erga Campidonenses Ascetas munificam se præbuit, nihil determinate potest asseri, Caro-

Carolus Hildegardem anno Christi 773. in uxorem duxit, mortuam amisit an. Christi 783. conjugati vixerunt annos decem, quorum cancellis epochæ supra memoratæ circumscribuntur, nec tamen ideo certæ fiunt & indubitatæ. Sibimet ipsi non constat Bruschius, annum enim fundati seu restaurati Cœnobii modo 773. modo 777. scribit. Posterior numerus magis placet, eodem enim anno, quo nupsit Hildegardis, ab ea conditam seu reparatam Campidonam vix quispiam sibi persuadeat. Quocunque autem id anno gestum sit, *male refertur actum in gratiam duntaxat nobilium & illustrium virorum*, qui Deo & Ecclesiæ servituri essent; nam Sanctus Benedictus ignobiles ac pauperes à sua Congregatione non excludit. Donationem, quam Hildegardis Campidonensi Monasterio fecit, anno proximo confirmatam à Carolo non diffitemur, sed *illius Cœnobii dedicationem negamus Anno Christi* 777. *in Festo Ascensionis, undecima die Maji, ab Adriano Papa peractam*, qui trecentos & quinquaginta Cardinales Episcopos & Abbates secum haberet, atque Imperatricem ex Italia in Germaniam cum tanto comitatu secutus esset. Ab anno Christi septingentesimo undeseptuagesimo, qui nuptias Hildegardis & Adriani Pontificatum antecessit, ad annum usque Christi 785. qui secundus ab ejusdem Reginæ morte numerabatur, Festum Ascensionis in diem undecimam Maji non incidit, & anno Christi 777. celebratum est die octava illius mensis. Deinde ADRIANUS in Germaniam nunquam venit, Hildegardis titulum Imperatricis non gessit, illaque ætate perperam CARDINALATUS excellentia tantopere prædicatur, quæ seculis longe posterioribus enitere cœpit. Male quoque qui primus Abbas ad annum Christi 778. nominatur ANDEGARIUS, is Rolandi filius, nepos Berthæ, pronepos Pippini Regis exhibetur; talem genealogiam non admittit ætas Pippini, cujus ortus cum anno Christi 714. coincidit. Rectius apud Bucelinum Part. 2. Germ. Sacr. idem Andelgarius dicitur consanguineus Hildegardis, quæ Monasterii restaurationem ac ditationem procurarat. Hic Auctor, qui Bruschium legit atque in epitomen redegit, annum, quo munus Abbatiale suscepit Andegarius, haud notat, eaque reticentia declarat ignorari prorsus annum, quo cœpit Abbas esse, nec aliud quidpiam de Præfecturæ inchoatione certo sciri, quam quod Carolo Regi nupta tunc esset Hildegardis. In hanc imus opinionem: *Campidonense Monasterium, cujus initia multo illustriora censemus, ab Hildegarde Regina instauratum est, tuncque Abbatem accepit Andegarium ipsius Reginæ consanguineum*, de quo tamen ad hunc usque annum, quo Hildegardis obiit, sermonem facere noluimus, rati, locum non esse magis idoneum, ut simul res conglobentur, quæ pertinent ad Hildegardem, & singulos per annos ne probabili quidem conjectura digeri possunt. Andegarius Abbas Hildegardi Reginæ superstes annis tredecim vixit, anno enim Christi 796. vitam terminavit. Huc usque Coint.

Num. II.

Decerpta ex ejusdem Cointii Annal. Franc.

Ecclef. Edit. Paris. ad Annum 666. de Origine seu Fundatione Ecclesiæ Campid.

THEODORUS und MAGNOALDUS waren zwey Fratres im Closter zu St. Gallen / Anno Christi 628, oder wie Theodorus in vita S. Magni redet / drey Jahre nach dem Tode S. Galli kamen Ortvvinus, pessimus Dux Alamannorum, und Erchonaldus præfectus consimilis ejus, und überfielen das

das Closter/ in Meynung/ in dem Grabe S. Galli, welches sie mit Gewalt eröffneten/ einen grossen Reichthum an Gold und Edelgesteinen zu finden. Sie tödteten viele Leuthe/ und verwundeten den Magnoaldum & Theodorum, da Boso, Constantiensis Ecclesiæ Præsul, diß hörete/ reisete er eilends nach St. Gallen/ und fand die zwey Verwundete/ welche die Reliquien von dem Heiligen Leichnam wieder in die Grabstätte bringen wolten/ aber es fehlete ihnen an Leibes-Kräfften; dahero Boso mit seinen Leuthen solches mit vielen Ceremonien verrichtete.

Data ergo benedictione, wie Coint ex Theodoro in vita S. Magni T. II. p. 803. fortfähret/ duobus fratribus Magnoaldo & Theodoro largitus est de suo vestimenta, nec non alimonia præbens (Boso) dedit eis licentiam proficiscendi, ubi illis Dominus dispositum iter haberet veniendi.

Wobey Cointe diese Anmerckung machet: Boso Constantiensis Episcopus Joanni S. Galli discipulo sæpe laudato successerat, & in Chronico Constantiensi male confunditur cum Busone seu Buffone, qui longe serius post alterum Joannem sedit.

Nach gegebener Erlaubnis des Bischoffs Bosonis reiseten Magnoaldus und Theodorus von St. Gallen aus/ und kamen nach Bregentz/ woselbst sie zwey Tage blieben/ und hatte Magnoaldus daselbst einen Blinden sehend gemacht. Welcher blind gewesene nachmahls mit ihnen weiter fortgereiset; zuvor aber/ ehe sie nach Bregentz kamen/ traffen sie auf einem Dorff einen Presbyterum an/ Nahmens TOZZO, welcher auch ihr Gefährt worden.

Darauf fähret Theodorus in vita S. Magni also fort: Venerunt post aliquot dies ad locum qui vocatur *Campidona*, *ubi repererunt oppidum valde formosum, sed in toto desertum.* Tunc interrogavit beatus Magnoaldus Presbyterum, quomodo ille locus vocaretur, vel fluvius qui ibi defluebat. Ille respondit, locus iste ab incolis terræ hujus sæpissime visitatur, & vocatur CAMPIDONA, sed non ausi sunt saltem una nocte manere propter diversa genera vermium, qui hic sunt. Fluvius vero vocatur HILARA (JLER)/ qui multos homines potius in mœrorem vertit quam in lætitiam. Nobis autem oportet velocius transire, ne vermes nos hic esse sentiant, quoniam si senserint magnum impedimentum facient super nos ad devorandum. Plurimos namque homines, qui causa venationis huc venerunt, devoraverunt, non permittentes eos saltem una nocte hic jacere. Respondens beatus Magnoaldus dixit: verè Dominus noster JEsus Christus potestatem habet similiter hos vermes de isto loco ejicere, sicuti habuit ejiciendi ursos & lupos, cæterasque feras & vermes, nec non & dæmones, per orationem Domini & Magistri nostri Galli, de loco quem ipse elegit, ad construendam cellulam. Nobis ergo, permittente Domino, oportet hac nocte hic manere, & dixit ad Theodorum: Frater, tuum est orare, & Domini misericordiam implorare, ut nobis auxilium præbeat ad ejiciendos vermes de isto loco, & dæmones, qui in eis latitant, *quoniam à te est iste locus construendus*, ideoque oremus pariter, ut Dominus nos exaudire dignetur, & mundare istum locum, quod est ab hominibus propter timorem vermium inhabitabile. Et hoc dicens, prostraverunt se in orationem. Dum vero orarent, egressus est foris de oppido vermis magnus, qui dicitur BOA, & impetum faciens super beatos viros, jacentes in oratione.

LeCointe Tom. II. p.804. num. 24. ad an. 628. Theodorus conditMonasterium Campidonense. Clotar. II. R. 45. Dagob. R. 7.

Presbyter vero TOZZO, qui eos ducebat, videns eum, exclamavit voce magna, dicens: Heu me, quod huc vos adduxi, & in fugam versus, & cum eo, qui

qui cœcus fuerat, festinabant ad arborem, ut se liberarent. Itaque beatus Magnoaldus & Theodorus confisi de Dei Misericordia; surrexit Magnoaldus Theodoro orante, & faciens signum sanctæ crucis coram se, arripiensque cambuttam, quam à beato Gallo acceperat, & crucem quam secum portabat, perrexit in occursum vermi, & dixit: Impero tibi in nomine Domini mei JEsu Christi, ut hic jaceas, & diabolus, qui in te latitat, ipse te interficiat. Et cum hoc dixisset, percussit eum cum cambutta in caput, & statim crepuit medius, & mortuus est, cæteri vero vermes, qui in oppido & circa oppidum ipsum morabantur, omnes in fugam versi sunt, & nusquam comparuerunt. Sicque mundatus est locus, & morati sunt ibi unam hebdomadam Domino gratiam referentes, qui eos exaudire dignatus est.

TOZZO cucurrit per vicina loca sibi cognita ad homines, qui ibi morabantur, & diffamans hoc signum. Venerunt ad illum locum, & attulerunt alimonia sufficienter, nimis valde admirantes de tanta virtute Dei, & plurimi per prædicationem beati Magni ad fidem conversi, & baptizati à Presbytero TOZZONE, & Domino gratias agentes, manserunt ibi colentes terram illam. Tertia nocte, subito dæmones in aëre volantes, ejulantes, cum magno strepitu & fremitu voces emittentes, quasi impetum supra TOZZONEM Presbyterum facientes clamabant. TOZZO tremefactus; tamen muniens se signaculo sanctæ crucis perrexit ad virum Dei, & indicavit illi, quæ viderat & audierat. Tunc bellator fortis & electus Dei pariter cum Theodoro prostravit se in orationem, deinde per immensam potentiam Trinitatis imperavit dæmonibus, ut locum illum desererent. Porro ex illa die tam pleniter abscesserunt & in fugam versi sunt, ut postea ibi non comparerent. His gestis beatus Magnus Diaconus dixit ad Theodorum, Deo gratias, frater, quia dæmones recesserunt. Nunc bonum est, ut locus iste à te custoditus & constructus sanctificetur populus istius loci, qui deinceps venturus est hic ad orandum potius quam ad venandum. Theodorus respondens dixit: Mi Domine, juxta præceptum tuum facio, sed ut audiero te consolidatum in locum à Deo tibi electum, venio ad te, & visitabo te. Et his dictis valedicentes, seque invicem deosculantes, profectus est beatus Magnus, accepto secum conviatore & duce itineris TOZZONE Presbytero, relinquens cum Theodoro cœcum, qui visum recepit.

De Bois seu Draconibus Vindeliciæ & Rhetiæ consulendus Velserus ad Historiam Sanctæ Afræ. Hieronymus in vita S. Hilarion. ait: Dracones miræ magnitudinis Boas vocari, quod boves glutire soleant. Isidorus libr. 12. Orig. Cap. 4. à boum populatione nomen inditum affirmat; alii à vocis sono.

Darauf ist Magnoaldus oder Magnus Diaconus an den Lech gereiset/ und hat das Cœnobium Faucense, h. e. Füssense, aufgerichtet Anno 629. deme Wichtertus, Episcopus Augustanus, einige Clericos zugeschickt/ solche in sein Discipulatum aufzunehmen.

LeCointe ibid. p. 812. n. 10. & p. 829. n. 16.

Pag. 830. num. 17. ad Ann. 630. bringet le Cointe ex vita Magni à Theodoro scripta folgendes herfür: Cum audisset Theodorus, qui apud *castrum Campidonense* morabatur, beatum Magnum consolidatum in loco quem Deus disposuerat, cœpit properare partes in illas, ut videret qualiter & quomodo Domino annuente in his locis moraretur. Ut autem ad eum pervenit, salutantes se invicem, & deosculantes oculos pariter & manus, narravit ei Theodorus innumerabilia, quæ passus esset à pagensibus Hilargaugiensibus. Sed

tamen

tamen quamvis tantas injurias & calamitates ab eis sustinuerit, ædificavit ibi *Ecclesiam parvam super littus Hilaræ*, quam postulabat, ut apud Wictherpum Episcopum impetraret, quatenus illuc proficiscens, ipsam Basilicam Domino *in honore Sanctæ Mariæ genetricis* ejus consecraret. Venerunt quippe ambo ad locum, qui dicitur EPTATICUS, repereruntque ibi suprascriptum Episcopum in Oraculo suo sedentem & orantem. Ergo ut obtutibus ejus adpræsentati sunt, narravit ei beatus Magnus Abbas de Theodoro, qualiter cum magno labore ECCLESIAM construxisset *in loco Campidonense*, & quomodo deprecabatur, ut ille illuc properaret, ipsamque Ecclesiam Domino consecraret. -- His dictis surrexit venerabilis Episcopus Wictherpus, & profectus est ad *castrum Campidonense*, descenditque cum illo beatus Magnus, simul cum eis Theodorus, & venerunt ad Castrum. Convocata autem multitudine populi in die solemni dedicationis Ecclesiæ, vir venerabilis Episcopus prædicationis dulcedine avidorum corda refecit. Sicque jussu suo beatus Magnus ea quæ viderat tanta sapientiæ luce vestivit populum corda, ut summa cum gratulatione auditus, & ineffabili veneratione à cunctorum ordine sit ornatus. Biduo itaque ibidem manentes cum gratiarum actione, populusque benedictione tanti patris armatus, & ab Episcopo osculo pacis tributo, ad sua reversi sunt venerabilis Episcopus & Sanctissimus Abbas, relinquentes Theodorum ad custodiendam Ecclesiam Campidonensium. Dedicat. Eccles. Campid.

Biß hieher Theodorus in vita Magni; le Cointe füget nur dieses bey: Eptaticus (Eppach) locus est in Boica inter Schongaviam & Landspergam, oppida Lyco amni adjacentia.

Id. Tom. III. pag. 510. ad an. 661. num. 2.

Post Sancti TOZZONIS (Episcopi Augustani) obitum (qui accidit Anno 661. mense Januario) Theodnrus fidelis Monachus Sancti Galli & Magni minime quivit custodire locum Campidonensem propter varias persecutiones & malorum hominum à pagensibus ipsius loci oppressiones in suis & sua nec non in semetipso, idcirco relinquens illum locum profectus est ad Monasterium Sancti Galli, invenitque beatum Othmarum Abbatem ipsius Monasterii jam senem & grandævum provectæque ætatis, sed Domini gratia & Spiritu Sancto plenum & divinis virtutibus imbutum. Hunc Othmarum Tomo superiore ad an. 625. n. 7. & 628. n. 21. jam laudavimus. Alterius Othmari vitam scripsit Walafridus ap. Sur. d. 16. Nov. Utrumque distingue. Prior, de quo nunc loquimur, BERCHTGOZUM Monachum optimum virum & prudentem cum quatuor Monachis aliis Campidnnam direxit, qui ipsum custodirent, permittentes Theodorum morari in Monasterio Beati Galli usque ad obitum suum. Hæc in Appendice post vitam Sancti Magni narrantur ac Ermenrico, & ad tempora Caroli Magni perperam ab eo rejiciuntur, quia duos confundit Othmaros, &, ut alias annotavimus, Pippinum Majorem domus beato Magno & Dagoberto Regi coævum à Pippino Francorum Rege non distinguit. Obiit Theodorus in Monasterio S. Galli, ibique sepultus fuit. Vocatur Sanctus Eremita Tomo secundo rerum Alamannicarum. Nondum tamen quod sciam inter Sanctos habetur relatus, & quia Monachns apud Campidonam congregavit, Abbas nuncupari potest, meritoque apud Canisium Tom. 5. vocatur primus Abbas Campedonensis.

Persecutio in Monach. Campid. Theodorus conditor ac primus Abbas Monast. Camp. rediit ad Mon. S. Galli an. 661. ibique obiit. Sic in Indice. Berchtgozus fit Abbas Mon. Camp. Sic in Indice.

Num. III.

Copia Transſumpti à Monaſterio Ottenburano ſuper prætenſo Fundationis Monaſterii Campid. Diplomate confirmatorio Caroli M. de Anno DCCLXXIII.

Wilhelmus Dei gratia Abbas Venerabilis Monaſterii in Ottenbüren Ordinis Sancti Benedicti Auguſtanæ Diœceſis univerſis & ſingulis preſentes literas inſpecturis & audituris Salutem in eo qui eſt omnium vera ſalus, cum indubitata noticia ſubſcriptorum noueritis quod coram noſtra preſencia perſonaliter conſtitutus Reverendus in Chriſto pater & Dominus Johannes Abbas Venerabilis Monaſterii Campidonenſis ejuſdem Sancti Benedicti Ordinis Conſtancienſis Diœceſis vice & nomine dicti ſui Monaſterii habens in ſuis manibus literas inclite memorie Karoli Romanorum Imperatoris Sereniſſimi in latino conſcriptas Sigillo ejuſdem de cera alba confecto rotundo impreſſo ſigillatas, cujus caracteres propter ejus vetuſtatem in circumferenciis legi non poterant, in cujus quidem Sigilli ejuſdem medio imago hominis apparuit, non abraſas non cancellatas nec in aliqua ſui parte ſuſpectas ſed ſanas integras & illeſas ac omni prorſus vicio & ſuſpicione carentes, quas nobis exhibuit & putavit ac debita cum inſtancia ſupplicavit ut cum ipſe Dominus Abbas & ſuus Conventus ſeu eorum patres nomine dicti ſui Monaſterii eiſdem literis in diverſis & longinquis mundi partibus atque locis propter dicti Monaſterii tractanda & expedienda negotia uti habeant ad que & qua propter viarum diſcrimina & Gvverrarum pericula ac alias cauſas racionabiles tute & ſecure deferri non valeant, literas eaſdem ad perpetuam rei memoriam fideliter exemplari transſcribi & transſumi dignaremur. Nos itaque hujusmodi peticioni utpote racionabili gratos decurrentes aſſenſu, literis eiſdem reverenter ut decuit receptis viſis & proſpectis eaſdem fideliter de verbo ad verbum transſumi transſcribi & exemplari juſſimus fideli tamen collatione in Singulis prehabita. Tenor vero dictarum literarum de verbo ad verbum ſequitur & eſt iſte:

In nomine Sancte & individue Trinitatis Karolus Divina favente clementia Imperator Auguſtus ſi Sanctam Dei Eccleſiam digno magnitudinis noſtre munere ſublimare augmentare ditare ſtuduerimus plurimum nobis ad eternam remuneracionem & Regni noſtri ſtabilitatem prodeſſe confidimus, ideoque noverit omnium Sancte Dei eccleſie fidelium noſtrorumque preſentium ſcilicet & futurorum ſolers induſtria, qualiter nos ob interventum Sanctiſſimi Patris noſtri Adriani Pape ac ſupplicem rogatum dilecte conjugis noſtre Hildegardis nec non propter nobilem ac fidelem famulatum Johannis Augienſis & Sancti Galli reverendi Abbatis ejusdemque Epiſcopi Conſtancienſis preterea ob meritum Ridgangi Metenſis Epiſcopi & Scurini Vuldenſis Abbatis ſeu ceterorum principum innumerabilium nobis aſſiſtencium Andogarium quendam nobilem ac magne religionis virum & primum Campidonenſis Cenobii ad regularem diſciplinam inſtitutorem aſſumpſimus ac in eodem loco Campidonenſi qui ab eodem in honorem Sancte Dei genetricis Marie conſtructus eſt & ſitus in pago bilergowe Abbatem eum conſtituimus & à Papa Adriano in ſancto die Paſche conſecratum & precioſiſſimis Sanctorum Martirum Gordiani & Epimachi corporibus donatum in ſuam Abbaciam honeſte tranſmiſimus, ſed quo predicta conjux noſtra in eodem Cenobio locum ſepulture ſe habituram ordinavit diverſis muneribus ditando quicquid in pago hilargowe & Albegowe & Ougusgowe materna hereditate legitime obtinuit cum noſtra poteſtativa

manu

manu & Imperiali largicione illuc tradidit ac in proprium jus ejusdem monasterii transfudit & perpetualiter possidendum sicut in alia brevi continentur donavit, nos igitur eundem locum utpote in nostro & de nostro fundatum ac ditatum in nostro nostrorumque Successorum mundiburdio sive defensione fore constituentes per nostre Auctoritatis munitionem confirmamus & precipimus ut nullus Publicus Judex neque Dux neque Comes aut quislibet ex judiciaria potestate villas curtes aut loca vel agros seu reliquas possessiones memorato Monasterio presenti tempore subjacentes vel que deinceps in Jus & Dominium ejusdem monasterii Divine Pietatis augmento pervenerint ad causas audiendas vel freda exigenda vel paratas faciendas fidei jussiones tollendas aut homines eciam tam ingenuos quam & servos super terram ipsius monasterii commorantes distinguendos nec ullas redibiciones vel bannos aut illicitas occasiones requirendas seu ullum publicum placitum habendum nullis temporibus ingredi vel ea que supra memorata sunt exigere presumant & ut censales homines sive familie in quibuscunque locis sint constituti pacem habeant & coram nullo Judice regant aut bannum persolvant vel aliquod seculare negocium habeant nisi coram Abbate Andagario suisque Successoribus & ipsius monasterii Advocato sed liceat predicto Abbati suisque Successoribus cum eorum fratribus sub Dominice immunitatis tuicione quieto ordine per omnia possidere & exinde ordinare que ad Ecclesie utilitatem suique necessitatem viderint pertinere, quando autem presens vel post eum aliquis pater ejusdem monasterii de hac luce migraverit non aliunde veniens ibi Abbas constituatur sed ab ipsis Monachis ejusdem congregacionis quem ad tale opus idoneum existere cognoverint eligatur & constituatur nisi quod absit nullus ibi dignus inveniatur tunc primum alter idoneus sciencia & moribus aliunde assumatur, si quis vero spiritualis vel secularis potens vel impotens magnus vel paruus hoc nostre Auctoritatis statutum transgredi ac temere infringere presumpserit & res ejusdem monasterii inutiliter distraxerit & ab usu Abbatis & fratrum aliquo modo sine sua & fratrum permissione alienaverit sexaginta libras nostre monete medietatem monasterio fisco nostro aliam medietatem persolvat & ante Tribunal Divini Judicis in extremo examine nisi in hac vita resipuerit reus existat, quod ut verius credatur & omni tempore incorruptum habeatur manu propria roboranter Sigilli nostri impressione insigniri jussimus.

In fine vero dictarum literarum & ante datam earundem apparuerunt certa duo signa circa quorum unum primum tales litere erant scripte scilicet *Signum Domini Karoli Serenissimi Imperatoris Augusti*, litere vere apparentes circa secundum signum sive signetum tales erant scilicet *Amulberchtus Cancellarius ad vicem Limperti Archi-Cancellarii recognovi.* Tenor vero date earundem literarum sequitur ut ecce: *Data Anno ab incarnatione Domini DCCLXXIII. Indictione XI. Anno vero regni piissimi Karoli M. Imperii primo Actum Rome in Sancto die Pasche in Ecclesia Sancti Petri coram Adriano Papa & multis aliis Principibus in Dei nomine feliciter Amen.* In quorum quidem premissorum testimonium atque robur presentes nostri transsumpti sive transscripti literas Sigilli nostri Abbacialis fecimus appensione communiri sine tamen damnis seu periculis nobis & Successoribus nostris. Datum & Actum Sedecima die Mensis Septembris sub Anno Domini Millesimo Quadringentesimo Sexagesimo Octavo.

 Num. IV.

Num. IV.

Ex Actis Sanctorum Mensis April. Tom. III. fol. 792. 793. Edit. Antverp. de Anno 1675. De Fundatione Cœnobii Campidonensis, ejusque famoso Diplomate Caroli M.

IN Bavariæ, versus Rhetiam procurrentis, Sueviæque confinio ad Ilerum amnem CAMPIDONA conspicitur, Imperiale oppidum & Monasterium, KAMPTEN vulgo dictum; cujus Abbates Principum postea titulum assecuti, numerantur inter quatuor Abbates Imperii. De hujus Monasterii crebra per Hunnos expilatione eversioneque jam quædam superius attigimus, neque dubitamus, quin istis aliisve casibus perierint antiqua omnia documenta. Horum defectum suppleturi posteri, pro more noni decimique Seculi, descripserunt diploma cujus jam facta est mentio, hoc exordio: *In nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis. Carolus divina favente Clementia Imperator Augustue &c.* Quo diplomate inducitur declarare, *qualiter ob interventum Sanctissimi Patris Adriani Papæ, ac supplicem rogatum dilectæ Conjugis Hiltegardæ, nec non propter nobilem & fidelem famulatum Joannis, Augiensis & S. Galli reverendi Abbatis, ejusdemque Episcopi Constantiensis precem, ob meritum Rudangi Metensis Episcopi, & Sturmii Fuldensis Abbatis, seu ceterorum Principum innumerabilium, Andegarium quendam nobilem, magnæ religionis virum, in primum Campedonensis cœnobii ad regularem disciplinam instructorem assumpsit, & in eodem loco Campedonensi (qui ab eodem in honorem Sanctæ Dei genetricis Mariæ constitutus est, situs in pago Ilergow) Abbatem eum confirmavit, & à Papa Adriano in sancta die Pascha consecratum, pretiosissimis Sanctorum Martyrum, Gordiani & Epimachi, corporibus donatum, in suam Abbatiam honeste trammisit &c.* In fine additur consuetum nominis Carolini monogramma & *Signum Domini Caroli Serenissimi Imperatoris Augusti, quod Amelbertus Cancellarius ad vicem Luperti Archicancellarii recognovit. Data ab Incarnatione Domini DCCLXXIII. Indictione XI. anno vero Regni piissimi Caroli M. Imperii I. Actum Romæ in sancto die Paschæ in Ecclesia S. Petri, coram Adriano Papa & multis aliis Principibus in Dei nomine Amen.*

In hoc Instrumento (cujus Originales litteras, nec vetustiores alias in vita sua visas lectas sibi gratulatur Münsterus) nolo notare vitia, aliis similiter suppositis communia, quæ ex tractatu præliminari ad Tomum Secundum cognitu obvia unicuique jam sunt: solum indicare lubet propria eaque non omnia, sed præcipua. *S. Chrodegandi Metensis Episcopi*, qui hic inepte RUDANGUS scribitur, historiam omnem explicuimus VI. Martii quo colitur, & Anno DCCLXVI. obiisse ex Paulo Warnefrido probavimus, utique annis quinque prius quam Hildegardim Carolus duceret. Quem vero non offendat *annus Imperii primus, & Imperatoris Augusti titulus?* quasi hæc locum habuerint ante coronationem anno duntaxat DCCC. factam à Leone Papa.

Denique PASCHA anni DCCLXXIII. fingitur Carolus celebrasse Romæ, qui solum exeunte autumno in Italiam transiit, continuataque per hyemem totam obsidione, dum expugnatio munitissimæ ac Regiæ urbis procederet lentius, uxorem secum duxit Romam Anno DCCLXXIV. actisque Paschalibus ad Papiam rediit, ubi puerperio levata Regina est, Rex vero capta demum urbe cum ipso Rege Regina ac liberis, & reliqua Lombardia in potestatem redacta, primum

sui

sui in Italia Regni annum numerare potuit, non tamen numeravit, exorsus id primum facere post adeptum nomen Imperatoris.

Hæc eo explicanda fuerunt, quo intelligeretur, unde Actorum Auctor hauserit errores, quos in principio diximus venia dignos; quia infelici Seculo XV. non erat, qui posset talia dijudicare, aut fictionis habere suspecta. Corrigendus autem nobis fuit, ne in ipso limine lector offenderet, & Regis Reginæque tituli ponendi, ubi Imperatorem ille atque Imperatricem nominabat, atque expugnanda mentio coronationis à Leone factæ, tanquam illa conjugium Hildegardis præcessisset, quæ totis septemdecim annis ante objerat. Cetera minus enormia dissimulamus: mallemus tamen solius antiqui libelli ecgraphum, quo inventio & miracula notabantur, habuisse transcriptum, quam dignissimam fide historiam, talibus ad initium finemque assumentis, qualia de Campidonensi fundatione adduntur, dehonestatam. Prudentis lectoris erit post hujusmodi monitionem secernere pretiosum à vili, quo etiam servient Annotata nostra. Porro post Annos ab Actorum conscriptione duodecim, id est Anno MCCCCLXXXIV. teste Bruschio, incisa est columnæ cuidam inscriptio hujusmodi: *Hildegardis 773. fundavit. Carolus 774. confirmavit. Adrianus 777. dedicavit. Andegarius 778. inchoavit.* Hujus tituli tenor veri similius sustineri potest: scribit enim Hermannus Contractus, quod anno DCCLXXIV. corpora Sanctorum Gordiani & Epimachi Roma in Allemanniam sint allata, utique ad locupletandum Campidonense Monasterium, cujus fundationem anno præcedenti potuit inchoasse Regina, Rex vero confirmasse sequenti anno coram Papa, & coram eo quem futurum in novo Monasterio Abbatem per Adrianum consecrare fecerat, Andegario: potuit intra quartum cœnobii Ecclesiæque annum absolvi structura, & ad ejus dedicationem non quidem ipse venisse Pontifex, quod sine antiquiori testimonio audiri non meretur, sed suum à latere misisse Legatum, qui locum consecrarit: potuit denique paratis jam ad Monastici ordinis observantiam officinis omnibus necessariis, altero à dedicatione anno Monachos illuc induxisse Andegarius: sed *non potuit de rebus sic gestis anno DCCLXXIII. instrumentum Carolus condidisse*, quod supra prætenditur. Nos istiusmodi suppositionibus jam assueti, quia intelligimus mente non mala factas, ad avertenda injustissima damna imminentia possessionibus Rescripti Regii munimine destitutis, non tantum Auctoribus ignoscimus facile, sed etiam gratiam debemus aliquam, quatenus nobis sunt testes receptarum & continuatarum eatenus traditionum, quibus licet multum scoriæ permixtum sit, subest tamen plerumque aliquid purioris metalli, quod non totum abjici mereatur. Et tale est, quod HILTEGARDIS Regina, Carolo Rege probante, ex hereditariis maternæ successionis bonis fundaverit aut saltem donaverit Campidonense monasterium, primo istic Abbate constituto, quem diximus, Andegario. Quæ deinde circa annum MDIV. & postea excogitatæ sunt fabulæ, & Campidonensi insertæ Chronico, ac veluti Campidonensis & Aquisgranensis Basilicarum initia certissima laudantur à Bruschio in Chronologia monasteriorum Germaniæ, nullam aliam possunt obtinere veniam, quam communem toti illi infelicissimo Seculo, quo, per generalem morum etiam apud Monachos corruptelam, via sternebatur ad omnia subversuram, parique ruina noxios cum innoxiis involuturam, hæresim Lutheranam. Quis enim alias bilem contineat? cum legit TALANDUM, vere spurium, imo fictitium Caroli fratrem, eoque in Saxonicis bellis occupato, custodem Reginæ, dum illicitos Dominæ suæ ambit amplexus, astu conclusum habitumque in carcere: à quo sub reditum Caroli solutus occupaverit accusationem, effeceritque ut inaudita damnaretur ad aquas, à quibus mirabiliter servata, elapsaque & denuo agnita à

ta à Talando, indicata fit Carolo, rursumque addicta morti, post erutos oculos sustinendæ: quod & factum fuisset, nisi ad eam visitandam ab Adelinde Reginæ sorore missus eques quidam auratus, nobilis vir de Freyenbergh, supervenisset in silva, suasissetque effossos catulo oculos exhibere Carolo, Reginam autem dimittere: quæ Romam abiens, cum Rosina de Bodmen fideli socia ærumnarum, ibi tam diu egerit pharmacevtriam, curationibus clara, donec illuc in Caroli comitatu adveniens Talandus, oculorum pene privatus usu, occasionem eidem obtulit post redditam cœcutienti facultatem videndi, coram Rege atque Pontifice manifestandi sui; quam Rex expulsis concubinis susceperit, & cum illa Campidonensem Ecclesiam se condituram vovisset, ipse de Aquisgranensi Beatæ Virginis æde condenda simile votum conceperit.

In his aliisque similibus explodendis prudentius sese exercuisset Crucius, quam in sugillando orthodoxo Sanctorum cultu: sed in utroque cœcior Tiresia, tenebras imaginatur; ubi nullæ sunt; nullas agnoscit, ubi merum est chaos, *ἄδηλα καὶ ἄλογα τὰ πάντα.* Raderum miror, quod cum ista omnia pro fabulis habeat, tam cupide amplectatur Bavaricam Hildegardis matrem, & genealogiam Hildebrandinam veteribus ignotam nec nisi ab iisdem somniorum expositoribus sumptam.

Majorem veri speciem habent, quæ de restauratione sæpe dicti Monasterii narrat Bruschius, postquam exposuisset, quomodo illud Anno DCCCCXLI. miserabiliter spoliatum, incensum, eversum ab Hunnis fuerit, ipsaque Hillermontana arx, quo se Abbas à Monachis destitutus receperat, cum multis diplomatibus ac privilegiis usserit. *Quinto*, inquit, *post hanc vastationem anno, accidit ut Sueviæ Dux Ernestus, in Bavariam iter facturus, veniret ad Stetzwangum, quod etiam erat cœnobii Campidonensis Allodium. Ibi ingressus sacram ædem, duos adhuc reperit cœnobitas Campidonenses, Amandum Breytklee & Felicem Briemium, sibi dudum bene notos; Amandum vero forte fortuna tum concionantem. Is Ducem Ernestum auditorem nactus, in concione strenue pergit, & tandem ad suum institutum deflexa oratione, quasi digressione facta, collapsum ac deletum tantum cœnobium, querula ac lacrymabili voce deplorat, quod fuisset olim à Suevorum pia ac laudabili Ducissa tam splendide, tam liberaliter, tanta pietate & dignitate erectum, in quo hactenus tot pii virtute ac doctrina præstantes, consilio & ope toti provinciæ utilissimi viri vixissent; ex quo posta esset totius viciniæ, pauperie & egestate oppressa, multitudo; ex quo tot Episcopi & Imperatorum prodiissent Consiliarii. Ad talis domus restaurationem merito debere conferre iterum aliquid pios omnes, præsertim vero Principes viros, qui S. Hildegardi primæ fundatrici sanguinis propinquitate essent conjuncti. Hac oratione ita motus est Dux Ernestus, ut illico ad sese Amandum istum accerseret, & ab eo quæreret, num aliquid adhuc privilegiorum esset ex tanta vastatione reliquum? Cum vero Amandus ei librum Privilegiorum & diplomatum salvum exhiberet, Ernestus mox Monasterium quasi de novo instaurare, cœnobitas recolligere, & S. Udalrici ope atque consilio Abbatem certum illis præficere, novamque omnium privilegiorum confirmationem ab Imperatore Ottone I. petere & obtinere cœpit. Hunc itaque Ernestum, secundum fundatorem & erectorem suum Campidonensis Ecclesia & civitas merito agnoscit, merito laudare, & perpetua gratitudine celebrare debet.*

Num. V.

Num. V.

Ex Tenzelii Vindiciis Historicis pro H. Conringii Censura in Diploma Lindaviense fictitium.

Append. tert. Observat. 3. pag. 78.

Censura Diplomatis Campidonensis commentitii, quod Carolo M. Imperatori acceptum fert Monasterium B. M. V. Campidonense in Algoja Sueviæ.

Magnum elogium Münsterus huic Diplomati præfixit: *Quomodo Hildegardis, favore & consensu Caroli Magni, mariti sui, fundaverit monasterium Campidonense, atque dotaverit comitatu Hyllarmont, ostendunt litteræ fundationis ejusdem monasterii, quæ adhuc in suo Originali extant, mihique legendæ exhibitæ sunt ab illustri viro Domino Wolffgango à Grienenstain, ejusdem monasterii Abbate. Certe, ut verum fatear, vetustiores Litteras ego in vita mea non vidi.* Crusius P. I. Annalium Suevicorum Lib. XII. pag. 318. repetit hoc Diploma, nec in dubium vocare audet, reliquam tamen apud Bruschium narrationem, *si minus alicubi veram, non injucunde tamen, nescio à quo otioso monacho, confictam censet.*

Equidem Diplomatis fabricator cautior fuit præcedentibus, & multa inservuit tempori consonantia. Nam Anno DCCLXXIII. *Carolus orandi gratia Romam vadit, & ab Adriano honorifice susceptus sanctum diem Paschæ cum lætitia celebrat*, testibus Fuldensibus aliisque Francorum Annalibus. Constat quoque ex Radperto de Casibus S. Galli Cap. III. Joannem Constantiæ Episcopum, & Augiensem Gallensemque Abbatem, à Carolo Rege, cum Hildigarda conjuge sua Romam profecturo, Constantiamque adveniente, privilegia pro utroque, illi quod regebat, cœnobio impetrasse, adeoque magna apud eum gratia valuisse.

Sed si quis chartam illam exactius consideraverit, omnino suppositițiam mecum asseret. Primo enim *impudens est mendacium, jam Anno DCCLXXIV. Carolum audiisse Augustum & Romanorum Imperatorem*, ut Conringii verba ad præcedens Diploma Utenburanum accommodemus, quæ ex Mabilione confirmavimus, simulque genuinam formulam initialem à Carolo Imperatore usurpatam produximus, à qua quantum abludat Diploma Campidonense, nemo non videt: *In nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis, Carolus divina favente Clementia Imper. Augustus.* Hæc sane formula alterum νοθείας indicium suppeditat, ad normam quippe Diplomatum Caroli Crassi efficta, ut ad primum hujus tertiæ Appendicis Diploma Augiense vidimus. Si autem à Caroli manu foret Campidonense, vel nude inciperet: *Carolus gratia Dei Rex Francorum & Longobardorum, & Patricius Romanorum;* vel cum nominis divini invocatione: *In nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti, Karolus Serenissimus gratia Dei Rex Francorum & Longobardorum, ac Patricius Romanorum.* Utraque enim formula apud Mabilionem Lib. II. de Re Diplom. p. 72. extat, qui varia deinceps Carolo Magno adscripta Diplomata ex hoc fundamento rejicit, ac vitiosissimum pronuntiat Taurinense, cujus initium, ut nostri: *In nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis*, de quo censet Mabilio pag. 82. *invocationem Sanctæ & individuæ Trinitatis à Carolo Calvo acceptam, & in subsequentes Imperatores transmissam.* Pag. 73. ostendit Mabilio, Carolum Patriciatus dignitatem

Anno DCCLXXIV. ab Hadriano accepisse, eo nimirum tempore, quo datum fingitur Campidonense Diploma, cujus Patriciatum plane silentis νοθείαν nemo est, quin manibus palpet.

Eandem Diplomatis νοθείαν confirmat tertius nævus, insolitos de intercessoribus loquendi modos ostendens, quos in nullis ævi Carolini Diplomatibus reperimus. Quis enim in hisce *supplicem rogatum* Imperatrici, *nobilem & fidelem famulatum* Abbati, eidemque Episcopo *precem* attribui legit? Quis *meritum* duorum, quorum alter mortuus, alter adhuc vivit, conjungi vidit? Tales autem sunt *Rudangus Metensis Episcopus*, (corrupto nomine quartum nævum indicante; nam vel CHRODEGANGUS, vel *Ruotgangus Archiepiscopus*, ut in Diplomate Laurishamensi apud Freherum pag. 59. dixisset Carolus) & *Sturmus Vuldensis* (cur non Fuldensis?) ABBAS. Chrodegangus jam pridem in diebus Pipini Regis objerat, docente ex Paulo Diacono Mabilione Tomo I. Analectorum p. 432. Sturmus autem anno demum DCCLXXIX. defunctus est, computante Brovvero in Fuldensibus Annalibus pag. 190. & 275. ex Mariano Scoto, vel DCCLXXX. ex Sigeberto. Nonne igitur impostorem auribus tenemus, qui putabat, utrumque, & Chrodegangum & Sturmum demortuum, quando Carolus Campidonensibus Diploma concesserit, qui potius non *meritum*, sed *nobilem & fidelem famulatum* Sturmo pariter, ac Joanni Abbati tribuisset?

Quintum suppositionis argumentum præbet narratio de Hildegarde: *quoniam prædicta conjunx nostra in eodem cænobio locum sepulturæ se habituram ordinavit.* Quæ facit ad confirmandam fabulam Campidonensium, quasi ipsa Hildegardis ibi sepulta sit, una cum filio Ludovico Pio: quam in rem plura habet Crusius P. II. Annalium lib. IV. pag. 115. una cum utriusque epitaphiis. Mihi satis est, Bruschium pag. 98. Monasteriologiæ audire: *sepelitur (ut moriens petierat) in Basilica sua Campidonensi: etsi cænobitæ S. Arnulphi, extra Mediomatricum potentissimæ urbis mænia in perveteri ac magnificentissimo monasterio habitantes, jactitent, sese eandem etiam Hildegardin, ejusque filium Ludovicum Pium, filias vero Hildegardin & Adelhaidin, in sui templi augusto equidem choro magnificis sepulchris conditas habere.* Excogitavit quidem Bruschius κρησφύγετον, *fieri potuisse, quod Meti mortua, illic humata initio sit, & postea inde Campidonam translata; sicut id multis Imperatoribus & Imperatricibus acciderit.* Verum effugium illud plane præcludit Adelmus, sive Eginhardus, in Annalibus ad annum DCCLXXXIII. memorans, Hildegardim in Theodonis villa, ubi tum substiterat, & Natalem Domini, Paschaque celebraverat Carolus, decessisse pridie Kal. Maji, Carolumque, funeri ejus more solemni justis persolutis, in Saxoniam exercitum duxisse. Figmentum igitur Bruschii est, eam Metis obiisse: ibi tamen sepultam & Mabilionem pag. 190. asserentem audivimus, & disertissime tradit alius illius ætatis Scriptor, qui vitam Ludovici Pii ad Ann. DCCCXXVIII. ab Eginhardo, ex Lambecii sententia, productam usque ad finem vitæ ejus continuavit, & à Mabilione, ut ad Defensionis Hyperaspisticæ Caput XIII. Num. III. pag. 303. audivimus, Euticius, Gallus Abbas, esse putatur. Refert enim, *corpus Ludovici Drogonem magno cum honore Mettos transportari fecisse, & in Basilica Sancti Arnulfi, quo & mater ejus condita erat, nobiliter sepelivisse.* Nec translationem admittit epitaphium Campidonense apud Crusium, sed statim post obitum sepultam ibi tradit: *Annis decursis septingentis octuagintaque tribus, busto in hoc bustuarii felicem bustuarunt Hildegardin: quæ variis claruit signis, Dei vigore in multis; cujus in pace sancta requiescat anima, Amen.* At quis in Antiquitate paulo versatior

non

non manifeste deprehendat, recentioris multo ævi esse hoc epitaphium, nec Scriptori vitæ Pii synchrono ullatenus conferendum? Fabulæ tamen isti præcipue palliandæ fabricatum videtur, quod nunc examinamus, Diploma, idque formula subjecta, judices publicos à locis coenobii arcens, non magis in γνησιότητος thronum evehit, quam Lindaviense, cui pariter inserta est.

Porro verba Monogrammati addita SEXTUM producunt nævum primo similem: *Signum Domini Caroli Serenissimi Imperatoris Augusti.* Pro quo, si Diploma genuinum foret, scriptum esset, ut in omnibus aliis ante Annum DCCCI. datis, apud Mabilionem Libro sexto: *Signum Caroli gloriosissimi Regis:* iis quidem litteris, quas æri incisas Mabilio sistit Tab. XXVI. ex Diplomate Caroli anno Regni quinto.

SEPTIMUM indicium νοθείας ostendit subscriptio Notarii: *Amelbertus Cancellarius ad vicem Luperti Archicancellarii recognovi.* Scio, Mabilionem pag. 119. scribere: *Amelbertum suggerit Diploma secundum Osnabrugense, in Monum. Paderborn. pag. 328. quod nonnulli suspectum habent, tametsi Ercanbaldus, ad cujus vicem Amalbertus litteras recognovisse dicitur, Caroli Magni Cancellarius fuit.* Sed quomodocunque se habeat Diploma Osnabrugense, nihil inde ad stabiliendum Campidonense elicitur, quoniam in omnibus genuinis Caroli Diplomatibus, saltem ante Ann. DCCCI. datis, cujusmodi nostrum esse fertur, nunquam vel Cancellarii vel Archicancellarii dignitas, sed nuda recognitorum nomina exprimuntur; docentibus exemplis apud Mabilionem libro sexto Diplomatico, & Tomo tertio Analectorum, Baluzium in Appendice Capitularium, aliosque. Nam tantum legas: *Giltbertus ad vicem Radonis recognovi, & subscripsi. Widolaicus ad vicem Radonis recognovi. Genasius ad vicem Hercambaldi firmavit.*

Præterea maxime notandum, eo tempore, quo Campidonense conditum fertur Diploma, Archicancellarium Caroli Magni non Luperti, sed Hitherii nomine venisse, ex certissima Mabilionis doctrina p. 118. *Hitherius Pipini Archicancellarius fuit, ut qui auctoritate sua regias litteras recognoscit & subscribit. Idem officium exercuit Hitherius (ita in autographis scribi solet) ab ineunte Caroli Magni principatu, saltem ad annum regni duodecimum: quo anno Wigbaldus ad vicem Hitherii duo Diplomata Dionysiana recognoscit.* Prius patet ex præcepto Pipini XLVII. Lib. VI. Mabilionis pag. 495: *Hitherius recognovit & subsc.* propria nimirum auctoritate, non ad vicem alterius. Posterius vero ex præcepto L. quod Carolus Magnus dedit: *Wigbaldus ad vicem Hiterii recognovi & subscripsi.* Pergit Mabilio: *Nec obstat, quod Eterius Capellanus dicitur ab Anastasio Notarius. Hoc enim nomine intelligitur Notarius summus.* Præstat Anastasium ipsum consulere, in vita Hadriani Papæ prolixe admodum consignantem, quid Carolus Romæ gesserit, & quomodo à Papa fuerit exceptus eopse tempore, quo expedivisse fingitur Campidonense Diploma. *Quarta feria Paschalis festivitatis rogat Regem Pontifex, ut donationem à Pipino factam confirmaret, quod statim fecit, & propria voluntate, bono ac libenti animo, aliam donationis promissionem, ad instar anterioris, ipse antedictus, præcellentissimus, & revera Christianissimus Carolus Francorum Rex asscribi jussit per Etherium, religiosum ac prudentissimum Capellanum & Notarium suum, ubi concessit easdem civitates, & territoria beato Petro &c.* Ac paucis interjectis: APPAREM (id est, ut in margine declaratur, *exemplar*) *ipsius donationis per eundem Etherium adscribi faciens ipse Christianissimus Rex Francorum, intus super corpus beati Petri subtus Evangelia posuit.* Cum igitur ex Anastasii testimonio cer-

certissime constet, Hitherium Caroli Archicancellarium Romæ præsto fuisse, & donationis Instrumentum, propter rei dignitatem, propria manu confecisse; tum nemo non videt, Lupertum Campidonensi Diplomati plane ἀπροσδιονύσως adscriptum, nec Mallincroti conjecturam, ad illum salvandum pag. 8. dubitanter propositam, quasi sub Carolo diversa regimina fuerint, locum habere posse, quam etiam alia ratio excludit, quod Carolus I. imperium Italicum sequenti demum anno auspicatus est, ac proinde, cum Romæ foret, unicum tantum regimen & Archicancellarium habuit.

Quamobrem ut inter Caroli Magni Archicancellarios exulat Lupertus, ita nec inter Cancellarios sive Notarios, qui Hitherii vice Diplomata recognoverunt, Amelberti nomen uspiam occurrit, sed alios plane indicat Mabilio dicta pag. 118. *Notarii sub Hitberio fuere Rado, Wigbaldus, Gilbertus & Optatus, qui ad ejus vicem complura quisque instrumenta recognovere, in his Rado unum pro S. Germano, ære hic incisum, anno V. Regni Caroli.* Ærea Tabula est XXIII. libri quinti, ejusque ultimum locum occupat hoc Diploma, ubi legas: *Rado ad vicem Hitberii subscripsit. Data tertio decimo Kal. Novembris anno quinto regni nostri.* Aliud habetur Lib. VI. Num. 50. hac clausula: *Wigbaldus ad vicem Hiterii recognovi & subscripsi. Data sexto Kal. Julias anno septimo & secundo regni nostri.* At quoniam medio inter hæc tempore, anno regni sexto, datum fingitur Campidonense Diploma, certe manifestum est, eodem modo ad vicem Hitherii, Romæ utique cum Carolo præsentis, ab aliquo Notariorum sive Cancellariorum ejus recognoscendum & subscribendum fuisse, non ab Amelberto ad vicem Luperti, quorum hic inter Caroli Magni Archicancellarios locum non invenit, ille autem in dubio Diplomate exstat, aut si hoc genuinum esse contenderis, non tamen Hitherii, sed Ercanbaldi, qui ab anno circiter XXIX. regni Caroli Cancellarius erat, Notarius extitit.

Et quid multa disputamus? cum nihil manifestius sit, quam & initium Campidonensis Diplomatis, de quo supra diximus, & finem sive subscriptionem, ex genuino aliquo Caroli Crassi furtim sublegisse impostorem. Neque enim ovum ovo similius est, quam Monogramma Crassi, & clausula Diplomatis Oetingensis apud Aventinum: *Signum Caroli serenissimi Imperatoris Augusti. Amalbertus Notarius ad vicem Luitwardi Archicancellarii recognovi. Data VIII. Kal. Septemb. Anno Incarnationis Dominicæ DCCCLXXXV. Indictione III. Anno Imperii piissimi Imperatoris Caroli, in Italia quinto, in Francia quarto, in Gallia primo. Actum ad Weibelingam in Dei nomine feliciter Amen.* Et Paderbornensis, quod in prima Monumentorum editione ultimum locum occupat: *Amalbertus Cancellarius ad vicem Liutberti Archicappellani recognovi. Data XI. Kal. Octobr. Anno Dominicæ Incarnationis DCCCLXXXVII. Indictione V. &c.* Neque dissimulaverim aliud apud Bignonium Notis ad Marculfum pag. 905. *Amalbertus Notarius ad vicem Autberti* (lege *Liutberti*) *Archicancellarii. Data XV. Kal. Julii Ann. Incarnationis Dominicæ DCCCLXXXVI. Indictione V. imperii Caroli VII.* Plura suppeditat Mallincrot de Cancellariis Imperii p. 17. verum Archicancellarii nomen existimans LUDWARDUM, qui corrupte ab aliis vocetur LINQUARDUS. *In Metropoli etiam Salisburgensi*, subjicit, *Wigulei Hundii, & Christophori Gewoldi Tom. I. pag. 245. simili ratione mendose vocatur Luitbardus; ubi vice ejus Amelbertus Notarius Anno 885. subscripsit. Rectius nomen ejus exprimitur Tom. III. pag. 62. in literis, Anno seq. 886. expeditis; quo loco etiam Amelbertus, qui prius Notarius dictus fuerat, Cancellarius nominatur: è quo tempus assumptionis ejus comprehenditur. Eundem Luitbardum reperio apud Joannem Paulum Wineck, de Elect. Imp. c. 62. in literis*

fun-

fundationis seu Confirmationis Monasterii Gengenbachensis; quæ tamen illic perperam Carolo Magno tribuuntur. Idem Gengenbachense Diploma excerpit Crusius Annalium P. I. Lib. XI. pag. 297. quod vel ex primis lineis Caroli Crassi esse intelligimus: *In nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis. Carolus, divina fruente* (potius *favente*) *clementia, Romanorum Imperator Augustus.* In eo fit mentio *petitionis nostri fidelis Liutwardi Archicancellarii & Vercellensis Episcopi.* Certissimum est, Liutvvardum sive Liutbertum fuisse Caroli Crassi Archicapellanum & Archicancellarium, & omni honore ab Alamannis paulo ante privatum, quam ipse Imperator deponeretur, testibus Fuldensibus aliisque Francorum Annalibus. Hujus nomen, ex Lambecii doctrina Lib. II. Commentariorum pag. 427. ita, ut dedimus, scribendum, varie corrumpitur, & à Campidonensis Diplomatis confictore vel descriptore in Luperti detortum est.

Tandem ne temporis quidem notatio absque nævis concipitur: *Data ab incarnatione Domini DCCLXXIII. indictione XI. anno vero regni piissimi Caroli sexto Imperii primo. Actum Romæ &c.* Nam perperam omittitur ANNI vox: nec Carolus Magnus in ordinariis & communibus Diplomatibus, docente nuper Mabilione, annos ab incarnatione numerare solitus est: multo minus annos Imperii ab A. C. DCCLXXIII. sed DCCCI. auspicatus. Conclusio denique tantis ambagibus: *in sancto die Paschæ, in ecclesia Sancti Petri, coram Adriano Papa & multis aliis Principibus, in Dei nomine feliciter Amen,* ævo Carolino formari minime consuevit.

Habemus itaque novum exemplum suppositititii Diplomaris, quod cum Lindaviensi contendere licet. Sicut enim Lindaviensis impostor, sub nomine Ludovici Germanici conditurus Diploma, infelici fato incidit in quoddam Ludovici Pii, cujus initium & finem fœtui suo utcunque attexuit; ita Campidonensis sub nomine Caroli Magni proditurus Caroli Crassi Diploma arripuit, figmentisque suis accommodavit.

Cæterum absoluto hoc examine Acta Sanctorum adii, tertioque Aprilis tomo die trigesima pag. 788. prolixum de Hildegarde Regina Commentarium à Papebrochio adornatum reperi: qui num. 2. ex Paulo Warnefridi etiam confirmat, Hildegardin Metis in B. Arnulphi oratorio sepultam; sed mox num. 4. seqq. Campidonensium figmenta sequutus, non solum illius, verum & Ludovici Pii corpus Campidonam translatum statuit post annum DCCCLIV. meris conjecturis, levibus satis, (quæ partim fictitio Abbatum Catalogo, partim falsæ persuasioni de Ludovico II. Lotharii filio Imperatore, Germaniam Sueviamque, quam non ille, sed Ludovicus Germanicus, Lotharii frater, tenebat, possidente, nituntur) suffultus, nullius coævi & antiqui Scriptoris testimonio: quod ipse Papebrochius, n. 19. in simili negotio requirit, & priusquam videam, recentiorum fabulas nihil curo. Præsertim quando idem Papebrochius n. 12. seqq. fabulosa illa, quibus Munsterus & Bruschius usi sunt, monumenta explodit, & inter ea Diploma ipsum, de quo hactenus disceptavimus. Argumenta ejus ex n. 17. audire par est: *In hoc instrumento nolo notare vitia, aliis similiter suppositis communia, quæ ex Tractatu præliminari ad Tomum secundum cognitu obvia unicuique jam sunt: solum indicare lubet propria, eaque non omnia, sed præcipua.* S. Chrodegandi Metensis Episcopi (*qui hic inepte* Rudangus *dicitur*) *historiam omnem explicuimus VI. Martii, quo colitur, & Anno DCCLXVI. obiisse, ex Paulo Warnefridi probavimus, utique annis quinque, priusquam Hildegardim Carolus duceret. Quem vero non offendat Annus* Imperii primus, & Imperatoris Augusti titulus, *quasi hac locum habuerint*

buerint ante coronationem, anno duntaxat DCCC. factam à Leone Papa. Denique Pascha anni DCCLXXIII. fingitur Carolus celebrasse Romæ, qui solum exeunte autumno in Italiam transiit, continuataque per hiemem totam obsidione, dum expugnatio munitissimæ ac regiæ urbis procederet lentius, uxorem secum duxit Romam Anno DCCLXXIV. actisque Paschalibus ad Papiam rediit, ubi puerperio levata Regina est; Rex vero, capta demum urbe, cum ipso Rege, Regina ac liberis, & reliqua Lombardia in potestatem redacta, primum sui in Italia regni annum numerare potuit, non tamen numeravit, exorsus id primum facere, post adeptum nomen Imperatoris.

In hisce Papebrochianis non omnia possum probare. Erronea non minus scriptione CHRODEGANEUM vocat, quem RUOTGANGUM sive CHRODEGANGUM appellare debuerat, de quo pluribus Cap. IIX. Num. XII. dictum est. Deinde ex Annalibus Francorum supra ostendi, Carolum anno DCCLXXIII. Pascha omnino Romæ celebrasse; Papiam vero sequenti demum anno ab eo occupatam Fuldenses his verbis memorant: *Langobardi obsidione pertæsi pariter cum Rege Desiderio egrediuntur ad Regem. Ille vero altera die cum hymnis & laudibus urbem ingrediens, thesauros regum repertos exercitui distribuit, & cunctum Italiæ regnum adeptus, in Franciam regreditur.* Hoc ergo Italiæ regno potitus Carolus ab Ann. DCCLXXIV. novam Epocham incepit, quam frustra negat Papebrochius, jam reprehensus à Mabilione pag. 195. qui ex re & vero scribit: *Hujus rei tot probationes esse, quot exempla.* Unum ex primis paulo ante adduximus, Anno DCCLXXV. à Carolo datum, hac clausulâ: *Data sexto Kal. Julias anno septimo & secundo Regni nostri;* intellige septimum in Franciâ, secundum in Italiâ. Unde magis elucescit inscitia Campidonensis impostoris, primum imperii annum à DCCLXXIII. auspicantis, quo Carolus ne quidem Italici Regni sumserat exordia.

Laudandus tamen Papebrochius, quod alias etiam Campidonensium fabulas rejicit, quas nunc expendere nostrum non patitur institutum. Id saltem in universum de primis Campidonensium rebus asserere nihil vereor, multis eas figmentis scatere, & ne genuinum quidem Abbatum Catalogum extare. Quis enim admiserit, quem Bruschius, Bucelinus aliique nobis obtrudunt, vel solis Abbatum cognominibus Germanicis ex familiâ petitis sese prodentem? Equidem servant in scriniis Campidonenses antiqua monumenta, ex quibus hunc aliosque defectus facile, si velint, supplere poterunt. Facem illis prætulit Mabilio, editis tomo quarto Analectorum nonnullis Diplomatibus, quorum duo Ludovici Pii pag. 469. 470. Anno DCCCXXXIX. Abbatem TATTONEM vocant, quem ineptus ille Catalogus GOTHARDUM KALTENBERGERUM fingit. Alia duo Ottonis Magni pag. 471. 473. Anno DCCCCXXCIII. & DCCCXCIII. RUDOLPHUM habent, sed ineptus ille Catalogus *Alexandrum Frodresser ab Eck.* Unum denique Henrici IV. pag. 475. Ann. MLXI. OTENUM præfert, sed ineptus ille Catalogus HENRICUM DORENSTICHIUM.

Num. VI.

Diploma Ottonianum super Limitibus Comitatus Campidonensis de Anno DCCCIV.

IN Nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis OTTO divina favente Clementia Imperator Augustus. Oportet igitur nos qui Dei munere à cæteris mortalibus

libus sumus prælati ejus in omnibus parere præceptis, & loci sibi dicata nostro relevare Juvamine, atque eis legitime tradita Imperiali tueri munimine, quorum id nobis ad temporalem vitam prospere transiendam, & æternam feliciter obtinendam profuturum liquido credimus. Quapropter comperiat omnium fidelium nostrorum præsentium scilicet & futurorum solertia, qualiter antecessor noster HLOUDOVICUS videlicet PIUS & Serenissimus Imperator filius Karoli Magni Imperatoris INTEREQUITARI fecit Marcham, quæ est inter *Monasterium Sanctæ Mariæ* quod dicitur CAMPIDONA & inter populum Albigaugensem, Hillargaugensem & Augustgaugensem, & inter omnes circumquaque prope ipsam Marcham positos, ad Orientem, ad Meridiem, ad Occidentem & ad Septentrionem.

Notissimum est enim ex testamentis quæ tradiderunt antecessores nostri, videlicet Hloudovicus pius & Serenissimus Imperator & Arnolfus Rex & Bonæ memoriæ *Genitor noster Otto Imperator*, & nos hac nostra testificamur auctoritate, qualiter *Iring missus Domini* jam dicti HLoudovici Serenissimi Regis residens cum *babone* & *Pertholdo Comitibus*, & cum magna multitudine Hilargaugensis & Augustgaugensis & Albigaugensis populi fecit jurare primos & seniores de omni populo super Sanctorum reliquias;

Quod quidquid de ipsa Marcha, quæ est inter Monasterium Sanctæ Mariæ quod dicitur Campidona, ubi tunc temporis *Erchanbtus Frisingensis Episcopus* praeesse videbatur, & inter omnes circumquaque positos certissime & verissime scirent, id sine mendacio & ulla dubitatione testarentur;

Illi quidem post datam fidem & interrogatione facta dixerunt, se veraciter scire ita interfinium esse, & Marcham Campidonensem infra hos terminos consistere;

Ab Humminfurt usque ad Rougginsfluch, deinde Zimchellindin Wege, deinde in ifinmar Wazzir, deinde in Rivum qui vocatur Æscha, deinde in Lutiracbe, ubi in Hilarum vadit, deinde indirectum super Hobinrain, deinde in sedinbrunnin juxta Wolfoltiswendi, deinde in fontem Zibehaim, deinde in mindilin ursprine, deinde in Wertahe, deinde in digeltinabe fürsum, deinde in Rotaham ubi vadit in Hilaram.

Infra hos terminos juraverunt prædicti Seniores ipsam Marcham cum terris & silvis, cultis & incultis specialiter ad potestatem Domus Dei Campidonensis Monasterii, etiam à temporibus Karoli Magni Imperatoris contineri, quod nunquam in alterius hominis potestate justa investitura fuerit. Ex quo ipsum *Campidonense Monasterium à Beata memoria Hiltegarda Regina uxore ipsius Magni Karoli fuerat fundatum*, nullusque postea ex Albigaugensi vel Hilargaugensi vel Augustgaugensi populo superius memoratum Monasterium intra ipsam Marcham invadere aut novalia capere, aut etiam nullus Comes infra prædictam Marcham aliquod Judicium facere audebat, sed semper ipse Abbas & Monachi & Agentes sui, & Advocatus ipsius Monasterii eam cum omni tranquillitate possederunt, donec ipse populus circumquaque ipsam Marcham positus injusta invadatione transgressionem in ea fecisset.

Peracto enim Scabinorum judicio noluerunt audire vel acquiescere eorum judiciis, sed paraverunt se sine ulla audientia à placito constituto discedere, ac per hoc prædictus dominicus missus videlicet IRING verbo Regis pannavit omnes pariter testes videlicet atque idoneos scabinos nec non & populum circumqua-

quaque ipsam Marcham positum, quatenus omnes in die deputato starent coram Rege ad Regenesburg; Quadam vero die Domino Hloudovico Serenissimo Imperatore sedente pro tribunali *in palatio Regio apud Rogenunto* Primatibus nobilium Francorum Bavarorum atque Alamannorum adsistentibus *Lutpramino*, *Erchanfredo*, *Erchanbtho*, *Hartwigo* Episcopis & *Babone*, *Fritilone*, & *Zone* Comitibus jussit ante se venire Rex eos quos IRING ex suo verbo pannavit, in præmemorato placito, quod in partibus Alamanniæ jussu Domini Regis habuit, illoque referente omnem ordinem rei sacramentum scilicet testium idoneorum scabinorum examen ejusdem populi impedimentum, jussit iterum Dominus Rex omnem pristinam inquisitionem coram se renovari. Primo siquidem fecit eosdem fideles testes sacramentum dare super Sanctam ac Venerabilem Dominicam Crucem suam, pro eo videlicet, ne in postmodum potuerint dicere, quod sibi injuste decerneretur eorum sententia.

Post sacramentum vero interrogavit Dominus Rex eosdem Albigaugenses, Hilargaugenses, Augustgaugenses de persona testium, si quem illorum potuissent falsare, qui professi sunt, se non posse quenquam illorum projicere.

Tum iidem testes jussi sunt dicere secundum sibi datum sacramentum, quod verissime scitent, de præfata Marcha id sine mendacio & dubitatione testarentur, illi vero nihilo minus quam antea in priori placito, sed etiam in quibusdam plenius testificati sunt, deinde iidem ipsi idonei scabini qui superius aliique quam plurimi qui *in Conventu Magnatorum* aderant coram Rege dijudicaverunt, ut universas supergressiones prædictorum limitum cum suis Commissis præfato Monasterio redderent:

Et primo omnium accessit HUNOLFUS Advocatus Reginhalmi presbyteri coram Rege & omnibus primatibus ejus, & cum manu propria suas teddidit invadationes in manus Erchanbti Episcopi Frisingensis, tunc etiam Abbatis Campidonensis & Advocati sui Milonis. Sic & cæteri presbyteri & alii litterati fecerunt, reliqui vero ut in lege continetur cum suis Commissis reddiderunt, universi quidem ibi vadiaverunt in manus Etchanbti Episcopi simul & Abbatis Campidonensis & Advocati sui Milonis vestitura sua in die deputato legitima facienda.

Postremo quippe jussit Dominus Rex eos qui in pristino placito ejus fidelibus videlicet Abbati & Monachis Campidonensibus maxime impedimentum & injuriam concitaverunt, ut à REGINESBURG usque ad eundem locum placitum videlicet REGENUNTO pedestres venirent & unusquisque Laicorum propriam sellam suis scapulis portaret, presbyteris atque aliis litteratis, qui noxii in hac præsumptione seducti sunt clementer indulsit.

Isti sunt qui post sacramentum hoc testificati sunt Adalbern, Adalbret, Lunoganto, Peringer, Rantvvig, Reginbolt, Trusing, Tagaprecht, Kisalolt, Irminbrecht, Willehelm, Hiltram, Bōtahalm, Reginher, Nordolo, Perethram, Erimbrecht, Hadamar, Theotolt. Trudher, Nandker &c. Isti sunt Scabini Reginbolt, Reginolff, Agilo, Hunolf, Aragor, Stephan, Reginher, Theophet, Woluolt, Hunprecht, Albercht, Willehelm, Naghelm, Selphker, Snelrich &c. Actum est autem hoc placitum, apud Regenunto coram Domino Hloudovico Imperatore piissimo & serenissimo, & primatibus suis præsentibus eisdem testibus, & scabinis præscriptis cum Iringo misso & Erchanbto Frisingensi Episcopo & simul Abbate Campidonensi atque Milone Advocato domus

domus Campidonensis & innumera multitudine diversi populi mense quidem Martio V. Idus Martias. Et nos hanc actionem recognovimus & subscribi jussimus, & eam Sigillo nostro subter signari præcepimus.

Und waren in den uf demselben Kayserlichen Brief an dem Ende und vor dem Datum zwey Zaichen gemacht/ und stund bey dem ersten Zaichen mit einer langen geschrifft/ geschrieben

Signum Domini Ottonis invictissimi Imperatoris Augusti.

Und stund darnach unter dem Sigell und dem Zaichen geschrieben

Data Radispone anno ab incarnatione Domini DCCCIIII. Regnante Domino nostro JEsu Christo feliciter Amen.

Num. VII.

Censura Diplomatis ab Imperatore Ottone II. super Comitatu Campid. ejusque Limitibus prætense renovati. A. C. 810.

GAspar Bruschius in Chronologia Monast. Germ. sub voce CAMPIDONA chartæ hujus specialem mentionem non facit, de reparatione tamen & renovatione Marcarum seu Limitum Campidonensium his indigitat verbis, p. 103.

ADELBERTUS, alibi ECCENBERTUS Moringerus de Hopfferbach (in ordine quartus Abbas) Vir Nobilis successit Gothardo, quem A. D. 840. d. 13. Augusti obiisse refert; Fuit Hittonis, sexti Episcopi Frisingensis in Bavaris nepos ex fratre, cui etiam in Episcopatus gubernatione successit, tandem ad Abbatiam quoque Campidonensem una cum Episcopatu gubernandam accersitus, præfuit sub Pontifice Maximo Sergio II. Annis undecim utiliter. Reperitur adhuc in ambitu tale de eo Scriptum: Anno 842. *Adelbertus Episcopus Frisingensis & Abbas hic, Marcas Monasterii reparavit.* Cœtera vetustate abolita illegibilia sunt: Decessit ex hac vita undecima Januarii A. D. 854. & Frisingi, ubi plerumque sedebat, honorifice sepelitur.

Et p. 106. Alexander Fordresser ab Eck, vir nobilis, ex optima Familia natus, constituitur Abbas resurgentis Cœnobii (in ordine XIV.) A. C. 962. sub Rom. Pontifice Joanne XII. Fuit Ratisbonæ in Imperii Comitiis, in quibus ab Ottone Imperatore, ut limites cœnobii de novo firmarentur (multa enim à pauperibus Alpogoviæ Nobilibus abstracta & abalienata erant) impetravit. Valetudinarius tamen non omnia ipse efficere & expedire potuit, diu enim decumbebat, habebat vero fautorum & amicum summum, olim etiam Condiscipulum, Episcopum quendam Frisingensem, qui omnia ipsius nomine diligentissime expediebat. Obiit tandem A. D. 992. sexta Augusti.

Hinc licet rem istam sub præfatis Abbatibus utcunque gestam non adeo in dubium vocare, vel Illustris ac Principalis Cœnobii juribus atque limitibus, hucusque justissime possessis, hac nostra Censurâ quicquam detrahere animus sit,

non ideo tamen Instrumentum desuper confectum pro genuino & in Cancellaria Imperatoris Ottonis II. ut præ se fert, exarato censeri debet aut potest. Et cœcus profecto sit, vel cunctarum ævi medii rerum imperitus, qui nullo monitore primo statim intuitu hic non deprehendat commissa falsi crimina. Omnia indicare, quæ si tempus & occasio permitterentur, evolvi & demonstrari possent vitia, superfluum erit, pauca igitur significabimus duntaxat ut reliquis impudentiora & hactenus obvia.

Quam enim I. est impudens mendacium, quod uno certe ictu tabulas istas jugulat, jam Anno ab incarnatione Domini DCCCIIII. quo datum fingitur Instrumentum, Ottonem II. in vivis & Imperatorem fuisse, quam tamen æram non solum supra descriptum Apographum, ipsi prætenso Originali in pergameno scripto, nulla sui parte suspecto, sed sano, integro & illæso, impressioneque Sigilli Cæs. probe munito, in omnibus suis punctis & clausulis de verbo ad verbum simile, sed reliqua etiam jam antehac coram Commissione Cæs. in Anno 1490. in Judicio Compromissario Anno 1600. & novissime demum Anno 1695. in excelso Judicio Imperiali Aulico producta exhibent; cum tamen cuilibet in Re Historica Germ. Tyroni notum atque familiare sit, periodum Imperatorum Saxonicorum non Seculo IX. sed X. inchoasse, & Ottonem II. Anno demum 955. natum fuisse.

Ita Reginonis Continuator & Albericus Monachus trium fontium ad h. a.

Et cum II. nihil sit manifestius, quam formulam initialem cum Monogrammate & verbis circum scriptis ex alio quodam Diplomate ab Imperatore Ottone II. pro eodem Monasterio Campidonensi concesso, quod extat apud Mabilionem Tom. IV. vet. Analect. p. 471. his verbis:

> *In Nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis Otto divina favente Clementia Imperator Augustus. Oportet igitur nos, qui divino munere à cæteris mortalibus sumus prælati, ejus in omnibus parere præceptis, & loca sibi dicata per petitiones fidelium nostrorum nostro relevare juvamine atque imperiali tueri munimine: quoniam id nobis, & ad temporalem vitam prospere transigendam & æternam feliciter obtinendam profuturum liquido credimus. Quapropter comperiat omnium fidelium nostrorum præsentium scilicet & futurorum solertia, qualiter &c.* Et in fine: *Signum Domini Ottonis invictissimi Imperatoris Augusti; Hiltiboldus Episcopus & Cancellarius vice Willigisi Archicapellani notavi. Data IIII. Idus Junii Anno Dominicæ Incarnationis DCCCCLXXXIII. Indict. XI. Anno vero regni secundi Ottonis XXII. Imperii autem XV. Actum Veronæ feliciter Amen.*

Confictorem chartæ nostræ furtim sublegisse, figmentisque suis accommodasse, cum ovum ovo vix similius inveniatur; ominandum sane esset, errorem hunc crassissimum circa æram Christ. commissum, ex oscitantia potius & incuria Copistarum, quam Authoris vel Impostoris surrepsisse, nisi etiam

III. Omnia reliqua in calce Præcepti Imperialis opponi solita, ut mensis, dies & numerus Indictionis, annus Regni & Imperii, subscriptio Archicapellani vel Cancellarii deessent, quæ falsitatis & suppositionis indicia sunt manifestissima.

Quibus IV. addendum, annum & locum commorationis modo dicti Diplomatis Ottonis II. apud Mabilionem cum Scriptoribus istorum Temporum concordare quidem, uti referunt

Ditmar,

Ditmar. Edit. Reinecc. pag. 34. Annales Hildesh. apud Leibniz. nec non Chronographus Saxo. vid. Baron. T. X. ad An. 983. & post reliquos Boecler. Histor. Sec. IX. & X. p. 356. & seq.

Anno 983. Imperatorem Ottonem II. Placitum habuisse Verona, ibique filium Imperatoris ab omnibus in Dominum electum esse; quamquam Ditmarus restitutus apud Leibniz. Script. rer. Brunsvic. pag. 347. jam ad An. 978. hoc factum velit: Annum etiam Regni XXII. cum Ao. 961. Electionis in Regem factæ

vid. Script. ap. Pfeffing. ad Vitr. I. P. L. 1. t. 2. §. 10. pag. 92.

non autem Annum Imperii XV. cum Anno 973. quo defuncto Patri in Imperio successit Otto II. convenire, nisi jam Ao. 967. quo in Consortem Imperii ascitus, & Romæ consecratus,

vid. Lamb. Schaffnab. in Chron. pag. 156. aliique.

Coimperatoris titulo insignitum fuisse dixeris, veluti videre est ex Diplomate ab eodem Imperatore Monasterio Einsidlensi Anno 973. Imperii autem ejus V. concesso.

Quod exhibet Rasler in Vindicat. contra Vindicias Tenzel. pro H. Conringii Censura Diplomat. Lindav. in Append. pag. 39. vid. etiam pluribus Dieterich. in Hist. Imperatorum Sax. sub Ottone II. §. 1.

Unde etiam Leuber in Stapul. Saxon. N. 603. apposite scribit:

Der Imperator Otto II. hat die Annos Regni ex Anno Christi 961. darinnen Er von seinem Vatter Ottone M. zu Worms auff dem Reichs-Tag zum König gekrönt worden/ und die Annos Imperii ex Anno Christi 967. darin Er zu Rom die Kayserl. Cron empfangen/ Baronio in Annal. Auberto Miræo in Chr. Belg. Anno 961. 967. Calvis. in Op. Chronolog. in An. 961. 967. aliisque Chronologis testibus, gezehlet.

De Abbate autem Campidonensi RUDOLPHO nomine, quem præfatum Diploma sistit, nulla fit mentio, neque à Bruschio nec Münstero nec Bucelino nec in Chronico MSto Campid. utpote qui potius Alexandrum Fordresser ab Egkh tunc temporis Abbatem Campid. prædicant, Rudolphum vero primum & unicum hujus nominis ad Seculum demum XIII. rejiciunt; unde etiam Tenzel. in alleg. Vindiciis Historicis in App. 3. p. 83. ex Mabil. vet. Analect. jam pluribus demonstravit, aut Catalogos illos Abbatum, aut Diplomata Campidonensia à Mabilione & Raslero edita falsa & supposititia esse.

V. autem notatio loci, quo datum fingitur Instrumentum Ottonis II. RADISBONÆ nempe, non parum reddit suspectum, cum nullibi reperiatur, hunc Regem vel Imperatorem ibidem unquam commoratum fuisse, vel alios Conventus seu Placita cum Principibus & Proceribus Regni habuisse quam Wormatiæ, Wismariæ, Quedlinburgi, Magdeburgi, Alstedii, Veronæ, Aquisgrani & apud Romalias.

vid. Boecler. Hist. Sec. IX. & X. sub Ottone II. p. 356. Dieterich. d. l. art. 2. Pfeffinger ad Vitriarii J. P.

VI. Insolitum plane, & illius Seculi moribus adversum, Primatum vel Procerum Imperii ut Testium, quorum præsentia Instrumentum hocce recognitum

renovatum esse debeat, imo ne quidem Abbatis, tunc temporis Monasterii Præsidis, cujus precibus id factum sit, contra receptam & in ejusmodi tabulis usitatam consuetudinem mentionem esse factam.

Bruschius quidem narrat, Alexandrum Abbatem Campidonensem in Imperii Comitiis Ratisponensibus ab Imperatore Ottone II. hanc confirmationem limitum impetrasse, ob adversam autem ipsius valetudinem Episcopum Frisingensem suo nomine omnia expediisse, qui tunc temporis fuit Abraham ex Comitibus Palatinis Charinthiæ ab Anno 954. ad Annum usque 992. teste Hundio de Episcopis Frising. n. 15. ab omni tamen verisimilitudine alienum hoc esse videtur, ex eo, quod indicat Lambertus Schaffnab. ad Annum 974.

Heinricus Dux Bojoariorum & Abraham Episcopus (Frisingensis) cum Bolisclajone & Misichone inierunt contra Imperatorem pravum Consilium. At Imperator tali nefando comperto consilio, congregavit omnes Principes suos, & quid inde faceret, consilium petiit &c.

Unde etiam postea Frisinga obsessa, capta, & Episcopus Abraham in vinculis detentus fuit.

Hund. d. l. Aventin. in Annal. Bojic. L. V. fol. 503. seq. Brunner in Annal. Bojic. pag. 525.

Dieterich alleg. loc. §. 3.

Ut taceamus VII. ejusmodi refecta & primariis substituta Instrumenta, vel PANCHARTAS, uti appellabantur, in quibus etiam prioris accurata fieri debet mentio, contestante Principe, se vidisse eas ac inspexisse, à Mabil. in Opere majori Diplomatico L. I. c. 7. §. 6. Ruinarto in nova ad Rem Diplom. Appendice & Supplemento p. 97. p. 527. p. 646. & passim, Cointio etiam in Annal. Franc. Ecclesf. ad An. 813. Du Chesne T. III. p. 495. aliisque memoratas, stylo & modo plane diversas esse à nostra, Seculo demum recentiori efficta.

Modum enim renovandarum vel transsumendarum chartarum antiquarum isthoc ævo in Cancellariis Regiis usitatum, sequenti ratione describit Jo. Petr. Ludevvig. Tom. I. Reliquiarum MStorum omnis ævi Diplomatum in Præfat. §. 11.

Deinde ut dubitationes tollerentur inter referens & relatum, quod dixerunt, id etiam sibi agendum putarunt, & solicitandum à novis rerum Dominis, ut illi vetustioris Diplomatis formulam primo mitterent sub examen, deinde fidem plenam, quam mereretur, testarentur, tum eandem verbatim recitarent, suoque novo codicillo insererent, insertamque suis deinde verbis firmarent, redderentque legitimam. Docent hoc innumera exempla, docent etiam formulæ, his verbis fere conceptæ: *Noverint omnes, quod Nos litteras* (hujus vel illius ex Antecessoribus nostris) *adspexerimus ac manibus contrectaverimus, non abolitas, non cancellatas, nec aliqua parte vitiatas, neque suspectas, sed genuinas, & omni ex parte sinceras. Jussimus ergo illas de verbo ad verbum hic transcribere & transsumere. Sunt autem tenoris, qui sequitur. Nos itaque, scrutatione habita diligenti, eas litteras declaramus & habemus legitimas & genuinas atque instar veri sui Originalis. Quod non opus est porro exhibere & producere. Deinde omnia ejus litteræ charta hac nostra facimus; repetentes*

exe-

execrationes adversus illos, qui earundem fidei aliquid detraxerint, & quæ sunt his similia.

Et sane si quis VIII. conferat spurias has Litteras cum genuinis Ottonianis ap. Zylles. in Defens. Abbatiæ Imp. S. Maxim. Schaten. in Annal. Paderb. Leuber. in Stap. Saxon. aliosque plures, quid distent æra lupinis facile cognoscet, manifestoque deprehendet, fœtum istum adulterinum non ex Cancellaria quæ tunc fuerit Regia ortum, sed recentioris longe ævi esse, maxime si spectes barbaram illam latinitatem, & Diphthongos connexis literis æ pictas, quibus per totum scatet, quæque indubitati sunt testimonii, ultra quadringentos circiter annos ætatem istius non excurrere, mentirique adeo Seculum nonum vel decimum.

vid. Conring. in Cens. Diplom. Lindav. Cap. XVII. p. 317. ibique allegatum peritissimum & philologicæ omnis antiquitatis principem Claudium Salmasium.

Quoad cætera autem, quæ in contextu narrantur *de Ludovico Pio Imperatore Caroli M. Filio*, qualiter precibus *Erchanbti Episcopi Frisingensis*, tunc etiam simul *Abbatis Campidonensis*, per Missum suum Regium IRING, BABONEM & PERTHOLDUM Comites, Campidonensis Monasterii Limites investigaverit, posteaque pro Tribunali sedens in Palatio Regio apud REGENUNTO, Primatibus Francorum, Bavarorum atque Allemannorum, LUITPRAMINO etiam, ERCHANFREDO, ERCHANPTO, HARTWIGO Episcopis, & BABONE, FRITILONE atque ZONE Comitibus assistentibus, dijudicatos renovatosque confirmaverit, multis modis veræ repugnant historiæ.

Palmarium autem νόθείας argumentum IX. sumitur ab ERCHANBERTO contracte ERCHANBTO, qui sub Regimine Ludovici Pii Caroli M. Filii Cathedram Episcopalem Frisingensem simul ac Abbatialem Campidonensem tenuisse in charta nostra dicitur, & in versione germanica **Erchenbertus** / in Catalogo Episcoporum Frisingensium

ap. Wigulej. Hund. in Metrop. Salisburg. Edit. nov. p. 70. & 86.

ERCHENBERTUS seu ERCHTENBERTUS in ordine VII. in Catalogo vero Abbatum Campidonensium

apud Brusch. in alleg. Chronol. Monast. Germ. voc. Campidona

ADELBERTUS sive ECCENBERTUS vocatur; & ille ipse est, qui teste Bruschio An. 842. Marcas Monasterii reparaverit. Hundius etiam ex Catalogo MSto ERCHENBERTUM illum Ao. 835. ad Sedem Episcopalem Frising. electum, & Bruschius post Gothartum Kaltenbergerum, quem obiisse dicit d. 13. August. A. D. 840. Abbatem demum Campidonensem factum, ambo autem Ao. 853. è vivis abiisse scribunt. Falsum fictumque ergo est, negotium illud jam gestum esse sub Ludovico Pio, Caroli Magni Filio, utpote jam tum antea d. 20. Jun. A. D. 840. defuncto, authore fide dignissimo Nithardo ipsius è sorore nepote apud Pithœum p. 445. ubi ad An. 840. *cum se hæc ita haberent, & Lodharius in Italia, Lodhowicus trans Renum, & Karolus in Aquitania esset, Ludhowicus Imperator, Paterque illorum in Insula quadam juxta Magonvacum 12. Kal. Jul. obiit.*

vid. quos congessit tam veteres quam recentiores Scriptores Pfeffing. d. L. P. I. t. 5. pag. 451.

Nonne ergo X. ineptum & in antiquitate parum versatum fabricatorem auribus tenemus, qui vel Ludovico Pio Imperatori causam addicit, quam tamen ipsius filio Ludovico Regi Germanico, ad palliandam melius & commodatius fabulam adscribere debuisset, vel qui ECCENBERTUM aut ERCHENBERTUM Abbatem Campidonensem fingit, quem tamen GOTHARTUM, uti Bruschius & Chron. MStum Campid. vel TATTONEM, veluti Catalogus apud Goldast. Antiquit. Alamannic. Tom. II. pag. 114. & Diplomata apud Mabilionem & Raslerum & quidem in ultimis adhuc diebus Ludovici Pii habent, fingere debuisset.

XI. non minus falsitatis argumentum præbet LOCUS, ubi Ludovicus Pius mense quidem Martio V. Idus Martias (quo vero anno vel non potuit vel noluit indicare Veterator, ne vel hoc etiam loco instar soricis se prodat) Placitum habuisse refert Instrumentum cum Magnatibus suis (quæ dictio iterum recentius sapit ævum, qua demum usus est Conradus Urspergens. ad An. 1114.) cum nec unicus Annalistarum vel Scriptorum vitæ Ludovici Pii de Comitiis vel Conventu cum Principibus & Proceribus Francorum Bavarorum & Allemannorum apud REGENESBURG vel REGENUNTO ullam mentionem faciat. Singula Comitia, quæ de Ludovico Pio ejusque filio recenset Pfeffing. in sæpius laudatis Notis ad Vitriarii J. P. L. I. tit. 2. de anno ad annum hic dabimus.

Comitia sub Ludovico Pio habita.

Ao. 814. mortuo Patre Carolo M. Aquisgrani.
Ao. 815. Padrabrunnæ.
Ao. 817. Aquisgrani.
Ao. 819. Aquisgrani & ad Ingilenheim.
Ao. 820. Carisiaci.
Ao. 821. Aquisgrani, Noviomagi & ad Theodonis Villam.
Ao. 822. Attiniaci & Francofurti.
Ao. 823. Francofurti.
Ao. 825. Aquisgrani.
Ao. 826. ad Ingilenheim.
Ao. 827. apud Noviomagum & Compendium.
Ao. 828. Aquisgrani.
Ao. 829. Wormatiæ.
Ao. 830. Neomagi & in Palatio Jogentiaco in Lemovicino.
Ao. 831. ad Theodonis Villam.
Ao. 832. Aurelianis.
Ao. 833. apud Compendium.
Ao. 835. in Attiniaco Palatio.
Ao. 836. Wormatiæ.
Ao. 837. ad Theod. Villam.
Ao. 838. ad Stramiacum in Pago Lugdun. Noviomagi & Spiræ.
Ao. 839. Aquisgrani & Carisiaci.
Ao. 840. ad Urbem Wangionum.

Comitia à Ludovico Rege Germanico habita.

Ao. 842. in Villa Salz.
Ao. 843. apud Viriolunum.

Ao.

Ao. 844. Romæ.
Ao. 845. apud Padraprunn.
Ao. 848. ad Moguntiacum.
Ao. 852. in Civitate Moguntin. & Erpfesfurt.
Ao. 855. in Franconofurt.
Ao. 857. apud Wangionum Civitatem.
Ao. 858. in Franconofurt.
Ao. 860. apud Confluentes.
Ao. demum 861. IN REGANESBURG, cum Erchtenbertus Episcopus Frising. & Abbas Campid. jam per septennium & quod excurrit non amplius fuisset in rebus humanis.

Quid autem XII. sibi velit barbarum illud vocabulum REGENUNTO, ubi Regem Ludovicum Placitum habuisse, eoque transgressores limitum Campid. in pœnam pedites propriam Sellam scapulis suis portasse referunt istæ Tabulæ, hactenus divinari haud potuit, cum nulla plane istius nominis Villa vel Palatium Regium in omni Historia occurrat. Et illud ipsum Palatium Regium quod isto ævo Ratisponæ fuisse videtur, utpote quæ antiquissimis temporibus veluti in Itinerario Antonin. & Tabula Theodos. REGINUM, & in veteri Notitia Imp. sub Rhætiarum Duce REGINA CASTRA itemque REGINA CIVITAS in vita S. Bonifacii C. IX. apud Sur. 5. Jun. p. 54. alias REGINOBURGUM, REGINBERCH apud Mader. Antiquit. Brunsvvic. pag. 140. ab amne REGO seu REGNO, quem illic Danubius absorbet, ævo autem Carolingico *Regensburgk*, *Reginaspurch*, *Reginesburgck &c.* passim apud Hund. de Episcopis Ratisp. dicta fuit, vix ac ne vix quidem nomine isto REGENUNTO appellatum esse potuit.

XIII. memoratur inter Episcopos, qui Placito Imperatoris Lud. Pii apud Regenunto interfuerint, *Erchanfredus Episcopus Ratisponensis*, de quo tamen constat, Imperatoris istius ætate pedum illud nondum tractasse Erchanfredum, nec nisi post mortem Barthurici, quam Anno demum 841. obiit, infulas Ratisponenses obtinuisse.

teste Hund. in Metrop. Salisb. & Bucelin. Catalog. Episcop. Ratisp.

Unde etiam in Diplomate à Ludovico Germanico in Palatio suo Reginesburch dato vocatur ipsius Diaconus & Capellanus.

apud Conring. in Cens. Diplom. Lindav. Cap. IV. p. 36.

Luitpramum etiam *Archiepiscopum Salisburgensem* Anno demum 836. factum refert Hundius

in Catalogo Episcop. Salisb. num. 13.

En ergo iterum turpes Anachronismos, qui omnem rei sub Ludovico Pio gestæ fidem abjudicant, levitatemque & inscitiam inepti mangonis non parum detegunt.

Et si etiam XIV. in Missum Regium IRING cum reliquis adjunctis sine dubio Allemanniæ Comitibus, BABONE & PERTHOLDO, accuratius inquirendi operæ esset pretium, certe non leviora *nobilias* argumenta inde elicerentur. Missorum quidem seu legatorum munus erat præcipuum, *ut faciant justitiam de rebus & libertatibus injuste ablatis. Et si Episcopus aut Abbas aut Vicarius aut Advocatus, aut quilibet de Plebe hoc fecisse inventus fuerit, statim restituatur.*
Si

Si vero Comes vel Actor Dominicus vel alter Missus Palatii Regii hoc perpetraverit, res diligenter investigata & descripta ad Regium revertatur judicium &c.

Ita in Cap. Ludov. Regis L. 2. Leg. Longob. tit. 52. §. 17. 20. 21. 22. 25. &c. vid. Du Fresne Gloss. voc. Missus.

Conring. de Rep. Exerc. VI. de Judic. Reip. Germ. th. 36. & P. Pithœus de Com. Palat. apud Freher. Orig. Palat. P. I. p. 2.

Et IRING in charta nostra pro tali Misso Regio ad investigandam, vel ut barbare & ex stylo ævi recentioris

vid. Aurea Bulla Frid. I. de Ao. 1155. de Limitibus Diœcesis Constant. in Chron. Constant. ap. Struv. Script. Pistor. rer. Germ. T. III. pag. 695. & Litteras Rudolphi Gubernatoris Monast. Campid. dd. 1277. in processu pro Jur. forest. productas.

loquitur fabricator, ad INTEREQUITANDAM Marcam Campidonensem venditatur, de quo tamen hactenus vestigium ullum ex ævo Carolingico reperire haud licuit; de BABONE Comite mentio quidem fit in charta quadam Goldastina LXX. non autem regnante Imperatore Ludovico Pio, sed ut verba habent, *regnante Domno Hludowico Rege in Orientali Francia Anno Decimo, sub Pabone Comite.* Ita quoque de PERTHOLDO Comite constat, sub Arnulpho demum Imperatore Ludovico IV. & Conrado I. cum fratre suo Erchingero Ducatum Allemanniæ seu Sueviæ procurasse, & Anno 917. ut Majestatis reum, proscriptis prædiis eorum & in fiscum redactis, pœnam capitis luisse.

ut refert testis satis antiquus Ekkchard. Jun. de Casibus Monaster. S. Galli Cap. I.

XV. Quid multis, sola charta illa à Rege Ludovico Anno 848. Privinæ Duci data,

quam exhibet R. P. Jesuita Marcus Hansizius in recentissimo & limatissimo Opere suo de Germania Sacr. Tom. II. p. 130.

omnem veritatis notam rei istius sub Ludovico Pio Imperatore gestæ, superinstructique prætensi Diplomatis Ottoniani statim exsufflat, dum non Episcopos solum, omnes ac singulos, qui Placito Ludovici Pii Imperatoris interfuisse dicuntur, sed ex Comitibus etiam BABONEM & FRITILONEM sub regimine & Imperio Successoris ipsius Regis Ludovici nominatim inter testes sistat:

Isti fuêre presentes LIUPRAMIUS Archiepiscopus, ERCHENBERTUS Episcopus (Frisingensis) ERCHENFRIDUS Episcopus (Ratisponensis) HARTWICUS Episcopus (Pataviensis) Ernst Militiæ Magister, Rapot, Werenher, PABO, FRITEL, Facholf, Dieterich, Wannich, Gerolt, Livvtolt, Diether, Wolfregi, Jezi, Eginolf, Puobo, Adelbrecht, Megingoz, Item Adelprecht, Dedalrich, Perenger, Mangolt. Actum loco publico in REGESBURCH Ao. DCCCXLVIII.

Nec illud XVI. prætereundum, quam valde incongruum sit, quod Ludovicus Pius, mox IMPERATORIS, mox REGIS nomine veniat in hac charta nostra, quæ dictio non minus admodum suspecta, & prorsus sapit recentius ævum; cum ex historia satis sit cognitum, Ludovicum istum Caroli M Filium in Germania nullo unquam vel suo vel sequiori ævo Regem fuisse appellatum.

vid. Onuph. Panvin. de Comit. Imp. c. 5. Wegelin. de Diplom. Lindav. Sect. III. §. 15.

Ac

Ac proinde etiam chartam istam non in Cancellaria Ottonis II. sed ab ignaro Monacho, moribus sequiorum temporum, quibus ante Pontificiam Coronationem Augusti aut Imperatoris nomen non usurpatum, sed solum Regis Germaniæ, ideoque etiam Anni Dignitatesque Regiæ & Imperatoriæ seorsim numeratæ sunt, seducto confectam, nihil plane est, quod dubium relinquat.

Non attinet ergo immorari aliis falsi indiciis commemorandis, quandoquidem ex hactenus recensitis jam tum satis manifestum, nihil fere sani in supposititio hoc Instrumento occurrere. Quamobrem nihil superest, quam ut coronidis loco adhuc annectamus verba, quibus injurias & incommoda ex falsis tabulis, si pro veris venditantur, oriunda, sat vividis depingit coloribus *P. Germon. S. J. Presbyter* in sua de veteribus Regum Franc. Diplomatibus & arte secernendi antiqua Diplomata vera à falsis Disceptatione ad Mabillon. II. P. 4. c. 2. *quam optabiles fructus proveniunt ex vetustis chartis, quas sinceras esse constat, tam certe nascuntur incommoda ex tabulis, si habeantur pro veris. Recepto quippe mentito Instrumento, jus commune violabitur, prædiis suis injuste ejicientur legitimi possessores, veterum Annalium series interturbabitur, pervertetur ordo temporum, historiæ fides concidet. Neque leviora falsæ chartæ damna inferunt privatis hominibus, quibus aut prædia eripiunt injuste, aut lites æternas suscitant. Fatere, non minorem Reip. perniciem importaturos, qui dubia pro certis, falsa pro veris obtrudunt. Sive enim fides temere detrahatur vero, sive imprudenter addatur falso, utrumque noxium est, utrumque vituperandum.*

DISSERTATIO XXV.

KAUFFBURA ANTIQUA CIVITAS IMPERIALIS IN ALGOUIA, EJUSQUE JURISDICTIO CRIMINALIS PER TOTUM DIFFUSA TERRITORIUM.

OBSERV. I.

IMPERIALIUM CIVITATUM SUPERIORITAS TERRITORIALIS.

EGregia sunt superioritatis territorialis, quæ complexus omnium regalium dicitur, jura. Sacrorum custodiam habere, leges ferre, easdemque abrogare, magistratus, officiales, præfectos constituere, iisdemque certam agendi normam præscribere, ponderum, mensurarum, ulnarumque ratio-

rationem habere, fabricas erigere, commerciorum curam gerere, cives atque subditos recipere, illorumque actiones dirigere, testamenta confirmare, aut pro nullis declarare, sponsalia atque matrimonia permittere, pupillis tutores dare, horumque rationes approbare, vel improbare, armorum curam habere, fœdera inire, metata determinare, gabellam, aut censum rerum fungibilium exposcere, publicam bonorum alienationem suscipere, homagii præstationem urgere, jure archivi pariter ac sigilli publici gaudere, obsignare, statuta opificum ordinare, corrigere, abrogare, molendinorum inspectionem habere, servitia exigere, jus collectandi exercere, venatione uti, privilegia dare, &c, quæ sunt hujus generis alia, insignes sane, qui ex eadem profluunt, sunt fructus. ZIEGLER *de jurib. majestatis.* Conrad von Einsiedel *de regalibus.* *Conradi & Benedicti* CARPZOVIORUM *liber de regalibus majestatis & fisci.* Atque hæc superioritas territorialis Civitatibus quoque Imperialibus competit, quippe quam hæ, cessantibus in iisdem Advocatis atque Præfectis Imperialibus, atque sic longe post Principes, aliosque Status paulatim, non tamen omnes uno eodemque tempore, neque uno eodemque modo sibi acquisiverunt. KNIPSCHILD *de jurib. civit. Imper. libr. 1. c. 5. n. 25.* CONRING *de civit. Germ. Orig.* MYLER. *in Archolog. Ordin. Imper. c. 17. III.* MASCOV. *Princ. jur. publ. Imper. Romano-Germ. libr. VI. c. 1. §. 11.* WILDVOGEL. *diss. de superioritate territoriali Civitatum Imperialium.* Sunt enim Status Imperii immediati, & sic communia cum reliquis Imperii Statibus jura habent. STRUV. *Jur. Publ. prud. c. XXI. §. 69.* SCHWEDER. *in introd. ad jus publ. P. II. Sect. 2. c. 9. §. 3.* & *in diss. de voto decisivo civitatum Imperialium*, PFEFFING. *Vitriar. illustr. libr. I. tit. 18. §. 1.* Inprimis eadem in Pace Westphalica *art. VIII. §. 4.* confirmata leguntur his verbis: *Tam in universalibus vero, quam in particularibus diætis liberis Imperii Civitatibus non minus, quam cæteris Statibus Imperii, competat votum decisivum, iisque rata ac intacta maneant regalia, vectigalia, reditus annui, libertates, privilegia confiscandi, collectandi & inde dependentia, aliaque jura, ab Imperatore & Imperio legitime impetrata, vel longo usu ante hos motus obtenta, possessa & exercita cum omnimoda jurisdictione intra muros & in territorio.* Errant igitur, & vehementer errant omnes illi, qui cum KNICHENIO *in libro de sublimi & regio territorii jure*, nec non *in Velitatione Apologetica*, porro cum TENNAGELIO *de process. decern. cl. I. c. 10. n. 3.* pariter ac cum *Compilatore decis. & præjudic. Camer. apud* GYLMANNUM Symph. *tom. III.* ad verba: *Civitatis Imperialis*, & cum OCKELIO *in discursu de regali postarum jure* Civitatibus Imperialibus superioritatem territorialem denegant. Argumenta, quibus utuntur, WILDVOGELIUS *in diss. de superioritate territoriali Civitatum Imperialium §. 32-40.* & STRUVIUS *in diss. de territorio clauso civitatum Imperialium §. 26-33.* erudite refutarunt. Ipsa experientia, qua Imperii civitates jus circa sacra, WILDVOGEL. *dissert. de exercitio juris circa sacra civitatum Imperialium liberarum Protestantium,* BERCKENMEYER. *diss. de jure circa sacra in libera Republ. Hamburgensi cum jurisdictione civili connexo*, jus leges ferendi, FELTZ *de jure legislatorio territoriali civitatum Imperialium*, jus legationis, VÖLCKER *de jure legationis Civitatum Imperii*, aliaque superioritatis territorialis jura exercent, KNIPSCHILD. *de juribus Civit. Imper.* luculentissima superioritatis territorialis documenta exhibet, atque dubitantem satis superque convincit.

OBSERV.

OBSERV. II.

KAUFFBURANÆ CIVITATIS SUPERIORITAS TERRITORIALIS.

Kauffbura, quæ in privilegio RUDOLPHI de a. 1286. *Buiron*, *Bureon*, *Beuron*, CONRADI de a. 1240. Bewren/ Buren/ ALBERTI de an. 1303. *Koufburon*, HENRICI de an. 1309. *Kaufburon*, FRIDERICI de an. 1315. *Burron*, LUDOVICI de an. 1330. Chaufbaurn, in copia hujus privilegii Ludoviciani, per Jacobum Hutium, judicem Provincialem in Comitatu Maurſtetten/ an. 1431. data, Kouffburren/ Kaufburen/ in copia ejusdem privilegii, a Comite de Sulz, Cæſareo Judice Aulico, an. 1478. ſuppeditata, Kouffburen; in privilegio ejusdem LUDOVICI de an. 1330. Bäuren/ OTTONIS, Ducis Auſtriæ & Stiriæ de an. 1331. Beuren/ in transactionis inſtrumento inter VOLKMARUM *de* SCHWARZENBURG & *Civitatem Kauffburanam* de an. 1337. *Bürun*, in privilegio LUDOVICI de an. 1346. *Buren*, CAROLI IV. de an. 1348. Kaufpurn/ RUPERTI Comitis Palatini Rheni, Vicarii Imperii Romano-Germanici, de an. 1354. Köfbürren/ CAROLI IV. de an. 1355. Kaufburren/ Ejusdem de an. 1370. Kavfpewrn/ Ejusdem de an. 1373. Kauffburen/ WENCESLAI de an. 1398. Kavfbewren/ Kevfbewren/ RUPERTI de an. 1401. Köffburren/ Koffburen/ Köffburen/ SIGISMUNDI de an. 141;. Kaufburen/ Ejusdem de an. 1418. Kouffbewren/ Ejusdem de an. 1433. Kouffburen/ FRIDERICI de an. 1465. Kauffbewrn/ Ejusdem de an. 1467. Kauffbeuren/ Ejusdem de an. 1491. Kauffpeyren/ Kauffpevren; MAXIMILIANI de an. 1516. Kauffbewren/ CAROLI V. de an. 1521. Kauffpevren/ Ejusdem de an. 1530. Kauffpeuren/ Kauffpeüren/ Kauffbeüren/ Kauffpeüre/ Ejusdem de an. 1533. & FERDINANDI de an. 1541. Kauffbeuren/ Kauffpeuren dicitur, Liberis Imperii Civitatibus. exemtione certo aureorum pretio facta, jure meritoque accenſetur. LIMN. *Jus Publ. libr. VII. cap. 27.* Lehmanns Speyeriſche Chronicke *libr. IV. cap. 4.* Wilderbecks Teutſcher Reichs-Staat *P. VI. c. 3. §. 22.* TEXTOR. *Jus Publ. Stat. Imper. tit. XIV. n. 666.* Votum atque ſeſſionem in Imperii Comitiis, pariter ac in Circuli & Civitatum conventibus habet, atque pro ſimplici quanto des Römer-Monaths quinquaginta & tres florenos una cum viginti crucigeris ſoluit. Tantum ergo abeſt, ut huic Civitati ſuperioritatem territorialem denegemus, ut potius eandem illi, cum reliquis Imperii Civitatibus communem, attribuamus. Jus leges ferendi, jus vectigal in civitate erigendi ex privilegio CAROLI IV. apud LUNIGIUM *Part. Spec.* des Reichs-Archivs Contin. IV. P. I. XXV. Abſatz tit. Kauffbeüren *n. 9.* jus nundinarum ex beneficio FRIDERICI III. apud LUNIGIUM *l. c. n. 24.* jus pontes faciendi ac vias reparandi, certumque inde vectigal exigendi, apud LUNIGIUM *l. c. n. 19.* porro jus de non appellando, & quidem regulariter usque ad triginta florenos Rhenanos, apud Eundem *l. c. n. 20.* in cauſis vero, ædificationem concernentibus, indefinite, apud Eundem *l. c. §. 12.* nec non jus politiæ territorialis, atque ſpeciatim vi illius jus commercia dirigendi, jus certos ex manufacturis proventus capiendi, imo regale jus pannos xylinos, aliasque texturas exalbandi habet. Conf. *diſſ. mea de Kauffbura Libera Sacræ Cæſareæ Majeſtatis, Sacrique Romani Imperii Civitatis regali pannos xylinos, aliasque texturas exalbandi jure.* Taceo alia jura, quæ Civitati Kauffburanæ per longævum uſum competunt, atque mera ſuperioritatis territorialis ſigna ſunt & indicia.

OBSERV. III.

KAUFFBURANÆ CIVITATIS JURISDICTIO CRIMINALIS.

Eximia ſuperioritatis territorialis pars eſt jurisdictio, quam ſummus in republica magiſtratus, ceu fons omnis jurisdictionis, tam in civilibus, quam in criminalibus exercet. BOEHMER *Introduct. in jus publ. univerſ. Part. ſpec. libr. II. c. 7. & 8.* Inde jurisdictio civilis pariter atque criminalis ſummo in republica imperanti competit. Utraque jurisdictionis ſpecies nec civitati Kauffburanæ, ſuperioritatem territorialem habenti, (obſ. 1.) denegatur. Inprimis criminalis jurisdictio ipſi per ſingulare privilegium SIGISMUNDI de a. 1418. quod apud LUNIGIUM Reichs-Archivs *Part. Spec. Contin. IV.* XXV. Abſatz. *n. 12.* exſtat, & in Appendice hujus diſſertationis ſub n. I. repetitum legitur, eſt conceſſa. Vi hujus criminalis jurisdictionis Illuſtris Magiſtratus Kauffburanus de criminibus cognoſcit, maleficos in carcerem includit, fugitivos perſequitur, ſalvum conductum impertit, bona fugitivi annotat, delinquentes punit, dictam pœnam mitigat, vel remittit, urphedæ præſtationem exigit, aliaque ad exercendam jurisdictionem criminalem pertinentia, libere peragit. Imo pignus criminale, ein Fraiß-Pfand / capit, quod de occiſo, vel ipſius veſte in ſignum jurisdictionis criminalis, pariter ac in teſtimonium delicti perpetrati ſumitur. WEHNER *obſ. pract. voce: Cent.* BESOLD. *theſ. pract. voce:* Fraiß-Pfand / KNICHEN *de ſublimi & regio territorii jure c. III. n. 253.* LIMN. *Jur. Publ. libr. IV. c. 8. n. 189.* Beck von der Ober-Gerichtbahrkeit / Zent-Gericht / hohen Maleſitz-oder Fraißlichen Obrigkeit und Blutbann *libr. I. c. 30. & libr. II. c. 4. obſ. 14.* Neque deſunt exempla omnium atque horum ſingulorum actuum, ab Illuſtri Magiſtratu Kauffburano exercitorum, quibus veriſſima Illius jurisdictio criminalis magis, magisque confirmatur.

OBSERV. IV.

EADEM IPSA JURISDICTIO PER TOTUM SESE EXTENDIT TERRITORIUM.

Superioritas territorialis per totum ſeſe exſerit territorium, & ſic jurisdictio criminalis, vi ſuperioritatis territorialis competens, per totum quoque ſe diffundit territorium; MYLER *ab* Ehrenbach *de Statib. Imper. c. 89. §. 2.* REINKING *libr. I. claſſ. 5. c. 1. n. 27.* MEISCHNER *deciſ. Camer. tom. II. libr. 2. dec. 3. n. 2.* MING. *de ſuper. territ. c. 1. concl. 51.* FROMMANN. *de condom. territ. c. VI. theſ. 2.* adeo, ut ne bona quidem eccleſiaſtica, ſi in illis delictum perpetretur, ſint excepta. Beck von der Ober-Gerichtbahrkeit *libr. II. c. 10. obſ. 2.* Id quod in Pace Weſtphalica *art. VIII. §. 4.* hiſce verbis: *cum omnimoda jurisdictione intra muros & in territorio*, aperte confirmatum legitur. Hinc is, qui in alieno territorio jurisdictionem prætendit, jus ſuum evidentiſſimis rerum argumentis probare debet. CRAVETTA *Conſ. 637. n. 11.* KLOCK *de contrib. c. XX. n. 312. & Vol. I. Conſ. 8. n. 144.* Simili ratione Illuſtri Magiſtratui Kauffburano vi ſuperioritatis territorialis jurisdictio criminalis per totum competit territorium, ſo weit der Stadt Grund und

und Boden / Trib und Tratt / Wunn und Weyde gehet. Neque desunt exempla actuum criminalis jurisdictionis, extra pomoeria civitatis in territorio Kauffburano ab antiquis jam temporibus exercitorum, quorum aliquot in Appendice sub n. II. adjecta leguntur. Inde Magistratus Kauffburanus, cum an. cIↄ Iↄ ccXLIII. mense Julio non procul ab urbe Judaeus quidam ex vico Kriegshabern / nomine Bernhardus Guntzius, in campo trucidatus jaceret, pignus criminale, ein Fraiß-Pfand / jure meritoque accepit. Locus ille, in quo cadauer prostratum apparebat, uti dixi, non procul ab urbe, vix aliquot centum passus a porta civitatis distans, remotus, atque propriis civitatis saltibus, civiumque vectigalibus praediis circumdatus, imo in vicinitate patibulo, aliisque jurisdictionis criminalis indiciis conspicuus existit. Vix aliquis dubitaret, locum istum ad civitatem Kauffburanam haud pertinere. Vix aliquis jurisdictionem criminalem hic Magistratui Kauffburano, qui ab antiquis jam temporibus eandem longe ultra huncce locum per universum exercuit territorium, dubiam redderet. Sed placuit Reverendissimo Capitulo Augustano contradicere, atque huncce actum, quem Illustris Magistratus Kauffburanus pignus capiendo suscepit, non, nisi pro turbatione jurisdictionis atque spolio habere. Juvabit, ipsam rem accuratius examinare, &, quid nobis de eadem videatur, modeste exponere.

OBSERV. V.

COLUMNÆ, die Friedsäulen DICTÆ, NON SUNT LAPIDES TERRITORII KAUFFBURANI FINALES.

Non procul ab urbe, ne quidem per milliarii quadrantem, certae columnae lapideae exstant, quae, formam quadratam, hominisque longitudinem habentes, sine inscriptione, sine insignibus, sine anno & die conspicuae deprehenduntur. Nomen illae der Friedsäulen habent. Sane, si eaedem lapides finales territorii Kauffburani essent, multum roboris praetensionibus Capituli Augustani ideo, quia locus, in quo Judaeus occisus reperiebatur, extra illas situs est, accresceret. At enim vero eaedem pro terminis finalibus nullo modo, nullaque ratione haberi possunt. Extra illas territorium Kauffburanum longissime se extendit, prouti multi pagi, extra illas siti, atque Kauffburano imperio subjecti, satis superque comprobant. Porro columnae istae, omni charactere destitutae, nullam terminorum finalium formam, quam OETTINGERUS in suo *de jure & controversiis limitum ac finibus regundis* tractatu *lib. I. c. 17.* describit, prae se ferunt. Quin potius lapides isti solos banni urbani limites ponunt.

Scilicet urbs triplices habet limites. Primus terminus est, qui inter portas & fossas intercedit, atque der Zwing dicitur. Inde nomen: der Zwinger / originem suam traxit. In pagis passim hic districtus, sepe quadam munitus, der Etter vocatur, apertis campis oppositus. Hinc omne illud, quod intra pagum circumseptum continetur, inner Etters; quod vero extra illum in campis apertis, ausser Etters reperiri dicitur. OETTING. *l. c. libr. I. c. 7. n. 7.* Beck von der Ober-Gerichtbahrkeit *libr. II. c. 7. obs. 4.* Alter terminus a pomoeriis incipit, & ad fines districtus urbani sese extendit. Hic der Burgbann / die Bannzäune / aut in Saxonia das Weichbild vocatur. Nam ban-

num jurisdictionem, vel certum districtum, aut territorium, PFEFFING. *ad Vitriar. libr. III. tit. 4. §. 9. litt. a. n. 4.* & burgbannum jurisdictionem, intra limites Burgorum atque Civitatum exercendam, denotat. PFEFFING. *loc. cit.* Sic in confirmatione privilegiorum Civitatis Coloniensis de an. 1349. hæc occurrunt: *concedimus hujusmodi libertatem Borgbban & jus habendi Banleucam*, & in confirmatione de an. 1401. hæc leguntur; *cum Banno Urbis & Bannileuca, quæ vulgariter Burchbann & Bannmile nuncupatur;* ac in confirmatione privilegii de an. 1405. ahenorum fabris dati, hæc adjiciuntur: Doch/ daß sie die Burgfrieden und Bannzäune an den Stätten und Enden/ da sie wohnen/ helffen wehren. Inde solennis formula instrumentorum: es sey inwendig der Stadt/ oder ausserhalb im Burgbann gelegen. In pagis dicitur die Flur. Atque hoc bannum urbale, sicuti OTTO II. apud MEIBOMIUM *Tom. II.* p. 496. hunc terminum vocat, antiquitus usque ad unum milliare sese extendebat. Inde vox: *Bannmile*, ortum suum derivat. Querelis super hac extensione a Principibus motis, FRIDERICUS II. an. 1232, inter alia hæc ordinavit, ut in Civitatibus novis bannitum miliare deponatur. Interim bannum urbanum passim certis columnis, aut alio modo notari solet. Tertius denique terminus est, qui ultra bannum urbanum usque ad fines totius territorii se extendit. Germanis Burglehn/ Burggeding. Habent enim multæ civitates sua bona, præfecturas atque regiones, quæ extra bannum quidem urbanum sitæ sunt, nihilominus tamen illis, earumque imperio subjacent, atque a præfectis, hunc in finem constitutis, administrantur. Hic districtus, licet ad territorium pertineat, non tamen ad bannum urbanum refertur; sed ab hoc separatus existit. Inde relegatus ex urbe & banno urbano in territorio civitatis extra bannum urbanum adhuc commorari potest, nisi ex universo Civitatis territorio relegatus fuerit. Atque hic districtus communiter signis finalibus, Gränz-Zeichen/ qualia sunt arbores signatæ, lapides insigniti, columnæ terminales, aufgemauerte und andere Marckfteine/ Säulen/ Creutze/ Bann-Steine/ terminantur. STRYK. *Us. Mod. Pandect. libr. X. tit. 1. §. 5.* Speciatim Hala Suevorum, Lünigs Reichs-Archiv Part. Spec. Contin. IV. XXII. Absatz n. 15. & 17. Rotenburgum ad Tubarim, KNISCHILD *de jur. Civit. Imper. libr. III. c. 46. n. 39.* Dunkelsbuhla, LüNIG *l. c. XII.* Absatz *n. 32.* Northusa, LüNIG *l. c. P. II. XXXIV.* Absatz *n. 10.* Nordlinga, LüNIG *l. c. P. II. XXIII.* Absatz *n. 38.* ab Imperatoribus jus regiones suas atque territoria vivo sepimento circumdandi, aut aliis designandi modis acceperunt. Conf. STRUV. *diss. de territ. claus. civitat. Imperial. §. 20. & 21.* Apparet, alios esse limites banni urbani, alios integri territorii, licet per accidens fieri possit, ut limites banni urbani etiam sint fines territorii, si sc. extra bannum urbanum nihil, ad territorium pertinens, possideatur.

Simili ratione Kauffbura triplices istos limites agnoscit. Nam, præter ipsam urbem, quæ muris suis continetur, bannum suum urbanum habet, qui a reliquo territorii districtu columnis istis lapideis, Friedesäulen dictis, manifeste distinguitur. Extra hasce columnas Civitas multa bona habet, quæ vel a civibus possidentur, atque in dem Burglehn/ der bürgerlichen Steuer und Mitleidung jacent, vel in pagis, in der Stadt Dorffschafften/ Dorffgerichten/ Dorffszwang und Bann reperiuntur, atque a præfectis, den Ammännern/ administrantur. Ad omnia ista bona territorium Kauffburanum, & sic quoque jurisdictio criminalis sese extendit.

Quæ cum ita sint, columnæ istæ lapideæ, die Friedsäulen dictæ, longe intra fines positæ, nullo modo lapides finales territorii, Gränz-Steine/ dici

dici possunt. Istæ potius alium plane finem habent, atque ad certos unius, ejusdemque territorii usus inventæ, ad distinguendum unum prædium ab altero inserviunt. Denominationem suam habent a germanica voce: befrieden/ quæ nihil aliud significat, quam unum prædium ab altero separare atque distinguere, ein Guth von dem andern mit Zäunen/ Hecken/ Hägern/ Dillen und dergleichen unterscheiden und absondern. Egregie hanc rem illustrat Auctor Actorum Lindaviensium, DANIEL HEIDERUS, Syndicus Reipublicæ Lindaviensis celeberrimus, Vir juris civilis pariter ac Germanici peritissimus, qui in suo tractatu, cui titulus: Gründliche Ausführung der Reichsstadt Lindau f. 356-371. de columnis, Friedsäulen dictis, multa, ad rem pertinentia, profert, atque hanc ob causam legi, consulique meretur.

Inprimis Kauffbura columnis istis, quæ die Friedsäulen appellantur, non ad distinguendos territorii fines, sed ad discernendos banni urbani a reliquo territorio Kauffburano limites, utitur. Multum lucis huic rei affert singularis transactio inter Volckmarum de Schwarzenburg & Civitatem Kauffburanam an. 1337. inita, cujus originale in Archivo Kauffburano exstat, copia vero in Appendice sub n. III. exscripta legitur. In eadem cum Præfecto Kauffburano, qui eo tempore adhuc in criminalibus judicandi potestatem habebat, de limitibus banni urbani convenitur, &, quam late interdictio urbis se extendat, his determinatur verbis: Das die Bezün raichent für die Langenbrugg für Toter Thorns Böngarten an die Cruzegun Gstay/ an die Cheßlun Gstay/ für den Espan Mülin und all umb und umbe für unser Stat als verr unser Garten Zün gereichent. Vi hujus transactionis limites banni urbani, qui hic der Stadt Bezün/ i. e. Zäune/ vel Gartenzün i. e. Zäune dicuntur, pertinent bis an die Langenbrugg/ i. e. die langen Brücke trans flumen Wertacum vor den Hospitaler-Thor/ an des Toter Thorns Böngarten/ i. e. Doctor Korns Baumgarten vor den Rennweger-Thor/ an die Cruzegun Gstay/ i. e. an dem Creutzigungs-Steig/ an die Cheßlun Gstay/ i. e. an den Kessel-Steig/ für die Espan Mülin/ i. e. die Espen-Mühle vor den Kemnather-Thor/ und also rings um die Stadt Kauffbeüren/ so weit die Garten-Zäune reichen. Hi limites postea voce der Friedsäulen sunt expressi. Apparet hoc ex Kauffburana *Processus Ordinatione*, vi cujus secundum *P. II. tit. 7. & 8.* debitor conventus, si neque mobilia, neque immobilia pignora securitatis gratia creditori suo tradere possit, urbem derelinquere, atque extra bannum urbanum, ausser den Friedsäulen/ tam diu, donec solutio facta, aut alia ratione conventum fuerit, sub pœna carceris commorari debet. Ipsa hujus dispositionis verba, quæ allegari merentur, ita sese habent: Und welchem also Stattrecht gethan ist/ der soll so lang/ bis er sich mit mit dem Zünfs-oder Schuldherrn um sein Schuld und darauf geloffenen Gerichtsschäden verträgt/ nicht mehr in die Stadt und Friedsäulen kommen. Ob aber der Bittel Jemanden/ dem also Stattrecht gethan wäre/ darüber in der Statt/ oder den Friedsäulen selbst betrette/ aber Ihn durch den/ von deswegen Ihme Stattrecht gethan wäre/ angezeigt wurde/ es wären Frauen/ oder Mann/ so soll er bey seinem Aydt schuldig seyn/ den ausgeklagten/ wo er ihn hie in der Statt/ oder innerhalb der Friedsäulen betretten mag/ ohne weiter erfordern des Bürgermeisters/ es seyen Feier-oder Wercktäge allenthalben/ allein die gefreyten Orth ausgenommen/ gefänglichen anzunehmen/ und so lang im Gefängniß auf des Zünß-oder Schuldtherrn Costen zu halten/ bis er sich mit dem Zünß-oder Schuldtherrn um Haubtguet und allen Costen/ so über ihn gangen/ bis an ein begnügen vertragen hat. Simili ratione debitor, qui extra columnas,

die

die Friedsäulen dictas, in territorio tamen Kauffburano habitat, si cavere non possit, ex illo, in quo vivit, judicio excedere atque in aliud forum tam diu, donec solutio facta fuerit, secundum instituta Kauffburana se conferre debet. Ex quibus omnibus satis superque apparet, columnas istas non terminos finales Reipublicæ Kauffburanæ, quippe qui ultra easdem se extendunt, sed limites saltem banni urbani, der Stadt Bezün/ vel Gartenzün indigitare. Sane, si lapides isti finales essent, nulla subesset ratio, cur non vicini Status Imperii illis characteres terminorum finalium imponendos, vel etiam fines aliquando, præsentibus illis, quorum interest, BERGER *Oecon. Jur. libr. II. tit. 6. §. 3. n. 9.* WERNHER *Obs. Forens. P. IV. Obs. 234. a.* LEYSER *Spec. 114. m. 2.* inspiciendos atque renovandos curaverint.

Aliam plane finium descriptionem fecit Capitulum Augustanum, atque peculiarem quandam ichnographiam Sacræ Cæsareæ Majestati Illiusque Illustrissimo Judicio Aulico d. 1. Sept. clↄ Iↄ ccXLVII. submisse obtulit. At enim vero ista finium descriptio ex una saltem parte facta est, neque documentis fide dignis, aut alia ratione confirmari potest. Simili ratione ichnographia, quæ ab una saltem parte offertur, per *Rec. Imper. de a. 1654. §. 51.* plenam vim probandi non habet, cum ibidem expresse requiratur, ut ad meliorem judicis informationem ab utraque parte eadem ad acta exhibeatur. Inde utrumque tuto sequi, non est mearum virium.

OBSERV. VI.

AUGUSTANI CAPITULI PUBLICA VIARUM VOGTEIA, Straßvogtey/ AD TERRITORIUM KAUFFBURANUM HAUD PERTINET.

HENRICO III. post mortem ULRICI, Episcopi Augustani, a. clↄ ccc XXXV. ad Episcopalem dignitatem evecto, idem ille, cui Imperator LUDOVICUS IV. maxime favebat, id effecit, ut Capitulo Imperialis Viarum Vogteia, die Reichs-Straß-Vogtey pro summa ducentorum atque sexaginta ponderum obolorum Pfennige/ pignoris jure traderetur. GASSARI *Annales Augsburgenses ad an. 1337.* apud MENCKENIUM *Tom. I. script. rer. German. n. XVII. pag. 1481.* Paul von Stetten Geschichte der Heil. Römischen Reichs-Freyen Stadt Augspurg *c. VI. §. 19. p. 112.* Cum vero deinceps an. clↄ cccc XXXI. Civitas Augustana Imperatori SIGISMUNDO tria millia aureorum, Goldgülden/ commodaret, eadem ab Imperatore præfecturas, quas Cæsares Menchingæ Suevorum & Ottoburæ habent, die Straßvogtey Menchingen und Vogtey Ottobeüren/ jam antea Capitulo Augustano oppignoratas, sub nexu pignoris ita accepit, ut eadem has a Capitulo Augustano redimeret. GASSAR. *l. c. ad ann. 1431. p. 1582.* LANGIUS *in Chron. Citizens. ad ann. 1431.* Kayser Siegmunds Freyheit die Vogtey Menchingen und Ottobeüren betreffend *de dato* Augspurg an Mariä Geburt 1431. Paul von Stetten *l. c. c. VIII. §. 21. pag. 157.* Successu temporis, & quidem an. clↄ cccc LXXXVI. sequentibusque annis FRIDERICUS, Episcopus Augustanus, multas Civitati super hisce præfecturis lites movebat, quæ partim rescriptis FRIDERICI IV. Cæsareis decisæ, partim per Deputatos Civitatis Kauffburanæ ac Equitem Egloff von Riedheim transactione sunt sopitæ. Paul von Stetten *l. c. c. VII. §. 49. & 50. p. 226. seqq.* GASSAR. *l. c. ad ann. 1486.*

pag.

p. 1700. Interjectis aliquot annis, viæ regiæ Vogteia ad Capitulum Augustanum rediit, cum MAXIMILIANUS I. a. cIↃ ccccXCIV. d. 1. Nov. illam Episcopo Augustano pro summa quatuor millium ponderum sextantium, Heller/ salva reluendi facultate, oppignoraverit. Sed Imperator RUDOLPHUS II. an. cIↃ IↃ LXXIX. hanc oppignorationem revocabat, atque Episcopo MARQUARDO reluitionem pro summa soluta intra sex menses peragendam indicabat. Ægre hoc ferebat Episcopus, atque consilium a Duce Bavariæ ALBERTO, missis ad Eundem GEORGIO WILHELMO *de* STADIAN & THOMA SELDENO, Jurium Doctore, sibi expetebat. Sed Dux Bavariæ respondebat, Sacram Cæsaream Majestatem secundum naturam contractus pignoratitii reluendi facultatem habere. Mansit interim denuo viæ regiæ Vogteia penes Capitulum, atque, testantibus RUDOLPHI II. litteris pignoratitiis, de d. 28. Jul. cIↃ IↃXC. oppignoratio, pro summa 35000. florenorum atque solutione 3000. florenorum, qui civitati Augustanæ debebantur, sicque in universum pro summa 38000. florenorum ad sexaginta usque annos est prolata. Imo ex litteris investituræ, Episcopo Augustano HENRICO die 10. Jun. cIↃ IↃcXXVIII. datis, apparet, pecuniam, pignoris nexu obligatam, usque ad summam 82000. florenorum excrevisse, donec tandem Capitulum Augustanum hanc Vogteiam cum omnibus pertinentiis, juribus ac privilegiis, in litteris pignoratitiis clarissime expressis, sub nexu feudali, salvo tamen uniuscujusque jure, obtinuerit.

Vi hujus Vogteiæ Capitulum Augustanum jurisdictionem in certo districtu, peculiariter concesso, exercet. Referuntur huc Göggingen/ Inningen/ Bobingen/ Wehringen/ Aitingen/ Menchingen/ Erlingen una cum quibusdam aliis pagis. GASSER. *l. c. ad ann. 1337. pag. 1481.* Paul von Stetten *l. c. c. VI. §. 19. p. 112.* In litteris pignoratitiis, FRIDERICO, Episcopo Augustano, die 1. Nov. cIↃ ccccXCIV. datis, Maximilianus loca his exprimit verbis: Als Unser und des H. Reichs Vogtheyen/ über die nachgeschriebene Dorfer und Leuth/ nehmlich zu Menchingen/ Mittelstetten/ Weringen/ Bobingen/ Oberhausen/ Inningen/ Göggingen/ Siberch/ auch den Maiehöfen/ die freyen Leuth an der Straß und das Closter Fultenbach mit Gewaltsahm daselbst zu richten/ und den gemeldten Enden. Eadem loca in litteris RUDOLPHI II. de die X. Jan. cIↃ IↃXc. pariter ac in litteris Ejusdem pignoratitiis de d. 28. Jul. cIↃ IↃXc. expressa leguntur. In litteris investituræ, die X. Jun. cIↃ IↃcXXVIII. Episcopo HENRICO datis, locorum mentio fit his verbis: Menchingen/ Mittelstetten/ Wehringen/ Syberg/ und die Meierhöf/ die freye Leute an der Straß und das Closter Fultenbach mit Gewaltsahm daselbst zu richten/ und der gemeldten Enden; & in Reservato Cæsareo, hisce adjecto, loca sic memorantur: Münchingen/ Mittelstetten/ Wehringen/ Bobingen/ Ottmarshausen/ Inningen/ Göggingen/ Syberg und der Meyerhöfen/ die freye Leuth an der Straß und das Closter Fultenbach mit Gewaltsahm zu richten und der gemeldten Enden. Porro in mandato, Johanni Henrico Mosero, Jurium Doctori atque Capituli Augustani Præfecto, Straßvogten/ an. cIↃ IↃc XXXVII. dato, quousque jurisdictio ista se extendat, nominatim indicatur hoc modo: Und zwar so fengt solche Straßvogtey oben einschließlich bey dem Dorf Lamedingen/ gros und klein Kizighofen an/ und gehet hinab zwischen den Wassern Lech und Wertach bis gen Augspurg zu den spitzigen Zeichen/ und von dannen gegen Aufgang der Sonnen zu deren von Augspurg Ziegelstadel/ und vom gedachten spitzigen Zeichen wieder über die Zwerch gegen Niedergang an das Wasser die Wertach; in welchem District oder Gezürch unter andern vornehmlich und insonderheit nachfolgende Dörfer und Flecken begriffen und

eingeschlossen/ als Göggingen / Haunstetten / Inningen/ Bobingen/ gros und klein Aitingen/ Unser Frauen Hilff auffm Lechfeld / Mittelstetten/ Münchingen/ Hurlach / Ober- und Unter-Meittingen / Schwabmünchhausen/ Ehringen / Wasser-Ehringen/ Gennach/ gros und klein Küzighofen/ und Lamedingen/ Oettringen.

Imo Capitulum recentiori ætate Duplicæ, contra Liberos Barones de Imhoff in capite juris collectandi & quartirii Illustrissimo Judicio Aulico exhibitæ, rotulum quendam, mense Januario clↃ Ↄ XXXVIII. in causa Præfecti Augustani, des Straßvogts; contra Welserum & consortes litteris exceptum, sub litt. Bb. adjunxit, in quo fines Vogteiæ Augustanæ ab ipsis testibus hoc indicantur modo: Daß dieselbige Obrigkeit/ oder Straßvogtey oben an Mitentag einschließlich Anfang bey dem Dorf genannt Lamedingen erstrecken / (doch aller nachbenannten Ort einschließlich) nach der Länge gegen Mitternacht hinab an dem Wasser die Wertach genannt/ zu einem Dorf genannt Göggingen / von dannen bis zu den spitzigen steinen Zeichen/ so zwischen Sanct Leonhards-Kirchen und der Stadt Augspurg an dem Weg oder Straß stehet/ und nachmahls von selbigen spitzigen Zeichen über die Zwerg/ oder breite gegen Aufgang der Sonnen an das Wasser der Lech genannt/ und also an solchem Wasser hinauf gegen Mitentag zu einem Dorff/ genannt Gros-Alzighofen und von dannen gegen Niedergang zu obgemeldten Dorf Lamedingen/ bis gar hinabwärts an das obgenannte Wasser die Wertach.

Omnia atque singula hucusque recensita loca talem situm habent, ut territorium Kauffburanum haud pertingant, sed per aliquot horarum spatia ab eodem sint remota. Conf. CHRISTOPH. HURTERI *Alemanniæ sive Sueviæ Superioris Chronographiam novam.* Nulla quoque terrarum, ad Kauffburanum territorium pertinentium, fit mentio. Inde Capitulum Augustanum jurisdictionem quandam in territorium Kauffburanum jure Vogteiæ, ipsi concessæ, minus recte sibi asserit, cum eadem ad illud territorium nullo modo porrigatur.

Neque est, ut in præjudicium Civitatis Kauffburanæ inter Vogteiam superiorem atque inferiorem, die obere und niedere Straßvogtey/ distinguamus. Placet hæc distinctio Capitulo Augustano, quod superiorem Vogteiam, die obere Straßvogtey/ in territorium Kauffburanum sibi vindicat, atque pagos Weinhausen/ Eyrishofen/ Schwäbishofen/ Oberostendorf/ Döfingen und Westendorf/ Thalhofen/ Stettwangen/ Ober- und Untergermaringen/ imo totum istum districtum usque ad columnam, die Friedsäul dictam, atque vor den Spitaler-Thor positam, ad eandem pertinere affirmat. At enim vero nulla hujus distinctionis, quæ per se longe aliam interpretationem habet, in documentis fit mentio, nulla hujus asserti existunt argumenta, & sic de veritate superioris Vogteiæ, Capitulo Augustano in territorium Kauffburanum competentis, non immerito dubitamus.

OBSERV. VII.

AUGUSTANI DIPLOMATIS NULLA, VEL SALTEM INEFFICAX FIDES.

AD fundandam intentionem suam Capitulum Augustanum vetus quoddam documentum, an. clↃLIX. d. IX. Febr. ab Imperatore HENRICO Episcopo

ſcopo HENRICO ac Capitulo datum, atque a CAROLO IV. an. cIↄ cccL. confirmatum, in copia vidimata producit, in quo Epiſcopo ad preces Imperatricis AGNETIS, HENRICI IV. matris, *ſuper proprium quoddam ſuæ Eccleſiæ foreſtum* WILDBANNUM, addita finium deſcriptione, conceſſum legitur. Copiam hujus diplomatis una cum illius confirmatione in Appendice ſub n. IV. & V. videre licet. Ex eodem Capitulum duo potiſſimum verba: *foreſtum* & *Wildbannum*, in ſuos convertit uſus. Quoad prius Capitulum ex BESOLDO *in Theſ. pract. voc.* Forſtliche Obrigkeit / & MEICHSNERO *lib. II. deciſ. 2.* notat, foreſtum iis temporibus territorium, vel certum diſtrictum indigitaſſe, adeo, ut ex mente MARTINI URANII *Tom. II. Conſ. 32. n. 104.* jus foreſti & merum imperium fuerint connexa, atque hinc proverbia: **Wohin der Dieb mit dem Strang gehört / dahin gehört der Hirſch mit dem Strick /** item: **So weit ein Strafgericht gehet / ſo weit gehet der Forſt /** enata fuerint. Quoad poſterius Capitulum ex URANIO *l. c. n. 105.* docet, Wildbannum jus prohibendi ab exercitio ejusmodi jurium omnes alios involuere, atque ſimul, verba non ex recentiori loquendi ratione, ſed ex illo, quem tempore uſus habuerunt, ſenſu æſtimanda eſſe, monet.

At enim vero primum noto, hoc documentum, uti ex errore ſcribendi forſan perhibetur, HENRICO V. nulla ratione attribui poſſe, quippe qui an. cIↄ LIX. nondum regnavit, ſed an. cIↄ cVI. demum ad Imperatoriam dignitatem aſcendit. STRUV. *Syntagm. Hiſtor. German. diſſ. XVI. ſ. 1.* Neque Imperatrix AGNES, cujus ope diploma conceſſum dicitur, mater HENRICI V. ſed HENRICI III. conjux atque HENRICI IV. mater fuit. HERMANNUS CONTRACTUS ad a. cIↄXLIII. & cIↄL. *Chronicon Andegavenſe* ad a. cIↄ XLIII. & cIↄL. STRUV. *l. c. diſſ. XIV. §. 24. & XV. ſ. 1.* **Hahns vollſtändige Einleitung zu der Teutſchen Staats-Reichs-und Kayſer-Hiſtorie** *P. III. c. 1. §. 8.* Inde hoc diploma minimum ad HENRICUM IV. pertinebit.

Magna tamen, quæ fidem ipſius diplomatis ancipitem reddunt, exſurgunt dubia. Scilicet HENRICUS IV. a. cIↄL. natus, HERMANNUS CONTRACTUS ad an. cIↄL. *Chronicon Andegavenſe* & *Chronicon Malleacenſe ad eundem annum*, poſt obitum patris ſui HENRICI III. an. cIↄLVI. defuncti, HERMANNUS CONTRACTUS *ad hunc annum*, MARIANUS SCOTUS *ad eundem annum*, propter ætatem impuberem ſub tutela atque cura matris ſuæ Agnetis fuit. HERMANNUS CONTRACTUS ad ann. cIↄL. *Chronicon Lauriſhamenſe p. 128.* OTTO *Friſing. VI. c. 34.* ALBERT. *Stad.* ad ann. cIↄLVI. Imo hæc non modo Principis perſonam dirigebat, verum etiam ipſum Reipublicæ ſtatum gubernabat. LAMBERTUS *Schafnaburgenſis* ad an. cIↄLVI. OTTO *Friſing. VI. c. 34.* Inprimis eadem conſilio HENRICI, Epiſcopi Auguſtani utebatur, HERM. CONTR. ad an. cIↄLVII. LAMBERT. *Schaf. ad a.* cIↄLXII. & cIↄLXIV. qui, cum tutrix huic ſingulariter faveret, multum ad indignationem usque valebat. LAMBERT. *Schafnaburg. l. c.* **Augſpurgiſche Chronicke** *P. II. p. 42.* Adducor, ut credam, diploma Auguſtanum, quod durante matris tutela, anno ſc. cIↄLIX. datum aſſeritur, non HENRICO IV. non AGNETI, ſed ipſi potius Epiſcopo, qui omnia efficere poterat, originem ſuam debere.

Taceo, diploma iſtud mentionem talium facere locorum, quæ vix ac ne vix quidem unquam in regione Kauffburana exſtiterunt, ſaltem in eodem diſtrictu prope flumina Licum & Wertacum penitus incognita fuerunt, adeo, ut ne ullum quidem illorum tam in veteribus, quam in recentioribus mappis geographicis occurrat veſtigium.

Quid? quod signum manuale, quod in fine diplomatis expressum deprehenditur, a veris HENRICI IV. signis, alibi occurrentibus, multum differat. In ista rerum facie huic documento multum fidei non tribuo, imo, si vel maxime originale producatur, idem illud secundum leges diplomaticas examinandam adhuc esse, judico.

Sit vero illud authenticum, sit fide dignum, sit omnibus numeris absolutum; non tamen idem illud jus quoddam Capituli Augustani in Kauffburanum territorium, multo minus liberum jurisdictionis criminalis in eodem territorio exercitium probabit. Scilicet forestum, teste WEHNERO *Observ. pract. voce:* Forstrecht / Forst / Wildbann / ex proprietate Germanicæ linguæ nihil aliud est, quam nemus, aut sylva, & proprie significat latum nemus sine clausura, in quo feræ inhabitant, vel includuntur. Conf. CHASSAN. in *Consuet. Burgund. rubr. 13. in princ.* REINKING. *de regim. sec. & eccl. libr. I. cl. 5. c. 5. n. 48.* von Beust von der Jagd- und Wildbahns-Gerechtigkeit c. III. §. 6. HEIDERI gründlicher historischer Bericht von den alten Reichs-Vogteyen c. V. p. 221. Occurrit idem ille significatus in vetustissimis diplomatibus, prouti charta OTTONIS III. de an. ІϽCCCCXCVII. apud SCHATENIUM *in historia Paderborn. pag. 344.* HENRICI II. de an. CIϽII. pag. 365. aliorumque satis superque comprobant. Sic itaque forestum nunquam antiquis temporibus territorium, aut districtum, superioritate territoriali, vel jurisdictione criminali gaudentem, denotavit. Ipse etiam BESOLDUS Capitulo non favet, qui in *Thesaur. Pract. voce:* Forst / forstliche Obrigkeit docet, quod forestum latum nemus sine clausura dicatur, &, quod foresti & nemoris vocabula sint ejusdem rei significationis. Neque obstant reliqua BESOLDI verba, affirmantis, foresta ex recepta totius Germaniæ consuetudine non ferarum occupationem, sed alia etiam maximi momenti jura in se comprehendere. Vera hæc sunt, cum nemus alios, præter venationem, reditus atque fructus promittat. Ex eo fundamento BESOLDUS addit, plus habere, cui foresta, quam, cui venatio concessa est. Imo sufficit, BESOLDUM foresto significatum territorii, vel districtus non indidisse. Simili ratione MEICHSNERUS *libr. II. decis. 2. n. 30.* forestum pro territorio non accipit, sed disertis verbis memorat, illud ex proprietate Germanici idiomatis nihil aliud, quam nemus, vel sylvam esse.

Tantum quoque abest, ut sententia MARTINI URANII, qui *Tom. II. Cons. 32. n. 105.* scribit: *forestarii intelliguntur hi, quos bannitos nostri temporis appellamus, ut firmat Angelus Cons. 256. in 7. coll. hoc est, quibus in districtum seu forestum impune venire non licet, ut sic eatenus prætendatur forestum, quatenus districtus, & e converso*, permotus, forestum pro territorio accipiam, ut potius, hunc forestariorum significatum falsum ac erroneum esse, statuam. Aliter ex diplomate OTTONIS M. de an. ІϽCCCC XL. apud LUNIG. *Spicil. Eccles. P. III. c. 6. tit. 13.* St. Emeran §. 19. edoceor, in quo Imperator Abbatiæ St. Emerani locum Helphindorff cum foresto & forestariis atque venatione, nec non regio banno jure proprietatis concessit. Hic per forestarios non banniti, sed, prouti etiam *du* FRESNE *in glossar.* hanc vocem explicat, forestis præfecti, Forstmeister / Forstleute / Jägermeister / quorum officia Röe Meuter apud FRITSCH. *in Corpore Juris Venatorio-Forestalis P. I. p. 293.* describit, intelliguntur.

Porro jus foresti, das Forstrecht / est jus, intuitu sylvæ competens. Hoc plus vice simplici jurisdictionem forestalem, forstliche Obrigkeit / compre-

prehendit. Ea tamen jurisdictio ad solas causas forestales pertinet. Inde jus foresti merum imperium in aliis causis non involuit. Testis hujus rei est GYLMANNUS, qui in *Sympbor. Tom. II. Part. 3. tit. 10.* ita scribit: *quia, cum merum imperium & jus foresti sint diversa & separata, necessario sese non inferunt, cum ex separatis male inferatur. Est autem forestum locus, in quo feræ habitant, & includuntur, & in quo quis usum venandi habet; sed foresta necessario non important merum imperium, licet aliquando contingat, quod quis ibi merum imperium habeat, ubi forestum habet.* Conf. IDEM *Tom. II. P. I. not. 1. n. 47.* Hinc a jure foresti ad merum imperium nullo modo, nullaque ratione argumentari licet. MYNSING. *Resp. XVI. n. 37. & 46.* PETR. HEIG. *P. I. qu. 15. n. 55.* ROSENTH. *de feudis concl. 94. n. 8.* Imo dominus foresti, auctore PHILOPARCHO in seinem klugen Beamten *tit. 34. §. 1.* de homicidio in sylva commisso cognoscere non potest. Conf. STRYK. *Us. Mod. Pand. libr. II. tit. 1. de jurisd. §. 16. p. 188.*

Neque obstant proverbia: Wohin der Dieb mit dem Strang gehört/ dahin gehört der Hirsch mit dem Strick; item, so weit die Strafgericht gehen/ so weit gehet auch der Forst; quibus innuitur, jus foresti eundem ambitum, quem merum capit imperium, habere. Originem suam debent erroneæ veterum quorundam sententiæ, qua jus venationis cum jurisdictione criminali connexum esse docuerunt. Provoco ad MARTINUM URANIUM, qui *Tom. II. conf. 32. n. 204.* hæc: *Consuetudo*, inquit, *generalis alta Alemanniæ, ab antiquo introducta ac per immemoriale tempus tenaciter observata, habuit, habetque de præsenti, quod jus foresti & merum imperium, quod altam jurisdictionem appellant, ita sint connexa & inseparabilia, ut, apud quem unum eorum resideat, apud eum etiam sit alterum, atque foresta eatenus protendantur, quatenus districtus.* Conf. SEBAST. MEDICES *de venationibus P. II. qu. 2. n. 4.* KLOCK. *Tom. I. conf. 50. n. 151.* Præterquam enim quod de inversione horum parœmiorum, quæ tamen, si ad præsentem casum applicanda sint, necessario fieri deberet, ipse adhuc maximopere dubito, id saltem moneo, eadem proverbia jam dudum ab usu recessisse, atque receptæ in Germania consuetudini repugnare, prouti *Apostillator* URANII *in addit. ad dict. Conf. litt. G.* ingenue fatetur. Inde nulla horum in praxi habetur ratio. KLOCK. *Tom. I. conf. 8. n. 189.* Conf. HEIDERI gründlich-historischer Bericht von den alten Reichs-vogteyen *P. I. p. 231.* HERT. *de parœm. jur. libr. II. parœm. 16.* Quæ cum ita sint, jus foresti merum imperium non involuit, multo minus superioritatem territorialem sinu suo comprehendit.

Denique Wildbannum, Wildbann/ cujus in diplomate fit mentio, innoxium significatum habet. Antiquissimum est hoc vocabulum, atque jam in Charta Frisingensi de an. CIↃ LXXIV. Walckenriedensi de an. CIↃ C XXXII. Corbiensi de an. CIↃ C XCVIII. & Francofurtana de an. CIↃ CC XXXIV. occurrit, prouti apud PFEFFING. *in Vitriario illustrato libr. III. tit. 18. §. 8. litt. b.* videre licet. Ante ista tempora *Wildbannum* sub nomine BANNI REGII, *banni super feras, potestatis legitimi banni*, & sic porro venit. Ita in diplomate Coloniensi de an. Ↄ CCCC LXXIII. apud PFEFFING. *l. c.* hæc leguntur: *Confirmamus præcepti nostri auctoritate Dn. S. Petro ad Ecclesiam supra memoratam omnes bestias inter hæc loca, quæ subtus tenentur, descripta, &* BANNUM & POTESTATEM BANNI, *quæ* SUPER EAS *ad regiam pertinuit potestatem.* Sic in Charta Leodiensi de an. CIↃ VIII. apud PFEFFING. *l. c. bannum nostrum*, & in Charta Wirceburgensi de an. CIↃ XXIII. apud eundem *bannum nostrum super feras* audit. In *Jure Provinc. Alemann. c. 232.*

§. 7. Pan-Vorst dicitur his verbis: Suver durch den Pan-Vorst ritet/ sin Bogen und sinin armbrost sullen ungespannen sin. Conf. von Jcstatt gründliche Abhandlungen von dem Jagdrechte c. II. §. 18. n. 2. Derivatur a germanica voce: Wild & bannen/ quod ultimum idem est, ac vetare, interdicere. Inde etiam Bannwasser/ Bann-Forst/ Herrbann & alia. SCHILTER. gloss. voce: Bann/ item Wildbann/ WACHTERI glossar. Tom. I. voce: Bannen & Wildbann. Ut adeo Wildbannum nihil aliud sit, quam jus venandi sanctione pœnali munitum.

Scilicet a primis rerum initiis cuilibet venari licebat. §. 12. Inst. de R. Div. l. 1. & 3. ff. de acqu. rer. dom. Spec. Suev. libr. I. c. 352. Spec. Saxon. libr. II. art. 61. Distinctis autem rerum dominiis, non amplius in alieno fundo venari, aucuparive integrum erat, l. 3. §. 1. ff. de acqu. rer. dom. l. 13. §. 6. ff. de injur. l. 16. ff. de servit. præd. rust. Spec. Saxon. libr. II. art. 62. Weichbild art. 122. in glossa, in suo tamen fundo unicuique venari permittebatur, ita, ut venatio pro communi sylvarum, fundorumque reditu, ex jure proprietatis dependente, haberetur. Successu vero temporis Principes jus venandi sub titulo regalium sibi asseruerunt. ZIEGLER. de jurib. majest. libr. II. c. 14. Id quod jam sub Merovingicis Regibus factum legimus, cum GUNTHRAMUS rex illum, qui in sylva bubalum occiderat, atroci pœna afficiendum curaverit. Testis hujus rei est GREGORIUS Turonensis, qui libr. X. histor. Franc. c. 10. hæc scribit: *Dum GUNTHRAMUS rex per Vogasum sylvam venationem exerceret, vestigia occisi bubali deprehendit. Custos illius sylvæ, ideo requisitus, quis in regali sylva venari præsumsisset? Chundonem cubicularium prodidit. Rex jussit eum apprehendi, -- vinctusque ad stipitem lapidibus est obrutus.* Simili ratione Germanici Imperatores naturalem venandi libertatem restrinxerunt. *Auctor* der Beschreibung der Hohenzollerischen Streitigkeiten die freye Bürsch betreffend p. 25. Stissers Forst- und Jagd-Historie der Teutschen. Inde foresta dominica, Bann-Vörste/ quæ principes sibi sub banno regali, seu pœnali sanctione, in violatores statuta, attribuerunt. *Charta* CAROLI M. *apud* CRANZIUM *libr. I. metropol. c.* 2. Non tamen eo ipso omnis venatio interdicta erat, cum eadem ad agri fructus atque commoda æque, ac frumenta, prata, pascua, pertineret, gründliche Deduction gegen die vermeintliche Regalität der Jagden/ p. 53. PFEFFING. *Vitr. illustr. Tom. III. p.* 1363. BOEHMER. *Jus Eccles. Protest. libr. V. tit.* 24. §. 2. sed ea saltem, quam Imperatores, banno quodam ferino adjecto, sibi reservaverant. Hinc in infinitis diplomatum formulis, quas apud SCHATENIUM in *Annal. Paderborn. P. I. p.* 451. 452. 453. 454. 471. 477. 479. 481. & apud MEICHELBECKIUM *in histor. Frising. Tom. I. P. II. p.* 486. & 491. videre licet, venatio inter accessiones sylvarum atque fundorum expresse refertur. Cum tamen facile quis in usu juris venandi turbatus fuerit, factum est, ut multi ad excludendos alios regium bannum sibi expeterent, petitumque impetrarent. Vi hujus banni sub severissima pœna prohibitum erat: aliorum fundos venandi causa ingredi. Imo OTTO II. in Charta donationis de an. Iↄcccc LXXIV. GISALLERO, Episcopo Merseburgensi, data, violationem juris venandi, banno regio muniti, pro crimine læsæ majestatis declarat. FRIDER. WIDEBURG. *diss. de pagis veteris Misniæ p.* 148.

Inprimis clerici, quibus olim venari interdictum erat, *Decret. libr. V. tit.* 24. *Edict.* CAROLOMANNI *de an.* IↄccXLII. *c.* 2. apud BALUZ. *Tom. I. capitul. pag.* 147. PIPINI *in capitul. Suessionensi de an.* IↄccXLIV. *c.* 3. *apud Eundem p.* 158. CAROLI M. *de an.* IↄccLXIX. *c.* 3. & IↄcccII. *c.* 19. *apud* Eun-

Eundem pag. 491. & 369. CAROLI CALVI *de an.* DCCCLXXVI. *c.* 9. *apud Eundem Tom. II. p.* 241. & qui facile in usu juris venandi turbari poterant, plus vice simplici bannum regium, quo a promiscuo venandi usu alios arcerent, impetrarunt. Sic CAROLUS M. ecclesiæ Osnabrugensi an. DCCCIV. nemus, vel forestum *cum omni integritate in porcis sylvestribus, cervis, avibus & piscibus, omnique venatione, quæ sub* BANNO USUALI *ad forestum deputatur, ita donavit, ut, si quisquam hoc idem nemus,* BANNO *munitum, sine prædictæ sedis episcopi licentia studio venandi, vel sylvam exstirpandi, vel aliud hujusmodi negotium peragendi unquam intrare præsumserit, sciat, se tam divinæ, quam regiæ ultionis vindictam incursurum, nec non pro delicto LX. solidos regii ponderis, quos pro* BANNO VIOLATO *deberi statuit, redditurum.* FURSTENBERG. *in monum. Paderborn.* p. 321. & AUBERT. MIRÆUS *in cod. piar. donat. c.* 22. Sic CAROLUS *Simplex* STEPHANO, Episcopo Leodiensi, in diplomate de an. DCCCCXV. apud MIRÆUM *in diplom. Belg. libr. I. c.* 18. sylvam in tantum dedit, *ut neque a quoquam venatio ullatenus fiat per illam, nisi prælati illius ecclesiæ licentiam omnino habuerit indeptam*, addita clausula, *ut, si quis ita temerario ausu in ea venari præsumserit, sic bannum regium inde componat, quomodo antea componebatur, dum regum in manibus steterat.* Sic HENRICUS II. ecclesiæ Osnabrugensi an. CIↃII. *nemus, vel forestum cum omni venatione, quæ sub banno, usuali more, ad forestum deputatum, in perpetuum proprietatis usum donavit, ita, ut nullus contumaciæ deditus nemus prælibatum, regio sc. banno munitum, sine prædictæ Sedis Episcopi, aut Pastoris licentia studio venandi, vel aliquod hujusmodi negotium peragendi, præsumat intrare.* SCHATEN. *in Annal. Paderborn. T. I. p.* 365. Dicitur autem bannum usuale, vel usuali more concessum ideo, quia venationes in forestis regiis regulariter banno publico munitæ erant. Idem HENRICUS ecclesiæ Wormatiensi eodem anno *regium bannum in foresto, Forehahi nuncupato, cum tota integritate & universis utilitatibus, ad se pertinentibus*, concessit, ita, *ut nulla de eo foresto persona parva, sive magna, aliquam feram, vel bestiam ibi venari, vel capere, aut insequi præsumat, sine licentia superius jam dicti Episcopi Burchardi, sive successorum ejus, &, si hoc agere, quod absit, præsumserit, quem regio fisco solvere debuit regium bannum*, (i. e. mulctam, in violatores constitutam) & *pacem*, (i. e. protectionem, pœnamque in violatores ejus statutam) *adhuc in carne viventi Episcopo, suisque successoribus invitus persolvat, & bannus & pax, sicut aliis forestibus a regibus, vel Imperatoribus jam concessum est, sub perpetuo jure ecclesiæ Wormatiensis & Episcoporum, ei præsidentium, consistat.* SCHANNATT. *in Codice probat. histor. Episcop. Wormat.* Hanc donationem CONRADUS II. in diplomate apud Eundem *sub N.* 53. *p.* 50. an. CIↃXXVI. confirmavit. Porro HENRICUS IV. Episcopo Hildesiensi an. CIↃLXII. *forestum & bannum concessit*, hac adjecta clausula, *ut infra præscriptos terminos nulla regni major, minorve persona venandi jus & potestatem sibi absque consensu & licentia prædicti Episcopi vindicare præsumat.* SCHATEN. *in Ann. Paderborn.* P. I. pag. 555. Sic LOTHARIUS an. CIↃCXXXII. Cœnobio Walckenredensi jus regium, quod **Wildban** dicitur, ita permisit, ut, *si quis, quod absit, donum, sive hanc traditionem refringere præsumserit, regia potestate coactus auri purissimi centum libras, dimidium Cameræ, & dimidium ipsi Ecclesiæ componat.* ECKSTORM. *in Chron. Walckenred.* pag. 39. LENCKFELD. *in Antiquit. Walckenred. c. XVIII.* §. 3. **Lünig** *P. III. Spicil. Eccles. c. VI. tit.* **Walckenried.** Sic OTTO IV. an. CIↃCXCVIII. WIDEKINO, Abbati Corbeiensi, silvam Solingen ita concessit, ut hic in eadem *usum venandi habeat, & jus, quod vulgariter* WILDBAN *appellatur, sine qualibet contradictione exerceat.* Sic HENRICUS VI. an. CIↃCCXXXIV. HENRICO, Episcopo

ſcopo Baſileenſi, Wildbannum per Brisgoviam impertivit. LUNDORP. *Tom. I. Actor. Publ. libr. I. c. 5. p. 30.* GOLDAST. *Conſtit. Imperial. Tom. I. p. 300.* LUNIG. *Spicil. Eccleſ.* P. II. c. 4. *tit.* Baſel ſ. 2.

Hæc & alia exempla naturam atque indolem Wildbanni ſatis ſuperque declarant. Nimirum regia erat conceſſio, quæ in ſanctione pœnali de non impediendo venationis uſu conſiſtebat. Ipſe CAROLUS IV. in diplomate de an. CIↃCCCLIV. apud MIRÆUM *in diplom. Belgic. c. 105.* fatetur, banna, ſive inhibitiones venationum, vulgariter teutonice Wiltpenne appellari. Inde jus Wildbanni habens omnes alios ab uſu venationis excludere, & nemo alius fines, in quibus aliquis jus Wildbanni habet, venationis cauſa ingredi poteſt. Qui ſecus facit, non tam propter violatum jus venandi, ſed propter violatum bannum punitur. Ad alia itaque, præter venationis opus, negotia Wildbannum haud pertinet, & ſic juriſdictionem criminalem, nedum in alieno territorio, haud infert. Egregie CONRADUS *Salicus* in Charta de an. CIↃXXIX. apud SCHILTER. *Exerc. XLV.* ſ. *6.* & LUNIG. *Spicil. Eccleſ. P. II. c. 4. in Append. tit.* Minden ſ. *8.* ea, quæ ad Wildbannum pertinent, delineat his verbis: *Fideli noſtro* SIGIBERTO, *Mindenſi Epiſcopo & Eccleſia - - quandam ſylvam - - foreſtrari conceſſimus & banni noſtri diſtrictu circumvallavimus, ea videlicet ratione, ut nemo ulterius in eodem foreſto abſque pralibati Epiſcopi, ſuorumque Succeſſorum licentia poteſtatem habeat venandi, ſagittandi, retia aut laqueos ponendi, aut ullo ingenio feras decipiendi, qua merito ſub jure banni continentur.* Nulla hic ſuperioritatis territorialis, vel juriſdictionis criminalis fit mentio; nulla quoque in aliis chartis, de Wildbanno agentibus, alterutrius fit mentio. Imo finis expetiti pariter ac impetrati Wildbanni minime hic fuit, ut jus Wildbanni habens ſuperioritatem territorialem, vel juriſdictionem criminalem in alieno ſibi acquirere vellet territorio, ſed, ut alios, venari cupientes, maxime potentiores, ab ingreſſu fundi, promiſcuoque venationis uſu arcere poſſet. Inde Wildbanno ſignificatum ſuperioritatis territorialis, aut meri ad minimum imperii ſenſum attribuere, in mea non eſt poſitum poteſtate.

Quodſi hanc terminorum explicationem ad illud, quod Capitulum Auguſtanum profert, diploma applicemus, apparebit, idem illud intentionem Capituli neutiquam fundare. Loquitur iſtud de Wildbanno, quod præceptum quidem de non impediendo venandi jure, neutiquam vero ſuperioritatem territorialem, aut juriſdictionem criminalem continet. Loquitur illud de Wildbanno ſuper foreſtum, quod ultimum locum quidem, in quo venari liceat, non vero diſtrictum cum ſuperioritate territoriali, aut juriſdictione criminali indicat. Loquitur de Wildbanno, ſuper proprium Eccleſiæ foreſtum conceſſo, quod ad territorium Kauffburanum, a proprio Eccleſiæ Auguſtanæ foreſto remotum, non pertinet. Nulla quoque hujus territorii, nulla ſuperioritatis, nulla meri imperii, ſed unice venandi juris in hoc diplomate, quo jubetur, ut nulli, præter Epiſcopi licentiam, aut voluntatem, intra prænominatos terminos liceat *venari*, vel ſua præſumtione aliquam *ferarum capturam* in his ullo modo facere, occurrit mentio. Inde hoc diploma, ſi vel maxime non ſuſpectum eſſet, illud tamen, quod Capitulum ex eodem probare intendit, neutiquam demonſtrat. Imo reſcriptum FRIDERICI III. quod contra Baronem von Rechberg de non turbandis Capituli juribus datum memoratur, non aliter, quam ſecundum tenorem diplomatis Henriciani interpretor, & ſic ex illo quoque nihil, ad rem præſentem faciens, cum effectu deducitur.

OBSERV.

OBSERV. VIII.

NULLUM IN DATIS REVERSALIBUS PRÆSIDIUM.

VErum eſt, illuſtrem Remp. Kauffburanam plus vice ſimplici Reverendiſſimo Capitulo Auguſtano in cauſa criminali reverſales dediſſe. At enim vero illæ nullum Capitulo pro fundanda in territorio Kauffburano jurisdictione criminali afferunt præſidium. Pleræque talem caſum, in quo reverſales dari ſolent, reſpiciunt. Sic nullum dubium eſt, quin non modo circa transvectionem mortuorum, verum etiam circa transportationem delinquentium per territorium alienum eædem licite exigantur. MüLLER. *diſſ. de litter. reverſ.* c. 3. §. 48. Hinc illæ, quæ in Appendice ſub n. VI. ad litt. A. B. & C. ſiſtuntur, ex eodem fundamento innoxium plane effectum habent. Aliud eſt, ſi reverſales eo in caſu, quo Magiſtratus Kauffburanus in ſuo ipſius territorio jurisdictionem criminalem exercet, Capitulo Auguſtano datæ fuiſſent. Tales ad rem præſentem faciunt.

Sit ita, ponamus, tales adeſſe, non tamen eædem, niſi communi totius Reipublicæ conſenſu traditæ fuerint, huic nocebunt. Jurisdictio criminalis, quæ Civitati Kauffburanæ per univerſum competit territorium, eſt totius Reipublicæ, non ſingulorum, & ſic integra univerſitas quidem, non vero ſinguli, de eadem diſponere poſſunt. Nam, quæ univerſitatem tangunt, ab univerſitate approbari debent. *c. 29. de R. I. in 6to. c. 6. X. de tempor. ordin. c. 8. in fine X. de offic. archidiac.* Unius ergo confeſſio nunquam cedit damno ipſius Reipublicæ; & ſic Officialis, qui adminiſtrator ſaltem, cuſtos atque defenſor jurium, in Republica exiſtentium, audit, nihil in detrimentum illius dolo, vel negligentia peragere poteſt. a LEYSER *Spec.* CLIV. *m.* 5. & DCLIII. *m.* 1. Nullam enim alienandi facultatem habet. Inde, licet dolo, ſegnitie & ſocordia Officialium jura ſuperioritatis territorialis in alienas manus pervenerint, ea tamen poſſeſſio, ceu vitioſa, omni juris effectu deſtituitur. SCHILTER. *Inſt. Jur. Publ. libr. III. c. 6.* Egregie rem delineavit incomparabilis ICtus JO. ADAMUS ICKSTATT in eleganti *diſſertatione de ſuperioritatis territorialis, nec non regalibus juribus dolo, aut negligentia miniſtrorum & officialium Principis haud præſcribendis*, ex qua nonnulla hic adducere juvabit. Ita vero ille: *Miniſtri atque Officiales Principis regalia atque eximia territorii jura alienandi nulla facultate præditi ſunt, idque manifeſti adeo & explorati juris eſt, ut ejusdem ignorantiam nemo ſanus prætexere valeat, præſertim, qui in officiis publicis conſtituti, aut non omnino rudes, quanti hæc ſua jura Principes facere ſoleant, compertum habent. Sive igitur ex deliberato propoſito, & dolo proprio, ſive adminiculante Miniſtrorum atque Officialium Principis negligentia, territorialium, nec non regalium jurium poſſeſſionem quis nactus fuerit, is rem ſeſe alienam poſſidere ignorare nequit. Enim vero, quæ cum ſcientia rei alienæ conjuncta eſt poſſeſſio, malæ fidei audit; quare, qui regalia & territorialia alteriut jura dolo atque negligentia Officialium poſſident, in mala fide conſtitutos eſſe, evidens eſt. Quapropter poſſeſſionem regalium, quam vicini Statut, nobiles, Landſaſſii, aut ſubditi negligentia & dolo Officialium acquirunt, ſpuriam, i. e. pro nulla prorſus, omnique valore ac robore deſtituta reputandam eſſe liquet. Conſequens eſt, ut, poſſeſſione hacce vitioſa nec quicquam obſtante, poſſeſſionem veram ac genuinam penes Principem atque Remp. ſalvam manſiſſe dicamus, quam*

proin ab injustis detentoribus nullo non tempore avocare & ratione optima recuperare valent; mala quippe fide, nulloque titulo & plane non possidere, quod effectus juris attinet, unum, idemque sunt; namque Minister, aut Officialis, regalia, aut territorialia Principis jura in alios transferens, aliud, quam, quod ipsi commissum erat, negotium fecisse censendus est; unde civilem Principis possessionem nequaquam intervertere aptus erit. Quæ hic ICtus de Principe, illiusque Ministris & Officialibus profert, ea ob rationis paritatem non incommode ad Civitatem Immediatam, illiusque Officiales sunt applicanda. Inde, liberam Imperii Civitatem Campidunensem, Kempten/ in simili fere casu ab Imperatore FRIDERICO III. contra Majorum pacta, cum JOHANNE, Abbate Campidunensi, inita, per severissimum Rescriptum de a. cIↄ cccc LXXXVIII. restitutam fuisse, legimus. Mosers Reichsstädtisches Handbuch *P. II. c. 26. n. 14.* Neque Reipublicæ, quæ omnem in eligendo Ministro, vel Officiali diligentiam adhibuit, quicquam imputari potest, si quis officii commissi fines excedat. Quæ cum ita sint, reversales, ab uno, alterove Officiali in detrimentum Reipublicæ datæ, integram non obligant universitatem. Præterea reversales istæ antiquis temporibus magna vehementia postulatæ, atque ex erroneo forsan juris, Capitulo propter Vogteiam, vel aliam rationem competentis, principio datæ censentur. Utrumque vero non obligat. Non vehementia, quæ libero consensui resistit; KLOCK *Tom. I. Conf. 50. n. 41.* neque error, qui veram confessionem, licet geminata fuerit, excludit. *l. 2. ff. de confess. l. 7. C. de jur. & fact. ignor.* MASCARD. *de probat. concl. 378.*

Accedit revocatio istarum reversalium, a Magistratu Kauffburano omni tempore facta. Quoties enim Capitulum ad easdem provocavit; toties Magistratus illas pro nullis atque invalidis declarare, hacque ratione jus suum conservare studuit. Firmum itaque in reversalibus non latet præsidium.

OBSERV. IX.

DEFECTUS LEGITIMÆ POSSESSIONIS.

NEque Capitulum ad actus possessorios firmiter provocabit. Justus deficit titulus, quippe qui per jus Vogteiæ ac diploma HENRICI IV. æque minus, ac per reversales, ab uno, alterove Officialium, inscio magistratu, datas, fundatur. Imo ne simplex quidem possessio adest, cum eadem per tot ac tantas contradictiones, a Civitate Kauffburana motas, quieta nunquam, sed potius semper interrupta fuerit. Sic acriter in causa Margarethæ Pfaltzeriæ an. cIↄ Iↄ cXL. Respublica Kauffburana restitit, atque jus suum adversus Capitulum Augustanum fortiter defendit. Sic Eadem, cum an. cIↄ Iↄ ccXII. Capitulum in Kauffburanæ sylvæ & Obergermaringensis campi finibus columnam criminalem, Straffäul/ erigendam curaret, in litteris, Baroni de WERDENSTEIN in arce Kunenberg d. 28. Jan. cIↄ Iↄ ccXIII. exhibitis, propter jus superioritatis territorialis, in iisdem finibus competens, solennem protestationem interposuit his verbis: So haben wir die eben an dem End und Ort uns zustehende territorial-jura und Jurisdictions-Gerechtsahme/ in so fern uns dieselbe beedes aus bisheriger Possession/ und insonderheit aus dem im a. 1518. mit dem hohen Stifft Augspurg der niederen Buß- und Strafhändel halber in dem Obergermaringischen / Eyrishofischen / Schwäbishofischen / Weinhausischen und andern Gerichten ausserhalb Etters gemachten Vertrag

trag mit Recht gebühren / und durch zerschiedene bedenckliche reservationes und clausulas vel tacite, vel expresse vorbehalten worden / uns auch hiermit ausdrücklich reserviren / und derentwegen auf das zierlichst und beste verwahren wollen. Taceo alios protestationis actus, quibus Resp. Kauffburana semper iis, quæ a Capitulo suscepta sunt, contradixit, atque jus suum, quoad ejus fieri potuit, conservare studuit.

OBSERV. X.

CONCLUSIO.

Quæ cum ita sint, Illustris Magistratus Kauffburanus, pignus criminale, ein Fraiß-Pfand / ab occiso Judæo, extra columnas, die Friedsäulen dictas, in territorio tamen Kauffburano jacente, accipiendo spolium non commisit. Hoc est actus illicitus, quo possessio aliena rei, vel juris intervertitur. Atqui possessio aliena juris, quæ interverti possit, deficit, cum Reverendissimo Capitulo Augustano nullum jus in territorium Kauffburanum, nulla juris possessio competat. Omne potius superioritatis territorialis jus penes Rempublicam Kauffburanam existit, & sic Eadem vi superioritatis territorialis jurisdictionem quoque criminalem, per totum diffusam territorium, in omnibus atque singulis illius spatiis jure meritoque exercet.

APPENDIX

DOCUMENTA, AD REM PERTINENTIA, CONTINENS.

No. I.

Privilegium SIGISMUNDI *Imperatoris* super jurisdictione criminali de anno 1418.

Wir Sigmund von Gottes Gnaden / Römischer König / zu allen Zeyten Merer des Reichs / und zu Hungern / Dalmatien / Croatien ꝛc. ꝛc. Künig / bekennen und tun kundt offenbar mit diesem Brieffe / allen den / die in sehen oder hören lesen / daß wir von besondern Gnaden und Römischer Küniglicher Macht Volkommenheit / den Burgern gemeinlichen des Rathes der Statt zu Kauffbeüren / unsern und des Heil. Reichs lieben Getrewen / die besonder Gnad getan haben / und thun nu die in Crafft diß Brieffs / daß sy all und jeglich schedlich Leute und Personen / Mordt-Brenner / Räuber / Diebe / oder wie die genannt seind / die offennlich oder haymlich schedlich Lüt seind / die den meren Teyl des Rates der Statt zu Kauffbeuren / die jezund des Rates da seind / oder in künfftigen Zeyten des Rates da werdend / nach Würden dünckt / und uf ir Eyde erkennend und sprechend / daß sy schedlich Lüt seind / und nuzer und besser tod seyen denn lebend / sollen und mügen umb ir Missetat / solch Tödte anlegen und sy tödten / nach Urteyl und Ausspruch des mehrern Teyls des Rates / daselbs der Statt Kauffbeuren / daß sy uff ir Eyde darüber sprechen / den sy billichen umb ir Missetat leyden sullen / oder ob sy solchen Tod nit ver-

schult hetten / daß sy dann über solche missetetige und schedliche Lüte und Personen / nach ihren Erkennen und Dünckhen / an ihrem Leyb sunst mügen straffen / mit Augen auszustechen oder Oren abzuschneyden / oder mit andern Straffen / darnach und sy dann verschult hetten / daß sy aber uff ir Ayde darüber sprechen / daß sy billig umb ir Missetat also gestrafft sollen werden; es sollen auch die ägene Burger gemeinlich der Statt zu Kauffbeurn umb solch Gerichte / das wir in von besondern Gnaden / über all schedlich und missetethig Lüte zu richten erlobt haben / als hievor geschriben stat / gen uns / dem Reiche / und gen allen unsern Landt-Vögten / Amptleuten / und gen allermenigklichen an iren Leyben und Guten des belieben undt sein ewigklichen unentgolten / auch von besondern unseren Gnaden haben Wir in erlobt und die Freyheit geben; Wann und als offt nu hinfür in der obigen unser und des Reichs Statt Kauffbeuren ein Ammann gesetzt wirdt / daß dann derselb Ammann den Bann über das Blut zu richten von uns und dem Reiche haben soll / und des mit fürpaß bedürffe / gebunden sein zu empfahen / als offt und das zu Schulden kumpt; Mit Urkundt diß Brieffs / versigelt mit unserem Küniglichen Majestät Innsigel. Geben zu Ulm / nach Christi Geburth vierzehenhundert Jar / und darnach in dem achtzehenden Jar / des nechsten Donnerstags nach des heyligen Crütz Tag Exaltationis, unser Reiche des Hungrischen rc. rc. in dem 32. und des Römischen in dem achten Jahren.

Ad Mandatum Domini Regis
Johannes Geisse.

No. II.

Exempla actuum jurisdictionis criminalis, a Magistratu Kauffburano exercitorum.

Conrad Wetzlar von Teßing / ist inn Fengnus kommen / umb mehrerley Landzwingerey und fräumliche Gewaltsame und muetwillige Handlung / daß er die Leuth beschätzt / und fürnehmlich / der Gewaltsami halb an gemeiner Statt Arman zu Schwäbischoffen begang / darumb er nach des Reichs Rechten sein Leib und Leben verwürckt zu haben bekanndt / lauth der geschribnen Urphed / die Er mit 6. Mannen verbürgt / und ist uff sonder hochtreffenlich Fürbitt erlassen. Freytags nach Pfingsten / Jar 1490.

Dorothea Löcherin / Thoman Löcherers von Buchlöe Wittib / Ist in Fengnus zu Schwäbißhofen angenommen worden / daß sie Veit Yellmüllern daselbst zu verbrennen getröet; Ist uff ein Urphed / so sie und ihr sohn Thoman / umb daß er sich gleich Tröwort vernemmen lassen / Emn. E. Rhat gegeben / wider erlassen; Actum 24. Januay anno 1570.

Veit Jelmüller / Bauer zu Schwebißhofen / Ist in Fengnus kommen / umb das er die Ehe gebrochen / seiner Magd ein Kind befolch / dahero Er ein Leibstraff wol verdient / aber auff treffenl. Fürbitt / auch Bezahlung 100. fl. straff und ein unterschribne Urphed wider erlassen worden. An. 1586.

Caspar

Caspar Martin von Augspurg ist von Kempten allher in das Kauffbeurische/ auf einen Wagen geschmidet und durch dasselbige biß zu End des Weimhaußischen Trib und Tratt geführet und allda vom Hrn. Pfleger zu Buchlau Christoff von Hochenberg angenommen worden.

No. III.

Transactio inter Volcmarum de Schvvartzenburg & Magistratum Kauffburanum inita de an. 1337.

Jch Volchmar vön Swartzenburch Ammann ze Bürim vnd Wir :: der Rat vnd :: die Burger gmainlich derselbun statt ze Burun verjehen vnd thun chunt allen den die disen offenn Brief ansehent oder hörent lesen/ das wir mit verdachtem mut mit guter Betrachtung vnd mit gmainen Rat des über ain chomen sien durch Besserung vnserer vorgenanter statt und durch frides Willen vns allen das wir haben vf gesezet vnd och gebotten. Welchem unser vorgenante stat von vns verbotten wirt von welchen sachen das beschiht das der si och miden sol als lang vnd vil och vf das Zil vf das si im denn verbotten wirt und sol och er vor demselben Zil in vnserr vorgenanter stat bezün nit chomen vnd wenn sich denn das Zil vmb sein vollaistung ergat so sol er vor e das er in vnserr vorgenante stat chomt ze den Hailigen vor vnserm Rat behaben das er vnser gebot als vor steet hab gelassen als verr es im von vns gebotten was und alle die wil er das nit geton hat so sol och er in vnserr statt bezün nit chomen Jst aber das er vor dem Zil in vnserr stat bezün chomt so sol er darnach zwür als lang vor vnserr stat bezünen bliben nach der Lengin als sie im vor verbotten was vnd ist das er das denn aber brichet als dicke er es denn brichet als dicke sol er je gebunden sin ze gebende ze rechter Busse vnserm Amman ain pfunt Auspurger pfennig vnd an vnserr stat Buwe ain pfunt Auspurger pfenning vnd ist das man in dennoch darüber in den Bezünen ergriffen mag so suln in vnser Amman und der Rat haun un bis das si werden ze rat wie si in vmb die Vngehorsamin gebüssen vnd welcher den dem vnserr stat von vns verbotten wirt e das er gebüsset hat in den Bezünen huset oder hofet oder im darinn ze essend oder ze trinchend git oder sus für in vnd umb in bittet der sol och schuldig sin ze gebende ze rechter Busse vnserm Amman ain pfunt Auspurger Pfenning vnd an vnser stat Buwe ein pfund Auspurger pfenning man sol och wissen das die Bezün raichent für die Langenbrugg für Toter Chorns Böngarten an die Crucegun Gstay an die Cheßlun Gstay für die Espan Mülin vnd all vmb und vmbe für vnserr stat als verr vnser Garten Zün geraichent vnd das daz alles also staet vnd vnvergessen blib von vns vnd von allen vnsern nachkomun des haben wir ze aim Vrchunde disen Brief geuestnet vnd versigelt mit meinem des vorgenanten Ammans vnd mit vnserr vorgenanter stat aignen Jnsigeln der baidin daran hangent. Der Brief ist geben da man Zalt von Gottes geburt dreizehen hundert Jar darnach in dem siebenden vnd dreißigesten Jar an dem nächsten Montag vor sant Jacobs Tag.

(Sigill. Volckmari von Schvvarzenburck) (Sigill. Ciu. Bur.)

No. IV.

Copia Donationis Henrici Regis super Foresto & Wildbanno.

IN Nomine Sanctæ, & Individuæ Trinitatis Henricus divina favente clementia Rex.

Notum sit omnibus Christi nostrisque fidelibus, tam futuris, quam præsentibus, qualiter nos ob interventum, ac Petitionem dilectissimæ Genetricis nostræ Agnetis Imperatricis Augustæ, fideli nostro Henrico Augustensi Episcopo, super quoddam proprium sive Ecclesiæ forestum Wiltpannum dedimus, atque super tale prædium, quale ipse ab aliis suis comprovincialibus ullo modo acquirere posset, positum & interjacens intra hos ejusdem foresti terminos hoc est de lico ad Spetigen, inde ad Alinchova, inde ad flumen Sinckalta, & per illud flumen usque hemmenhusa, inde usque Lengenveld, inde ad Engelhereshovam, hinc Wintinesaha, dehinc ad Aschatala, in locum, qui dicitur ad lintam, posthinc per eandem vallim usque uinsterunstia, hinc Sahsenried, inde ad Erboldesunane, hinc ad rischane, inde in durgibach, hinc in Regenprechtesried, hinc ad Hirzbol, deinde ad geltenaha, de geltenaha ad gotengraben, dehinc ad talehoven usque in flumen Wertaha, & inde sursum per illud flumen usque Parenstein, de Parenstein usque ad flumen Rotunazzer, posthinc ad halechesekke, deinde ad Suarzzenberg, inde ad Sulceberch, & per summitatem ejusdem montis, usque Mosebach, inde ad Kanale, inde ad flumen Ilara, in locum, qui dicitur ummungesuurt, hinc sursum per illud flumen Illara, usque ad ostium Braitahe, ab hoc autem flumine Braitahe sursum ad apicem gemeinengunbet, dehinc ad Wideroftein, hinc super duroschin ad durechelenstein, & hinc directo tramite in Geizbach, & per ipsum fluvium Geizbach in Licum, & sic per licum deorsum usque ad supradictum locum Spetingen, eo videlicet rationis tenore, ut nulli præter ejusdem jam dicti Henrici Episcopi licentiam, aut voluntatem infra hos prænominatos terminos liceat VENARI, vel sua Præsumptione aliquam ferrarum capturam in his ullo modo facere. Et ut hæc nostra regalis traditio stabilis, & inconvulsa omni permaneat ævo, hanc Cartam inde conscribi, manuque propria corroborantes Sigilli nostri Impressione jussimus insigniri Signum Domini Heinrici quarti Regis, Gebehardus Cancellarius vice Luitpoldi Archi-Episcopi recognovit. Data nona februarii Anno Dominicæ Incarnationis MLVIIII. Indictione XII. Anno autem Ordinationis Domini Heinrici quarti Regis V. Regni vero III. Actum Moguntiæ in Dei Nomine feliciter Amen.

No. V.

Copia Confirmationis Imperatoris Caroli IV. de Anno 1350.

CArolus Dei Gratia Romanorum Rex semper Augustus, & Boemiæ Rex, ad perpetuam rei memoriam Rex magnificus, qui facit mirabilia magna solus supremi Dispensationis Consilii ad hoc nos quamvis insufficientibus meritis misericorditer evocavit, ut Augustalis Potentiæ Dignitati feliciter præsidentes inter cæteras solicitudinum curas, quibus pro subditorum optata salute incessanter distrahimur, ad ea singulariter, quadam specialis prærogativa favoris simus intenti, quæ divinæ Laudis augmentum, & Gloriam, & sanctarum Ecclesiarum respiciunt commodum & honorem, quatenus per venerabilem Marquardum Episcopum Augustensem Principem, & devotum nostrum charissimum,

suo,

ſuo, & Eccleſiæ ſuæ Auguſtenſis nomine nuper Majeſtati noſtræ extitit humiliter ſupplicatum, quatenus ſibi Privilegium, ſeu Litteram præcolendæ memoriæ Divi Heinrici quarti Romanorum Regis ſemper Auguſti Prædeceſſoris noſtri chariſſ. approbare, ratificare, confirmare, & innovare, de Benignitate Regia dignaremur, cujus Privilegii ſeu litteræ tenor talis eſt:

In nomine ſanctæ, & individuæ Trinitatis Henricus divina favente Clementia Rex. Notum ſit omnibus Chriſti noſtrisque fidelibus &c.

Nos itaque cujus intereſt cura pervigili omnium noſtræ ditioni parentium commodis inſudare, & pro republica noctes in ſomptes ducere, ut fideles noſtri optata tranquilitate gaudeant ſub Principe gratioſo, ad ſupra dicta, Marquardi Epiſcopi Auguſtenſis, meritis ſuæ probitatis, & indefeſſis obſequiorum ſtudiis, quibus nos, & Sacrum Romanum Imperium hactenus honoravit, Hoc rite poſcentibus ſupplicationis Inſtantiam, dicto Epiſcopo, & Eccleſiæ Auguſtenſis Privilegium, ſeu litteram, præfatæ prout de verbo ad verbum præſentibus eſt inſertum, approbamus, ratificamus, confirmamus, innovamus, ac de novo concedimus de innata Nobis Clementia, cæteraque ſcientia, & noſtræ Celſitudinis gratia ſpeciali. Præſentium ſub noſtræ Majeſtatis ſigillo teſtimonio litterarum. Datum Nüremberg Anno Domini milleſimo trecenteſimo quinquageſimo, Jubileo indictione tertia XI. Calendas Junii Regnorum noſtrorum anno quarto.

No. VI.

Reverſales, Capitulo Auguſtano datæ.

A.

Wir Bürgermeiſter und Rath des Heil. Römiſch. Reichs Stadt Kauffbeuren ꝛc. Urkunden hiemit und in Krafft dieſes / daß die aus Hochfürſtl. gnädigſter Bewilligung des bereits im Monat Julio anno 1691. verſtorbenen Herrn Chriſtoph Mayers / geweſenen Handelsmann zu Buchlöe ſeel. verblichenen Leichnams herüber- und hieher-führung nacher Kauffbeuren weder der Hochfürſtl. Augſpurg. Territorial-Jurisdiction, noch dem Hochfürſtl. Pfleg-Ambt Buchlöe / weder jetzo / noch insküntfftig auf einige Weiß zu keiner Conſequenz gereichen ſolle; hingegen aber auch diſe Verreverſirung Uns / Unſern Nachfolgern am Regiment / auch hieſigen unmittelbarer Jurisdiction und Gerechtſame / weder jetzo / noch inskünfftig auf einige præjudicirliche Weis anziehen und deuten zu laſſen / Wir Uns hiemit vorbehalten haben wollen; Zu wahrem Urkund haben Wir diſen mit Unſern und hieſigen gemeiner Stadt Cantzley fürgedruckten gröſſern Innſiegel (doch anderwärtig ohnnachtheilig) bekräfftigten Revers extradiren laſſen. So beſchehen den 14. Decembris 1693.

(L. S.)

B.

Wir Burgermeiſter und Rath des Heil. Römiſchen Reichs Stadt Kauffbeuren ꝛc. Urkunden hiemit und in Krafft diſes / daß die / aus Hochfürſtl. gnädigſter Bewilligung / der den 11ten diſes verſtorbenen Frauen

Levinæ

Levinæ Wagenseilin / Herrn Friederich Schorers in Buchlöe ehlichen Haußfrauen seel. verblichenen Leichnams herüber- und hieher-führung nacher Kauffbeuren / weder der Hochfürstl. Augspurg. Territorial-Jurisdiction noch dem Hochfürstl. Pfleg-Amt Buchlöe / weder jetzo noch inskünfftig auf einige Weis zu keiner Consequenz gereichen solle; Hingegen aber auch dise Verreversirung Uns Unsern Nachfolgern am Regiment / auch hiesiger unmittelbarer Jurisdiction und Gerechtsame / weder jetzo noch inskünfftig / auf einig præjudicirliche Weis anziehen und deuten zu lassen / Wir Uns hiemit vorbehalten haben wollen. Zu wahrem Urkund haben Wir disen mit Unseren und hiesiger gemeiner Stadt Canzley fürgedruckten grössern Innsiegel (doch anderwärtig ohnnachtheilig) bekräfftigten Revers extradiren lassen. So geschehen den 14. Decembris anno 1693.

(L. S.) Canzley Kauffbeuren.

C.

Wir Burgermeister und Rath des Heil. Römischen Reichs Stadt Kauffbeuren ꝛc. Urkunden und bekennen hiemit. Demnach der allhier / wegen eines Beutel-Abschneidens in gefängliche Verhafft gerathene Delinquent, solch / und anderley harten auf ihn schon muthmaßl. gebrachten Verbrechens halben zu keiner Geständniß / ohnerachtet aller disfalls angewandten Bemühung zu bringen und solchemnach höchst nöthig fallen will / denselben mit denen verschidenes auf ihn ausgesagtes Augspurgischen Diebes-Gesellen zu confrontiren / ein solches aber nicht anderst / dann durch Ihro Hochfürstl. Durchl. zu Augspurg Territorium beschehen kann; als haben Wir zu dessen Erlaubnis dem Reichs-Frey-Hochwohlgebohrnen Herrn Johann Carl Herrn von Werttenstein auf Delmesingen höchst besagt Ihro Hochfürstl. Durchl. zu Augspurg hoch-meritirten Rath und Pflegern beeder Herrschafften Buchlöe und Helmißhofen gehorsaml. angesucht; sondern auch wegen der denen Crayß-Schlüssen gemäs erhaltenen Permission uns reversiret haben / daß solche gethane Permission weder Ihro Hochfürstl. Durchl. noch Ihren Pflegern und Aembtern im geringsten nichts præjudiciren / noch von Uns zu einiger anderer Consequenz nachgezogen werden solle. Zu dessen allen desto mehrerer Urkundung auch wie vorbesagt Ihro Gnaden dem Herrn von Werttenstein gegenwärtige Reversales unter Vortruckung Unsers grössern Canzley Signets ertheilen wollen. So geschehen / den 6. Febr. 1708.

(L. S.) Canzley Kauffbeuren.

DISSER-

DISSERTATIO XXVI.

DE

NATALIBUS CIVITATIS IMPERIALIS

ISNÆ IN ALGOVIA.

§. I.

ISNA, ISNI, in chartis & Annalibus veterum diversimode scribitur, utpote *Ysenina*, *Ysnina*, *Hisinina*, *Ysinina*, *Ysnina*, *Ysinin*, *Ysnin*, *Iseni*, oppidum *Ysinnense*, *Ysninense* &c. Sed unde hoc nomen habeat, non satis constat. Alii derivant ab Iside, domestica Egyptiorum Dea, quam Suevos olim magna religione coluisse memorat *Tacitus Cap. IX. §. 2. de morib. German.* ubi: *Pars Suevorum & Isidi sacrificat, unde causa & origo peregrino sacro parum comperi, nisi quod signum ipsum in modum Liburnæ figuratum docet, religionem advectam.* Ab Egyptiis quippe ad Schytas, ab his ad Græcos & Pannones, & ab his ad Suevos manasse plerumque creditur, quod tamen de prima Suevorum periodo intelligendum, cum Sarmaticas regiones adhuc incolebant. De Vindelicis autem, Rhætis ac Helvetiis, hisce in oris degentibus, suique juris viventibus, nullum plane superest probatum documentum, quo certi reddamur de Iside ante ii migrationem Suevorum in his terris culta, nisi eam vel ex lunæ vel ex terræ cultu, quas Isidem alias significasse plures crediderunt, colligere vel potius conjecturare velis. Est quidem *Crusius in Annal. Suev. P. I. Lib. XII. Cap. 6.* qui vetustatem Campoduni, vicini oppidi probaturus, ducentis ante natum Christum annis, *Cisæ* vel *Isidis* fanum fuisse narrat. Quale quid etiam fragmentum historicum, multimodis quidem interpolatum, & ab Ill. *Velsero L. III. rer. Aug.* per plures paginas ut spurium & fictitium notatum, de ligneo *Cisæ* Deæ templo, Augustæ olim extructo, profert. Sed nec teste Tacito c. l. *cohibere parietibus Deos, neque in ullam humani oris speciem assimilare ex magnitudine cœlestium arbitrabantur Germani;* nec *Cisa Vindelicorum*, si topica quoque Dea fuisset, cum Iside Suevorum confundenda. *Si enim Cisa Suevorum Isis fuisset, ineptirent adhuc de muliebris oris specie, parumne testato Tacito signum ipsum in modum Liburnæ figuratum docet advectam religionem*, sunt verba celebrati *Velseri c. l.* & quæ eod. Lib. III. p. 222. de ineptiis istis memorat. Defluxa autem periodo priori, feliciori forte fato *Isis* Dea in his oris usa est, cujus Sacra, utpote Romanis haud incognita, cum aliis Diis Patriis ipsosmet in novas has Colonias intulisse, vel iis dejectis & ex Germania repulsis, ipsos demum Suevos, circa annum Christi 450. immigrantes, una cum aliis Idolis in has regiones, Vindeliciam nempe, Rhætiam & Helvetiam secum adduxisse, non est quod nimis audacter obstrepamus, quamvis nec hæc quoque traditio ullo probabili argumento vel indicio, ne dicam documento nitatur.

§. II.

Quod inprimis attinet decantatam *Isidem Isnensem* constans quidem & communis fere opinio habetur, quam refert *Martin. Zeiler in Topograph. Sueviæ p. 44. & in Chronico Suevic. p. 301.* hic quoque loci Deam hanc Egyptiacam non cultam solum, sed eidem etiam pretiosum exstructum fuisse templum, soleamque ferream, **das Hufeisen**, quâ vexilum Civitatis, **das Panier**, ab omni ferè ævo insigniebatur, naviculum seu liburnam Isidis, in odium & horrorem Paganismi ab Isnensibus Christianis inversam, significare. Unde *Nic. Reusner.* in Civitatem Isenam sequens conscripsit Epigramma:

Linigeram coluit gens Suevica Divam,
Maxima quæ frugum dicitur esse parens.
Inde tot Isiacas urbes Germania novit,
Quas vulgus ferri nomen habere putat.
Jam pro Linigera linum colit undique Diva
Suevus, & hinc lucrum, lintea sæpe facit,
Proque Dea Deus est melior pejore repertus,
Sed tamen Urbs habet hæc nomen & illa vetus.

Sed quæ hæc est fabula, nulla planè verisimilitudine subnixa? Quis enim soleæ ferreæ, equorum ungulis affigi solitæ, cum navicula utut inversa similitudinem quandam etiam per somnum imaginaret, quæ nec minimam cum illa gerit formam. Antiquissima certe arma, vexilla & Insignia Isnensia, juxta imaginem ad exemplar exsculptam (*a*) nullam planè speciem naviculæ, sed veræ & in singulis partibus formatæ soleæ ferreæ, **Hufeisens** / ante oculos ponunt. Et si originem hujuscemodi symboli ferrei exquiramus, nemo sanè, qui rationis plane expers non est, à navigio veluti Signo Isidis magis derivandum esse putet, quam à solea ferrea, ad vivum omni tempore expressa; cum certum & in vulgus notum sit, Civitatem nostram ab omni ferè ævo ex dialecto Algovico Eisni, adeoque à ferro, **Eisen** / dictam ac pronuntiatam, indeque traditionem, quantumvis fictam, ortam esse de ferrariis seu ferrifodinis, quæ olim ibidem fuisse finguntur. Unde adhuc hodienum Ursinæ in monasterio, cui an. 1181. Abbas Isnensis Marquardus primum præfecit Priorem, ex monachis suis nomine Wernherum, testantibus Annalibus Isnens. legitur epigramma:

Qui Prior occurrit Wernerus *ferreus* audit,
Ferreus est Heros, *Isnia* stemma dedit.

Et

(*a*) Sigillum hocce Civitatis Isnensis, cujus characteres reddent scripturam Seculi XII. vel XIII. sistit S. Catharinam, in cujus honorem extructum olim erat Altare in Ecclesia parochiali S. Nicolao dicata, fertque Legenda, quod cum palmam martyrii ferret Catharina, rotâ qua membra ipsius contunderentur, ictu fulminis percussâ & concrematâ, gladio decollata, ideoque rota ad dexteram ejus, soleaque ferrea ad sinistram, cum gladio inverso in manu læva posita sit, inque simili figura, ligno exsculpta, adhuc conspicitur in ædibus Ecclesiasticis sic dicti montis Oliveti, Ecclesiæ proxime contiguis, qua antehac ornatum erat dictum Altare.

Et in charta antiqua de anno 1242. Rudolphus Rector dicitur puerorum in *Isenina*, similiterque in privilegio Henrici VII. Imperatoris oppidi *Isenina* fit mentio. Id quod etiam in causa fuit, quod ab Imperatore Friderico III. an. 1488. ob præstita ab Isnensibus præclara servitia in obsidione Brügæ, ubi filius ipsius Maximilianus captivus tenebatur, vigore specialis Diplomatis Cæs. antiquus clypeus & Clenodium Civitatis confirmatum, auctum & concessum sit, einen schwartzen Schild / darinnen ein gelber oder goldfarber Adler mit seinen ausgebreiteten Flügeln / aufgethanem Maul / und ausgeschlagener Zungen / habende auf seim Haupt eine gelbe oder goldfarbe Kron / und in Mitte seiner Brust einen weissen oder silberfarben Schild / darinnen ein schwartzes Hufeisen / die Stollen unter sich von einander kehrende / zuführen ꝛc.

§. III.

Hæc cum ita sint, mirandum sane non est, quod nullo unquam tempore vel vetustiori vel recentiori vestigium aliquod aut indicium in agro Isnensi deprehensum sit, nec de ferrifodinis, nec de templo quodam Ethnico, Isidi sacro. (*b*) Et quamvis dicamus, nemora Lucosque penes veteres Suevos templorum vice subiisse, quos Diis suis consecrare sunt soliti, & inprimis eos, in quibus vetustissimæ & maximæ molis quercus florescebant, introducta autem religione Christiana excisos, arboresque interlucatas esse; in vulgus tamen notum est, ob situm agri Isnensis ejusque pratorum circumjacentium nec lucos nec quercus tantæ magnitudinis ac vetustatis progerminare & florescere haud posse.

Probabilissima igitur optimaque sententia est eorum, qui nomen seu etymon ISNI derivandum esse jactitant, ab aqua seu fluviolo prope urbem scaturiente ac profluente, in chartis Cœnobialibus vetustissimis fluvius *Hysnia*, *Ysnina*, *Ysinina* seu *Hysinina*, *Ysin-Ach* seu *Hysin-Ach*, *Ysnach*, communiter die Aach dicto. Unde quoque in Annalibus MSCtis mentio fit Fullonicæ ad fontem fluvii *Ysenach* constructæ. *Abas* quippe nominabant veteres Alemanni fluvios, eorumque nomina plerumque in Algouia & ad lacum Bodamicum in has desinunt literas, e. g. *Æschach*, *Luterach*, *Liblach*, *Fussach*, *Goldach*, *Steinach* &c. (*c*) & quemadmodum *Fulda* à fluvio cognomine profluente dicta censetur, & *Lipstadium* ab ejusdem nominis flumine, similiter *Embda* à flumine Amasi, die Embs / *Egra* à præterlabente fluvio similis nominis & *Vienna* Austriæ à rivo cognomine, *Brigandia*, Bregentz / à sic dicto torrente, *Arga*, *Arguna* à fluvio Argen / ut plura alia exempla omittamus; Sic eodem quoque modo *Isna*, *Isina* vel *Isenau* à rivo cognomine in antiquis Literis est appellata. Ipso enim Historiographo Romano *Tacito*, *prout aut fons aut campus, aut nemus placuit, ita appellatæ sunt Civitates per quam multa*, & quidem quoad Villas Algovicas & vicinas cum terminatione *in* haud dubie originis Francicæ, ut ex iisdem traditionum, donationum & Concambiorum tabulis antiquissimis patet, e. g. *Holzlutin*, *Ratzin-Hof*, *Wengin*, *Friesin-Hof*, *Matilin-Hof*, *Durin-Bach*, *Azzin*, *Baldin-Hof*, & in specie *Isin-Hartis*, ab ipsamet profluente aqua *Isin* seu *Hysin*.

(*b*) In Pomerania anteriori lacus est, *Ima* quoque appellata, nullatenus vero à Dea Iside, in terris Venedicis, nulla unquam ætate culta, ubi adorabantur triceps *Triglaf*, Idololatron *Schwantewit* & *Radegast*.

(*c*) Vid. Velser, de Reb. Aug. L. I, Stumpf. in Chronico Helvetic. L. V, fol. 55.

§. IV.

Natales Civitatis Imperialis Isnæ si spectemus, cum pluribus aliis hoc commune habet, quod ortum suum nesciat, certissimo vetustatis reconditæ indicio. Ante Romanorum quidem adventum eorumque invasiones in terras Rhæticas hanc regionem maximam partem incultam inhabitatamque fuisse, vix est ambigendum, nisi forte Vindelicos Suevosque populabundos eam peragrasse dicamus. *Lacum quippe Bodamicum*, memorat Ammianus Marcellinus Lib. XV. *horrore sylvarum squalentium inaccessum fuisse, natura locorum & cœli tum temporis inclementia refragante, donec tandem Romana illa virtus & sobria iter composuerit latum.* Devictis enim Rhætis hanc quoque regionem adiisse Romanos, ibique Stationes Legionarias contra finitimos Vindelicos posteaque Suevos & Alemannos ordinasse, nulli plane dubio obnoxium est. *Augustus quippe Cæsar*, per tradita Velleji Paterculi Lib. II. *haud mediocris belli molem per Tiberium Neronem experiri statuit, adjutore operis dato fratre ipsius Druso Claudio; quippe uterque divisis partibus Rhætos Vindelicosque aggressi multis urbium & Castellorum oppugnationibus, nec non directa quoque acie feliciter functi, gentes locis tutissimas, aditu difficillimas, numero frequentes, feritate truces, majori cum periculo quam damno Romani exercitus plurimo cum earum sanguine perdomuerunt.* Unde non solum jam sua ætate Antoninus Cæsar, prout testatur sic dictum Itinerarium ipsius notissimum, viam illam stratam Romanorum militum ab Arbore felici, inde ad ostia Rheni, porro Brigandiam, Vemaniam (per agrum Isinensem, quo de nullum nobis est dubium) Campodunum & Augustam Vindelicum ordinavit, Legionemque peculiarem disposuit ad tutandum tractum terræ à Vemania Cassiliacum usque, i. e. Roma-Kessel / ad Licum amnem in Rhætia prima situm, uti patet ex veteri Notitia Imperii sub Honorio & Theodorico primo conscripta p. 172. Sed etiam in usum ac commoditatem ejusdem vias ac pontes restituit à Campoduno ad locum usque Isinensem M.P.XI. testante ita Inscriptione lapidis Romani, in Cœnobio Isnensi olim reperti, & postmodum Campidonam translati. (*d*) *Ex quibus non obscure patet*, refert Annalista Isnensis, *hanc regionem, quantumvis tunc vastam & incultam Romanis rerum Dominis plus quam nongentis annis ante Monasterii erectionem fuisse cognitam.* Quo de etiam egregie testantur antiqui Numi Romani prope Civitatem in loco, qui dicitur die Bethmaur / olim reperti.

§. V.

Quemadmodum vero ortum & incrementa locorum quamplurium à Legionibus & Stationibus Romanorum militum demonstrarunt Historici & Antiquarii, interque eos inprimis *Jo. Herold. Hochstatensis in Commentariolo de Romanis in Rhætia Littorali Stationibus, ac ex iis vicorum, municipiorum & villarum, quæ hodienum supersunt, originibus;* Ita nullum dubium est, Civitatem quoque Isnensem incunabula sua habere ab ejusmodi Stationibus & mansionibus Romanorum. *In iis enim locis*, scribit Dio Cassius Lib. LVI. *Romani milites biberna habebant, urbes condebant, eorum mores barbari accipiebant, in forum conveniebant, congressusque cum iis pacatos habebant &c.* Inveterata quidem fama & communis incolarum habetur traditio, villam seu oppidum Isinense natales suos non habuisse prope dictum fontem palustrem, unde scaturit fluvio-

(*d*) Vid. Stadt Kemptische Deduction contra das Fürstl. Stifft daselbst. edit. an. 1731. Sect. I. §. 2. p. 3.

fluviolus *Ysinach*, sed prope fluvium *Argam* seu *Argunam*, in collis acclivitate, alias Bethmaur dicta; Si vero situm loci ejusque angustiam spectemus, nulla plane nititur probabilitate hæc opinio. Et quamvis rudera quædam antiquiora ibidem adhuc conspici obtendant, nullam tamen villæ seu oppidi speciem sed potius Sacelli, peregrinationis Sacræ ex urbe obeundæ causa constructi præ se ferunt, indeque etiam portam urbis orientalem nomine Beththor insignitam esse arguendum.

§. VI.

Quæ vero facies villæ Isinensis fuerit sub dominatu Alemannorum seu Suevorum æque ac Francorum, in medio utique relinquendum, cum nihil certi de fatis ejus nec ex tabulis & chartis nec ex scriptoribus illius ævi constet. Quamvis in dubium haud veniat, villam istam æque ac alia Sueviæ & Algoiæ loca vel oppida ab Alemannis, Francis & Hunnis subinde devastatam, relictis autem ab Attila his regionibus, communitoque imperio Francorum posteaque Imperatorum Saxonicorum ex ruinis sensim restauratam & amplificatam esse. Horum quippe ævo non Ecclesia solum Parochialis, S. Nicolao dicata, in eminentia seu clivo villæ ab Isnensibus exstructa (utpote quam Cœnobiales antiquiorem esse Ecclesiâ S. Georgii ipsimet fatentur) verum etiam ædes Suburbiorum, tam superioris quam inferioris, ædificatæ, & anno 1171. commutatione facta agri ac fluvii *Hisinina* seu *Ysinach* ejusque molendinorum cum Cœnobio, versus plagam Australem à Wolfrado Comite Veringensi cum pluribus mansionibus forensibus adauctæ sunt, ita ut oppidum hocce illis temporibus ambitu suo longe majorem incolarum ac ædium numerum complecteretur, quam recentiori ætate, & adhuc hodienum complectitur. Narratio tamen, quam exhibet Annalista Cœnobialis ex Scheda quadam MSCta, anno 1349. non totum solum monasterii cœtum sed quinque quoque millia hominum in Civitate Ysnensi funesta peste, cujus authores Judæos fuisse traditum est, obiisse, hyperbolica nimis esse videtur.

§. VII.

Anno MXXXXII. XVIII. Kal. Jan. Ecclesia S. Georgii exstructa, & ab Everhardo Episcopo Constantiensi precibus Wolffradi Comitis Vehring. ejusque Uxoris Hiltrudis ipso die natalitio filii sui inaugurata, sed anno demum MXC. VII. Id. Febr. Monasterium Ord. S. Benedicti, salva tamen ac reservata Advocatia Ecclesiastica, Castvogtey / fundatum & ædificatum est à Comite Manegoldo ejusque uxore Liephilda, cum filiis Walthero, Wolfrado & Mangoldo, quamvis *Canis. in Tom. I. Lect. antiq. p. 670. ibidemque in Notis ad H. Contracti Chronic.* ex Urstisio unice de Manegoldo Comite, qui an. 1104. ejusque uxore Leuthilde, quæ anno 1106. diem obiêre supremum, sed nullam plane mentionem faciat de filiis ipsismet fundatoribus. Ipsemet quoque Manegoldus primus erat Abbas, in cujus Cippo seu sepulchrali monimento hanc Epigraphen cum imagine ipsius & insignibus olim deprehensam fuisse perhibent Annales:

Anno MCIV. Mangoldus nobilis Comes de Veringen fundator hujus Monasterii Ysni.

Asserunt quidem iidem Annales, Comitem Manegoldum Cœnobio à se fundato non solum mancipasse quicquid juris vel proprietatis habuerit Ecclesia Isinensis, verum etiam dimidiam Villæ partem; id quod tamen adgnita fabula

 ipse-

ipsemet Abbas Dominicus (*e*) negavit, & non nisi XII. hobas aliaque prædia circumjacentia, una cum *Mechinsaun*, *Cella*, & quicquid Clientes ipsorum, *Vogtleüth* possederint, im Höringöw / zu Tyssen / zu Watte / zu Wald und zu Steinau / pro dote donata esse, publice confessus est. Litteræ quoque Confirmatoriæ Pontificis Paschalis II. in terminis generalibus eorum saltim meminerunt, *quæ Comites Veringenses proprietatis jure in Ecclesia Isinensi possederunt;* nulla plane mentione facta oppidi seu Civitatis Isnensis. Equidem sub Marquardo Abbate, qui vixit ad annum usque nonagesimum quartum Seculi XII. & in Annalibus celebris Abbas sui temporis, & bonorum, jurium ac libertatum propagator & defensor acerrimus dictus est, tantis augescebat incrementis Cœnobium, ut periculum audere non dubitaverit, confitentibus eorundem compilatoribus ipsis, anno 1166. Fridolaum Abbatem vicinum Campidonensem bello aggredi, fugatisque monachis, monasterium per aliquot horarum spatium præsidiis suis tenere obsessum. Referunt quoque iidem Annales Monasterii ex Formicario quodam Jo. Nideri Ord. Prædicat. tunc temporis Sanctimoniales etiam & fœminas Moniales sub matre Adelheide, fœmina rustica, prope Monasterium Reclusoria sua separatasque habitationes habuisse, & Monachorum præceptis obnoxias fuisse. Quandoquidem vero ejusmodi proximiores cohabitationes ac conjunctiones monachorum cum Sanctimonialibus in Conciliis ac synodis erant interdictæ, (*f*) tam majoris commoditatis quam regularis observantiæ ergo anno 1189. Rordorffium ad Argunam sunt translatæ, istique Ecclesiæ Cœnobiali incorporatæ, & ab Imperatore Friderico Barbarossa in protectionem ac mundiburdium receptæ, à Rudolpho quoque Episcopo Constantiensi hæc ipsarum libertas anno 1278. specialiter renovata confirmataque est.

§. VIII.

Ex monumentis & argumentis hisce historicis jam satis superque patescit, Civitatem Imperialem Isnam natales suos non debere Cœnobio, Seculo demum XI. adulto ibidem fundato, & ipsi quoque Ecclesiæ Parochiali (quæ sane non spernendam Civitatem vel cœtum civium seu parœcorum numerum jam isto ævo indigitat) prærogativam ætatem competere præ Sacello, longo post tempore juxta illam exstructo, & S. Georgio consecrato; Sed nec nullum quoque superest documentum, quod certum indubitatumque indicium præbeat, Civitatem Isnensem sequiori ætate subjectam fuisse dicto Cœnobio, ejusque jugum ullo unquam modo subiisse; Anno quippe 1052. Dapiferi de Waldpurg (*g*) Dynastiam Trauchburgicam una cum Advocatia oppidi Isnensis à Comiti-

(*e*) In Apologia contra den in anno 1652. außgesprengten Bericht / daß den Besitzern der Graffschafft Trauchburg Sitz und Stimm auf Reichs- und Creyßtägen gebühre. edit. 1659.

(*f*) In Synodo Agathensi Can. 28. vid. C. 18. monasteria. quæst. 2. specialiter statutum, *ut monasteria puellarum longius à monasteriis monachorum aut propter insidias diaboli, aut propter oblocutiones hominum collocentur.* Inde etiam factum, scribit *Dadinus Alteserra L. VI. C II. orig. rer. Monastic.* ut duplitia monasteria, i. e. communia virorum & mulierum, quo tutior sit disciplina monastica, & turpium suspicionum materia tollatur, vetarentur &c. Conf. *Wegelin. in Tr. de Prærogativa Civit. Lindav. præ Cœnobio Sect. III. §. 56.*

(*g*) Olim quoque dicti *Dapiferi de Tanne.* vid. Wigul. Hund. in Metrop. Salisburg. Tom. I. sub Rubrica: *Episcopus Brixensis.* Ubi Everhardus Dapifer de Tanne

mitibus Nellenburgensibus & Vehringensibus in feudum ac beneficium acceperunt, effluxis autem ducentis & quod excurrit annis, videlicet an. 1306. Joanni Truchsessio à Comitibus Henrico de Vehringen & Everhardo de Nellenburg, Præfectura seu Dynastia Trauchburg, æque ac Advocatia Isnensis cum omnibus inde juribus dependentibus pro 190. marcis argenti puri, i. e. **Costanzer Gewichts**/ in jus proprietatis vendita atque cessa est.

§. IX.

Negandum quidem non est, sub schemate Advocatiæ Dapiferos de Waldpurg jura quædam sublimia ac regalia in Civitate Isnensi administrasse, quæ tamen nec dominium universale nec omnimodam & supremam jurisdictionem complectebantur, utpote quæ non per Præfectos seu subadvocatos Dapiferorum, sed per proprium ac civicum Magistratum, **Amman/ Rath und Gemeind**/ regebatur, & jure quoque forensi, **Marckt-Recht** dicto, (*b*) aliisque privilegiis ac libertatibus Cæs. non attento nexu isto Clientelari, munita erat, prout de hisce supremæ ac territorialis jurisdictionis signis & actibus, subjectionem plenam ac universalem aversantibus, luculenter testantur litteræ Pacificatoriæ, **Thädigungs-Brieff** (quos adhuc adservat Archivum Isnense in originali) in controversiis anno 1219. inter Civitatem & Monasterium Isnense exortis, super fluviolo *Ysinach*, rigatione pratorum, pascuis communibus, molendinis & super quæstione, ubi Cives in Cœnobio delinquentes sint conveniendi, quantumque temporis alibi morari debeant, qui Cœnobio se mancipare voluerint, **die hinder das Closter fahren wollen**/ multisque aliis differentiis conditæ. Insuper jam isthoc ævo tantæ erat existimationis tantique nominis Civitas Isnensis, ut digna habita sit, Rudolpho Habsburgico (*i*) & Alberto

---

Tanne in privilegio Frid. II. Imperatoris inter testes numeratur, in alio autem diplomate Cæs. de an. 1227. nominatur Everhard der Truchsäß und sein Sohn von Waldburg. *Vadian. in MSCta Collect. de Abbat. S. Galli in Act. Lindav. p. 917. & seq.* Et anno 1267. nuncupatus est *Henricus de Waldpurg Dapifer Imperii*; quæ sunt egregia monimenta de antiquo Dapiferatus hæreditarii munere Comitum Truchsessiorum de Waldpurg.

(*b*) i. e. Forum seu jus Forense ad Civitatem pertinens, quod idem ac jus territoriale, mit Burgerlich- und Peinlichen Gericht/ Stock und Galgen/ isthac ætate in terris Suevicis & Algouicis denotabat, probante ita ex chartis Sangallensibus *Goldast. Tom. I. rer. Alem. P. II. in Not. ad Theod. Eremitam C. X. f. 39.* & *Schobing. ibid. T. III. in Addit. ad Vadian f. 148.* vid. *Heider. act. Lindav. p. 629. sq. It. p. 62. & 179. Schilt. in Glossario Teutonic. Voc.* Mark.

(*i*) à Rudolphi Secretis & Confessionibus erat *Henricus*, filius Civis & Pistoris Isnensis, alias *Gürtelknopf* dictus, cujus ope & auxilio Isnenses impetrarunt tam præclara & ampla privilegia Cæs. Lindaviensibus æqualia, de quo refert *Stumpf. in Chron. Helvetic. L. XII. C. 27.* Heinricus des Nahmens der IVte von Ysena aus dem Algöw/ eines Brodt-Beckers Sun wird zum 35ten Obristen Pfarrer/ i. e. Bischoff zu Basel geweit anno 1274. er regierte bey 11. Jahren. Dieser war wohl zu friden mit König Rudolpho. War hievor ein Barfüsser Mönch/ und in den Clöstern zu Lucern/ Basel und Mentz Leßmeister gewesen. Etlich melden/ er sey gewesen ein Schwartzkünstler und zeletst ein Doctor H. Geschrifft (wie sich dann die Necromantzy und Theology gar wohl zusamen reymen) Er war von wegen Herrn Peter Rychen Thum Propsts zu Mentz und Basel gen Rom zu Papst Gregorio gesendt/ daß er bemeltem Herrn Petern solte umb das Bistumb werben/ aber er warb inmassen/ daß Im das Bistumb ward/ und empfing die Bestätigung und Salbung zu Losanna

berto Imperatoribus iisdem, quibus Civitas Imperialis *Lindouua* fruebatur, libertatibus, juribus ac privilegiis Cæſ. donari atque muniri, quæ ſpeciatim enumerantur in Diplomate Rudolphino, inclytæ Civitati Lindaugienſi conceſſo. (*k*) Et quidem I. quod Advocatia Cæſari & Imperio attinens, vulgariter *Caſtfoigt* dicta, nec alienari, nec obligari, nec commutari unquam debeat. II. quod nullus Judex publicus, nec Dux neque Comes, aut quislibet ex judiciaria poteſtate, Cives ſuper poſſeſſionibus *Juri forenſi* ipſorum Civitatis ſubjacentibus, & in aliis cauſis ſecularibus quibuſcunque, niſi coram Advocato, **dem Amman**/ vel ſuo Judice ſubſtituto, poterit aliquatenus convenire. III. Quod proſcriptio Advocati, Ducis, Comitis, vel alterius Judicis, ratione judicii cujuscunque ipſorum Civium, intrare non debet vel attingere Civitatem. IV. quod quicunque extraneus ſervilis conditionis recipitur in Concivem, ſi idem per ſpacium unius anni ſine impetitione Domini in Civitate commoratur, liber & ſolutus ab omni ſervitio ſui Domini penitus permaneat &c. V. quicunque etiam aliquod prædium ad *forum* pertinens Civitatis, ratione emptionis vel hæreditatis, per ſpatium unius anni & unius diei in quieta tenet poſſeſſione, ſi infra terminum prædictum ſecundum juris formam non contradicitur reclamando, id prædium de cœtero pacifice poſſideat. VI. Nullus etiam miles nec monachus prædium aliquod in Civitate hæreditario jure acquirere poterit nec tenere. VII. Et ſi aliquod prædium alicui Cœnobio vel aliis perſonis religioſis dabitur propter Deum, infra terminum unius anni vendere teneantur; & quæ ſunt alia, quibus de quoque teſtantur Litteræ confirmatoriæ precibus ipſius Dapiferi Johannis ab Imperatore Henrico VII. anno 1309. exaratæ, in verbis: *Oppidum Iseuina ad inſtar & imitationem claræ recordationis Rudolphi & Alberti Regum Rom. per omnia iisdem libertatibus & juribus dotatum ſit, quibus Civitas Lindouuia perfrui noſcitur & gaudere.*

§. X.

Hiſce beneficiis ac privilegiis Cæſareis adjuta Civitas (licet anno 1284. exitiali incendio (*l*) penitus conflagrata ſit una cum Cœnobio & Eccleſia Parochiali, in Litteris Circularibus Abbatis æque ac Interceſſionalibus Epiſcopi Conſtantienſis ita nominata) ſenſim tantis ingraveſcebat incrementis, ut non ſolum teſtante Transactione cum Abbate anno 1333. inita, magnam ac conſiderabilem negotiationem Lintéariam aliasque mercaturas facerent Cives, ſed ipſam

ſanna in Gegenwärtigkeit des Papſts/ Königs Rudolphs und der Königin. Dieſer Biſchoff ward zugenennt Gürtelknopff. Anno 1285. ſchickte König Rudolph dieſen Biſchoff gen Rom in Bottſchafft zu Pabſt Martino dem 4ten/ als aber damahls eben das Ertzbiſtum Mentz ledig war/ gab der Papſt daſelbig Churfürſtenthum dem Biſchoff Gürtelknopff/ und beſtätiget ihn darauf anno 1286. ſtarb anno 1288. De vita ipſius vid. plura in Lexico Univerſ. Hiſt. Baſil. voc. Henricus II. inter Electores Eccleſ. pag 737. It. Crus. in Chron. Suev. L. III. Cap. 4. qui Henricum iſtum Isnenſem etiam *Knoderer* dictum fuiſſe ſcribit. Jo. Vitoduranus in Chronico ab Eccardo in Corp. Hiſt. medii ævi Tom. I. p. 1753. ex integro editus, ſcriptor coævus, de hoc quoque Henrico de Iſina memorat: *Sub Rudolpho Habsb. de ordine Fratrum minorum tunc duo Epiſcopi creati fuerunt, Tullenſis & Archiepiſcopus Moguntinus, Frater Henricus, ambo de Ysnina oriundi, oppido in Albgouia ſito &c.*

(*k*) In alleg. Actis Lindav. pag. 564. ſeq.

(*l*) De quo Annales MSCti ad d. an. *exuſtum eſt Clauſtrum cum Civitate, quo caſu incertum;* Ideoque vel maxime deplorant amiſſa ſua vetuſta & principaliora documenta litteraria.

ipsam quoque aspirandi dignitatem ac libertatem Imperii plenariam animo agitarent, quod ipsis etiam successit ex sententia. Anno quippe 1365. redemtâ ab Ottone Truchsessio Waldburgico omnigena Libertate pro summa IX. M. librarum Obolarium, hoc pacto, ut usum & utilitatem omnium jurium & Regalium, hactenus ab ipso vi Advocatiæ in Civitate Isnensi exercitorum, scil. **Verleihung des Stadt Amman-Amts/ Besetz- und Beeydigung des Raths/ Begnadigungs-Recht/ jährliche Steur/ Zwing und Bänn von allen Gefällen** rc. quod reliquum est vitæ perciperet, post obitum vero Civitati omnia pleno jure cederent, quæ in tabulis venditionis ac Cessionis singulatim sunt conscripta; eodem adhuc anno mediante Bulla Cæs. in autographo adhuc extante, ab Imperatore Carolo IV. juxta verba formalia recepta est **in des Heil. Röm. Reichs Schutz und Schürm/ und in die Gemeinschafft und Genuß aller Rechten und Freyheiten/ wie andere des Reichs Städte** rc. sub hac conditione tamen, ut Cæsari quotannis in festo S. Martini solveret centum libras obolorum, quarum postmodum pars una LX. librarum florenis 1100. & pars altera XL. librarum 600. florenis sunt redemtæ. Ex quo simul patet, jam ante obitum dicti Ottonis, utpote qui Seculi XIV. anno demum octogesimo sexto in prœlio Sempacensi interiit, Imperio addictam esse Civitatem. Id quod etiam comprobant vetustiora fœdera, cum aliis Imperii statibus inita, inprimis magnum fœdus Civitatum Imperialium Sueviæ de anno 1377. (m) Fœdus Civitatum Suevic. cum Comitibus Palatinis & Margraviis Badensibus de anno 1379. Magnum itidem fœdus Civitatum Rheni & Sueviæ anno 1381. Unio trium Societatum **vom Löwen/** St. Wilhelm **und St. Jörgen** anno 1382. & alia quibus comprehensa fuit Isna. (n)

§. XL.

Anno 1374. vendebat quidem inscia Civitate Otto Dapifer Cognato suo Johanni de Waldpurg Dynastiam Trauchburgicam una cum supradictis in Civitate Isnensi jam antehac sub lege commissoria venditis & ad reliquos saltem vitæ dies reservatis, in tabulis quoque speciatim enumeratis juribus ac Regalibus pro pari summa IX. M. libr. Obol. Hallens. ob manifestam vero nullitatem ac iniquitatem, quod attinet jura ac reservata Isnensia, irritum plane permansit conamen ac inane; cumque dicto anno 1386. ipsemet Otto Truchsessius in prœlio Sempacensi cum Duce Leopoldo Austriæ multisque aliis Principibus, Comitibus & Equitibus Sueviæ morte occubuisset, nullamque plane sobolem masculam post se reliquisset, purificato hoc modo contractu Civitas Isna vigore Bullæ Cæs. seu Sanctionis Pragmaticæ ab Imperatore Carolo IV. antehac obtentæ, in numerum ac censum Civitatum Imperialium cum omni jure prærogativo in perpetuum recepta, iisdemque accensita est. Quamvis etiam Isnenses ab eodem Ottone Dapifero, dum adhuc viveret, anno nempe 1381. varia jura particularia emtione ac Cessione plenaria sibi comparaverant, scilicet **den Saltzmarckt mit allen Nutzungen/ Rechten und Gewohnheiten/ und mit aller Zugehör. It. das Recht und Gewalt inskünfftige selbsten Burgermeister und Zunfftmeister zu setzen und zu entsetzen/ wie es ihnen und ihrem Flecken Nutz und Gut seye/ mit Vorbehalt des Amman-Amts und Bestellung des Raths/ doch also daß der Burgermeister den Amman und Rath**

(m) Ut refert Stumpf. L. V. Chron. Helvetic. Cap. VIII. f. 385.

(n) Vid. Datt. de Pace Publ. L. I. C. VI. n. 40. C. VII. n. 19. C. VIII. num. 12. Lehman. Chr. Spir. L. VII. C. 66. 67. 68. &c.

Rath und die Zunfftmeister oder die Gemaind beruffen möge/ und alles zu thuen/ was einem Burgermeister von Rechtswegen zukommt. It. die Metzig an ein ander Orth hinzubauen/ doch vorbehaltlich seines Rechts von dem Fleisch ꝛc. Hæc emtio facta est pro summa CCC. aureorum. Falsa itaque & à vero aliena atque erronea sunt, quæ de redemtione ac cooptatione Civitatis Isnæ in dignitatem atque cœtum reliquarum Civitatum Imperialium narrat *Sebastianus Münsterus* (o) & qui eum exscripserunt, *Martinus Cruf.* Lib. V. P. III. Cap. 15. *Rud. Godefred. Knichen* in opere Politic. L. II. P. III. Sect. 4. col. 517. *Knipschild.* de jur. & privil. Civit. Imp. L. III. Cap. XXV. *Limnæus*, *Dresserus*, *Reusnerus*, *Zeilerus* aliique.

§. XII.

Rebus ità ex voto Isnensium vix ac ne vix quidem feliciter peractis, jam indies gliscere cœperunt lites & contentiones cum Cœnobio San-Georgiano, tandemque in maxima prorumpere dissidia, quibus componendis ab Imperatore Carolo IV. anno 1377. ambæ partes Ulmam vocatæ, ibique Commissio Cæs. tribus Civitatibus Imperialibus, quæ fuerant Constantia, Memminga & Ravensburgum, demandata, quæ habitâ in loco oculari inspectione, controversias investigarent & dirimerent. Summa querelarum Abbatis & Conventus eò tendebat, ut ipsis Protocolli ac Relationis verbis utamur: daß die Stadt ihre Vasallen zu Burgern annehme/ ohne sie oder ihren Casten Vogt zufragen. Daß die Ißner prætendirten/ alle Feudatarii, die des Gottshauß Hueben besitzen/ seyen schuldig/ der Stadt zu steuren/ auch Wachten zu thuen/ und mehr andere Burgerliche onera zutragen. Daß sie einen neuen Gra-

(o) In Cosmograph. L. V. C. 231. pag. 968. ubi historiam refert hisce verbis: an. 1386. da Hertzog Leopold von Oesterreich die Waldstätte in der Schweitz (Lucern/ Uri/ Schwitz und Underwalden) bekriegen wolte/ beaehret er an Herrn Ott Truchsessen/ daß er ihm etlich Reuter aufbrächte/ und als der Hertzog mit Geld nicht verfaßt war/ bat er ihn/ daß er ihm das Geld auf die Reuter lihe/ welches ihm Herr Ott auf gut Vertrauen seines Vetters Herrn Hansen zugesagt. Dieweil Herrn Hansen Haußfrau eine Gräfin von Montfortt mit Herrn Otten nicht wohl zufriden war/ verhindert sie bey ihrem Gemahl/ daß er seinem Vetter kein Geld leihen wolt/ welches Herrn Otten mit besondern Verdrieß verschmähet/ sagt: dieweil er ihm solches hett abschlagen/ wolte er ein Sach fürnehmen/ die ihme Herrn Hansen und allen seinen Nachkommen zu mercklichem Schaden reichen müste/ zog also anheimbs/ und nahm von den Burgern zu Ysne 8000. Pfund Heller Costenzer Währung auf/ mit solchem Pact/ wann er wiederum käme/ er oder seine mannliche Leibs-Erben ihnen die 8000. Pfund in einer benandten Zeit wider geben/ alsdann solten sie wieder sein und seiner Erben wie vormals aigen seyn. Käme er aber nicht mehr/ oder würde das Geld von ihme und seinen Leibs-Erben in der benanten Zeit nit erlegt/ so solten sie frey seyn/ und einen Herrn nach ihrem Gefallen nehmen. Als nun Herr Ott im Krieg tod blieb/ wurden die von Ysne frey/ dann er verließ keinen Sohn/ und entschlugen sich Herrn Hansen Truchsessen/ Herrn Otts Vettern/ der sonst ein Erb gewesen wär/ und gaben sich an das Reich zu einer Reichs-Stadt. De hoc bello Helvetico & infelici prœlio Sempacensi scribit *Stumpf. in dicto Chron. Helvet. L. VII. C. 35 & L. XIII. C. 6.* daß dieser Krieg Hertzog Leopolds und der Aidgenossen/ und die Schlacht bey Sempach den 9. Jul. 1386. gewesen/ darinnen Hertzog Leopold und mit ihm 2000. Fürsten/ Grafen/ Freyen/ Ritter und Rittermäßige erschlagen worden seyen. Und seye die massacre um lauter Hoffart und Verachtung des Adels willen erfolget der sich vermessen/ allein für sich selbs ohn allen Beystand diese Handvoll böser Bauren gesotten oder gebraten nach ihrem Wunsch zu verschlucken.

Graben ausserhalb des Wichthors gemachet / und dadurch dem Closter eine Maur ruiniret / und auch ein gewiß Hauß / dem Gottshauß gehörig / eigenen Gewalts destruiret / um eine Gasse grösser und weiter zumachen. Daß der uralte Gebrauch des Wichthors cum summo monasterii dispendio von den Burgern entzogen werden. Endlichen hätten auch die Isner des Closters pecuariam, oder sogenandte Wichweid / und 90. Fürst angezunden / und sich allein damit entschuldiget / daß sie wegen des damahligen Kriegs mit Grafen Everhard von Würtemberg nach dem Exempel anderer benachbarten Städte / wegen Feinds Gefahr / darzu genöthiget gewesen wären rc. Reportata autem victoria à Civitate in omnibus ac singulis punctis, & vel maximè in eo, daß dem Abt verbotten worden / künfftig keine Häuser mehr in seiner so genandten Vorstadt oder Wichwaid zubauen / doch solle ihm unverwehret seyn / Aecker und Gärten dahin zumachen / und selbige zuvergleichen; die pecuaria aber solle an ein ander Orth transferiret werden / wo die Stadt keine Gefahr mehr davon zu besorgen hätte. Hisce subjunxit Annalista Cœnobialis: *quo æstu incertum esse, tametsi nil minus factorum videbatur.* Abbatem Bertoldum quoque de parum prospero successu questum, tot laboribus & continuis cum oppidanis contentionibus fatigatum anno 1383. mitrâ cum regimine deposita, requiem quæsivisse. Civitas autem restituta hoc modo pace, compositisque rebus ac contentionibus, subinde licet propullulantibus, sub tutela Cæsaris & Imperii tam prospero successu obtentam libertatem ac immedietatem integram & salvam in hunc usque diem conservavit.

Et hæc sufficiant de Natalibus, seu de nomine & origine Civitatis Isnæ, ejusque receptione in album ac ordinem Civitatum Imperialium.



AUCTARIUM.

DISSERTATIO XXVII.

DE

SUEVORUM

PRISCIS IN GERMANIA SEDIBUS.

§. I.

Lubricum, at non infelix iter confecisse visi sumus, quum haud ita pridem Suevos ex ipsismet tenebris Cimmeriis in oras nostras, veluti in lucem publicam produceremus: jam eorum sedes in Germania antiqua contemplari attinet; tametsi viam, quæ sit denuo ingredienda, æque salebrosam, & quum maxime ob monumenta veterum, subinde non sufficientia, caliginosam fore, facile provideamus.

§. II. Et Germaniæ jam prima ratio habenda, ut, quo usque Suevi habitare possint, rite pateat. Ita vero TACITUS: (1) *Germania omnis a Galliis, Ratiisque & Pannoniis, Rheno & Danubio fluminibus; a Sarmatis, Dacisque, mutuo metu aut montibus separatur. Cætera oceanus ambit, latos sinus, & insularum immensa spatia complectens.* Et quod speciatim ad septemtrionis plagas attinet, insignis ille rerum naturalium interpres, PLINIUS: (2) *Incipit deinde clarior aperiri fama ab gente Ingævonum, quæ est prima inde Germaniæ. - - Sinus, qui Codanus vocatur, refertus insulis, quarum clarissima Scandinavia est.* Atque item aliis quibusdam interjectis: *Toto autem hoc mari ad Scaldim usque fluvium Germanicæ adcolunt gentes, haud explicabili mensura.* Neque MELA (3) usquam nostræ patriæ arctavit fines, quippe qui eundem sinum paullo fusius describens ad extremum ait: *In eo sunt Cimbri & Teutoni, ultra, ultimi Germaniæ Hermiones.* Hæc illi Germanicarum rerum forsitan peritiores, quam CL. PTOLEMÆUS, (4) qui Alexandriæ Ægypti observationes astronomicas instituens, Germaniam antiquam, sive magnam, Rheno, Danubio, Vistulaque amnibus, ac sinu denique Codano, exclusis insulis, quæ, ut opinio ferebat ejus, ὑπέρκειται τῆς Γερμανίας, circumscripsit, depexus ea propter a PH. CLUVERIO, (5) qui audacter eam, quæ nunc vulgo Germania habetur, ne tertiam quidem veteris istius partem continere adserit; quamquam ipse minus ea in re sibi constat, atque alibi (6) Germaniam, ut hodie describitur, antiqua illa dimidio tantum minorem censet. Sed hic quemvis abundare suo sensu patimur. Nobis enim in præsentem disquisitionem & vel arctiores limites Germaniæ sufficerint.

(1) De morib. Germ. c. 1. (2) L. IV. Sect. 27. ed. I. Harduini. (3) De situ orbis, L. III. c. 3. (4) *Geograph.* L. II. c. 11. (5) *German. antiq.* L. I. c. 11. (6) *Introd. in Geogr.* L. III. c. 1. n. 3.

§. III.

§. III. Hisce visis illico facessere jubemus eos, qui Suevorum nomen omnibus Germanis aliquando a Scriptoribus Romanis inditum fuisse conjecerunt. (1) Satis in hac una gente tenebrarum, ut necesse eo minus videatur, lampade historica ad collustrandas alias, post alias, Germaniæ totius gentes, atque gentium familias, nos amandare. Sed pars tamen magna & insignis populi Germanici hæc nostra natio Suevorum fuit. TACITUS, (2) quum plures populos Germaniæ, suisque singulos nominibus recensuisset, *nunc de SUEVIS*, ait, *dicendum est, quorum non una, ut Cattorum Tencterorumve gens: majorem enim Germaniæ partem obtinent, propriis adhuc nationibus nominibusque discreti, quamquam in commune Suevi vocentur.* STRABO (3) *μέγιστον τὸ τῶν Σουήβων ἔθνος, amplissimam Suevorum esse gentem* memorat; itemque ÆTHICUS: (4) *Germania*, inquit, *ubi plurimam partem Suevi tenent.* Et hi omnes si promiscue promeruerunt, ut a SENECA, (5) quem tragicum adpellant, *nobiles*; a L. A. FLORO, (6) *validissimi*; a C. I. CÆSARÆ (7) *bellicosissimi*; & ab ipsis popularibus, Germanis aliis, in armorum usu ii dicerentur, *quibus ne dii quidem immortales pares esse possint:* (8) certe etiam dignissimi in paucis erunt, quos in ipsis terris, sedibusque suis, paullo propius consideremus.

(1) Not. ad M. Zeilleri præf. de orig Suevor. in den *zufelligen Relationen*, ed. Ulmæ, 1717. P. 1. p. 10. & 15. JUL. CÆSAREM Suevorum nomine universam intelligere Germaniam, audacter adserit M. PRÆTORIUS, in orbe Gothico, L. I. c. 5. §. 4 p. 53. (2) Germ. c. 38. (3) Geogr. p. m. 281. (4) Ubi Europæ situm in Cosmographia determinant. (5) In Medea, n. 713. (6) L. IV. c. 12. (7) De bello Gall. L. IV. c. 1. (8) Ibid. L. IV. cap. 7.

§. IV. At enim quas sedes, quæve domicilia habebunt, qui, ut serio contendunt aliqui, *non tantum erga finitimos semper inquieti, sed & domi remanentes diutius quiescere, aut uno in loco considere, haud poterant, quin potius & illum facile mutarent, inque casis vix ad unius diei usum exstructis habitarent*; tum, quod *constantius apud eos perpetua vicissitudine nihil* esset, atque ipsi *continuis latrociniis finitimos vexarent, vagantium & ambulatorum nomen* (*der Schwebenden* und *Schweiffenden*) a Romanis aliquanto post in *Suivos, Suibos*, aut *Suevos* transformandum, ex instabili vivendi ritu acceperunt? (1) Cave, hanc illepidam fabellam credas. Suevi enim jam in Asia hoc nomine ab aliis se discreuerunt, atque ipsum montem, ad quem habitabant, ex antiqua gentis adpellatione insigniri voluerunt. (2) Interim si sponte damus, eos fere, sicut alios, qui ante, vel post ipsos, tractum aliquem Germaniæ ceperunt, limites possessionum suomet tantum arbitrio constituisse, variasse item sæpius, ac denique colonias, quum ager sterilis, aut male cultus, universos alere non videretur, facile in alienum solum emisisse: quæ res etiam effecit, ut in regionum, quibus antiquissimis temporibus gens quæque sedit, finibus signandis sæpius deficiamus: cur, si probrum quoddam latrocinii in nomine Suevorum inest, id non potius ad quoslibet Germanos, quam ad unam hancce gentem, retulerimus? Esto igitur, de Suevis speciatim prodere STRABONEM, (3) *commune esse omnibus, qui in istis quidem locis degunt, facile ut solum mutent, ob tenuitatem victus, & quod neque colunt agros, neque penu quopiam recondunt fructus:* an proinde Cererem omnino apud eos spretam esse cogitemus? imo enimvero CÆSAR (4) multo rectius, *neque agricultura, nec ratio atque usus belli* ab iis *intermittitur.* Et quod ad λιτότητα τοῦ βίου, seu penuriam frumenti spectat, idem ille STRABO (5) nobis ἄλλα ἐνδεέστερα ἔθνη Γερμανικά, *gentes alias Germanicas*, Suevis etiam haud paullo *indigentiores*, veluti Cheruscos, Cattos, cæt. ostendit; sicuti & Romanarum copiarum dux, Petilius Cerealis,

(6) *eandem semper caussam Germanis* (atque Suevis adeo non solis) *transcendendi in Gallias, libidinem atque avaritiam, & mutandæ sedis amorem* exprobrat.

(1) Ita B. G. STRUVIUS, in notit. Suev. antiq. §. VIII. nimium haud dubie ingenio indulgens, quum, si justa foret nominis notatio, reliqua ab eo dicta tamen non consequerentur. Itaque opinionem illam etiam repudiat J. G. WACHTERUS, in glossario Germanico; tametsi ratio, quam ipse ab insigni gentis Suevicæ, i. e. crine obliquato & in nodum etiam substricto, (Germ. Schvveif.) expedire voluit, non magis liqueat. Etenim de parte forsan aliqua Suevorum TACITUS, M. G. c. 38. intelligeodus est, vel ipsemet in mores veterum Suevorum non eurate inquisivit. Ac videre mihi videor, insigne illud tale esse, ut nec Suevis omnibua conveniat, nec solia. Posterius exinde patet, quia M. V. MARTIALIS, lib. spectac. epigr. III. *crines in nodum tortos* etiam Sigambris, & L. A. SENECA, de ira, L. III. c. 26. crinem in nodum coactum; atque ep. 124. *nodo vinctum*, omnibus Germanibus tribuit. Prius facile evincent Langobardi, Suevica, ut STRABO, L. VII. p. m. 281. retulit, propago, sed qui *cervicem usque ad occipitium radentes, & capillos a facie usque ad os dimittentes*, ab insigni isto internosci utique non potuerunt, teste PAULO DIACONO, ultimi Langobardorum regis notario, L. IV. e. 23. (2) Vid. fis, diss. de natal. Suevor o. IX. (3) L. VII. p. m. 281. (4) de B. G. lib. IV. 1. (5) d. l. (6) apud TACIT. hist. IV. 73.

§. V. Certe vero non tam vagis usi sunt Penatibus majores nostri, ut, quum semel iis locis, quæ alendæ, & ex instituto veteri tractandæ multitudini adcommodata viderentur, sarcinas deposuissent, itineribus incertis iterum vagari, quam morari secum, & consistere in sede tandem impetrata maluissent. Ita enim *centum* eos habuisse *pagos* CÆSAR, (1) a Germanis ipsis de istius gentis viribus edoctus, refert, quin omnino *oppida* Suevorum (2) memorat. TACITUS, qui interjecto sæculo in Gallia, quam vocant, Belgica, Vespasiani principis administravit rationes, *urbes* quidem (3) Germanorum populis non habitari, veluti rem satis notam adserit: sed *pagorum* tamen *vicorumque* (4) judices agnoscit. PTOLEMÆUS (5) autem, qui Aur. Antonini Philosophi temporibus inclaruit, πόλεις (6) atque civitates Germanorum plurimas recenset. Et quid tandem nomen illud Græcum Συηβίας, aut Latinum *Sueviæ*, quorum alterum DIO CASSIUS, (7) de Druso loquens, alterum Romanus ille TACITUS (8) usurpat; nisi fixa Suevos domicilia, certasque sedes, in Germania jam olim, id est, paullo post, quam adventarant, quæsiisse, & revera etiam incoluisse putes? Expedita hæc, ni omnia nos fallunt; sed indaginem majorem ipsa Sueviæ descriptio exposcit. Nam quod CÆSAR (9) nimium fortassis universe, Suevis centum pagos tribuit, quum contra TACITUS (10) Semnones solos totidem incolere adfirmet; tum, quod idem (11) nationes atque nomina Suevorum XXVI. enumerat; ÆTHICUS (12) eorum gentes LIV. fuisse refert; & OROSIUS, (13) *Suevorum esse centum pagos & populos*, contendit, etiamsi alibi (14) cum ÆTHICO conspiret; ut Hilleuiones PLINII (15) consulto omittamus; denique quod nemo veterum illius, quam adpellat, Sueviæ exactius designat fines: ea omnia profecto rationes nostras ita implicant, ut, nisi discedentes paullulum ab iis, qui Suevorum sedes, atque Sueviam, una eademque notione complectentes, pridem hasce umbras nobis offuderunt, alia jam via contendamus, exitum sperare non possimus. Interim, dum istud meditamur, STRUVIUM (16) audire refert, qui CLUVERIO, (17) aliisque præeuntibus, sequentia quam evidentissime patere ait: *Quidquid a meridie*, ita infit ille, *Danubio, ab oriente ducta linea ab urbe imperiali Nordlinga ad Salæ fontes, hoc amne, Albi & Trava fluminibus, sinu Botnico & mari Germanico; a septemtrione mari Glaciali; ab oriente denique sinu & lacu Albo, sinu Botnico,*

mari

mari Codano, & *Vistula Maroque fluminibus includitur*, *Suevia dicebatur*, & *a Suevicis populis incolebatur*. Hæc ille.

(1) de B. G. IV. 1. (2) Ibid. IV. 19. (3) Germ. c. 16. (4) Ibid. c. 12. (5) L. II. c. 11. (6) πόλεις atque κώμας apud Græcos aliquando indiscriminatim usurpari, & proinde oppidi vel πόλεως vocabulo haud semper urbem muris sive mœnibus instructam denotari, ex HERODIANI verbis (Hist. VII. 2. n. 6. & 7.) efficitur. (7) Hist. lib. LV. ineunte. (8) Germ. c. 43. & 45. (9) d. l. (10) d. l. c. 39. (11) ibid. c. 39. & seqq. (12) c. l. (13) L. VI. 9. (14) L. I. 2. (15) L. IV. §. 27. vel c. 13. (16) d. l. §. 25. (17) Germ. ant. L. III. c. 24.

§. VI. Verum quid si veteres Romani, dum auditu fere cognita de rebus nostris prodidere, & Germaniæ interiora, nedum ultimos istius fines, numquam satis otiose, sed in armis tantum quasi obiter, nec sine ira, aut formidine, atque item lingua incolarum minus intellecta, cognoverunt, tanquam falli faciles, & in extremis maxime Suevorum sedibus alucinantes, aliquando talia memoriæ mandarunt, quæ nec ipsi certo confirmare ausi essent; sed quæ nunc haud secus, ac si dignitas & amplitudo gentis ea ratione augeretur, avide arripiunt scriptores nostri, onere, quod sibimet imponunt, pressi, ac deficientes? CÆSAR scilicet, auctorum, ut a TACITO (1) vocatur, summus, quam pusillum de Suevorum populis compererit, per se quisque paullulum attentior videbit. STRABONIS σφάλματα & lapsus, qui haud dubie non omnes vitio librariorum tribuendi sunt, si populorum nomina haud omittenda censes, difficulter numerantur. PTOLEMÆI regula in regionibus Germaniæ dimetiendis itidem a vero sæpius aberrat. DIO, quum id fusius agendum animo non proposuerit, eorum, quæ hic nobis esse possent usui, paucissima attingit. TACITUM ob multa scite ac non minus luculente observata, & in ordinem digesta, merito amamus; sed propterea, quod gentes tamen lingua, & sacrorum ritu, aliisve institutis, a Germanis, atque Suevis adeo, haud parum discrepantes, Sueviæ, quam vocat, inserit, eamque ipsam usque ad naturæ terminum protendit, (2) hactenus non eum esse arbitramur, qui regundis finibus in nostra controversia præesse debeat.

(1) Germ. c. 28. (2) ibid. c. 45.

§. VII. Quumque isthæc ita sint, sumamus primum, quod vix quisquam recusaverit, colonos vetustissimos Germaniæ non tantum tempore diverso, sed & ex diversis regionibus in hisce terris advenisse. Istud linguæ, morum, & insignium diversitas ostendunt: ac, si morum, rituumque discrepantia plerumque aliquid dissidii in voluntate hominum eandem terram incolentium creare solet, inde caussa quædam odii, quo armis sese invicem lacessiverunt, cooriri quoque potuit. Alterum, quod ponere licebit, ex priori quodam modo fluere videtur, nempe alios eorum populorum terra adventasse, alios ex locis aliis fuisse classibus advectos, atque hinc ad oram maris consedisse, donec aliqua necessitas interiora regionis petere suasisset. Jam si his postremis Suevos maxime adnumerare velis, facile consentientes nos habebis. Etenim hos maris, quod ab ipsis Suevicum vocatur, adcolas fuisse, non tantummodo hoc nomen innuit, sed omnes, quotquot e veteribus supersunt, disertissime loquuntur. Vellem, ut, quod semper judicavi factum, pari modo ab antiquis proditum & comprobatum esset, Suevos nostros, quum ad capiendas sedes nondum bene cognitas, cum classe sua exiissent, inter Scandinaviam & gentem nostram medios, utrinque sedem occupasse; siquidem hac una

ratione

ratione vetus illa lis (1) dissolueretur, qua aquilonalium non pauci terras suas primo omnium, deinde vero nostras regiones a Suevorum gente habitatas esse clamant; nostris, fieri ut in his rebus solet, nostræ terræ eum vindicantibus honorem. Accedit, fines Sueviæ hoc quidem modo olim usque in propinquas Scandinaviæ extendi partes potuisse; quamquam tota Scandinavia intelligi propterea vix atque ne vix quidem possit, quia ipsos Suecos (2) jamjam profiteri observamus, partem regni sui, sine dubio majorem, aquis obrutam perdiu latuisse, ac non nisi sensim paullatimque emersisse. Cæterum utcunque judicabis de opinione nostra, nobilissimos Suevorum certe nemo alibi, quam in Germania, fixisse sedem dixerit.

(1) Conf. quæ hac de caussa non minus erudite, quam copiose, differit Cel. C. L. SCHEIDIUS, præf. ad I. G. ECCARCI LL. de orig. Germanorum, p. XXII. seq. (2) Vid. OLOF. DALINI, viri eruditissimi, Geschichte des Reiches Schvveden, P. I. p. 8. seqq.

§. VIII. Nimirum dilucidiora, quam sunt illa TACITI, (1) haud uspiam inveniemus: *vetustissimos se*, inquientis, *nobilissimosque Suevorum Semnones memorant. Fides antiquitatis religione firmatur.* Et quum hanc religionem enarrasset: *adicit auctoritatem fortuna Semnonum. Centum pagis habitantur, magnoque corpore efficitur, ut se Suevorum caput credant.* Ecquis ista legens non videret, hos eosdem esse, quos *habere centum pagos* ait, quos *immani corporum magnitudine homines* adpellat, & e quibus *singula quotannis armatorum millia, bellandi caussa*, egredi ex finibus suevisse, CÆSAR (2) memorat? Illi ergo principes totius gentis sine dubio dicendi, atque horum sedes tanquam Sueviæ metropolis spectanda est. Sed hi in Germania trans Albim coluere. VELLEIUS PATERCULUS: (3) *ad flumen Albim*, inquit, *qui Semnonum Hermundurorumque fines præterfluit, Romanus cum signis perductus exercitus;* exactius fortasse non *præterfluit*, de amne illo, sed *interfluit*, dicturus, si, quod jactat, cum heroe suo Tiberio ipsum Albim, atque ultra etiam Semnones, oculis vidisset. Etenim Semnones ad dextram, Hermunduri ad sinistram Albis ripam consederunt. PTOLEMÆUS (4) singularem characterem exhibet, inquiens: *Suevorum Semnonum gens, qui trans Albim incolunt, a dicta amnis parte*, (i. e. ab Albi medio) *orientem versus usque ad Suevum fluvium.* Et contemnere hoc, quidquid est indicii, inscitum foret, modo fluvium, quem *Suevi* nomine insignit, adcuratius definiisset. Namque dum eumdem a Viadro non solum disertius distinguit, sed & ἐκβολὰς, aut ostia illius, tamquam a Viadri ostiis haud mediocriter distantia designat, efficit hac ipsa re, ut neque in PH. CLUVERII, (5) qui ipsummet Viadrum; neque in C. CELLARII, (6) nec non I. G. ECCARDI, (7) qui singulatim ostium Viadri medium, quod *Swine* hodierni vocant; neque item in A. ALTHAMERI, (8) B. PIRCKEIMERI, (9) atque aliorum plurium, qui Spream Suevi nomine intelligunt, sententiam simpliciter concedere queamus: sed B. L. BECMANNI, (10) V. C. qui errasse PTOLEMÆUM, atque Spream vel cum Warna, vel cum Reconitio, tamquam uno eodemque alueo fluentem concepisse, variis ex rationibus conjectat, partibus nos adgregare aliquanto satius existimemus. Sed in eo minus falsum esse PTOLEMÆUM arbitramur, quod Suevorum sedes trans Viadrum usque ad Buguntas, id est, ad Burgundiones, qui hinc reliqua ad Vistulam incoluerunt, protendendas esse, simul adnotavit.

(1) Germ. c. 39. (2) de B. G. IV. 1. (3) Hist. Rom. L. II. c. 106. (4) Geogr. II. 11. (5) c. l. lib. III. c. 25. (6) Notit. orb. antiq. T. I. L. II. c. 5. p. 457. (7) de orig. Germ. pag. 96. (8) Schol. in Tacit. Germ quæ exstant in S. SCHARDII scriptor. rer. Germ. pag. 29. (9) apud. eumd. SCHARD.

pag.

pag. 92. (*10*) v. L'Hist. de l'acad. royale des sciences de Berlin, T. VII. pag. 131.

§. IX. Habes ergo veram, ex quo in Germaniæ secretiora pervenere, patriam Suevorum. Et credibile est, Suevos suis gentibus discretos, uti nomina diversa, sic & regulos ducesve suos habuisse, qui cujusque populi quum libertatem, tum insigniora commoda & instituta, sarta tecta conservare cum fortissimis quibusque civibus adniterentur: sed Semnonibus plerosque tamen, si non omnes, principem honoris locum detulisse, idque non obsequii mandati ac promissi fide, verum reverentia, & quoniam sic primitus constituerunt. Hæc illa, nisi fallimur, auctoritas Semnonum, qua se caput omnium Suevorum crediderunt; quamque *Langobardi*, qui STRABONIS (*1*) saltim ævo inter Albim & Viadrum positi Semnonum pagos aquilonem versus terminarunt, impugnasse non videntur, etsi Germana feritate etiam ferociores a Paterculo (2) perhibeantur. Cæterum si huic ipsi genti septem populos minores, *Reudignos*, *Aviones*, *Anglos*, *Varinos*, *Eudoses*, *Suardones*, atque *Nuithones*, religionis & sacrorum fœdere conjunctos, (*3*) inde a Chaluso, id est, Trava fluvio, & Albi, usque ad Viadtum, tanquam proximos Codano sinui prætexueris, Suevos ut in septem etiam trionibus, trajecto mari, persequaris, aut exquiras, nihil opus esse arbitramur.

(*1*) L. VII. p. m. 281. (*2*) L. II. c. 106. (*3*) TACIT. Germ. c. 40.

§. X. At ab austro aliqui Suevorum habitarunt, jure memorandi. *Marcomannos* primum nomino, non ac si primitus eorum domicilia Semnonum sedes attigissent, sed quod magnam partem Marobodui auspicia sequuti, id quod tempore Augusti accidit, (*1*) incinctos Hercyniæ silvæ campos, pulsis inde Boiis, insederunt. TACITUS (*2*) *Bojemum* vocat regionem, quam constituendo & firmando regno, ipsis etiam imperatoribus Romanis metuendo, Maroboduus delegit. Inter hæc montana Bojohemica, nec non Viadrum, *Marsigni*, & ulterius trans flumen *Burii* incoluisse dicuntur, qui, auctore TACITO, (*3*) sermone pariter ac cultu Suevos retulerunt. *Quadi* (*4*) autem post Marcomannos & Marsignos Danubii ab ortu ripas tenuere. Jam si pergere ad occidentem velis, proximos Danubio *Nariscos* (*5*) habes, quos Varistos PTOLEMÆUS (*6*) nominat, quique ex utraque Navi parte consederunt. *Hermunduros* (*7*) non procul a Danubio ad dextram Navi ripam in interiora Germaniæ procurrere, atque longiorem tractum inter Albim atque Salam ad hujus usque confluentem habitare patimur; tametsi STRABO, (*8*) Εὐμονδόρους, nescio quos, ex iisdem fingens, eos ultra Albim relegare velit, atque TACITUS (*9*) hunc amnem in ipsorum finibus oriri opinetur. Itaque si proximi Harudes & Sedusii a nullo veterum in Suevis numerantur, Sueviæ antiquæ finis hic notari poterit. Sed omnino alia Suevorum sedes superest, itidem brevissime dicenda.

(*1*) Non hujus, sed *Tiberii Imp. tempore*, accidisse, ut Marcomanni cum aliis diversis sub Maroboduo in Bojohemum transirent, illustr. D. SCHOEPFLINUS autumat, in Alsat. illustr. p. 104. sed, quos ille testes laudat, STRABO & TACITUS, tempus indicare omiserunt, atque tertius VELLEIUS, ipse verbis disertissimis evincit, Marobodui in Bojohemo regnum Octaviani tempore fuisse tantum, ut, quum armis suis iste peteret Romanos, *Cæsaris Augusti animum* haud sane parum *quateret atque terreret; resp. autem ab Augusto ducem in hoc bellum posceret Tiberium*, Hist. Rom. II. c. 110. seq. (*2*) Germ. c. 28. (*3*) ibid. c. 43. (*4*) ibid. c. 42. f. (*5*) ibid. c. 42. (*6*) L. II. 11. (*7*) TACIT. Germ. c. 41. (*8*) L. VII. p. m. 281. (*9*) c. l.

§. XI. Nimirum ita STRABO (1) monet, διήκειν, de Suevorum gente inquiens, ἀπὸ τοῦ Ῥήνου μέχρι τοῦ Ἄλβιος, κ. τ. λ. *a Rheno ad Albim usque pertingit.* Ad Rhenum vero *Marcomanni* pridem consederunt. Si, quo fato illi venerint in loca ista, sciscitandum putes, dicere, quid sentiam, non admodum verebor. Magna Germanorum veterum fecunditas effecit, ut colonias emittere necessum sæpius haberent, sed potissimum antiquæ sedis limites arctari nullo modo paterentur. Adde, a majoribus sic accepisse Gallos & Germanos, ut omnem terram fortibus deberi viris crederent. Sed Gallorum sedes multis etiam nominibus Germaniæ, ætate Cæsaris, anteferendæ videbantur; itaque & majus a Germanis, quam a Gallis, diversi populi provinciis periculum subnascebatur. Galli vero etiam Helvetiorum armis tutiores erant. Et quum in vicino tractu etiam Romani, quarumcunque libertati gentium infesti, metuendi essent, visum est Germanis, militi, ex multis populis, fortasse autem Suevicis præcipue delecto, eas partes incolendas dare, ut limitibus custodiendis, ubicunque opus foret, præsto, & sic vere, quod significabat nomen, Marcomanni essent. (2) Hi & supplementa facile a reliquis, inprimis quidem a Semnonibus recipiebant, & rogati, seu mercede arcessiti, (3) ubi res efflagitaret, bellum faciebant. Exemplo nunc Ariovistus erit, qui, quod magna vi provinciam, virtute partam, retenturus, jam non Marcomannos tantum suos, verum etiam Harudes, Triboccos, Vangiones, Nemetes, Sedusios, & Suevos ducebat, (4) Germanorum rex vocatur (5) atque se non sua sponte, sed rogatum & arcessitum ab ipsismet Gallis (6) Rhenum transiisse, cumque suis inter annos XIV. tectum nullum subiisse (7) memorat. Jam si Suevum hunc fuisse ambigas, equidem non acrius urgebo, quod uxorem, Suevam natione, ab domo secum eduxisse referatur; (8) neque illud alterum, quod Cæsar, veritus, *ne nova manus Suevorum cum veteribus copiis Ariouisti se conjungeret*, maturandum sibi existimaverit; (9) sed hæc tria tanquam potiora referam: Fontes Danubii, STRABONE indice, (10) πλησίον Σουήβων καὶ τοῦ Ἑρκυνίου δρυμοῦ, *prope Suevos & Hercyniam silvam esse;* Cæsarem vero suis confirmare, hos Ariouisti milites eosdem esse, quibuscum sæpenumero Helvetii congressi essent; (11) atque item TACITO auctore, (12) *veteranos in Rhætiam fuisse missos specie defendendæ provinciæ ob imminentes Suevos;* quæ quidem omnia de aliis, quam Marcomannis, intelligi & explicari nequeunt.

(1) L. VII. p. m. 281. (2) Dicti enim sunt a *Mark*, id ist, limite, & *Man*, qua voce hominem & virum designari notum est; conf. WACHTERUS in glossario. (3) *Cæs.* B. G l. 31. 4. (4) Id. l. 51. 2. (5) Id. l. 31. 10. (6) Id. l. 44. 2. (7) Id. l. 36. 7. (8) Id. l. 53. 4. (9) Id. l. 37. 4. (10) L. IV. p. 199. (11) CÆS. l. 40. 7. (12) Annal. l. 44.

§. XII, Videamus quoque nodum, quem imprudens nexuisse CÆSAR dicitur, non eo tantum loco, quo res gestas Ariouisti commemorat, sed etiam, quo suum Rheni transitum describit. Utrobique enim *Suevos* nominat, qui *Catti* fuerant dicendi, aut priores cum postremis miscet; si CLUVERIUS nimirum, (1) CELLARIIS, (2) SPENERIS, (3) BUNAVIIS, (4) ECCARDIS; (5) WACHTERIS, (6) aliisque magnis viris auscultare non addubites. Atque horum si re ipsa vicerit sententia, non video, qui CÆSAR negligentiæ absolui possit. Vere enim STRABO, TACITUS, & alii, Cattos atque Suevos, velut gentes inter se diversas nobis retulerunt; quin recentiores itidem diversitatem populi agnoscunt, nisi quod ECCARDUS (7) CLUVERIUM secutus, eos, quos Cæsar Suevos vocaverat, in posterum Cattos fuisse dictos reputat. Sed vel ficce cum Cæsar populum immiscuisset Suevis, qui & moribus & institutis, ut ex TACITO (8) videre licet, admodum a Suevis diffe-

differebat. Ingerit propterea SPENERUS: (9) *pertinet ad Cattorum nomen ſcire, illud Cæſari fuiſſe ignoratum.* Nolim enimvero nodum, qui exſolui poſſit, temere ſecari. Et quis rem attentius perpendens ſibi perſuadere poſſet, Treviros, (10) qui Suevorum Cæſari adnuntiaverant adventum, neſciiſſe, quinam populus veniſſet; neſciiſſe item Ubios, (11) quam gentem ſociorum clade perterritam ipſimet inſequerentur, & in fuga occiderent; neſciviſſe tandem Uſipetes nec non Tenchtheros, (12) quo iidem illi nomine vocentur, quorum vim complures annos ſuſtinuerint, & a quibus tandem agris ſedibusque ſuis ſint expulſi? Scilicet ex hiſce didicit, quæ narrat, CÆSAR ille, qui non, ut Gallorum vulgus, mercatores conſiſtere jubebat, ut incertis ſerviens rumoribus de ſummis rebus conſilia iniret. (13) Et æquiſſimum eſt, ipſum Cæſarem audire. Ille ergo, ut in ſummam ejus dicta contrahamus, Suevos hos Rhenanos primum ita notat, uti centum eorum pagos, qui tranſire Rhenum conarentur, diſerte memoret; (14) deinde vero, ut ingentem corporum in iis magnitudinem (15) digito, ut ajunt, indice commonſtret. Age igitur, & vide, annon hi Semnones fuerint, de quibus ſupra TACITUM audivimus, *centum pagis*, inquientem, (16) *habitantur, magnoque corpore efficitur, ut ſe Suevorum caput credant?* At hi nimium remoti, nec reſciſcere diebus paucis, quid Romani agerent; neque Ubii tam cito explorare quælibet molimina ipſorum, Cæſarique eadem renuntiare potuerunt! ſane quidem, ſi Semnones domi conſidentes deſignaveris. Et omnino etiam CLUVERIUS perpetuo rem ita concepiſſe animo videtur, velut Suevi illi Cæſaris ad ripas Rheni non, ut militaris multitudo ſolet, conſediſſent, ſed vere incoluiſſent. Sed *veniſſe* Cæſar ait, (17) atque Ubios feciſſe vectigales, (18) denique & gravius preſſiſſe; (19) Uſipetes vero & Tenchrheros agris ad extremum expuliſſe: (20) quæ cur non de viris procul patria belligerantibus eadem ratione, ac de illis, qui finitimi ſunt, dici queant, equidem haud ſatis capio. STRABO, (21) de Suevorum gente loquens, *alii quidem alibi locorum dominantur, & belli flammis ſuccedunt, quandocunque priores defecerunt.* Neque in hoc aliquid momenti ineſt, quod iidem Suevi nuntios dimiſerint, in omnes partes, ut de oppidis migrarent, & qui arma ferre poſſent, omnes atque ſinguli in unum locum, medium fere regionum, quas tum Suevi obtinebant, convenirent. (22) Nam ut locum iſtum vere ignoramus; ita nihil intereſt, ſive in his ipſis terris, quæ jam Taciti, de populis Germaniæ ſcribentis, ævo propria Cattorum ſedes erant, ſive extra horum fines, illum exſtitiſſe putes. Nempe non ſpernendus videbatur, qui devicerat Arioviſtum. Quumque idem Cæſar Rhenum etiam tranſiret, Suevi, qui Germaniæ periclitanti ſubvenire olim ſueverant, ut is hoſtis Germanorum ocyus repelleretur, ſumma vi agendum rati copias ex omni Suevia cogebant, & adventum ejus ſtato loco, viribus haud uſpiam diffiſi ſuis, exſpectabant. Cæſar autem, non quod ſatis & ad laudem, & ad utilitatem profectum arbitratus eſſet, (23) ſed quod Suevos, uti DIO conteſtatur, (24) ad auxilium Sigambris ferendum convenire comperiſſet, in Galliam confeſtim ſe recepit, pontemque reſcidit, ac deinceps, quum ſecundum in Germaniam tranſiſſet, Suevorum metu (25) idem plane obſervavit.

(1) Germ. ant. L. III. 5. (2) Notit. O. A. lib. II. 5. pag. 473. & in diſſ. acad. p. 525. (3) Notit. G. A. lib. IV. 3. p. 194. f. (4) Teutſche Kayſer und Reichshiſt. T. I. p. 29. (5) de orig. Germ. p. 229. (6) In gloſſar. voc. Cat. (7) d. l. (8) Germ. c. 30. (9) d. l. L. IV. 3. p. 194. (10) Cæſ. B. G. l. 37. (11) ibid. l. 54. (12) ibid. L. IV. c. 4. (13) ibid. IV. 5. (14) ibid. l. 37. 3. (15) ib. l. 39. 1. (16) Germ. c. 39. (17) ib. l. 54. 1. (18) ihid. IV. 3. 4. (19) ibid. IV. 16. 5. (20) ibid. IV. 4. 2. (21) L. IV. pag. 186. (22) ibid. IV. 19. 2. (23) ibid. IV. 19. 4. (24) L. XXXIX. p. 113. (25) Id. lib. XL. p. 135.

§. XIII. Pari modo difficilius adducor ad credendum, Suevos, ut non ita pauci sibi persuaserunt, a Tiberio auspiciis Cæs. Octav. Augusti in Galliam transductos esse. Et fuisse tempus, quum hæc magna veritatis specie proponerentur, minime infitior; at qui nostra hac ætate, qua haud paullo emendatioribus, criticorum ope, libris utimur, eadem defendi atque inculcari queant, non perspicio. Ita enim C. SUETONII verba (1) olim etiam ὁ πάνυ I. CASAUBONUS exhibuit; *Suevos & Sicambros dedentes se traduxit in Galliam.* Consonare videbantur illa TACITI: (2) *Sic Sugambros in deditionem acceptos, sic Suevos.* Addere quibusdam placuit S. AUR. VICTOREM, (3) qui in nonnullis editionibus, *Suevos, Cattosque, Sicambros in Galliam transtulit*, scripsisse ferebatur. Sed egregie subodoratus tamen est CASAUBONUS, pro *Suevis* in SUETONIO legendos esse *Ubios*, ut etiam URSINI codices confirmant; quamquam alii *Seubos*, *Suebos*, *Sueos*, aut *Suevos* referunt. Atque Ubios Agrippa certe A. V. DCCXVI, vel sequenti, in Galliam traduxit, testibus STRABONE (4) & TACITO, (5) ut A. V. DCCXLVI. Tiberius Sigambros. Cæterum quod verba TACITI non optime distinguunt, atque ad antecedentia remittunt, quæ cum proximo sequentibus connexa veriora sunt, id quidem minime ferendum esse ducimus. Scilicet hæc quomdam TACITUS: *sic Sugambros in deditionem acceptos; sic Suevos regemque Maroboduum pace obstrictum.* Pace igitur obstrictos esse Suevos sentias, ut Maroboduum; sed transductos esse illos, TACITUS non scripsit. Et quis Romanorum umquam, nisi forte metri regulis adigeretur, verba sicce ordinavit, ut VICTOREM arguunt: *Suevos, Cattosque, Sigambros?* quis & verbum ab auctore additum obelo transfigere permisit nostris, quum antiquior & probatissima sit lectio: *Suevos Cattosque delevit, Sigambros in Galliam transtulit?*

(1) In Aug. c. 21. (2) Annal. II. 26. (3) Epit. c. 1. (4) L. IV. pag. 185. (5) Ann. XII. 27.

§. XIV. Ita vero non traductos, sed quod peius dixeris, deletos esse a Romanis Suevos opinabimur? Nempe si, quod jactitarunt isti, verum esse nihil ambigas. Sed ingenue omnino TACITUS, (1) Germanos a Romanis triumphatos magis, quam victos esse admonet. Inter ea Drusum Neronem Germanicum per Cattos ad Suevos usque progressum, obvia quæque non sine maximo labore subegisse facile DIONI (2) dabimus; etsi ille, quam adpellet Sueviam, non explicat, simulque Drusi iter sicce instruit, ut, num Suevos, finibus excitos suis, jamque Rheni ripas obsidentes; an omnino Marcomannos, fontibus Danubii haud paullo propiores, innuat, perspici vix atque ne vix quidem possit. Fortasse autem ea ipsa clades Suevos adeo attrivit, ut pars maxima eorum, quoniam Marcomannorum sedes cunctos, qui a Druso fuerant fugati, capere non videbatur, & Semnones ipsi quoque Maroboduo, qui exactis Boiis Boiohemum occupavit, fidem suam cum diversis aliis adstrinxerant; auspicia ipsius sequi, & in Boiohemum commigrare e re sua ducerent.

(1) Germ. c. 37. (2) Lib. LV. ineunte.

DISSER-

DISSERTATIO XXVIII.

OBSERVATIONES HISTORICÆ AD DISSERTAT. VOLUM. II. SUB No. XXXIX. INSERTAM DE FATIS DUCATUS ALEMANNIÆ ET SUEVIÆ.

§. I. Ad verb. *coiverunt*.

1) In eadem hac, communi omnium pæne Scriptorum, ut *Petavii*, *Valesii*, *Labbei*, *Cluverii*, sententia, etiam SCHOEPFLINUS fuit, Vir celeberrimus, diss. *de Alemanicis antiquitatt.* Cap. I. quæ est inter *Commentatt.* ejus *historicas & criticas* p. 171. Sed fatetur ingenue, *Alsatiæ illustratæ*, immortalis operis, Tomo I. p. 248. se illi sententiæ non amplius subscribere, quod cognoverit ab eo tempore, & Geographiæ adversam, & Chronologiæ, eam opinionem esse. TACITUS, inquit SCHOEPFLINUS, *in Decumates agros*, (sive Trans-Rhenanum limitem,) *romanæ ditioni subjectos*, *nonnisi ex Gallia colonos transiviße memorat. Nomen igitur* Alemanni *tum illis dari non potuit*, *primo*, *quod nondum ex diversis nationibus homines*, *sed meri Galli tractum illum occupaßent*; *secundo*, *quod populo huic novo*, *Romani non imposituri fuißent germanicum nomen. Sed & vocabulum* Alemanni, TACITO, *omnibusque Seculi II. monumentis ignotum*, *Seculo III. demum innotuit*, &c. conf. p. 376. not. u) & p. 389. not. x).

§. II. Ad verb. *Franconia nostra*.

2) De his Alemanniæ, nunc latius, nunc arctius extensæ, limitibus, egregie SCHOEPFLINUS, l. c. Periodo Alsatiæ Francica, p. 617. sequ. *Terminos Alemanniæ liberæ*, inquit, *Seculo V. ante Alsatiam ab Alemannis occupatam*, *Danubium*, *Rhenum*, *Mœnumque fuiße*, *res cognita est. A meridie ergo Rhætos*, *sive Rhæticas Alpes*; *ab ortu Bajobarios*; *a septentrione Thuringos & Francos*, *Alemanni tum habuerunt vicinos. De Mœno tamen*, *qui Alemanniam Francis subjectam terminavit*, *dubitatur*, *num ille Alemanniam liberam quoque terminaverit*, *an Lanus? Occiduus limes speciatim Alsatiam concernit. Florentibus Romani imperii rebus*, *Transrhenanum Vallum eos a Rheno longe rejecerat*; *Seculo autem IV. quum Vallum ab illis eßet eversum*, *ad Rheni oram usque habitare cœperunt*, *Tum vero frequentes ab illis facta sunt in Galliam irruptiones*;

tiones; ita tamen, ut a Juliano & Gratiano, post internecina prælia, semper rejicerentur trans Rhenum, &c. conf. etiam HENR. BEBELLII, *de pagis Alemannorum*, commentationem.

§. III. Ad verb. *Caracallæ tempore.*

3) Præclare & de his SCHOEPFLINUS, l. c. ubi Alemannorum in Galliam transitum enarrat, disseruit p. 16, 175. 217. 220. 377. 391. 402. 414. seqq. Inprimis copiosus est, ubi narrat, *Barbationem*, Romanorum ducem, victum ab Alemannis, p. 402. Alemannos a Caracalla victos, p. 376. a Constantio Cæsare, p. 147. 391. a Crispo Cæsare, p. 395. a Maximino, p. 380. a Juliano Cæsare, p. 216. 402. a Gratiano, 420. Tandem a Stilicone pacati, atque ab Honorio Imp. sub finem Seculi IV. in fœdus Romanorum recepti Alemanni, quiescere aliquantum ab armis visi sunt, ut eo majore deinceps adparatu & fortitudine cum Francis congrederentur: conf. CLAUDIANUS, de *laudibus Stiliconis* L. I. v. 187. seqq.

§. IV. Ad verb. *Postea Alemanni,*

4) Aliqui etiam Suevos addunt, ut ANONYMUS, *Gest. Regg. Francor.* cap. XIV. forte quod essent ab Alemannis in fœdus recepti; conf. DU BOS, in *Hist. crit. de la Monarchie Francoise*, T. II. p. 70. sq. Deinceps nomen Suevorum prævaluit, evanescente pedetentim Alemannico.

Ad verb. *ad Tolbiacum.*

5) Medii ævi Scriptt. fere *Tulbiacum* nominant. *Hist. Francor.* II. 37. & III. 8. *Tulbiacensem civitatem* habet; *Tulbiacum castrum* est in *Fragment. de Reg. Franc. reb. pie gestis*, ap. DU CHESNIUM T. I. p. 568. Ipse autem locus, ubi atrox hæc pugna depugnata est, quonam regionis angulo quærenda sit, non satis liquet. HENSCHENIUS, in *Obs. ad Vitam S. Vedasti*, Episc. Atrebatensis, in Act. Sanctor. ad d. VI. Febr. prope Argentoratum confectum hoc bellum existimat. GUNDLINGIUS, ingeniose satis, *Gundlingianor.* P. III. p. 264. seqq. *Alpiacum*, *Alpzen*, in Alemannorum limite, in pago Wormatiensi, substituit; confutata OLIVARII VREDI, in *Flandria Christ.* p. 2. sententia, quasi locus apud GREGOR. TURON. II. 37. corruptus sit, legique, loco Tulbiacense, *Tulliacense oppidum* (quod est in Lotharingia, Tullum, nunquam tamen Tulliacum appellatum,) debeat. SCHOEPFLINUS autem, etsi in *illustrib. ex Clodovei historia controversiis*, p. m. 376. sequ. Vredi opinionem adoptaverat; tamen, secuto tempore, non solum in *Alemanicis Antiquitt.* p. m. 207. not. *y*) sed etiam *Alsatia illustrata* T. I. p. 430. iis accessit, qui, quod Alemanni Sigebertum Regem, qui Coloniæ sedem haberet, bello petierint, vicum *Zülch*, *Zulpich*, in ditione Juliacensi, Coloniæ vicina, pugnæ locum constituunt. Nobis certe etiam propterea probabilis hæc conjectura videtur, quod frequens est apud medii ævi Scriptores, litteræ *z*, nominum germanicorum, in litteram *t* commutatio. Non adscribimus exempla, studio brevitatis. Qui istos Scriptores legerunt, eos talia non fugiunt.

Ad verb. *Rege suo.*

6) Forte GIBALDO nomen fuit. Occurrit nomen istud Alemannorum Regis in EUGIPPII, (qui Seculi VI. initio vixit, male a Platina & Sabellico

Ege-

Egesippi nomine insignitus,) *Vita Severini*, quem Noricorum Apostolum dicunt, Cap. VI. §. 27. Cum eo Alemanni traduntur, circa hæc tempora, Danubium transiisse, ut provincias ultra flumen istud invaderent.

Ad verb. *sub jugo & tributo.*

7) Istud non ita accipiendum est, quasi in servitutem redacti a Francis Alemanni fuerint, amiserintque statum libertatis civilis. Duces, abolita dignitate regia, acceperunt; qui, etsi essent Francorum Regibus obnoxii, tamen suis legibus uterentur, & cum imperio genti suæ præessent. Est hic communis Scriptorum Francogallorum error, ubi de Germaniæ populis, qui a Francis victi, in communionem Monarchiæ Francorum venerunt, loquuntur. Tale quid etiam nuper BRüERIUS, in *Vita Caroli M.* gallice scripta, de Saxonibus a Carolo, tempore, non bello victis, scribere ausus est; quod confutare non est hujus loci.

§. V. ad verb. *hoc non tradunt.*

8) De primis Alemannorum Ducibus, ita SCHOEPFLINUS, *Alsatia illustr.* Tom. I. p. 626. seqq. *Quamquam sub Clodovei regimine*, primisque *adeo Francici in Alemannos Imperii XV. annis*, *nullius Alemanniæ Ducis nomen aut vestigia, in veteri compareant historia:* ab ipso tamen Clodoveo jam constitutum fuisse Alemanniæ Ducem, vel ex eo apparet, *quod filius ejus*, & *in Regno Austrasiæ*, *(quod nomen tunc temporis exortum,) successor Theodoricus; sub cujus sceptro Alemanni degebant*, *in alemannica legis pacto*, Ducis, Comitum, Missi, Comitis, Centenarii, *frequentissimam mentionem facit: Theodoricus autem, in Prologo Codicis Legum Alemannorum*, *Bajuvariorum*, *Ripuariorumque*, *conditor earundem prædicatur.* Nos quoque hanc rationem sequimur, etsi KOELERUS h. l. propter Scriptorum veterum silentium, mavult Ducatus Alemannici origines ad tempora Successorum Clodovei demittere. Alemanniæ hunc Ducatum, & Alsatiam comprehendisse, SCHOEPFLINUS l. c. p. 746. & alibi, docuit; dum successu temporis, etiam Alsatia suum Ducem acciperet. Subnectit eo loco Ducum Alemannorum catalogum Vir celeberr. exorsus medio Sæculo VI. a *Leutbario* & *Bucelino*, fratribus, quorum ille ab AGATHIA Byzantino *de bello Goth.* L. I. hic a GREGORIO TURONENSI L. III. c. 32. & IV. 9. memoratur. Qui plura volet, SCHOEPFLINI commentaria legat.

Ad verb. *Gotefridus Dux Alemannorum.*

9) *Hic ille Gothefridus est*, inquit SCHOEPFLINUS, l. c. pag. 749. *qui defectionis Thuringorum exemplum secutus*, *occasionem dedisse videtur*, *ut Alsatia ab Alemannici Ducatus corpore secerneretur.* Ex ejus posteris nata Hildegardis, Caroli M. conjux, quam THEGANUS, in *vita Ludovici Pii*, nobilissimi generis Suevorum puellam nominat. Obiit Gothefridus hic ineunte VIII. Sæculo.

Ad verb. *Lantfridus Alemannorum Dux.*

10) Hunc HEPIDANNUS in *Annal.* Luitfridum vocat, quo nomine inductus in errorem fuit ECCARDUS, V. Cl. ut Lantfridum hunc, Alemanniæ propriæ Ducem, cum Luitfrido, qui illis ipsis temporibus Dux Alsatiæ fuit, misceret, in *comment. rer. Francic.* Tomo I. Quod hic ex SCHOEPFLINI Alsatia

ſatia illuſtr. pag. 750. adnotamus. Cæterum NAZARIANI *Annales*, atque HERMANNUS CONTR. mortem Lantfridi hujus I. ad annum DCCXXX. referunt.

Ad verb. *Duce Theotbaldo.*

11) Hic filius fuit Gothefridi I. Ducis, teſtib. ANNALISTA METENSI, HERMANNO CONTR. aliis.

Ad verb. *Lantfrido Duce Alemannorum.*

12) Hic igitur Lantfridus II. nominari debebat, quod prior jam a. 730. mortem oppetiit, hujus ſine dubio pater. Rebellem, Pipinus, ſecum abductum, jactura libertatis punivit, anno 751. mortuum, referentibus ANN. NAZAR.

Ad verb. *deſiiſſe videntur.*

13) Immo vero non deſierunt. Pipinus enim, Childerico III. Rege Francor. in monaſterium detruſo, etſi Alemanniam in plures diſtribuiſſe provincias videtur, tamen ſingulis ſingulos Duces dedit. Horum ex numero GUNTZO II. fuit, provinciis Auguſtenſi & Rhætiæ Dux impoſitus, quem memorat THEODORUS *Eremita* in *vita S. Magni* ap. GOLDASTUM *Scr. rer. Alem.* Tom. I. P. 2. conf. SCHOEPFLINUM l. c. p. 751. Juvat, ſiquidem non ſuppeditavit Kœlerus juſtam primorum Alemanniæ Ducum ſeriem, eam ex SCHOEPFLINI *Alſatia* promere. Sunt igitur illi Duces Alemanniæ, ad Pipini usque Regis mortem:

LEUTHARIUS & BUCELINUS, fratres, circa annum DXXXIV.
LEUDEFRIDUS, ad annum DLXXXVIII. Childeberto II. rebellis.
VNCELINUS, quem odium reginæ Brunehildis perdidit.
GUNZO, Uncelini Succeſſor.
CHRODOBERTUS, qui Dagoberto Regi adverſus Slavos militavit A. DCXXX.
LEUTHARIUS II. circa annum DCXLII. ultimus Alemanniæ univerſæ Ducum: eo enim mortuo, ſeparata ab hoc Ducatu Alſatia fuit, cui peculiarem Ducem Majores Domus dederunt.
GOTHEFRIDUS, circa Sæculi VII. extrema.
WILCHARIUS, Gothefrido rebelli Succeſſor datus, ineunte Sæc. VIII.
LANTFRIDUS I. de quo ſuperius diximus.
THEODEBALDUS,
LANTFRIDUS II.
GUNTZO II. in Ducum Alemanniæ, a Pipino in partes diviſæ, ſerie ultimus.

§. VII. Ad verb. *Burchardus Gentis illius nobiliſſimus.*

14) Hic BURCHARDUS II. dicendus videtur, nam de Burchardo aliquo I. Duce Sueviæ, HERM. CONTR. ad a. 911. *Burchardus*, inquit, *Dux Alemanniæ, in conventu ſuo, orto tumultu, occiſus eſt, pro quo Erchanger Ducatum invaſit.* Ita etiam MASCOVIUS Vir ill. nominat. *Commentarior. de reb. Imp. a Conr. I. usque ad Henr. III.* pag. 6. Neque tamen, ignorare nos, quis

iſte

iste Burchardus I. fuerit, & qua ratione ducatum adeptus sit, pudet fateri. EKKEHARDUS enim *junior*, *de casib. Monast. S. Galli* cap. I. de Conrado I. scribit, nondum adhuc illo tempore Sueviam in Ducatum fuisse redactam, &c. Igitur verosimile est, Cameræ Nuntium fuisse Burchardum eum, forte & belli ducem; quæ conjectura est Illustris WEGELINI, Lindav. reipublicæ Consulis & Syndici, Viri doctissimi, in Gründl. Historischen Bericht von der Kayserl. und Reichs-Landvogtey in Schwaben 2c. p. 5. sq. conf. & OBRECHTUM, *Prodr. rer. Alsatic.* p. 220.

Ad verb. *virtutum dote probatissimus.*

15) Hunc & Alsatiæ præfuisse, SCHOEPFLINUS l. c. pag. 753. indicat, atque addit, ab eo tempore, ad extinctum usque Sæculo XIII. Ducatum, Alemanniam, Alsatiamque junctas, cum Duce communi, communia quoque fata expertas fuisse. Istud peculiare est, quod ill. WEGELINUS l. c. p. 11. not. *) observat, ex innumeris Ducum Sueviæ chartis patere, utplurimum, non Sueviæ, sed *Suevorum Duces*, se ipsos nominasse; quod jam OBRECHTUS *prodr. rer. Alsat.* p. 228. addito etiam cum tali inscriptione sigillo, observaverat. Perill. D. DE WATTEVILLE, in *Histoire de la Confédération Helvetique* p. m. 13. de hoc Burchardo ita scribit: *Conrad de Franconie établit le prémier Duc d'Alemannie: il choisit pour cet emploi Burkard, qui etoit Comte de la Turgovie & de la Rhetie.* In HERGOTTI, Viri celeberrimi, *Geneal. diplom. Gent. Habspurg.* Vol. II. p. 69. diploma editum est de anno 924. quod istius Burkardi mentionem facit. Sunt vero & plura, quæ ad sequentes Suevorum Duces pertinent, uti pag. 73. 78. 87. quæ nos hic, studio brevitatis, non moramur.

Ad verb. *Hermannus quidam.*

16) *Hermannus* II. De hoc ita MASCOVIUS, *Commentarior. de reb. Imp. Rom. Germ. a Conr. I. ad obitum Henr. III.* Lib. IV. p. m. 108. „Vulgo „Hermannum, filium Ottonis, Sueviæ & Bavariæ Ducis, faciunt; sed nullo „certo testimonio. Contrarium potius colligas ex ADELBOLDI Vita S. Hen-„rici cap. 5. *remansit contentio inter Henricum Ducem gloriosissimum & Heri-„mannum virum potentissimum, sed brevis, & cito finem habitura, Erat nam-„que alter alteri dissimilis nobilitate & sapientia, facultate & corporis elegan-„tia.* Si Hermannus nepos fuisset Ludolfi, non arguisset Adelboldus nobili-„tatis discrimen inter ipsum & Henricum. DITHMARUS pag. 370. eum vo-„cat matris suæ Avunculi filium.“

Ad verb. *Ducis Wormatiensis.*

17) Conradi junioris, Ducis Franconiæ. Addere debebat KOELERUS, Kyburgi Comitem, *Wernherum*, quem HERMANNUS CONTR. ad a. 1030. *caput rebellionis* nominat, & qui eodem hoc anno, cum Ernesto Duce, XVI. Kal. Sept. a Manegoldo Comite in prœlio interemtus est.

Ad verb. *Friderici, Ducis Lotharienſis.*

18) Lotharingiæ nimirum superioris, quæ post mortem demum Friderici exulis, *Godofredo*, interioris Lotharingiæ Duci, anno 1032. concessa fuit: ut

que adeo utraque Lotharingia, jam ab Ottone M. in partes duas divisa, nunc iterum sub uno Duce coalesceret.

Ad verb. *contra eum bellum gessit.*

19) WIPPO, in *vita Conr. Salici* ap. PISTORIUM T. III. p. m. 474. refert Primorum Sueviæ, quorum auxilia adversus Imperatorem Dux Ernestus sollicitaverat, responsum. Istud tale est, ut liberos se profiteantur, libertatisque suæ auctori Imperatori obstrictos. Unde, non inepte, jam his temporibus immediata quædam Nobilitas fuisse in Suevia coniicitur. conf. quæ scribit ill. WEGELINUS loc. cit. p. 11. seqq.

Ad verb. *perfidia sua pœnas dedit.*

20) Conf. STRAUSSII dissert. de *Rudolfo Suevo, Pseudo-Imperatore*, Lips. 1709. in 4. Ad ea, quæ LUDEWIGIUS in Præfat. Tomi IV. *reliqu. man. medii avi* p. 54. §. 29. habet de perduelli hoc Principe, stupemus.

§. VIII. Ad verb. *eaque Stauffensis.*

21) Integris annis 189. Ducatus Sueviæ in hac Stauffensi familia perennavit; intereunte, (Conrado, Conradi IV. filio, capite 1268. truncato,) ipso Sueviæ Ducatu. Vid. KOELERI diss. *de Familia Augusta Staufensi.*

Ad verb, *Ducibus scil. Zaringensibus.*

22) Hæc *Zaringensium* Ducum familia an. 1218. interiit. Ultimi Ducis, *Berchtoldi*, Rectoris Burgundiæ, & loci Turegici advocati & judicis, soror heres, *Anna*, *Wernbero*, Comiti de Kyburg, nupta fuit. Vid. *Tab. geneal.* gentis Zaringensium, in HERRGOTTI *Geneal. diplom. Aug. Gent. Habsp.* Tom. I. Lib. VI, c. 2. p. 273.

Ad verb. *& vitam produxit.*

23) Mortuus in Gallia, sepultus in monasterio S. Walpurgis, in finibus Alsatiæ. Vid. OTTO FRISING. *de gestis Frid. I.* L. I. c. 39. *Fridericus, Dux nobilissimus, in Gallia manens, gravi infirmitate detinebatur, vivendi finem fecit, ac in monasterio, quod St. Walpurgis vocatur, in terminis Alsatiæ sito, humatus est.*

Ad verb. *Friderico IV. sive de Rothenburg.*

24) Hic Fridericus, quem *Continuator Morenæ*, de reb. Laudens. ap. LEIBNITIUM *Scriptt. Brunsv.* T. I. p. 848. Ducem de Rotomburgo nominat, se ipsum, a sede sua, de Rotinburch appellavit. Fuit autem filius Conradi III. Regis Germ. de cujus adepto Ducatu Sueviæ vid. RODERICUS, *de gest. Frid. I.* L. I. cap. 6.

Ad

Ad verb. *Philippus.*

25) De Philippi Suevi, vita rebusque gestis, elegantem & multæ lectionis commentarium fratris edidit NIC. HIER. GUNDLINGIUS, in *Otiis* Tom. II. cui præmisit, de Scriptoribus, ad Historiam Phil. Suevi pertinentibus, prolegomena.

Ad verb. *capite truncatus fuit.*

26) De infelicissimi Principis cruenta cæde, legi meretur M. PETRI *de* PRETIO, Vice-Cancellarii Conr. IV. Rom. Regis, *de fatali casu Conradini, Adhortatio ad Henricum illustrem Landgr. Thuringiæ, & Marchionem Misniæ*, edita a SCHMINKIO, Lugd. 1745. 4. Sed etiam a GUNDLINGIO, Parti V. *Gundlingianorum*, p. 417. seqq. Germanica commentatio inserta est, hoc titulo: **Anmerkungen von dem letzten Herzoge in Schwaben / und dessen Schicksal;** qua varii Scriptt. istius historiæ errores corriguntur, simul vero & dies Conradini emortualis, nimirum V. Nov. p. 453. stabilitur.

§. IX. Ad verb. *pauca Castella terræ.*

27) Non debebat negligere *Kœlerus*, etiam Friderici II. Imp. fata adversa inter caulas dissipatorum domaniorum Staufensium reponere. Cum enim At. 1212. ope Episcopi Curiensis, Abbatis San-Gallensis, Comitis Kyburgi, Episcopi Argentinensis, aliorumque, transgressis Alpibus, in Germaniam rediret, recuperaturus cum Regno etiam avitum Sueviæ Ducatum, multa, etiam de patrimonio suo, erogavit, ut clientum turbam augeret. Narrat hæc CONR. *de* FABARIA, in *casibus S. Galli* p. 77. item CONR. VRSPERG. p. 319. ad an. 1212. his verbis: *Frid. Imp. electus, cum non posset directo itinere venire in Alemanniam, venit in Rhetium Curiensem, ibique receptus ab Episcopo, & abbate S. Galli, & nobili viro de Sacco, perductus est usque civitatem Constantiam. Audito vero adventu ipsius, Otto Imperator interim venerat de Thuringia, volens comprehendere aut interficere adversarium suum, ipseque manebat in oppido Uberlingen, sed a multis derelictus, non poterat occurrere sæpe dicto Friderico ad pugnam. Unde factum est, ut auxilio Comitis de Quiburg, & aliorum, quibus ipse* Prædia Imperii, & paterna, longe distribuit & obligavit, *usque Basileam veniret.*

Ad verb. *Ditiones Sueviæ Ducum Staufensium.*

28) Insignis est locus, *Fragmenti Vrstisiani* p. 92. qui huc pertinet. *Conradus Rex, fugiens, amisit multos Milites, & maxima Bona, & imposuit Suevis, qui cum eo venerant, & cum multis amissis fugerant, quod ipsi eum infideliter prodidissent. Suevi proinde, ira moti, conspiraverunt cum Ecclesia & Rege Henrico.* (Raspone, Landgr. Thuringiæ,) *moventes bellum in Regem Conradum, & suos fautores per Sueviam, & circa Danubium, & Mogum, & ubique --- & Suevi fugaverunt eum de civitate in civitatem.* Adde ALB. STAD. p. 318. *liberi & Ministeriales a Conrado recesserunt, ita quod quasi exul & profugus de Suevia, in Bavaria moraretur.*

Ad verb. *post miserandam cadem Conradini.*

29) Conradinus, omni eo tempore, quod a morte patris, effluxerat, variis modis recuperationem Suevici Ducatus, quem Wilhelmus Imperio adseruisset, tentaverat. Sed frustra fuit; plerisque illarum regionum urbibus jam libertate gaudentibus. Est in WEGELINI *historia Landvogtia Suevia* Tomo II. n. 113. Mandatum Conradini Ducis Sueviæ, ad Ministrum & Civitarem Memmingensem, super decimis majoribus & minoribus, de an. 1266. ex Archivo editum, ex quo patet, Memmingam æque ac Turicum, (quæ urbs primum omnium rebellaverat,) aliasque urbes, obsequium Conradino denegasse. Igitur, jam ante ejus cædem, dissipara domania Staufensium, ipseque Conradinus contemtim a Suevis habitus fuit.

§. X. Ad verb. *& ditiones Imperii.*

30) Recte. Nam, quæ genti Hohenstaufiæ propria fuerunt, quæque, nulla Imperii injuria, donare, oppignorare, vendere, aut quovis alio titulo alienare, tamquam domini in re sua, poterant Staufenses, de iis nil quidquam Rudolfus Imperio vindicavit. Coævi Scriptt. quotquot ejus rei meminerunt, de bonis Imperii loquuntur, de proprietatibus Staufensium tacent. vid. GER. a ROO *Annal. Austr.* pag. 21. KOENIGSHOVEN in *Supplemento ad Chron. Alsat.* p. 430. Adde, qui hæc uberius prosequitur, WEGELINUM, loc. cit. Tom. I. pag. 151. seqq.

Ad verb. *in turbulento Interregni magni statu.*

31) Hæc *Interregni magni* adpellatio evanuit, posteaquam illustr. GEBAVERUS, *in Vita Richardi Anglici*, omnem eam notionem ita evoluit, ut vix breve aliquod interregnum, tantum abest ut 19. annorum, a morte Conradi IV. quemadmodum adhuc computaverant Scriptores, supersit. Istud hic monuisse sufficerit.

§. XI. Ad verb. *collatis inter se Scriptoribus observarunt.*

32) Est in his ill. WEGELINUS, l. c. Tom. I. Sect. VIII. quam inscripsit: Von dem Ankunffts-Titel / oder auf was Weise die Landvogtey in Schwaben an das Ertzhertzogliche Hauß Oesterreich erwachsen sey. Hac igitur Sectione, §. VI. ostendit, Rudolfum Habspurg. Filiis suis, neque de Staufensi domanio, neque de Ducatu Sueviæ, quidquam potuisse concedere: §. VII. autem demonstrat, Traditionem veterem, de Restauratione atque Investitura Ducatus Sueviæ, bono Rudolfi junioris facta, fabulam esse, quam fere e *Chronico Australi* ap. FREHERUM T. I. subsecuti Scriptt. descripserint, ut FABRI in *Hist. Suev.* L. I. c. 13. CUSPINIANUS in *vita Rud. I. Cas.* p. 355. FUGGER im Spiegel der Ehren &c. GERH a ROO, *Annal. Austr.* L. I. p. 31. & quotquot pæne de rebus Helveticis atque Habspurg. commentati sunt. Eam fabulam, trecentis propemodum annis creditam, recentiori ætate celeberrimos rerum Germ. Scriptt. SPENERUM, STRUVIUM, HAHNIUM, ISELINUM, in *not. ad Tschudii Chr. Helv.* atque inprimis *Peslerum*, celebrem nuper apud Francof. ad Viadrum Professorem, in Commentatione de Augustæ Gentis Austriacæ Ducatu & Principatu in Suevia, solidissimis argumentis, quorum summa §. XXII. legitur, confutasse. Fuisse tamen alios, (ut COCCEJUM,

JUM, SCHILTERUM, JO. PETR. DE LUDEWIG, HERTENSTEINIUM, in differt. de *Ducatu Alemanniæ & Sueviæ* cap. VI. & in *observation. historicis de Sereniss. Domus Austriacæ Principatu in Suevia,*) qui offensionem veriti, si fabulam dicerent, in eo elaborarint, ut, media quasi via incedentes, docerent, Rudolfo juniori non quidem Sueviæ Ducatum, qualem Staufenses habuissent, Ducis tamen axioma concessum fuisse; dum, secutis temporibus, Ducis titulus, (qui, in tanta Statuum liberorum Sueviæ copia, inanis videbatur,) cum altero, Principis, commutaretur. Certe, recentissimi rer. Austriac. Scriptores, de omni re ea ita loquuntur, ut fidem fabulæ denegare ipsi haud difficulter intelligantur. Ita HERRGOTTUS, Vir celeberrimus, quem honoris & amicitiæ causa nominamus, *Geneal. diplom. Aug. Gent. Habsp.* Tom. I. p. 204. „De Rudolfo, inquit, filio Rudolfi Rom. Regis, plurima memoriæ „prodita inveniuntur ap. Scriptt. rer. germ. quibus diutius immorari necessum „non ducimus; in præsentia solummodo advertentes, præter Ducatum Au„striæ, *Sueviæ quoque Ducatum eidem a nonnullis Scriptt. vindicari.* Interim, „intra fines monumentorum nostrorum, more solito, nos continemus, &c." Quid hoc est aliud, quam, monumenta Austriaca, HERRGOTTO visa, ignorare Sueviæ Ducatum Rud. juniori concessum. SIGISM. CALLES S. I. Vir doctissimus, *Annal. Austriæ* P. II. p. 588. de Rudolfo Habsp. locutus: *promisso*, inquit, *filiorum alteri* Suevici Principatus titulo, *simul & animos pacavit Procerum, & filios Principum Imperii juribus honestavit.* Testem citat HORNECKIUM c. 200. ubi Scriptor hic Rhythmicus, Rudolfum, ita inter alia Principes Imperii alloquentem sistit:

Ich han der Sune zwen
Wan dew tailent irew Lannt
Do sol ainer Herr werden:
So sol von Swebischer erden
Der ander Furst haissen &c.

In Indice autem, sub Rudolphi jun. nomine, dicit, fuisse inter Principes Imperii adscriptum, *nomenque Ducis Sueviæ tulisse.* Ex his, nisi vehementer fallimur, satis intelligitur, doctissimum Annalium Scriptorem, qui hoc loco opportunissimo, omnem de Ducatu Sueviæ in jun. Rudolphum collato traditionem, fide monumentorum, si forte posset, corroborare debebat, id cum facere neglexerit, atque aliter in Indice, aliter in contextu loquatur, quod titubare est, quidquid est narrationis ejus, in medio relinquere. Argumenta traditioni adversa, KOELERUS h. l. recte expressit. Qui plura volet, WEGELINUM legat, loco jam excitato.

Ad verb. *omnesque scrupuli suborti submoveantur.*

33) Non credimus eventurum, ut hoc umquam fiat, posteaquam neque HERRGOTTUS, neque CALLESIUS, diligentissimi Austriacarum rerum Scriptores, quibus monumenta vetusta inspicere integrum fuit, quidquam protulerunt, quod traditioni isti faveat; illustris autem WEGELINUS, l. c. magno lectionis & judicii adparatu, contrarium ita docuit, ut evicisse putandus sit.

§. XII. Ad verb. *Reliquiæ Ducatus Suevici in Rudolphum Austriacum translati.*

34) PESLERUS V. Cl. *de Augusta Gentis Austriacæ Ducatu & Principatu in Suevia*, Austriacos, dicit, a sede, quam habuerunt in Suevia, Sueviæ Duces dictos fuisse, p. 38. reliquias autem Ducatus Suevici, quem putant Rudolfum, juniori filio cognomini, concessisse, definiri nulla ratione posse, pag. 23. seqq.

§. XIII. Ad verb. *Dux Alsatiæ vocatur.*

35) Istud quidem negari non potest, fuisse Austriæ Ducem XIV. Seculo ineunte, Rud. IV. qui in sigillis quibusdam etiam *Alsatiæ Ducis* titulum profiteretur, quod ex collectaneis diplomaticis e Cod. MSto bibliothecæ Uffenbachianæ perill. SENCKENBERGIUS docuit: tamen, etiam hoc certum est, a CAROLO IV. Imper. eapropter bello petitum Rudolfum, adactumque fuisse, ut solennibus formulis, omni illa titulorum pompa imposterum abstineret. vid. PESLER, l. c. §. 12-14.

§. XIV. Ad verb. *in Landvogtia Sueviæ.*

36) Hanc, de Landvogtia Sueviæ, quæstionem, ad normam veterum monumentorum, diplomatum potissimum, egregie excussit, quem jam aliquoties laudavimus, ill. WEGELINUS, incomparabili opere, quod inscripsit: Gründlich-Historischer Bericht / von der Kayserl. und Reichs-Landvogtey in Schwaben &c. quod totum eo pertinet. Hunc igitur librum legant, qui indagare voluerint, an reliquiæ Ducatus Suevici in Landvogtia Sueviæ quærendæ sint.

Ad verb. *Archi Duces Austriæ.*

37) Hæc *Tomo* I. *Sect.* VIII. ex monumentis fide dignissimis eruit ill. WEGELINUS, quem commentarii instar hic consules.

Ad verb. *primo quidem hac illis oppignorata.*

38) Austriacos igitur, non titulo feudali, sed *pignoratitio*, cum pacto tamen perpetuæ reluitionis, Landvogtiam Sueviæ possidere, WEGELINUS l. cit. evicit, §. 2. p. 170. seqq.

§. XV. Ad verb. *Comitatu Altorfino.*

39) Quibus modis Comitatus Altorfinus, seu Ravenspurgicus, Guelfis cesserit, & quos temporibus illis habuerit limites, patet ex *Fragmento* de Welpone Duce &c. quod ex MSCto edidit LUDEWIGIUS Tomo VIII. L. 11. *Reliquiar. omnis ævi diplomatum*, WEGELINUS autem num. 112. Tomo II. operis jam laudati, iterum exhibuit. Idem hic WEGELINUS, *Sect.* VII. *Tomi* I. inprimis §. 17. p. 158. seqq. quo loco & avulsa de eo Comitatu, antequam Imperio vindicaretur, enarrantur, de ea re omni distincte exposuit, quem nos hic non describimus.

Ad

Ad verb. *post Conradini mortem.*

40) Immo vero multo ante Conradini cædem. Ejus enim Patre, Conrado IV. (quem jam an. 1237. Regem coronaverant) cum adversa fortuna conflictante, WILHELMUS Hollandicus, RICHARDUS item Anglicus, reliduum Staufensium domaniorum, hunc nimirum Comitatum Altorfinum, Imperio vindicarunt: ut igitur, neque in Conradini potestate umquam fuerit, neque ex ejus donatione, ut Bavari Scriptt. quidam volunt, ad propinquos, Bavariæ Duces, donationis titulo venerit. conf. hac de re ill. WEGELINUM loc. cit. pag. 157. seqq.

§. XVI. Ad verb. *illæ provinciæ, omniaque illa loca.*

41) Recte omnino, & fide dignissimis monumentis, atque Scriptoribus, convenienter. Ex iis enim evincitur, plerasque istarum regionum Austriacarum in Suevia, aut jam possedisse ante Rudolfum, Habspurgicam gentem; aut profecto novas esse adquisitiones Alberti primogeniti Rudolfi Habsburgici, & successorum, quæ adeo partem Suevici Ducatus constituere non potuerint. Certe TSCHUDIUS, (testis omni exceptione major, qui ad tabularia Austriaca, aliaque monumenta authentica, provocat,) in *Chron. Helvetico* ad an. 1299. p. 222. edit. ISELIN. totidem verbis hoc demonstrat. Legi hæc possunt apud WEGELINUM l. c. pag. 153. sqq. qui omnes terrarum Austriacar. in Suevia titulos enumerat. Ita e. c. *Brisgovia*, a Comitibus demum Fürstenbergiis an. 1367. pretio 55000. floren. vendita Austriæ, Ducibus Leopoldo atque Alberto, fuit: *Silvæ nigræ* pars maxima, a Comite Hartmanno Kyburgico, cujus soror, Heilvviga, Rudolfi Habspurgici mater fuit, hereditatis jure, ante cædem Conradini, Habspurgiis cessit: *Landgraviatum Nellenburgicum*, Sigismundus, Austriæ Dux, pretio 37905. floren. emit a Comite Tengensi, Johanne, anno 1465. Reliqua apud WEGELINUM legenda p. 155. seqq. hic non addimus. conf. HERRGOTTUM in *Geneal. Aug. Gent. Habsp.* T. I. p. 11. seqq.

§. XVII. Ad verb. *Comites Welphicæ prosapiæ præpotentes.*

42) Potentiæ Guelforum, atque in terris suis auctoritatis, istud insigne documentum est, quod scribit MONACH. WEINGARTENSIS apud LEIBNITIUM Tomo I. *Scriptt. rer. Brunsu.* p. 781. *In tantum ditati sunt divitiis & honoribus, Regibus præstantiores, ipsi quoque Romano Imperatori Homagium facere recusabant, & propriis viribus confisi, omnes terminos suos per se magna industria & fortitudine defendebant*, &c. Adde ABB. VRSPERG. ex quo RADERUS in *Bav. Sanct.* in vita S. Conradi hæc adfert: *Etbico, Altorfii Comes, Guelphonis I. filius, vel ut alii volunt Nepos, filium habuit Henricum, Patrem S. Conradi, qui cum persuasus ab Imperatore, inscio Patre, Homagio præstito se subjecisset, adeo Pater Etbico ægre habuit, ut filium in conspectum venire noluerit.* Quibus testimoniis conficitur, vera esse quæ hic scribit KOELERUS, fuisse omni tempore in Suevia, terras a Ducum potestate immunes.

Ad verb. *quæ ita se habet.*

43) Primo loco diploma istud Friderici, Ducis Sueviæ, Cœnobio Salemitano datum an. 1185. exhibuit ill. WEGELINUS Tomo II. p. 1. seq. ex *Apiario Salemitano* Cap. II. §. 21. p. 46.

Ad

Ad verb. *Proinde falsum est assertum.*

44) Ex antecedentibus enim, ubi in primis de causis debilitatæ gentis Stauffensis dictum est, intelligitur, longo ante Conradinum tempore, diversos Imperii Ordines liberos, in Suevia enatos fuisse: unde consequitur, dici exuvias dilacerati Suevici Staufensium Ducatus nullo modo posse.

DISSERTATIO XXIX.

EMENDATIONES ET SUPPLEMENTA

AD DISSERTATIONEM: DE DISSIDIIS EX ELECTIONE LOTHARII SAXONIS IMP. GERMANIAM TURBANTIBUS ET NATA INDE A. C. 1134. VLMÆ PER HENRICUM MAGNANIMUM BAVARIÆ DUCEM EVERSIONE.

EPISTOLA.

VIRO MAGNIFICO

ILLUSTRI ET CONSULTISSIMO,

JOHANNI REINHARDO WEGELINO,

S. R. I. LIB. CIVITATIS LINDAVIENSIS

CONSULI ET SYNDICO PRIMARIO LONGE MERITISSIMO,

S. P. D.

FRANCISCUS DOMINICUS HÆBERLIN, D.

CONSILIARIUS AULICUS SERENISS. DUCIS BRUNSV. ET LUNÆBURG. JURIS PUBLICI ET HISTORIARUM PROF. PUBL. ORD. ET REGIÆ SCIENTIARUM SOCIETATIS GOETTINGENSIS COLLEGA EXTERUS.

EGregium vero, VIR MAGNIFICE & ILLUSTRIS, suscepisti opus, & jam ad felicem perducis finem, colligendo & edendo *Rerum Suevicarum Thesauro*, almæ *Sueviæ*, communis nostræ Patriæ, Historiam præclare

clare illustrante. Longa & fere desperata Eruditorum est querela, historiam *Sueviæ*, in tanta ætatis nostræ luce historica, adhuc in caligine jacere, & Viro opus esse, qui necessariis subsidiis instructus ad moliendum magnum hoc opus accederet. At bene monuerunt alii, eam esse *Sueviæ* nostræ conditionem, ut absolutum *Historiæ Sueviæ* opus magis exoptari, quam sperari possit. Et hi recte sentiunt. Cum enim *Suevia* hodie consistat ex tot Imperii Statibus diversa Sacra profitentibus, & diversa jura publica peculiaria respicientibus; spes nulla superest, fore, ut, pro diversa ratione status, uni Viro demandari aut commode committi possit *Historia Sueviæ universalis* conscribenda. Metus, ne arcana status, olim nocitura, prodantur, non facile permittet, ut Historico aperiantur Archiva, ex quibus Historiam componat; sine illis vero opus ex omni parte absolutum nunquam perfici poterit. Nec unius hominis ætas laborque istiusmodi operi sufficiens foret, quod *Sueviæ* historia nimis sit ampla, & tot speciales historias contineat, quot in ea extant Imperii Status. Quamvis igitur *universalis Sueviæ historia* hodie merito dicatur adhuc inculta, hoc tamen neutiquam intelligitur de *ejus Historia speciali*. Variorum enim eorumqne eruditissimorum Virorum studium eo desudavit, ut una atque altera *Historiæ Sueviæ* particula in clariorem posita sit lucem. Sed cum hi labores plerumque paucis constent plagulis, factum est, ut illi eruditorum oculis se subduxerint, & caro etiam pretio acquiri haut potuerint. Laudabile ergo animo concepisti opus, VIR MAGNIFICE atque ILLUSTRIS, cum cogitares de Scriptis istiusmodi minutioribus in unum *rerum Suevicarum Thesaurum* colligendis, quo ab interitu & oblivione vindicantur ejusmodi Libelli, & magno Historiæ emolumento jam omnium manibus tractari possunt. Sed tale opus poscebat Virum, qualem in TE veneratur *Lindavia*, suspicit *Suevia*, & colit universus orbis eruditus. Jam ante novem & quod excurrit lustra exasciata TUA *Dissertatione de S. R. I. liberæ Civitatis Lindaviensis Prærogativa antiquitatis præ illustri ad D. Virginem Cænobio, ejusdemque famosi Diplomatis Ludoviciani falsitate*, demonstrasti, quid olim de TE sperare queat non modo Patria, sed & tota Respublica literaria. Et licet muneri negotiosissimo, quod quemvis alium totum distineret, & regendo Reipublicæ patriæ clavo postea sis admotus; non tamen destitisti, Jurium publicorum & Historiarum studia amare atque excolere. Testis est, ut alia taceam, luculentus, absolutissimum TUUM opus *von der Kayserlichen und Reichs-Land-Vogtey in Schwaben* &c. & qui illud jam presso pede sequitur *Thesaurus rerum Suevicarum*. In hoc opere id præsertim cum aliis laudo, quod Historiam cum juribus Patriæ publicis conjunxisti, & *Thesauro* TUO Scripta minutiora inseruisti, quibus non solum *Historiæ Sueviæ* lux affunditur, sed quibus etiam *Jus* ejus publicum illustratur. Ceterum cum ex *Novis literariis Lipsiensibus hujus anni* didicerim, *Tomo quarto Thesauri* TUI *rerum Suevicarum*, proximis nundinis autumnalibus prodituro, insertum iri *duas Dissertationes*, a me olim in alma *Georgia Augusta*, studiorum meorum unica matre, habitas, quibus forte recentissima mea *Disputatio Helmstadiensis de jure Austrægarum S. R. I. liberæ Civitatis Vlmanæ* accedet; statim ad TE, VIR MAGNIFICE & ILLUSTRIS, literas dedi, quibus obtuli *emendationes* & *additiones* ad *duas Disputationes Gættingenses*, quas olim Juvenis conscripseram. Laudasti consilium meum, & gratas TIBI fore illas, rescripsisti. Accipe ergo, quæ, aliis negotiis districtus, festinata opera congessi, additamenta ad alteram *de Dissidiis ex electione Lotharii Saxonis Imp.* & rel. *Dissertationem*, eaque æqui bonique cum Lectoribus *Thesauri* TUI consulas. Fuissent forte, quæ addi potuissent, sed tempus defecit. Operæ sane pretium fuisset, disquirere, quo jure venerabilis Senex, quem DEUS servet I. Ill. MASCOVIUS, Historicorum nostri Seculi facile Princeps, in *Præfatione*

ad *Commentarios* suos exasciatos *de rebus Imperii Romano-Germanici sub Lothario II. & Conrado III.* LOTHARIUM nostrum, uti in *Imperatorum*, ita etiam in *Regum Germanicorum* serie *secundum* fecerit. Sed hæc alii tempori, & majori, ac quo in præsentiarum fruor, otio reservo. Ad illam *de Felice Fabro Dissertationem* lubens etiam transmisissem quasdam observatiunculas, sed paucæ hæ forent, nec eis propter temporis angustiam limam addere possum. Unam tamen alteramque subiicio. In *hujus Disputationis* §. *II. pag. 4.* ipsis FELICIS FABRI verbis, ex EJUS *Evagatorio* adhuc *MS.* ostendi, illum in *Basileensi Dominicanorum Conventu* extitisse CURSOREM. Mox subjeci, inter varios hujus vocis in media Latinitate significatus mihi illum maxime arridere, quo CURSOR idem est ac TABELLARIUS. Ipse tum temporis aliter sentiebam, sed vicit *Censoris* Dissertationis meæ, cujus nomen ex veneratione silentio premo, autoritas, alia suadens. Hic ipse tamen *Censor*, cum Disputatio publice ventilaretur, non parum me vexavit argumentis suis a falsa vocis: CURSORIS interpretatione petitis. Veram itaque vocis hujus explicationem substituo. CURSOR hoc in loco idem est ac *Theologiæ Candidatus*, qui ad *Cursum Theologicum* admittitur. Vocantur etiam *Baccalarii Cursores*, suntque Theologiæ Candidati primi generis, qui ad *Cursum Theologicum* explicandum admittuntur, *Bibliorum* nempe, postea *Libri Sententiarum* PETRI LOMBARDI. Vide sis DU FRESNE *Glossarium mediæ & infimæ Latinitatis Tomo II. col. 1267.* & *Tomo I. col. 910.* editionis novissimæ. In *eodem* §. *sub finem ejus*, verbis FELICIS FABRI, occurrit vox: COLLECTANEI. Hæc in textu originali forte scripta erat: *Collactanei*, quod idem ac *coævi*, vel *collectales*, qui eodem utuntur lecto, vel sub eodem tecto habitant. Evolvas velim *Glossarium Du-Cangianum*, *Tomo II. col. 746. 755. & 1015.* Denique TUA cum venia monere liceat, me desiderare inter varia de *Imperatoribus Suevicis* in *Tomo II.* TUI *Thesauri* extantia Scripta, Ill. RITTERI, Consiliarii aulici Regii & Historici Vitembergensis celeberrimi, doctissimam *Dissertationem de electione Henrici VII.* (non illius ex *Luxemburgensi familia* prosati *Imperatoris*, sed filii, postea rebellis, FRIDERICI II. Imp.) *in Regem Romanorum*, Vitembergæ anno cIↃIↃccLII. habitam. De quo ipso HENRICO lectu quoque digna offendes in *Originum Guelficarum Tomo III.*, porro in B. Domini *Godofredi de* MEIERN *Betrachtungen eines zwischen der Dohm-Probstey Hildesheim und der Neu-Stadt Hildesheim controvertirten Diplomatis Henrici VII. Rom. Regis de an. 1226.* s. l. 1731. folio, & in den *ohnpartheyischen Reflexionibus über das von der Dohm-Probstey Hildesheim aus dem wahren Original publicirte Diploma Henrici VII. Rom. Regis*, eodem in folio, denique in Ill. *Sam.* LENTZII observationibus tam de hoc HENRICO VII. quam de alio HENRICO, Rege Rom. CONRADI III. *filio*, itidem *Suevo*, quæ extant in den *Hannoverischen Gelehrten Anzeigen ad an. 1752. n. LV. & LXXIV.* Has postremas TIBI mitto, quo eas, si tempus adhuc permittet, Supplementi loco TUO *Thesauro* addere possis. De HENRICO, *Rege Romanorum*, CONRADI III. *filio*, cujus gesta ex *Codice epistolarum* WIBALDI *Abbatis* præclare illustrantur, ipse, suasu amicorum, peculiarem Disputationem meditor, quæ ad umbilicum fere est perducta. Sed tandem finis imponendus est epistolæ, ne in molem libelli illa crescat. Diu adhuc vale, VIR MAGNIFICE & ILLUSTRIS, & vegeta fruere senecta in orbis literati decus atque emolumentum, Reipublicæ patriæ præsidium, & splendidissimæ TUÆ familiæ solatium. Et quem jam nosse cœpisti, TUO favore atque amore porro dignare.

Dabam in alma JULIA CAROLINA, quæ HELMSTADII floret, die *S. Bartholomæo* sacra, A. C. cIↃIↃccLVIII.

§. I.

§. I.

Ad Not. *a.* *Concordatum* inter *Henricum V. Imp.* & *Callistum II. P. R.* A. C. 1122. initum pereruditâ Dissertatione, *Vitembergæ 1739.* habita, illustravit *Jo. Guil. Hoffmannus.* Historiam vero hujus Contentionis inter Imperium & Sacerdotium egregie exponit S. R. E. Cardinalis *Henr. Norisius* in libro posthumo, eoque perraro cui titulus: *Istoria delle Investiture delle Dignità Ecclesiastiche.* Adde fis immortalem *Jo. Schilterum de Libertate Ecclesiar. Germaniæ, L. I. c. 1 – 5. p. m. 481 – 587.* & *Theodosii Gibellini* f. *Matthæi Gabelii Cæsareo-Papiam Romanam, P. I. c. 6. p. m. 80. sqq.* & *P. II. c. 4. p. m. 283. sqq.* editionis tertiæ per *Christian. Gottfr. Hoffmannum* curatæ. *Cf. Goffridi, Abbatis Vindocinensis, Opuscula,* primum *de ordinatione Episcoporum & de Investitura Laicorum,* alterum *de possessionum Ecclesiasticar. investitura, quod Regibus concedatur;* quæ extant in *Biblioth. PP. max. T. XXI. p. 59. sq.* & *61. sq.* edit Lugdunensis.

Ad Not. *d.* Cf. *Annalista Saxo* ad A. 1121. in *Eccardi Corp. histor. med. ævi, T. I. col. 645. sq.* ibique verba: *tandem Imperator, sponsionis suæ non immemor, universas quæstiones quæ ventilabantur, non suimet arbitrio, nec suorum quorumlibet contentione, sed juxta Senatusconsultum concludi, per omnia in omnibus concessit.* Quæ in his *Comitiis Herbipolitanis* tandem conclusa fuerint, indicat *Epistola Adalberti Archi Ep. Mog. ad Calixtum Papam II. in Edm. Martene & Ursini Durandi Collect. amplissi. veterum Scriptor. & Monumentor. T. I. col. 671. sqq.*

Ad Not. *f.* Adde *Nic. Serrarii Rer. Moguntiacar. L. V.* in Adelberto I. *n. 5. sqq.* in Cl. *Ge. Christi. Joannis Scriptor rer. Moguntinar. Vol. I. p. 53 sqq.* & inprimis *Adelberti* Archi-Ep. *Chartam,* quæ tractat de ipsius captivitate, eademque liberatione, Civium Moguntinorum opera & auxilio obtenta, in cujus facti gratitudinem peculiari eosdem Privilegio donavit An. 1125. & 1135. id quod valuis æneis, quas *Willigisus Archi-Ep.* olim ad *B. Virginis Basilicam* opere exitio fieri fecerat, incisum, sed Cælatoris culpa variis vitiis inquinatum fuit. ...pe MSti cujusdam vitiosam lectionem correxit & Privilegium ipsum typis exscribendum curavit *Serrarius l.* modo *c. n. XXI. p. 547.* sed multo correctius illud dedit *Dn. de Gudenus* in *Cod. Diplomat. T. I. n. XLV. p. 117 – 121.* Conferri hic etiam meretur *Henrici V.* Imp. *Epistola ad Clerum populumque Moguntinum super imputatis Adelberto malefactis,* in eodem *Cod. Diplomat.* Perill. Dn. *Valent. Ferd. de Gudenus T. I. n. XXII. p. 46. sqq.*

Ad Not. *h.* *Conradus Urspergensis* more suo exscripsit *Annalistam Saxonem ad h. a. l. T. I. col. 634.* cujus verba pariter evidentiorem suppeditant sensum, siquidem scribit: -- *Imperator Ducatum orientalis Franciæ qui Wirceburgensi Episcopo antiqua Regum concessione competebat, Conrado sororis suæ filio -- commisit.* Pro vocula: *concessione* enim apud *Conradum Urspergensem* perverso plane sensu legitur *successione.* Conferri hic etiam potest B. *Casp. Achat. Beckii D. de Ducatu Franconiæ,* Præside *Christi. Wildvogelio,* Jenæ 1709. 4. habita, *cap. 2. §. 7.* cui vero dicam scripsit B. *Nicol. Hieron. Gundlingius* in animadversionibus, quæ extant in *Ejus Sammlung kleiner Teutscher Schrifften und Anmerckungen, als einem Anhang zu den Gundlingianis, P. I. n. IX. & X. p. 226 – 252.* Nuper quoque de hac materia nonnulla lectu

digna attulit B. *Jo. Gottlieb Gonne* in *Disquis. de Ducatu Franciæ orien* (Erlangæ 1756. 4.) §. *44. p. m. 105. sqq.*

Ad Not. *k.* Adde Ill. *Scheidii Origg. Guelficas, T. II. L. VI. cap.* §. *11. & 12. p. 312. sqq.*

Ad Not. *l.* Gevehardi, Patris *Lotharii* Imp., mater erat *Ida, Comitissa Querfurtensis*, cujus maritus tam quoad nomen, quam quoad familiam diu dag. ri non potuit, v. B. *Habnii Reichs-und Kayser-Histor. P. III. p. 170. not. r.* *lum* autem *Luidgerum, Comitem Supplingenburgensem, fuisse*, (quem A.C. 1033. castellum *Wirbine* interemtum fuisse, tum *Annalista Hildesheimensis ad h. a.* *Leibnitii Scriptor. Brunsv. T. I. p. 726.* quam *Chronographus Saxo ad h. a.* *Leibnitium* in *Accession. histor. T. I. p. 243.* memorant,) existimat Ill. *Lichtsteinius*, Sereniss. Ducis Brunsu. & Lunæb. Consiliarius aulicus, idemque vitatis Helmstadiensis Prætor & Consul primarius, in den *Braunschweigischen Anzeigen ad an. 1745. n. 32. p. m. 521. sqq.* Sed huic sententiæ obstat, quod hic *Luidgerus, mediæ nobilitatis homo*, utpote Halberstadensis Ecclesiæ mil, nimis humilis ortu erat, quam ut avus Imperatoris esse potuerit, cum *Bruno* de B. Saxon. in *Freheri Scriptor. rer. Germ. T. I. p. m. 191.* de interitu *Gevehardi Comitis*, Patris *Lotharii* nostri, in prœlio apud Unstrutam A. 1075. commisso, agens, illum inter *Summos Principes Imperii* collocet, quod sane non quadrat in *militem Ecclesiæ Halberstadensis*, qualis ille *Luidgerus* erat. Ex hac ratione itidem probare nequeo opinionem cujusdam doctissimi Viri, qui, in iisdem *Ephemerid. Brunsu. ad an. 1747. n. 77. p. 1689. sqq. Gevehardum* nostrum *Bernhardi Comitis Haldenslebiensis* filium vendicat. Minime autem arridet sententia B. *Falckii*, qui, in laudatis *Ephemerid. Brunsvicensi. ad an. 1748. n. 82. p. 1643. sqq.* & in *Cod. Tradit. Corbeiens. p. m. 339. sqq.* quendam *Luidgerum*, filium *Thiadrici* Comitis, *Comitem Supplingenburgensem*, maritum *Idæ*, patrem *Gevehardi Comitis*, adeoque avum *Lotharii* nostri Imp. asserit, cum hujus Viri insana in effingendis Genealogiis licentia satis abunde cognita sit. Calculum potius meum adjicio Illustri & in Studiis historicis doctissimo Viro, *Jo. Ludov. Levino Gebhardo*, Consiliario Regio & Professori in Acad. Equestri Lunæburg. adhuc bene merenti, qui in sæpius citatis *Ephemeridibus Brunsuicens. ad an. 1745. n. 56. pag. 921. sqq. Ottonem, Comitem Palatinum Ducemque Sueviæ, Ezonis Comitis Palatini* & *Mechtildis, Otton II. Imp.* filiæ, filium, nepotem *Hermanni Com. Pal.* & pronepotem *Gotefridi D. Lothar. Ripuariæ*, maritum *Idæ*, adeoque patrem *Gevehardi Comitis* & Avum *Lotharii III. Imp.* pereruditе non minus ac probabilissime adstruit, quicquid oggganniat nugator iste *Falckius* in *Cod. Tradition. Corbeiens. 682. sqq. nota b.* Laudati *Gebhardi* sententiam quoque amplexus est, Vir summus, & cujus limato judicio multum in ejusmodi genealogicis disquisitionibus tribuo, Ill. *Scheidius* in *Præfat. ad Tom. III. Origg. Guelf.* §. *3. p. 1 sqq.* ubi multa præclara de genere & proavis *Lotharii* nostri Imp. affert.

Ad Not. *o.* De Statu Germaniæ sub *Henrico* . *Imp.* ejusque charactere consuli quoque possunt *Habnius* in der *Reichs- & Kayser-Hist. P. III. c. 3.* §. *9. & 10. p. m. 156. sqq.* & *P. Joseph. Barr* in der *allgemeinen Geschichte von Deutschland, P. III. p. 317. sq.*

Ad Not. *q.* Insignia Imperii non *Hammersteinii* sed potius *Trifelsæ* reposita fuisse, clare testatur *Annalista Saxo, ad an. 1 5. l. c. T. I. col. 656. sq.* verbis:

bis: *Heinricus Imp. - - V. - - coronam ceteraque Regalia usque ad conventum Principum conservanda in castello* firmissimo, quod *Trifels dicitur, reponi disposuit.* Huic adstipulatur *Chronicon Magdeburgense*, recentioris quidem ætatis, sed e bonæ notæ Scriptoribus antiquioribus, partim deperditis, conscriptum, in *Henr. Meibomii Scriptor. rer. German. T. II. p. 352.* Apprime hoc observavit *Henningus Nicol. Joannes Schlaaffus*, vel potius cl. *Joannis* in *Oratione de celeber. quondam nobilissimoque Imperii Castro Trifels* (Biponti 1726. 4.) *p. m. 16.* Prostat quidem *Car. Frid. Schœpffii historisch-diplomatisch-gründliche Ausführung von Marggraf Otten auf dem Nordgau, und Grafen von Francken, als zugleich Grafen von Hammerstein, allwo in ältesten Zeiten die Reichs-Insignia und Kleinodien aufbewahret worden*, Laubach 1755. 4. in quo Schediasmate clariss. Autor *§. 26. p. 35.* Insignia Imperii jussu *Henrici V.* Imp. *Hammersteinii* deposita fuisse, pariter adstruit, sed fide solummodo *Conradi Urspergensis* & *Alberti Stadensis*, quorum tamen autoritas non tanta est, quæ evertere posset testimonium *Annalistæ Saxonis*, cui seu *συγχρόνῳ* hac in re maximam fidem tribuo.

§. II.

Ad Not. *s.* Item *Excerpta ex Chron. Monasteriensi ad ann. 1124.* in *Martenii* & *Durandi Thesauro N. Anecdotor. T. III. col. 1436. D.*

Ad verba: *qui annis 1127. vel 1129.* Facit hoc prætor alios *Andreas, Presbyter Ratisbonn.* in *Chron. generali*, in *Bernh. Pezii Thes. Anecdotor. noviss. T. IV. P. III. col. 510.* & quodammodo etiam *Chron. Turonense ad a. 1127.* in *Martenii* & *Durandi Collect. ampliss. T. V. col. 1014. D.*

Ad Not. *h.* Itemque in *Muratorii Scriptor. rer. Ital. T. IV. p. 549. a.*

Ad Not. *t.* Extat quoque in Ill. *Scheidii Origg. Guelf. T. II. in Probat. ad Libr. VI. n. 10. pag. 426. sq. brevis Narratio de originibus Monasterii Ochsenhusani*, Abbatiæ S. Blasii primum oblati, e veteri apographo edita, in cujus fine sequentia leguntur: *& hæc omnia postea sunt confirmata primo Argentine a Lothario Rege, A. Dn. Millesimo centesimo vigesimo sexto. Anno vero Regni ejus primo.*

Ad Not. *x.* *Anton. Pagius* in *Crit. Baron. T. IV. ad an. 1125. n. VII. p. 441. b.* edit. Antverp. observat, discrepare quidem veteres Scriptores in anno, quo *Henricus V. Imp.* objerit, sed concordare in die ac mense *Ejus* obitus, illum vero non a. C. 1126. sed potius 1125. ad superos abiisse, exinde patere, quod apud *Rubeum* in *Hist. Ravennat. Lib. V.* Diploma occurrat, sic subnotatum: *Anno MCXXVI. tempore Honorii Papæ* & *Hlotharii Regis die XXII. Febr. indict. IIII. Argenta*, necessum igitur esse, ut *Lotharius* jam a. C. 1125. in Regem Romanorum fuerit electus. Hæc argumentandi ratio mutata solummodo persona, convenit cum nostra, quam in textu ad hanc notam x) attulimus.

§. III.

Ad Not. *xx.* Tradit quidem *Ordericus l. c. Archi-Episcopum Moguntinensem* convocasse reliquos Imperii Proceres ad electionem novi Regis, atque *Otto Frisingensis, l.* pariter *c.* addit: *id juris, dum Regnum vacat, Moguntini*

guntini Archi-Ep. ab antiquioribus esse traditur; at enim vero extat in *Udalrici Babenbergensis Codice Epistolari*, apud *Eccardum* in *Corp. hist. med. avi T. II. n. 320. col. 334. sq.* Epistola, repetita in *Origg. Guelf. T. II. in Probat. ad L. VI. n. 41. p. 834. sq.*, ad *Ottonem*, *Ep. Bambergensem* scripta, qua *ille* ad electionem novi Regis invitatur, sed non a solo *Adelberto*, *Archipræsule Moguntino*, verum etiam a *Friderico Colon. Archi-Ep. Uldarico Constantiensi*, *Buccone*, *Wormatiensi*, *Arnoldo Spirensi Episcopis*, porro ab *Uldarico*, *Fuldensi Abbate*, *Henrico*, *D. Bavar.*, *Gotefrido*, *Palatino Com.*, *Berengario*, *Com. de Sulzbach* & *ceteris utriusque professionis Principibus*, *qui exequiis Imperatoris interfuerunt*. *Conradus* etiam *Halberstadiensis* in *Chron.* nondum integre edito & in *Biblioth. regia Hannoverana* asservato scribit: *post mortem Henrici Imp. Principes electores & alii Domini convocationem fecerunt Moguntia in festo S. Bartholomæi &c.* quem locum protulit Ill. *Scheidius* in *Præf. ad T. III. Origg. Guelf. p. 14.* Ex illis sane literis & testimonio *Conradi* satis abunde patet, jus convocandi ad electionem novi Regis tum temporis non *ad solum Archi-Ep. Moguntinum* spectasse. Certe *Moguntinus* multum de jure suo detrahi passus est, dum tales convocationis literas non sui solummodo, sed & aliorum Imperii Procerum nomine exaravit.

Ad Not. y. Hanc *narrationem de electione Lotharii* e *Cod. MS. Gottwicensi* A. C. 1716. descripsit *Hieron. Pezius*, sed primus eam publicavit *Eccardus* in *vet. Monum. Quatern. n. 2 p. 45-48.*, tum *Pezius l.* in hac nota *c.* porro cl. *Joannis* in *nova edit. Reuberi Scriptor. rer. Germ. p. m. 402-406.*, denique novissime illa inserta quoque fuit *Origg. Guelf. T. II. in Probat. ad L. VI. n. 42. p. 484-488.* Numerosissimum fuisse conventum ex *Orderico* patet, qui *l. c.* scribit: *ibi nempe plus quam LX. milia pugnatorum aderant*, & *in diversa nitentes exitum rei considerabant.*

Ad verba: *decem ex singulis Bavariæ, Sueviæ, Franconiæ & Saxoniæ Provinciis.* *Quadraginta* itaque erant, qui electionem novi Imperatoris perficerent. Sic enim *Ordericus Vitalis l. c. Adelbertum Moguntinum* fatum fuisse, testatur: *Quadraginta igitur ex vobis sapientes & legitimi milites eligantur, & seorsum eant, ipsique secundum fidem suam & conscientiam optimum Imperatorem eligant &c.* Communis opinio est, solummodo *decem* electos fuisse, qui nomine omnium de Candidatis Regni statuerent, quam etiam sententiam fovet venerabilis Senex, Ill. *Mascovius*, de expolienda & illustranda Historia Germanica meritissimus, in *Commentar.* de *reb. Imperii sub Lothario II. & Conrado III. L. I. §. 1. p. 3.* Sed mea ex sententia probe attendendum est ad verba *Anonymi de electione Lotharii: decem ex singulis Bavariæ, Sueviæ, Franconiæ, Saxoniæ provinciis Principes &c.* Si enim e *singulis* quatuor nominatarum Provinciarum *decem* electi fuerunt, necessario inde resultant *quadraginta*, quos *Ordericus* meminit. Ceterum hos XL. milites *idem Ordericus* paulo post *p. 883.* vocat: *spectabiles Sophistas*, i. e. *Viros sapientes*; v. *Caroli du Fresne Glossar. med. & inf. Latinit.* ex noviss. edit. *Monachorum Ord. S. Benedicti e Congregat. S. Mauri*, *T. VI. col. 507.* Consentit *Papias*, Grammaticus non ineruditus, patria Lombardus, in Lexico l. *Elementario*, quod quidem sæpius fuit exscriptum, cujus tamen editionem typis excusam nancisci non potui, sed usus sum Cod. MS. quem possidet conjunctissimus Collega, S. Ven. *Jo. Ben. Carpzovius*, *Abbas Regio-Lothariensis & S. Theol. D. ac Prof. in nostra Academia longe celeberrimus.* In illo enim vox *Sophista* pariter æquivoca esse dicitur cum vocula: *Sapiens.*

Ad

Ad Not. *b*. Re accuratius pensitata sententiam muto, & *Carolum Flandriæ Comitem*, æque cum tribus reliquis a XL. Militibus prætaxatum fuisse, firmiter mihi persuadeo, cum scil. illud testetur *Otto Frisingensis l. c.* qui rem gestam a Patre suo *S. Leopoldo*, *Austria Marchione*, qui electioni ipse interfuit, optime rescifcere potuit. Accedit autoritas *Galberti, Brugensis Notarii*, Scriptoris coævi & testis oculati, qui in *vita Caroli* nostri, quæ extat in *Actis SS. Antwerpiensibus, m. Mart. T. I. p. 179. sqq.* statim *Cap. I. n. 7. & 8.* ibidem *p. 180. E.* & *F.* diserte testatur, *Carolo* per Legatos, scil. *Cancellarium Archi-Ep. Coloniensis*, & *Godefridum Comitem* (Namurcensem forte,) Imperium Romanum fuisse oblatum. Integrum locum excribere nolo, quod illum jam exhibet *Hahnius, l. c. p. 173. sq. nota ii*). Nec obstat, uti *Hahnio* videtur, silentium *Gualteri*, *Archidiaconi Ecclesiæ Morinorum*, pariter Scriptoris æqualis, in *vita Caroli* nostri, *Actor. SS. Antwerp. l. & T. cc. p. 163. sqq.* Hic enim magis de martyrio *Caroli* ejusque caussis, quam de aliis ejus gestis agit. *Ejusdem* duo sigilla exhibet *Olivar. Uredius* in rariss. *de Sigillis Comitum Flandriæ* opere, *p. m. 10 sq.* Quod vero *Henricum*, *Lotharingiæ Ducem* attinet, quem *Ordericus l. c. Leopoldo Austriaco* & *Carolo Flandrensi* substituit, falsitas hujus asserti facile liquet, quod scil. illo tempore nec in *Lotharingia inferiori* s. *Brabantia*, nec in *Lotharingia superiori* hujus nominis Dux non vixit; *Brabantiæ* namque tum temporis imperabat *Godefridus I. Barbatus*, v. *Hadr. Barlandi Chron. Ducum Brabantiæ c. 27. sqq. p. m. 28.* & *Francisci Haræi Annales Ducum seu Principum Brabantiæ, P. I. p. 199. & 210.* *Lotharingiæ* autem præerat *Simon I.* frater uterinus *Lotharii* nostri; vid. *Augustin. Calmet* dans son *Histoire ecclesiastique & civile de Lorraine, T. II. L. XXI. col. 1. sqq. cf. Praf. ad T. III. Origg. Guelf. §. 3. p. 15.*

Ad Not. *c*. Haut itaque jam ipso *Bartholomæi* festo die, s. *d. 24. Aug. Lotharius* noster *Rex* electus fuit, ut perperam tradit *Lambertus Paruus* in *Chron. ad A. 1125.* in *Martenii* & *Durandi Collect. amplifs. T. V. col. 9.*

Ad verba: *Ratisbonæ Comitia agens.* Ex his Comitiis *Legatos Obedientiæ Lotharius* noster *Romam* ad *Pontificem* misit, teste *Dodechino l. c.* Tradit quidem B. *Kælerus*, in seiner *Teutschen Reichs-Historie, p. 157.* *Lotharium* primum inter Teutonicos Reges fuisse, qui istiusmodi Legatos Romam direxerint, & provocat inter alia quoque ad *Innocentii III. Registr. de negot. Imp. ep. 29.* ap. *Baluzium*, in *Epp. Innocentii III. T. I. pag. 697.* At enim vero, præterquam quod in hac epistola plane nihil occurrat de *Lotharii* nostri Legatione obedientiæ, sed potius in initio illius provocetur ad ea, quæ inter *Cælestinum* (puta *III. P. R.*) & *Henricum* (scil. *VI. Imp.*) intercesserunt; solide demonstratum dedit Ill. *Buderus*, Academiæ Jenensis Decus immortale & totius Orbis eruditi deliciæ, in *Lib. de Legationibus Obedientiæ Romam missis, cap. I. §. 9. Opuscul. Ejus* Jenæ 1745. 8. junctim editorum *pag. 339. sqq.* hunc morem jam sub *Henrico V. Imp.* inolevisse. Certe jam *Gregorius VII.* immanis ille Jurium Imperii destructor, conscensa Sede papali, ad varios Europæ Reges literas misit, quibus poposcit, ut Legatos ad se mitterent; vid. *Gregorii VII. Epp. L. IV. ep. 25. L. V. ep. 10. & L. VI. ep. 29.* in *Collect. Concilior. regia*, ex edit. Jo. *Harduini, T. VI. P. I. col. 1371. 1381. & 1416.* Præter rem itaque *Lotharius* primus autor istiusmodi Legationis venditatur.

Ad verba: *Argentinam abibat, ubi sub initium, an. 1126. degit.* Clariss. *Jos. Barrius*, in der *allgemeinen Geschichte von*

Deutsch-

Deutschland, Vol. III, p. 327. tradit quidem, *Lotharium* nostrum jam a. 1125. *Argentinæ* adventasse, eique Civitati varia privilegia concessisse, dato desuper Diplomate *X. Kal. Jan.* 1125. i. e. *d.* 23. *Dec. an.* 1126., cum scil. more ex ævo Carolingico derivato initium anni a festo Nativitatis dominicæ capiendum sit. Sed optarem, ut Rev. *Barrius* accuratiorem hujus Diplomatis notitiam nobis indicasset, me sane adhuc latet, num & a quonam illud editum sit. Quapropter sola fide *Barrii*, quæ tamen sæpiuscule in rebus nostris Germanicis admodum sublesta est, hæcce de Diplomate *Argentinensibus* concesso, annotasse placuit. *Lotharium* autem in nataliriis dominicis *Argentinæ* substitisse e testimonio *Annalistæ Saxonis* elucet, *l. c. T. I. col.* 658. *ad an.* 1126. scribentis: *Rex Liuderus natale Domini apud Argentinam celebravit.*

Ad verba: *Ceterum negari non potest, Lotharii electionem turbulentissime equidem fuisse peractam &c.* *Petrus Diaconus* quidem in *Chron. Cassin. L. IV. c.* 87. in *Muratorii Scriptor. rer. Ital. T. IV. p.* 549. de electione *Lotharii* nostri, ac si per compromissum facta fuisset, sequentia habet: *Visum demum omnibus est, ut electionem ipsam in arbitrio Archi-Episcopi Moguntini & Lotharii Ducis Saxoniæ ponerent, ut quem illi utilem Romano Imperio esse astruerent, hunc procul dubio eligerent univers. Archi-Episcopus autem ferali Zelo adversus cognationem Einrici Imperatoris desæviens, & de imperiali culmine Fredericum & Conradum nepotes ejus propellere cupiens, ob illorum odium, supra dictum Lotharium armis experientissimum, religione & prudentia multa pollentem, qui per plura annorum curricula Leuticos expugnans, sub Romano Imperio redegerat, utilem atque idoneum ad imperiale fastigium accipiendum judicavit, sicque hujus calliditate Romanum Imperium a Teutonicis ad Saxones translatum est.* Verum cum *Autor Narrationis de elect. Lotharii Imp.* istiusmodi compromissi plane non meminerit, sed solummodo afferat, electionem admodum tumultuarie peractam fuisse, fidem *Petro Diacono*, quamvis coævo Scriptori, extraneo tamen, hac in re tribuere non ausim. Ceterum digna quidem memoratu habet de electione *Lotharii* quidam *Welbertus*, quem *Conradi II. Imperatoris*, (*Conradum III. Rom. R., Lotharii* nostri Successorem, subintelligendum esse, facile liquet,) *Capellanum* prædicavit, & ex eo excerpta dedit *Christoph. Gewoldus* in *Commentario de S. R. I. Septemviratu cap.* 6. §. 70. *p.* 79. *sq.* editionis Ingolstad. an. 1621. 4. repetitæ in *Repræsentat. Reipubl. German.* (Norib. 1657. 4.) *p.* 690. *sq.* Et cum uterque Liber rarioribus Libris hodie merito accenseatur, non ingratum Lectoribus fore spero, si præcipua narrationis ipsius verba, ad scopum nostrum facientia, huc transscribam. Ea autem sic se habent: *Mortuo Henrico Rege valde multi Principes ex toto Regno congregati sunt in Moguntinensi urbe, ubi de electione novi Regis magnus erat Tractatus: Initio in magna curia collecti erant omnes, qui ibi fuerant seculares ac spirituales Principes, quorum plerique unde, & simpliciter nominabant, quem optabant per alios eligi, & tamen ipsi non eligebant, quia non habebant voces suffragiorum realium. Cum autem nominaverant Lutherarium, dixerunt, huic prompti sumus obedire, si vos eum inthronizabitis in regnum vestris annuentibus votis ac beneplacito, nulla discordia erat. Pauci autem spirituales & temporales primates examinantes personam Lutherarii - - eum votive elegerunt, cum eum magnopere commendasset Albertus Episcopus Moguntiæ, qui Magnates Suevorum capitali odio persequebatur. Alii Principes, qui nulla dabant suffragia, libenter eum amplexati sunt suo favore & habuerunt pro Rege. Et cum existimabamus, semper futuram concordiam in regno, tamen duo Sueviæ rectores, Fridericus & Conradus, cum exiguis suis complicibus Regi per*

paucas,

paucas, sed concordes voces electo, rebellarunt. Habebat Conradus jus bonum, nam prioris Cæsaris Henrici fuit nepos, & omnino putabat, regnum ad ipsum spectare, quod voluit armis invadere, sed postea prævaluit Lutherarius, qui eum undique fugabat & expellebat. At enim vero, ut ingenua fatear, nunquam mihi magna fuit visa autoritas *Welberti*, Scriptoris incogniti & cujus integrum opusculum adhuc delitescit. Ad hæc varia narrationis suæ modo excerptæ capita minime quadrant in Statum Imperii nostri, qualis erat tempore electionis Lotharianæ. Sola insuper ejus autoritas nititur fide *Gewoldi*, qui accuratiorem hujus Autoris ejusque Scriptorum notitiam merito suppeditare debuisset, si ejus testimonio tuto esset innitendum. Falsi quidem non insimulabo *Gewoldum*, ac si pro firmanda sua sententia, quam *citato cap. 6. Commentarii sui* omnibus modis probare annititur, suppofuisset nobis quendam *Welbertum*, qui forte nunquam extitit; hoc tamen facile mihi persuadeam, *Gewoldum* recentioris Autoris fœtum ad antiquiora tempora forte retulisse, & ævo *Lotharii* nostri *συγχρονος* fecisse, quo præconceptam de antiquissima Electorum origine opinionem sua ex sententia magis firmare posset; cf. quæ de *Welberto* tradit, sentitque summus *Leibnitius* in *Praf. ad Cod. J. G. diplomat.* ** *2. b.* & B. *Jo. Guil. Janus* de *orig. Electorum c. 2. §. 7. p. m. 46. sq. Edit. sec. Witteb. 1729. 8.*

§. IV.

Ad verba: *Ægre namque ferebat Fridericus &c. -- quod Henrici V. nepotes erant.* *Nepotes* erant *Henrici V. Imp.* ex sorore ejus *Agnete*, primis nuptiis *Friderico I. Stauffensi, Suevorum Duci & Impp.* Suevicorum Satori, nupta. *Nepos ex Sorore* autem apud Scriptores medii ævi & apud Genealogos in regula idem est ac *Sororis filius*; quam formulam tamen ignorant, qui ex sola *l. 10. ff. de grad. & affin.* omnia agnationum, cognationum & affinitatum nomina, tanquam ex unico fonte haurienda esse, misere putant. *Nepotis* tamen vocabulum apud Scriptores mediæ ætatis per exceptionem a regula diversimode quoque usurpatur, uti solide demonstravit Ill. *Sam. Lentzius*, Senex venerabilis, & de Studiis historicis præclare meritus, in der *Abhandlung von den mannichfachen Bedeutungen der Lateinischen Verwandtschaffts-Nahmen bey den Scribenten mittler Zeiten.* (Cœthen und Dessau 1756. 8.) *§. 42. seq. p. 48. sqq.* Denique quod *jus* attinet *Fratrum Stauffensium ad Imperium Romano-Germanicum*, ipsis ex cognatione cum Augusta Familia Franconica, ipsorum ex opinione, debitum; observantia quidem erat in Imperio nostro, in electione Regum non facile discedere a familia regnatrice, eaque extincta Reges assumere ex alia familia, per feminas a Domo Cæsarea emortua descendentes, uti hoc post obitum *Henrici S.* factum fuisse, inter omnes constat. Sed nolo inde cum *B. Schmauſſio*, Præceptore meo pie venerando, in seinem *historischen Jure Publico*, passim, inprimis *pag. m. 29. & 46.* adstruere, Germaniam istis temporibus fuisse Regnum hereditarium, non vero electivum. Nam inde a trecentis annis nec ab Augusta Gente Austriaca in electionibus discesserunt S. R. I. Electores. Quis autem inde inferret, Imperium Romano-Germanicum jure hereditario transiisse ad Sereniss. Gentem Austriacam.

Ad verba: *Factum hinc est -- judicio damnaretur.* Factum hoc fuit *Argentinæ*, teste *Annalista Saxone ad an. 1126. l. c. T. I. col. 658.* Eodem anno 1126. *Lotharius* Argentoratum iterum adiit, ibique caussam *Gebhardi, Ep. Herbipolensis*, per Episcopos, qui in curia aderant, lata sen-

ſententia finivit. Vid. *Udalrici Babenberg. Cod. Epiſtolar. n. 335. & 327. l. c. T. II. col. 345. ſqq. & 339.*

Ad verba: *ad hunc annum -- referenda mihi merito videntur &c.* usque ad verba: *ſequenti demum anno contigit.* Errorem hac in re a me fuiſſe admiſſum, ingenue fateor. Seduxit me olim tum autoritas *Chronici Lauriſhamenſis*, in *Freberi Scriptor. rerum German. T. I. p. 143. edit. Struv.* quippe quod mortem *Godefridi*, *Comitis Palatini*, & obtenta a genero ejus *Welfone* noſtra feuda prius memorat, quam dedicationem *Eccleſiæ principalis* Lauriſhamenſis an. 1130. peractam, tum *Genealogia quædam Comitum de Kalw* in *Cruſii Annal. Suevic. P. II. L. VIII. c. 6. p. m. 263.* ubi *Itha*, filia dicti *Godefridi*, circa an. 1126. *Guelfoni* noſtro nupſiſſe dicitur. Patet autem ex teſtimonio *Monachi Weingartenſis* in *Hiſt. de Guelfis l. c.* accuratius inſpecto, *Guelfum*, mediante fratre ſuo *Henrico Duce*, filiam *Gotefridi*, *ſub annis adoleſcentiæ ſuæ*, uxorem accepiſſe. Succeſſerat quidem jam an. 1126. patri *Henrico Nigro* in Ducatu Bavarico *Henricus*, vulgo *Superbus* dictus, *Guelfonis* noſtri frater natu major, adeoque priora *Chronici Laureshamenſis* verba, de nuptiis mediante *Henrico Duce* procuratis optime quadrare poſſent; niſi forte ſcrupulum moveret, quod *Henricus Niger* demum *d. 28. Nov. an. 1126.* diem ſuum objerit, v. *Origg. Guelf. T. II. L. VI. c. 3. p. 323. nota un. coll. c. 4. §. 4. p. 330. nota un.* adeoque reliquum hujus anni ſpatium non ſuffecerit ad nuptias tam ambiendas, quam contrahendas inter *Guelfum* & *Itham*. Sed magis adhuc obſtat minor tum temporis ætas *Guelfonis*, quo minus eum jam an. 1126. matrimonio ineundo & bellis gerendis aptum prædicare poſſimus. Teſte enim *Chron. Weingartenſi ad ann. 1191.* in *Leibnitii Scriptor. T. I. p. 799.* hoc demum anno *Guelfo nobilis Altorfenſis -- carne ſolutus migravit a Seculo. Additiones* autem *Steingadenſes* ad *Anonymum de Guelfis*, ap. *Leibnitium Scriptor. T. III. pag. 658.* fidem faciunt, *Welfum*, tempore obitus ſui, *annis LXXXVI. natum* fuiſſe, ex quo neceſſario fluit, matrem ipſius *Eundem* demum A. C. 1115. fuiſſe enixam, cf. *Origg. Guelf. T. II. L. VI. c. 4. §. 33. p. 359. ſq.* Undecennis itaque erat an. 1126. nec pubertatis annos jam tum attigerat. Accedit quod *Jo. Aventinus*, qui ſua ex bonæ notæ Chronicis, partim poſtea deperditis, ſaltim adhuc deliteſcentibus, hauſit, in *Annal. Boicis L. VI. p. m. 381.* edit. Francof. 1627. fol. diſerte teſtetur, *Henricum Ducem*, durante bello Bavarico cum *Comite Wolfratbuſio* geſto, de quo infra §. XI. agetur, in Sueviam ſe contuliſſe, fratrique *Welphoni* in matrimonium dediſſe *Utham Kalwenſem*, id quod ipſum vero occaſionem dederit, ut memoratum in hac §. bellum fuerit exortum. Ceterum *Gotefridus*, uti ſolide comprobavit *Tolnerus* in *Hiſt. Palatina*, paſſim, cum primis *cap. 12. p. 284.* neutiquam erat *Comes Palatinus Rheni*, ſed, teſte *Anonymo de Guelfis l. c. Palatinus de Calvo*, vir opulentiſſimus, ſub illa appellatione etiam occurrit in *Dipl. Henrici V. Imp.* de an. 1123. in *Chriſtoph Beſoldi Docum. redivivis Monaſterior. Wurtenbergenſ. p. m. 248. ſqq.* itemque in *Cruſii Annal. Suev. P. II. L. IX. cap. 9. p. 331. ſq.* & in *Origg. Guelf. T. II.* in *Probat. ad L. VI. n. 161. p. 648. ſq.* Alii eum nominare malunt *Comitem Palatinum de Tubingen*, quorum familia cum *Comitibus Calvenſibus* ex una eademque ſtirpe profata erat. Miror itaque, Conſultiſſ. *Jo. Frid. Helfferichium* in doctiſſimo ſuo *Schediasmate de Comitum Sueviæ Palatinorum Tubingenſium familia*, Tubingæ 1751. 4. edito & recuſo in egregio ill. *Wegelini Theſ. rer. Suev. Vol. III. n. 17. pag. 269. ſqq.* noſtri *Gotfridi* aut plane nullam, ſaltim levem admodum & mihi adhuc dubiam *§. 14. p. 19.* injicere mentionem. Obiit tandem *Godefridus* noſter non

demum

demum *anno 1186. 8. id. Febr.* uti somniat *Hieron. Henningesius* in *op. Genealog. T. III. P. I. p. 363.* sed potius *jam anno 1148.* Sic enim *Trithemius*, in Chron. *Hirsaug. ad an. 1148. p. m. 418.* edit. recentiss. Sangallianæ *Tomo I.* scribit: *Hoc anno mortuus est Gotfridus ex Comite Palatino ex Tubingen Monachus Cœnobii Hirsaugiensis & in Ecclesia ejusdem Monasterii sepultus* &c. Quum autem *Gotefridus*, socer *Welfonis*, anno 1148. mortalitatis viam ingressus sit, facile eunde conjicere quispiam posset, bellum inter *Guelfonem & Albertum fratruelem Godefridi*, super hujus hereditate tum demum exarsisse; verum cum *Historia de Guelfis l. c. p. 804.* diserte testetur *Alberto*, *Comiti de Calvo*, in hoc bello suppetias tulisse *Fridericum & Conradum Suevia Duces*, porro *Conradum*, *Ducem Zæringiæ* arcem *Stavenburg*, quæ *Welphonis* erat, obsedisse quidem, sed auxiliante *Lothario Imp.* infecto negotio abiisse, omnium optime nobis arridet sententia *B. Gruberi*, qui in *animadversionibus* suis ad *textum Eccardinum Origg Guelf. L. VI. c. 4. §. 34. p. 360. nota eeee.* statuit, desponsationem *Guelfonis* cum *Itha*, & tumultus exinde exortos post an. 1131. adde tamen & ante an. 1135. quo *Fridericus* & *Conradus* fratres cum *Lothario Imp.* in gratiam redierunt, rejicienda videri.

§. V.

Ad Not. *x.* Doctissimus autor notarum ad *Lud. Ant. Muratorii Historiam Italiæ, germanice versam*, quem ill. *Baudisium* in *Collegio Carolino Brunswicensi Prof. I. P. & Historiar.* meritissimum esse, inter omnes fere constat, dictæ *Hist. Ital. P. VII. pag. 12. nota t*), anceps quidem hærere videtur, num in discordi Scriptorum coævorum testimonio, quale hic occurrit, certi aliquid definire liceat. At enim vero non sine ratione sufficienti *Annalista Saxonis*, *Annalium Bosoviensium* & *Dodechini* assertioni calculum nostrum adjecimus, cum duorum priorum, ceu in Saxonia viventium & *Merseburgo* vicinorum autoritas major nobis visa sit, quam *Anshelmi Gemblacensis & Alberici*, in Belgio quin imo Gallia commorantium.

Ad verba: *Filiam suam unicam Gertrudem Bavariæ Duci Henrico nuptum collocabat.* Ingeniosa & subacti judicii plena est conjectura, quam de occasione causisque harum nuptiarum affert *celeberrimus originum Guelficarum Conditor*, *Eccardus T. II. L. VI. c. 4. §. 5. p. 330. sq.* scilicet promissam fuisse à *Lothario* filiam *Gertrudem*, desponsandam *Henrico*, quod hujus Pater *Henricus Niger* in illius electione, relictis *Friderici*, *Sueviæ Ducis*, affinis sui partibus, a quibus ab initio cum Bavaris suis stetit, suffragium suum futuro Consocero dederit. Ceterum *Henricus* noster vulgo *superbus* audit, *Leo* quoque cognominatus ab *Helmodo L. I. c. 35. p. m. 89.* edit. Bangertianæ. Quod *superbi* cognomen attinet, *Papias* quidem, paulo superius laudatus, illud interpretatur de *perversæ celsitudinis appetitore*, *qui præcellere alios velit*, *græce dictus ὑπερήφανος*, sed Italis hodiernum idem denotat ac *Magnificus*, & in medio ævo hæc vox, teste *Glossario Du-Cangiano T. VI. col. 867.* æquivoca fuit voci: *Virilis.* Superbiæ notam *Henrico* nostro primus inussit *Otto Frisingensis*, tum *Chron. L. VII. c. 24.* tum *de gestis Friderici I. L. I. c. 22.* apud *Urstisium T. I. p. 153. & 418.* & quantum equidem scio *Gotfridus Viterbiensis*, *in Chron. P. XVII.* ap. *Pistorium in Scriptor. T. II. p. 349. a.* edit. Struvianæ, primus ei *superbi* nomen indidit. Sed legi meretur elegantissimum *Perill. Dn. de Erath*, Serenis. Principi Arausionensi hodie à Consiliis Regiminis sanctioribus *Schediasma de ficta Henrici superbi superbia*, Guelpher-

byti (1731.) 4. typis exscriptum. Cf. *Origg. Guelf. T. II. L. VI. c. 4. §. 3. pag. 329. sq.*

Ad verba: *Sed forsan hæc -- apparens contradictio &c.* usque ad verba: *-- fuisse peractas.* Hanc conjecturam, licet nomine meo suppresso, suam fecit Ill. *Autor notarum* ad *Muratorii Geschichte von Italien, P. VII. p. 13. nota u.*

Ad verba: *Concio Legionum.* *Monachus Weingartensis* in *Historia de Guelfis, cap. II.* in *Leibnitii Scriptor. T. I. p. 786.* hunc locum vocat: *Contio Legum.* Eandem denominationem retinet *Vitus Arnpeckhius in Chron. Baioarior. L. IV. c. 47.* in *Bernh. Pezii Thes. anecdotor. noviss. T. III. P. III. col. 194.* Accuratius locum denominat, ejusque situm determinat *Aventinus Annal. Boicor. L. VI. p. m. 380.* verbis: *in campo Lyci supra Augustam inter Fridbergam & Moring, qui locus Concio legionum vocari solet, nuptias octavo Quinquagenalium die facit.* Monet quidem Ill. *Eccardus*, in *Origg. Guelf. T. II. L. VI. c. 4. §. 6. p. 333.* planitiem illam inter *Moringam* & *Fridbergam* non *ultra* seu *supra*, uti *Historia* de *Guelfis* situm loci indicat, sed e latere *Augusta* esse, *Lyco* præterea ab *Augusta* divisam. Sed præcipitanter hæc scripsit *Eccardus*. Non enim negat *Anonymus* de *Guelfis*, locum nuptiarum *trans Licum* fuisse, solummodo ait, ultra Augustam illum exstitisse. Jam autem *Fridberga*, saltim *Moringen*, uti eorum hodiernus situs indicat, *ultra Augustam* jaceret, *si etiam vel maxime* præpositionem *ultra*, hoc in loco, ex opinione *Eccardi*, pro *supra* sumere velimus. Apud puræ latinitatis scriptores autem *ultra* significat non *supra*, sed potius *præter*, *trans*, teste Ill. *Gesnero* in *novo latinæ linguæ Thesauro, T. IV. col. 1069. hac voce.* Et idem significatus pariter, obtinet apud Scriptores mediæ ætatis. Testis mihi sufficiens erit *Papias Grammaticus* in *MS.* sæpius citato ad *hanc vocem* sequentia observans: *ultra, adhuc amplius ex altera parte.* Quum itaque vetus castrum *Gunzinlech*, (quod idem ac *Concio Legum* f. *Legionum*, teste *ottone de S. Blasio, cap. 44.* ap. *Urstisium* in *Scriptor. rer. Germ. T. I. p. 222.*) *trans Licum*, inter *Fridbergam & Moringen* situm fuerit, optime in hunc locum eique adjacentem planitiem quadrant, quæ veteres Scriptores de nuptiis *Henrici* & *Gertrudis* ibi celebratis memoriæ mandarunt. Adhæc magis verosimile est, *Henricum* apparatum nuptiarum suarum instituisse non in solo alieno, sed in avito Ducatu, cujus terminos, si *Sueviam trans Danubianam* spectes, Licus constituebat. Ceterum situm *Gunzilechii* castri inter *Landsbergam* & *Moringen* collocat *Achilles Pirminius Gasserus*, vid. hoc §. *notam a. & c.* illudque hodie plane desolatum jacere, cum ipso adstruit *Perill.* Dn. *Paulus à Stetten*, Reipublicæ Augustanæ maximum ornamentum & cujus præclarum exemplum in describenda historia patria plures utinam! sequerentur, qui in Suevia mea ad clavum Reipublicæ patriæ sedent, in exquisitissimo opere, quod inscripsit: *Geschichte der H. R. R. Freyen Stadt Augspurg, T. I. cap. 5. §. 10. p. m. 56.* Quod reliquum est, obiter moneo, *Jo. Leznerum* in *Collectaneis Brunsvicensibus*, excerptis a *Joach. Frid. Fellero* in *Monum. ined. Trim. VI. n. 30. p. 355. sqq.* rem gestam ita narrare, ac si nuptiæ an. 1126. in Festo Pentecostis *Merseburgi* celebratæ fuissent, solemnis vero sponsæ domum deductio Dominica Trinitatis an. 1127. *Concionis Legionum*, quam *Concile* vocat, accidisset.

Ad verba: *noviter ductam Ravensburgum comitabatur, eam ibi relinquens.* Testis est *Annalista Saxo Eccardinus T. I. col.*

col. 632. ad an. 1115. *Richezam* uxorem *Lotharii*, per quindecim annos sterilem, tandem in *festivitate Paschali h. a.* enixam fuisse filiam, quæ *Gertrudis* nostra est. Cum itaque *Henrico* traderetur, pubertatis annos vix attigerat forte nondum viri potens. Hinc eam *Ravensburgum*, ceu in locum tutiorem & posteriorum Guelforum sedem, deduxit, ibique collocavit, quo maturesceret & plenis annis fieret nubilis, soceri bellis eum alio & ad arma vocantibus. V. *Origg. Guelf. T. II. L. VI. c.* 4. §. 6. *p.* 332. *nota xx.*

Ad verba; *à quo Saxoniæ Ducatum anno postea* 1136. *ipsi traditum:* Sic enim *Helmoldus*, Scriptor coævus & domesticus in *Hist. Slavor. L. I. c.* 54. (55) *p.* 130. edit. Bangert. scribit: *His ita peractis Imperator* (*scil. Lotharius*) *ordinatis rebus tam Slavorum, quam Saxonum, dedit Ducatum Saxoniæ Henrico genero suo Duci Bavariæ, quem etiam secum assumens paravit secundam profectionem in Italiam.* Hæc optime quadrant & omnino referenda sunt in an. 1136. Meæ sententiæ quoque adstipulatur Ill. *Eccardus in Origg. Guelf. T. II. L. VI. c.* 4. §. 20. *p.* 345. *sq.* Sed vide, quæ in contrarium monet *B. Gruberus, l. c. pag.* 346. *in subjecta nota nnn.* asserens fide *Anonymi de Guelfis, l. c. cap.* 11. *pag.* 786. *Henricum Saxoniæ Ducatum paulo post nuptias suas cum Gertrude initas obtinuisse.* Provocat insuper ill. *Gruberus* l. modo c. itemque *T. II. L. VI. c.* 4. §. 8. *nota ccc. p.* 337. *ad Diploma Lotharii Imp. datum id. Jun.* 1129. *super venditione curtis Abbenrod in pago Hartingo*, quod primus edidit *Joach. Joh. Maderus* in *antiquitat. Brunsvicens. p.* 227. *sqq.* ex illisque repetierunt *Christi. Gottlieb. Schwarzius* in *Mantissa Diplomatum ad Petri Albini Genealog. Comitum Leisnicensium, num. IX.* in *Jo. Burch. Menckenii Scriptor. rer. Germ. T. III. col.* 1014. *sq. Origg. Guelf. T. II, in Probat. ad L. VI n.* 49. *p.* 494. *sqq.* & *Falckius* in *Tradit. Corbeiens. p.* 336. *sq.* In illo enim disertis verbis dicitur, *quod curtis Abbenrod in pago Hartingo in Ducatu Ducis Henrici sita sit.* Jam autem *Gruberus* adstruit, *pagum Hartingo certe non Bavaricum, sed Saxonicum* fuisse. In hocce quidem asserto Ill. *Gruberus* me facile consentientem habet, licet etiam in *Bavaria*, teste *Chron. Gottwicensi L. IV. n.* 31. *p.* 548. occurrat pagus *Ardingow*, seu *Hertinga*, trans *Isaram*, inter fluvios *Semitam* & *Dorfen* situs. Verum, quo minus sententiæ ejus plane accedam, saltim eam in dubio relinquam, obstant varia Diplomata *Lotharii Imp. annis* 1133. 1135. & 1136. data, in *Origg. Guelf. T. II. in Probat. ad L. VI. n.* 66. 70. 78. 79. *pag.* 516. 522. *sqq.* 535. & 539. *in quibus Henricus* noster solummodo cum elogio *Ducis Bavariæ*, & nonnunquam etiam *Marchionis Tusciæ*, occurrit, nulla *Ducis Saxoniæ* denominatione facta. Cf. Ill. *Mascovii* peculiaris Annotatio: *Quo tempore Lotharius Ducatum Saxoniæ concesserit Henrico Duci, genero suo?* subjuncta ejus laudatis *Commentariis de rebus Imperii sub Lothario II. & Conrado III. n. I. p.* 325 – 327. Insuper labitur *Gruberus*, dum *l. c. p.* 346. *nota nnn.* lectoribus persuadere videtur, ac si *Lotharius* & *Henricus* integrum annum 1136. in Italia transegissent, adeoque traditioni *Ducatus Saxonici* in Germania vacare nequivissent. *Lotharius* namque demum mense Septembri a. e. 1136. Italiam cum genero suo rursus intravit, adeoque in superiori anni parte ea, quæ *Helmoldus* de tradito Ducatu Saxoniæ & ordinatis in eo rebus narrat, facile peragere potuit. Quod denique ipsam *curtem Abbenrode* attinet, *Chron. Gottwicense* quidem *L. IV. n.* 197. *p.* 20. illam prope *Ilsenburgum* in hodierno *Principatu Halberstadiensi* quærit, sed potius existimo, eam investigandam esse in hodierno vico *Abbenrode*, sito in via regia, quæ *Helmstadio* ducit *Brunsvicum.*

Ad verba: *Gredingam, in Episcopatu Eichstettensi sitam.* Hunc locum ejusque situm se ignorare, ingenue fatentur tum *Leibnitius, Scriptor. Brunsvicens. T. I. pag. 786. nota n.* tum *Eccardus* in *Origg. Guelf. T. II. L. VI. c. 4. §. 20. pag. 346.* Sed B. *Gruberus* in subjecta *textui Eccardino l.* modo *c. nota ppp.* pag. 346. sq. egregie tam situm loci detexit, quam brevem ejus historiam subtexuit, docuitque sub *Gredinga* intelligendum esse *Castrum Gredingen* in *diœcesi Eichstadiensi*, in *pago Nordgaviæ* ad fluvium *Schwarzach*, tribus milliaribus ab *Ingolstadio* & *Danubio* dissitum. Occurrit in *Mappa Geographica*, quæ titulum habet: *Delineatio Nordgoviæ veteris, prout ejus facies Sec. XI. & XII. fuit, geographice designata per Joh. Henr. de Falckenstein, ac in lucem emissa sumptibus Homannianorum Heredum Noribergæ 1733.* quæ etiam adjecta est ejusdem *Perill. Du. de Falckenstein Antiquitat. Nordgaviens. P. II.* quas confetre poteris *pag. 420.* ut & ejusdem tum *Cod. Diplomat. Antiquitat. Nordgaviens. n. 170. pag. 148. sq.* tum *Analecta Nordgaviensia II. Nachlese n. III. §. 15. p. m. 136. sq. Chronicon* autem *Gottwicense* in recensione præcipuorum locorum *Pagi Nordgav. L. IV. n. 328. pag. 716. sqq.* nostram *Gredingam* omisit.

Ad notam *f.* itemque ad verba textus: *Norimbergam — tunc temporis Fridericus & Conradus possidebant.* *Eccardus* dum in *Origg. Guelf. T. II. L. VI. c. 4. §. 8. p. 336.* ad hunc locum *Monachi Weingartensis* digitum intendit, cum *Leibnitio* statuit, illum esse corruptum, id quod ipsum verba saltim: *rebelliorem id est*, satis abunde testatum faciunt. Sed in *Eccardum* valde, minus tamen considerate, invehitur B. *Gruberus*, & dum ipsi subinde præconceptas opiniones objicit, se ipsum à vitio illorum sæpius non satis immunem præstat. Ait *Gruberus l. c. in Canisiana atque prima Leibnitiana editione Monachi Weingartensis, locum hunc male lectum esse, & inepta interpretatione pollutum fanasse eum Leibnitium aliquantisper per novam lectionem Scriptor. Brunsvicens. T. III. p. 658.* Certe *lectio Canisiana* ex edit. *Jac. Basnagii*, in *Thes. Monum. ecclesiasticor. & historic. T. III. P. II. p. 584.* ne latum unguem discrepat à *lectione Leibnitiana* in *Scriptor. Brunsv. T. I. pag. 786.* & in *Canisiana editione* plane nullam invenio hujus loci interpretationem. Tota vero emendatio *T. III. Scr. Brunsv. pag. 658.* allata in hoc consistit, ut annotatum sit, quod in *MS. Steingadensi* legatur, *Nourenberg*, *Gredingen*, adjecta observatione, hunc posteriorem locum esse præfecturam in Episcopatu Eichstadiensi. Solummodo itaque priorem suam sententiam de *Nurenberg* & *Gredingen* in *Nuenberg* & *Gotingen* transformandis mutavit *Leibnitius*, loco ipsi satis vexato & obscuro nullam lucem attulit. Corruptam autem lectionem. *rebelliorem id est*, *Gruberus* emendat, substituendo verba: *rebellionem contra.* Sed cui medii ævi MSS. manibus tractare contigit, illaque scit legere, nunquam sibi persuadebit vel voculam *in*, quæ certe substituenda est, vel ejus scripturæ compendium, a librario transmutari potuisse in præpositionem: *contra.* Magis probabile est, deletam literulæ *n* primam virgulam oscitantem librarium induxisse, ut pro: *in* descripserit i. e. ex quo *Editores Monachi Weingartensis* postea effinxerunt: *id est.* Sed hæc obiter moneo pro tuenda lectione a me adstructa. *Vitus Arnpeckkius*, *l. c. L. IV. c. 47. ap. B. Pezium*, *l. c. T. III. P. III. col. 194.* rem gestam his inter alia verbis exprimit: (*Henricus Dux*) - - *pollicetur eidem Imperatori auxilium contra Fridericum Ducem Suevorum & Conradum, fratrem ejus Ducem Franconiæ.* Cum porro *Gruberus* significatum vocis: *rebellare* ex *Ottonis Frising. Chron. L. VII. c. 25.* explicat, illamque ex hoc loco synonymam cum dictione: *bellum inferre*, venditat; hæc

sen-

sententia mihi pariter haud arridet, cum dubium adhuc sit, an *Albertus, Marchio Saxoniæ Septentrionalis*, illo tempore cum *Henrico Magnanimo* bellum gesserit, an potius contra hunc, Dominum suum, rebellaverit. Nec denique universalis est regula *Gruberi, l. c. T. II. pag. 337. in nota ccc.* Germaniæ Ducem, qui Rex creatus fuit, *illico* Ducatum suum alii Nobili viro contulisse. Contrarium v. c. evincunt exempla *Henrici I.* & *Ottonis I. Imp.* quorum *ille* Ducatum avitum per omne regni sui tempus retinuit, *hic* vero partem illius demum an. 939. vel ex veriori sententia an. 960. *Hermanno Billungo* tradidit, reliquam partem sibi reservans. Restat quæstio quid sentiendum sit de *Noriberga Henrico Duci* a *Lothario*, tunc temporis in feudum concessa. Hic iterum, sed præter rem, crucem sibi figit *Eccardus Origg. Guelf. T. II. L. VI. c. 4. §. 20. p. 346.* & *infeudationem* cum *traditione Norібergæ* confundit, non attendens notissimam illam in Jure feudali distinctionem inter *investituram abusivam* & *realem*, forteque *Eccardus* non scivit, investituras dari solere etiam de rebus non possessis, sed possidendis & occupandis, uti probe hoc observavit *Gruberus l. c.* in *nota* subjecta *ooo.* Extra limites vagaremur, si acrem illam controversiam de origine immedietatis S. R. I. lib. Civitatis Norimbergensis nostram facere, & concertantium argumenta recensere, de illisque judicium ferre vellemus. Aliquantulum tamen hanc litem attingere necessum est, quod de *Noriberga, Henrico Duci* in feudum concessa, nobis sermo fuit. Qui autem de hoc certamine edoceri volunt, e recentioribus evolvere possunt, *Ludewigium in seiner Erlæuterung der guldenen Bulle P. II. p. m. 952. sq.* Ill. *Falckensteinium* in *Antiquitat. Nordgav. P. II. p. 424. sq. item P. III. cap. I.* & in *Analectis Nordgav. passim*, inprimis in der *I. und XI. Nachlese*, S. Rev. *Jacob. Frider. Georgium* in den *Uffenheimischen Neben-Stunden, P. VI. p. 575. sqq. Jo. ab Indagine*, vel potius æquius laudatum *Falckensteinium*, in der *Beschreibung der Stadt Nürnberg, L. I. c. 3.* cum primis *p. 158. sqq.* qui omnes jactatæ Norimbergensium assertioni de civitate patria ab antiquissimis temporibus Imperio immediate subjecta ponderosis ex parte argumentis contradicunt, quæ vero refellere annisi sunt Generosiss. Dn. *Christoph. Jac. de Waldstromer* in *Or. de curiis regiis Comitiisque ante Sanctionis Carolinæ tempora Norimbergæ celebratis*, Altdorfii 1721. 4 *pag. 12. sqq.* & *Christi. Gottl. Schwarzius* in Epistola huic Orationi subjuncta, porro *Autores* tam *Historiæ Diplomaticæ*, (Nürnberg 1738. fol.) in *Prodromo & Periodo I.* quam *der Kurz-und best-gegründeten Gedancken über das Alterthum und den Anfang der Unmittelbarkeit der R. Freyen Stadt Nürnberg* 1743. fol. itemque *Jo. Paul. Rœderus de ortu & progressu Civitatis Norimbergensis, liberæ semper nec unquam municipalis;* Norimb. 1746. 4. Sed melius egisset *Rev. Rœderus*, oves sibi commissas pascere, quam de tam ardua quæstione dissertare, cujus enodata pertractatio subactiorem historiæ & Jurium publicorum Imperii nostri notitiam requirit, ac qualem Theologicis studiis dediti acquirere possunt. Ingenue fateor, prætensam *Norimbergæ imperialis* vetustatem, *Lotharii* adeo nostri tempora superantem valde dubiam mihi videri, si Scriptorum, non qualiumcunque, sine judicio corrasorum, sed gravium & coævorum dicta accuratius considerem, & conditionem seu statum Germaniæ nostræ illorum temporum mihi ob oculos ponam; *Otto* sane *Frisingensis*, inter ipsos S. R. I. Proceres constitutus, optime scire debuit, qui istis temporibus *Domini Noribergæ immediati* fuerint, num *Cæsar*, an *Duces Sueviæ?* Nihil decedit gloriæ *perillustri* hodie *Reipublicæ Noribergensi*, num immedietatis suæ natales e Saxonicorum Franconicorum aut Suevicorum Imperatorum temporibus deriventur, cum hodie libera sit, & ab omnibus indubie pro libera censeatur, cujus libertatis perennitatem huic Germaniæ ocello pie voveo.

Post

Post verba: *ejecto Civitatis Episcopo Sigefrido.* *Eccardus* quidem in *Origg. Guelf. T. II. L. VI. c. 4. §. 10. p. 338.* circa gesta hujus anni monet, *Lotharii* inimicos ab *Herbipoli* secessisse *Spiram*, nec vel hic *Lotharium* eos superare potuisse, *Friderico totam Alsatiam* tenente, licet *Argentoratenses*, qui beneficio *Richenzæ Reginæ Brunonem Episcopum* nacti fuerant, a *Lothario* non penitus alienati fuissent, *Brunonem* certe, *Episcopum Argentoratensem*, *Lothario* Cæsari omni fide adhæsisse, eumque tum de rebus *Alsatiæ* certiorem reddidisse, tum quid agendum sit, monuisse. At enim vero *Eccardus* hic iterum ex incuria seriem temporum turbat, & ea, quæ demum biennio post acciderunt, falso refert de an. 1127. *Dodechinus* namque, Scriptor sat gravis & in vicinia harum regionum vivens, demum *ad an. 1129.* in *Pistorii Scriptor. T. I. p. 672. b.* edit. Struvianæ, disertis verbis scribit: *Bruno Argentinensis Episcopus interventu Reginæ & Episcoporum quadriennio expulsus, gratiam Regis consequitur.* Male itaque *Brunonis Epistolæ ad Lotharium*, quæ in *Udalrici Bamberg. Cod. Epistolari n. 356. l. c. T. II. col. 362.* extat, indeque *Origg. Guelf. T. II. in Probat. ad L. VI. n. 51. p. 497. sq.* inserta fuit, in hisce annus 1127. præfigitur, quo quippe *Lotharius* nondum in gratiam receperat *Brunonem.*

Ad notam *o.* *Autor* quidem *Chronici Elvacensis* in *Bernh. Pezii Thes. Anecdotor. noviss. T. IV. P. III. col. 764.* demum *ad an. 1128.* scribit: *Cunradus contra Liutherum Regem insurgit;* verum ejus, ceu recentioris & ab his temporibus longius dissiti Scriptoris, autoritas non tanta est, ut fidem mereri possit. Ceterum *Conradum* tempore electionis *Lotharii* non fuisse in *Germania*, sed in expeditione cruciata hierosolymitana, quam ille, eclipsi lunæ perterritus an. 1124. voverat, teste *Conrado Urspergensi* in *Chron. ad an. 1124. p. 205.* edit. Argentorat. de an. 1609. fol. illumque demum circa hunc annum 1127. in patriam reversum fuisse, probabilissimum esse exinde puto, quod apud Scriptores *Conradi* nostri demum in an. 1127. iterum mentio fit. Silet hoc primum *Conradi* iter hierosolymitanum Perill. Dn. *de Treskow* in *Dissertatione* mox alleganda.

Ad not. *q.* Addatur *Adalberti*, *Archi-Ep. Moguntini*, *Epistola ad Ottonem*, *Ep. Bambergensem*, qua illi nunciat excommunicationem *Ducis Conradi*, Regni invasoris in *Udalrici Babenberg. Cod. Epist. n. 337. l. c. col. 350. & in Origg. Guelf. T. II. in Probat. ad L. VI. n. 52. pag. 498.* Exhibet eam pariter *Jac. Gretserus* in *Divis Bambergensibus*, in *J. P.* de *Ludewig Scriptor. Bambergens. col. 822.* sed *Gretserus* verba: *invasorem Regni*, male interpretatur de *Henrico* V. *Imp.*

Ad verba: *in hujus denique anni finem -- referenda mihi videtur frustranea Henrici Magnanimi in Sueviam expeditio &c.* Hanc expeditionem *Origg. Guelf. T. II. L. VI. c. 4. §. 13. p. 340.* anno demum 1130. adscribunt. Sed nolo mutare sententiam. Melius enim quadrat in an. 1127. quam in an. 1130. quum in hoc *Conradus* non in *Suevia*, sed in *Italia* degeret. Adhæc *Otto Frisingensis*, (*nota qq.*) diserte scribit: *Henricus Noricorum Dux ob gratiam Principis (sc. Lotharii,) cujus filiam Gertrudim noviter in uxorem duxerat, Friderico Duci -- bellum indicit. Coadunatoque ex Baioaria non parvo milite Alemanniam ingressus, non longe à Danubio super fluvium Werenza dictum, tabernacula locavit. Quo comperto*

sæpe

sæpe dicti Duces (sc. *Fridericus* & *Conradus*,) *& ipsi militem colligunt, nec longe ab eo castra metantur.*

§. VI.

Ad lemma: *Conradi asseclarum in Germania investigatio.* Scripsit Perill. Dn. *Arnoldus Henricus de Treskow* elegantem *Diss. de rebus a Conrado Franciæ Orientalis Rege tertio gestis, Halæ. 1709.* publice ventilatam, recusam in Ill. *Wegelini Thes. rer. Suev. T. II. n. XVII. p. 241. sqq.* in ejusque *§. 4. p. 10. sq.* editionis primæ, *Conradi* cum *Lothario dissidia* strictim percenset, sed indagationi ejus asseclarum plane nullam adhibuit operam.

Ad verba: *posteriorem autem an. 1139. &c.* Sub hoc anno & cum correcta anni 1139. designatione hoc *Diploma Conradinum* exhibet Reverendiss. & illustriss. Dn. *Jo. Nic. ab Hontheim, l. c. T. I. p. 541-543.* qui simul in subjecta *nota a. p. 543.* observat, de existentia hujus Concessionis Conradinæ, licet *Charta* a *Zyllesio* in *Defens. Abbatiæ S. Maximini, P. II. Sect. V.* multis argumentis impugnata fuerit, nequidquam esse dubitandum, quod *Baldericus*, Scriptor coævus, in *vita Alberonis*, verbis ibi excerptis, de illa diserram mentionem fecerit. Firmat quoque epocham hujus Diplomatis a nobis & *Hontbemio* restitutam testimonium *Dodechini*, itidem Scriptoris æqualis & vicini, qui in *Append. ad Marianum Scotum*, ap. *Pistorium, l. c. T. I. p. 675. a. ad an. 1140.* sequentia tradit: *Rex* (scil. *Conradus*) *dedit Abbatiam S. Maximini S. Petro*, i. e. Ecclesiæ metropolitanæ Trevirensi; cf. *Christoph. Browerus in Annal. Trevirens. T. II. L. XIV. n. 20. p. 36. b.* Ceterum *Albero, t. t. Archi-Episcopus Trevirensis, Conradi Suevi* post mortem *Lotharii* ad regnum extollendi præcipuus autor fuit. Quid igitur mirum, *Conradum*, devincti animi testandi gratia, *Alberoni*, promotori suo, appetitam jamdudum ab ejus antecessoribus opulentissimam *Abbatiam S. Maximini* concessisse.

Ad verba: *Meginherum Trevirensem Archi-Episcopum &c.* *Gesta Trevirensium Archi-Episcoporum* longe emendatiora & locupletiora, ac *Leibnitius*, ediderunt *Martenius* & *Durandus*, in *Collect. ampliss. T. IV. col. 145-452.* In hac editione *Cap. 62. & 63. col. 196. sq.* verbis a *Leibnitio*, (*hac pag. nota b*) c. prolatis: *& Meginbero Archi-Episcopo ordinato jam reverfuro*, (*Honoricus II. P. R.*) *ut in sede sua eundem Conradum excommunicaret, per obedientiam præcepit*, adhuc adjicitur: *quod ille quoque sine mora perfecit*, cf. *Cap. 68. ibidem col. 199.* Duplex *Meginberus* iter Romam fecit, *primum* anno 1128. consecrationis suæ caussa, de quo excerptus *Gestorum Archi-Episcoporum Trevirensium* locus loquitur, *alterum* vero an. 1129. propter vexationes Cleri sui. Et in hoc altero itinere in reditu eum intercepit *Conradus noster*, quem dubio procul contra hunc Archi-Præsulem exasperaverat excommunicatio ab illo contra ipsum pronunciata. *V. Browerus, l. c. T. II. L. XIII. n. 77. p. 24. b. & n. 94. p. 26. a.* Ceterum *Meginberi*, in squalore carceris defuncti, Successor, *Albero*, pariter a *Conradi* partibus non stetir, sed *Lothario* fidelissime adhæsit. Patet hoc inter alia ex *Alberonis Charta* de an. 1132. apud *Dn. ab Hontheim, l. c. T. I. n. 346. p. 420.* ubi subnotatio sic se habet: *Acta sunt hæc -- regnante Romanorum Imperatore augusto Lothario II. &c.* cf. quæ infra dicentur *ad notam q. §. XI. Dissertationis nostræ.*

Ad verba: *è gestis Trevirorum & Golscbero patet.* & ad Not. *e.* Male hæc *Gesta Archi-Episcoporum Trevirensium Golscbero* attribui ab *Eccardo*, observarunt *Martenius* & *Durandus* in *Obs. prævia Gestor. Archi-Episcopor. Trevirens. l.* modo *c. col. 143. sq.* quod scil. *Golscberus* centum antea annis objerit, quam hæc Acta scriptis mandari potuerint. Cf. quoque *Jo. Alb. Fabricius* in *Biblioth. lat. med. & inf. ætatis, T. III. L. VII. p. 215.*

Ad verba: *clarius hoc patet de Friderico Colon: Archi-Præsule.* *Annalista Saxoni* & *Chron. Reg. Colon. locis not. d. citatis*, fidens, paulo inferius, scil. *§. IX.* reconciliationem *Friderici*, *Archi-Ep. Colon.* demum an. 1129. factam fuisse, asserui. Sed *illum* jam an. 1128. cum *Lothario* nostro iterum in gratiam rediisse, eumque legitimum suum Dominum agnovisse, patet e *Friderici Diplomate de subjectione Malmundariensis Monasterii & superioritate Stabulensis supra illud*, in *Martenii & Durandi, Collect. amplis. T. II. col. 87-89.* cujus quippe subnotatio sic se habet: *Actum est hoc Colonia anno ab incarn. Dn. MCXXVIII. indictione VI. regnante Domino rege Lothario III.*

Ad verba: *disertis testantur verbis.* Num *Conradus* I. *Archi-Præsul Salisburgensis*, inter asseclas *Conradi* nostri pariter fuerit, forte disquiri posset. Supra *§. III.* observavimus, *Bavaricos Episcopos* contradixisse electioni *Lotharii*, & inprimis *Salisburgensem Archi-Episcopum Conradum* cum *Hartwico*, *Ratisbonnensi Episcopo*, palam fuisse professum, se fine Duce Bavarico nihil de Rege constituturos esse. Accedit quod *Autor Anonymus*, Monachus vel Abbas Monasterii Raitenhaslacensis, σύγχρονος, in *vita* hujus *Conradi I. cap. 4.* in *Bernh. Pezii Thes. anecd. noviss. T. II. P. III. col. 228.* sequentia tradat: *Inde est, quod mortuo Imp. Heinrico, cum ei Lotharius* (successisset,) *nunquam ei consensit homagium facere, vel Sacramentum fidelitatis offerre, &c.* De investitura per annulum & baculum sermo hic esse nequit, cum *Lotharius* (v. *§. III.*) statim post electionem suam pactum de investitura, an. 1122. initum confirmaverit. Forsan autem attendit *Anonymus Raitenhaslacensis* ad *Narrationem de electione Lotharii*, in qua legitur: (*Lotharius*) *a nullo tamen spiritualium, ut moris erat, hominium vel accepit, vel coegit.* Sed quicquid sit, *Conradus* certe, *Salisburgensium Archi-Mysta*, si vel maxime ab initio *Lothario* subjectionem denegasset, mox tamen cum illo in gratiam rediisse, necessum est. Jam enim *an. 1129.* inter testes subscripsit Diplomati *Lotharii* nostri, quod extat in *Falckii Cod. Tradit. Corbeiens. P. III. §. 188. nota L. pag. 336.* itemque in alio, quod *idem Imperator* an. 1131. Ecclesiæ collegiatæ S. Johannis Leodiensi, impertiit, ap. *Martene & Durand* in *Collect. amplis. T. I. col. 704. sq.* inter testes subnotatos pariter occurrit, ut plura exempla taceamus. *Henricus* insuper, *Dux Bavariæ*, Socero, expeditionem Italicam an. 1132. meditanti, inter alia rescripsit: *Se una cum fratre suo, die significato, & simul cum Domino Conrado, viro religiosissimo, & Lothario fidelissimo, Archi-Episcopo Salisburgensi, vita comite, esse adfuturum.* Vide argumentum harum literarum, in Biblioth. Cæsar. Vindobonn. latentium, excerptum ex Rev. P. *Marci Hansitzii Hist. Eccl. Salisburg.* in Ill. *Mascovii* laudatis *Commentariis*, *pag. 329.*

Ad verba: *Brunonem Argentinum.* Hujus *Brunonis* Successorem, vel potius ipsius super Episcopatu Concertatorem, *Gebehardum*, pariter

riter *Conradi* partes ab initio fuisse secutum, sed postmodum eas deseruisse, asserit quidem *Rev. Barrius* in der *allgem. Geschichte von Deutschland. Vol. III. p. 333.* nullo tamen testimonio, quod dictis fidem faceret, adducto. *Argentinensis Episcopatus* historia caligine adhuc est obscurata, eamque nec *Guillimannus*, nec *Wimphelingius* aliique satis illustrarunt. Si itaque vera sunt, quae *Wimphelingius* (*Guillimannum* namque jam non ad manum habeo,) in *Catal. Episcopor. Argentinens. p. m. 51.* tradit, *Gebehardum sedisse annis decem & novem, atque obiisse an. 1141.* inde sequeretur, illum jam an. 1122. Praesulem Argentoratensem fuisse electum, posteaque contendisse cum *Brunone* super Episcopatu, qui opera *Richenzae Reginae* an. 1129. in sedem suam restitutus fuit, forte, quod *Gebehardus*, adversarius suus, a fide *Lothario* debita declinabat. Postea autem noster *Gebehardus* se iterum *Lothario* subjecit, & adeo cum *Friderico*, *Sueviae Duce*, an. 1130. ad *Gugethemium* proelio decertavit; v. infra §. X. & *Wimphelingius*, *l. c. p. 50.*

Ad verba: *Constantiam ab Henrico Magnanimo an. 1128. obsessam &c.* De obsidione *Constantiae* an. 1128. facta silent omnes, quotquot evolvi, veteres Historici. Praeterea *Henricus Dux* an. 1128. gerendo Bello Bavarico & ferendis Socero, Spiram obsidenti, suppetiis irretitus erat, uti §. *VII.* probatum dedi, quapropter minus credibile est, eum quoque oppugnationem *Constantiensis Civitatis* suscipere potuisse. Praeterea *Ulricum*, *Episcopum Constantiensem*, a *Lotharii* nostri partibus, saltim sub initium regni ipsius stetisse, patet ex ejus praesentia in Comitiis *Argentinae* ineunte anno celebratis; inter Testes enim subscripsit duplici *Diplomati Lothariano* IV. non Jan. an. 1126. dato, ap. *Marquard. Hergott.* in *Genealog. diplomat. Habsburg. Vol. II. n. 205. & 206. p. 149. & 150.*

Post verba: *Manlii autoritas nimis levis mihi videtur.* E Principibus Imperii R. G. Ecclesiasticis, qui *Conrado* adhaeserunt, praesto adhuc est *Udalricus de Kemnaten*, *Abbas Fuldensis*, qui propterea per quendam *Honorii II. P. R. Legatum*, tum temporis in Germania degentem, an. 1127. licet absens & inscius omni honore & dignitate abbatiali exutus fuit, uti me docuerunt *Christoph. Browerus* in *Antiquitat. Fuldens. L. IV. p. m. 296. sq.* & *Jo. Frid. Schannatus*, *in Hist. Fuldensi P. III. c. 31. p. m. 162. sq. Cod. Probationum pag. 9. & 27. cf. Eberhardi Fabricii Gloria Fuldae* (Giessae 1655. 8.) *p. m. 113. sq.* Ab initio tamen *Lothario* adhaesisse videtur, nam in quodam *Ejus Diplomate*, Argentinae IV. non. Jan. an. 1126. dato, ap. *Hergottum*, *l.* modo *c. p. 150.* inter Testes subscriptos occurrit *Ulricus* noster *Abbas Fuldensis*.

Ad not. *q.* III. *Mascovius* in *Commentar. de reb. Imperii sub Lothario II. & Conrado III. L. I. §. 13. p. 20.* asserit, *Godefridum Barbatum*, *Lotharingiae inferioris* seu *Brabantiae Ducem*, jam an. 1128. in solenni Curia aquisgranensi fuisse exautoratum. In ejus locum substitutus fuit Waleramus *Limburgius*, qui Diplomat *Lotharii* an. 1131. *Leodii* dato, in *Martenii* & *Durandi Collect. amplifs. T. I. col. 705.* inter testes subscripsit. *Waleramum Annal. Bosovienses loc. cit.* vocant *Paginum*, rectius *Paganus* cognominari debuisset. Id enim cognomen erat *Walerami*, uti *Mascovius* l. c. ex *Alberico ad ann. 1107.* docuit.

Ad verba: *Sermo erit.* Argumentum Epistolae *Henrici*, *Bavariae Ducis* ad *Lotharium* nostrum an. 1132. exaratae, pauloque superius memo-

ratæ apud Ill. *Mascovium*, *l. c. p. 328.* novos, nisi omnia nos fallunt, *Conradi* asseclas, e secularibus Imperii Principibus nobis detegit. Ibi enim *Henricus* sequentia scribit: *hoc autem se præmonere, ut Ducem Bœmiæ, & Filios Marchionis Theubaldi*, quam primum inveniat, & eis *benevolum se ostendat: Febericum namque* (scil. Sueviæ Ducem) *illorum consiliis, magis quam alicui mortalium acquiescere.* Sub *Bohemiæ Duce* facile quivis subodorabitur *Sobieslaum*, *Bohemorum Principem*, cum quo *Lotharius* sub initium Regni sui infelix bellum gesserat. Taxat quidem B. *Hahnius*, in seiner *Teutschen Reichs-Staats-und Kayser-Historie*, *P. III. c. 4. §. 2. pag. 175. a.* scriptores non nullos Germanicos, qui istis temporibus vixerunt, quod *Sobieslao* falsum nomen *Ulrici* inderent. At enim vero hoc ipsum *Ulrici* nomen sibimet ipsi imposuit, dum *Lotharii* quoddam *Diploma an. 1130.* datum, & in *Origg. Guelf. T. II. in Probat. ad L. VI. n. 55. pag. 500.* obvium, inter reliquos testes subscripsit. Exinde autem facile liquet, tum temporis *Sobieslaum* vel *Ulricum* adhæsisse *Lothario*. Sed forte postmodum ab illo iterum descivit, quod *Henricus* in excerpta epistola scribit, *Fridericum Suevum* illius consiliis facillimas præbere aures. Sub *Theubaldo*, cujus filii pariter *l. c.* memorantur, subintelligendus est *Diepoldus*, *Marchio Cambiensis de Vobeburck*, uti eum appellat *Anonymus de Guelfis c. 10. l. c. T. I. p. 786.* qui tertiam *Henrici nigri*, *Bavariæ Ducis* filiam *Mathildem*, uxorem duxerat. & teste *Henningesio p. 254.* obiit 6. Id. Aprilis an. 1146. vid. *Origg. Guelf. T. II. L. 17. c. 4. §. 62. pag. 395.* *Filii* itaque *Theobaldi* dubio procul erant e secundo Ejus thoro progeniti, adeoque *Nepotes ex sorore Henrici Magnanimi*, illorum vero matertera *Juditha* nupserat *Friderico*, *Sueviæ Duci*, apud quem itaque multum valebant, ejusque partibus se forte addicebant contra legitimum Dominum *Henricum avunculum*. Ceterum *Diepoldi* majores ejusque filiæ *Adelheidis* cognationem cum primo suo marito *Friderico I. Imp.* solerter, more suo, indagavit Ill. *Scheidius in Præfat. ad Tom. III. Origg. Guelf. §. 15. nota b. p. 51. sq.* Levia autem, & maximam partem falsa sunt, quæ de eo, & *Vobburgensium Marchionum* familia suppeditat. *Frid. Lucæ im Graffen-Saal*, *p. m. 1138. sqq.* & *Anton. Guilielm.* Ertl im *Chur-Bayerisch. Atlas P. I. p. 173. sq.*

Ad finem VI. *In regno Arelatensi* autoritatem *Lotharii* nostri non adeo magnam fuisse, illudque forte, quod istis temporibus hereditarium erat, magis inclinasse in partes *Fratrum Stauffensium*, qui ab Imperatoribus Franconicis per matrem *Agnetem* descendebant, proavumque habebant *Henricum III. Imp.* Successorem & quidem jure sanguinis, ultimi Regis Burgund. *Rudolphi III.* non immerito conjicies ex *Lotharii Epistola ad Archi-Episcopum Arelatensem* a. 1133. scripta, uti quidem *Martenio* & *Durando* l. mox c. in subjecta *nota b. col. 717.* videtur, rectius autem asserendum est, eam An. 1132. aut potius 1136. in procinctu secundæ expeditionis Italicæ fuisse exaratam. Extat illa in *Collect. ampliss. T. I. col. 717. sq.* Cum brevis sit, integram apponere liceat: *L. Dei gratia Romanorum imperator Augustus Arelatensi Archi-Episcopo gratiam suam & omne bonum. Sæpenumero scripsimus vobis, requirentes fidelitatis & subjectionis tuæ debitum, quod quia non mancipatur effectui, vis quantum in te est, potestatem imperii nostri in partibus tuis satis indiscrete contemnere: quod quantum divinis & humanis legibus contrarium sit, si recte adverteris, ipse nosti. Nos itaque Dei annuente clementia, & principii nostri suppeditante industria ---- Romani imperii, quæ apud vos tam adtenuata est & oblivioni proxima, prout oportet, reparare curabimus, adeo ut fideles nostros debitis honoremus beneficiis, & eos qui rebellare conantur, juribus nostris affligamus. Ea propter tibi tamquam fideli & principi nostro mandando præcipimus, quatenus in Festo Sancti*

Michaelis in Placentia cum militia tua nobis occurras animatus tam Ecclesiæ quam imperio debitum consilium & auxilium ----- exercendis in consilio principum, ac dilectum capellanum nostrum tibi direximus, quem si à latere nostro delegatum in omnibus audias & ei fidem adhibeas, sciens pro certo ----- nostro conspectui non præsentaveris, & subventioni ecclesiæ Romanæ debitis, quam imperii obsequiis nisi adfueris, offensam nostram graviter incurristi, & nos de ejusdem ecclesiæ consilio & principum nostrorum in te animadvertemus.

§. VII.

Ad notam *a*. Scriptoribus allegatis addi potest *Anonymus Zwetlensis* in *Hist. Rom. Pontif.* in *Bernh. Pezii Thes. Anecdotor. noviss. T. I. P. III. col. 388.*

Ad verba: *auxilium ei iterum ferente Sobieslao, Bohemiæ Duce.* Hujus filium recens natum paulo ante, vel in sabbatho sancto, vel in ipso die Paschæ h. a. *Merseburgi* de sancto fonte levaverat *Lotharius*, testibus *Dodechino ad an. 1128. l. c. T. I. p. 672. b. & Chron. Bohem. cap. 60.* in *Menckenii Scriptor. T. III. col. 1698.*

Ad verba: *natale Domini Wormatiæ celebraturus:* In hac curia *Gerhardus*, *Geldriæ Comes*, qui ab *Hermanno de Cavelage*, Satore *Ravensbergensium Comitum*, & genero *Ottonis Nordhemii*, adeoque *Lothario* nostro affinitate conjuncto, accusatus fuerat, ac si inimica consilia contra Regem agitasset, inducias obtinebat, intra quas de crimine se purgaret. *V. Annalista Saxo ad an. 1129. l. c. T. I. col. 662.* De hac *Gerhardi Comitis* perfidia plane nihil affert *Joh. Isacius Pontanus Hist. Gelricæ L. VI. pag. 100. sq.* & solummodo *pag. 99.* observat, *Lotharium Imp. Gerhardi Comitis*, ob conjugem ejus *Hedwigem*, avunculum fuisse.

Ad verba: *Henricus in Bavariam redibat.* Male B. *Gruberus* in *Origg. Guelf. T. II. L. VI. c. 4. §. 12. nota fff. p 340.* asserit, *Lotharium* tunc temporis cum *Henrico*, genero suo, in *Bavariam* fuisse reversum. Quo autem fidem dictis faceret, provocavit ad *Lotharii Confirmationem fundationis Monasterii Undendorfensis*, quam ex *Hundii Metrop. Salisburg. T. III. p. 303.* inter *Probat. ad dictum L. VI. n. 55 pag. 500. sq.* exhibet. Sed hujus Diplomatis subnotatio sic sonat: *Acta sunt hæc anno dominicæ incarnationis MCXXX. indict. VII. in Curia Ratisponæ. Lotharium* an. 1130. *Ratisbonnæ* per aliquod temporis spatium versatum fuisse in §. *X. Dissertationis nostræ* probatum dedimus. Sed hic sermo est de gestis anni MCXXIIX. Sic bonus quandoque etiam dormitat Homerus.

§. VIII.

Ad verba: *Conradus --- in Italiam abire decrevit, hoc regnum tanquam hereditarium -- vindicaturus.* Num *Italiæ Regnum* olim *electitium* an *hereditarium* fuerit, disquirit *Lud. Ant. Muratorius* in peculiari *Diss. de Impp. Rom. ac RR. Italicorum electione*, quæ tertia est in *Ejus Antiquitat. Ital. medii ævi*, & extat, *T. I. col. 75-110. Muratorius* totus in eo versatur, ut probet, *Italiam*, *Ludovico II. Imp.* & *Italiæ*

 Rege

Rege sine sobole mascula e vivis sublato, non successione sanguinis, sed libera Statuum Regni Italici electione, Reges suos obtinuisse. Suppetunt quidem, quæ huic Viri eruditissimi opinioni opponere possemus, sed non hujus loci est, hanc controversiam tractare. Forte alio tempore de illa differendi, melior occasio suppetet.

Ad verba: *hanc profectionem Italicam demum in anno 1129. ponunt.* Rev. *Barrius* in der *allgemeinen Geschichte von Deutschland, Vol. III. p. 332.* *Conradi* abitum in *Italiam* post expugnationem *Spiræ*, adeoque demum an. 1130. factum fuisse, asserit quidem, sed *Barrium* in definiendis notis chronologicis narrationum suarum historicarum, more gentis suæ, non adeo accuratum esse, haut difficile foret probatu.

Ad verba: *Conrado coronam regni Italici imposuit.* Hæc coronatio postea nulla declarata fuit in *Concilio Pisano* an. 1134. V. *Landulphus jun. c. 41.* in *Muratorii Scriptor. rer. Ital. T. V. pag. 515. a.*

Ad notam *u.* Extat etiam hoc Excerptum antiquissimi Chronici *Flos Florum* dicti, in *Joh. Petri Puricelli Monum. Basilicæ Ambrosianæ num. CCCXL.* apud *Jo. Georg. Grævium*, in *Thes. Antiquitat. & histor. Ital. T. IV.* -- cf. *Muratorii Geschichte von Italien, P. VII. p. 11. sq.* qui vero *Camarum* destructionem in an. 1127. reiicit, fide *Scriptorum Mediolanensium* & *Cumanorum*, itemque *Gualvanei Flammæ* in *Manipulo Florum cap. 165.* in *Scriptor. Ital. T. XI. col. 630. sq.* quem posteriorem tamen non assentientem invenio, nisi forte vitio typothetæ *an. 1126.* pro *an. 1127.* apud *Muratorium l. c. col. 630.* irrepserit; adhæc non multum tribuo autoritati *Flammæ*, ceu Scriptoris, qui longe post hæc tempora vixit, inque annotanda chronologia non satis accuratus est. Sed accedit porro autoritas vetustissimi *Calendarii Mediolanensis* sine *Sitoniani*, in *Ejusdem Scriptor Ital. T. II. P. II. pag. 1039.* in quo nimirum legitur: *Anno Domini MCXXVII. capta est Civitas Comensium.* Verum ipse *Muratorius* scrupulum, qui ex hac Scriptorum discordi narratione forte suboriri posset, protinus *l. c.* tollit, observando, his de ipsa destructione *Comensis civitatis*, illis autem de pace cum *Cumanis* inita sermonem esse. Bellum enim tum demum finitur, si cum hostibus pax concluditur, adeoque testimonium *Ottonis Frisingensis* in salvo manebit.

Ad notam *a.* *Anshelmum, Archi-Episcopum Mediolanensem*, ab ipso quoque *Honorio II. Papa* fuisse depositum, testis pariter est *Anonymus Zwetlensis* in *Hist. Rom. Pontif* apud *Bernh. Pezium, l. c. T. I. P. III. col. 388.* id quod etiam testatur *Otto Frisingensis l. c. Landulphus* enim jun. l. c. solummodo affirmat, *Anshelmum* fuisse excommunicatum. Sed has diras ille, fretus obedientia populi sui, aliquandiu sprevit, tandem vero Sede sua cedere coactus fuit, teste eodem *Landulpho jun. cap. 41.* apud *Muratorium Scr. R. I. T. V. pag. 513. sq.* & *Pagio l. c. ad an. 1134. n. VI p. m. 488. b.* Ceterum *Sigonius de regno Italiæ L. XI. p. m. 261.* edit. Hannov. 1613. fol. *Pagius l. c. ad an. 1128. n. X. p. m. 454. b.* & *Muratorius* in der *Geschichte von Italien, P. VII. p. 17.* eam fovent sententiam, ac si in *Concilio Ravennatensi*, ex sententia *Muratorii* an. 1129. habito, quod vero *Baronius* & *Collectio regia Conciliorum Harduini* ad an. 1128. reiiciunt, *Patriarchæ, Aquilegiensis* & *Venetus* ideo exauctorati fuissent, quod *Conrado* nostro adhæserint; sed ex *Marci Hansitzii Germania Sacra T. II. p. 225. sqq.* patet, saltim *Patriarcham Aquilejensem*.

sem ob longe aliam causam fuisse depositum. *Archi-Episcopus* insuper *Salisburgensis* in *Epistola* ad *Ep. Bambergensem* illo tempore scripta, in *Udalrici Babenberg. Cod. epist. n. 343.* apud *Eccardum l. c. T. II. col. 353. Gerhardo, Patriarchæ Aquilegiensi*, non tam *partium Conradinarum* studium, quam potius *spurcitiarum fœditatem obiicit.*

Ad notam *b*. Citata *epistola Senatus Romani ad Lotharium Romanorum Regem* recusa fuit in *Origg. Guelf. T. II. in Probat. ad L. VI. num. 53. pag. 498. sq.*

Ad notam *c*. Et hæc *epistola Litifredi, Ep. Novariensis*, recusa fuit in *Origg. Guelf. T.* & *L.* modo *cc. n. 54. p. 499.*

Ad notam *f*. *Conradum, Tusciæ Marchionem*, de quo nobis in hac nota sermo est, plane diversum esse a nostro *Conrado*, nec hunc ab avunculo suo *Henrico V. Imp.* unquam *Marchionatum Tusciæ* beneficii jure obtinuisse, pariter adstruit Cel. *Muratorius* in der *Geschichte von Italien, P. VII. p. m. 16. & 19.* qui conferri etiam meretur in *Antiquit. Ital. medii ævi T. I. Diss. VI. col. 315. sq.* & *Diss. XVII. col. 359-362.* ubi varia Diplomata hujus *Conradi*, qui simul se *Ducem Ravennatum* nominavit, occurrunt. Ceterum muto sententiam, quam in *hac ipsa nota* de Diplomate a *Muratorio l. c. col. 315.* evulgato, proposui. Facile enim incuria vel descriptoris, vel typothetæ *verus indictionis annus VII.* mutari potuit in *VIII.* & *Daisus* ille *Notarius* forte fuerat *Henrici V. Imp.* Sane *Conradus*, æmulus *Lotharii*, hujus *Notarium* in expediendis suis chartis non facile adhibuerit, aut hic istiusmodi officium ab illo sibi imponi passus fuerit.

Ad verba: *d. 14. Febr.* 1130. --- *in Germaniam rediisse.* Idem de reditu *Conradi* in Germaniam sentit *Barrius l. c. Vol. III. p. 333.*

Ad verba: *Conradum -- sub initium an.* 1130. *adhuc in Italia fuisse.* *Otto Frisingensis* in *Chron. L. VII. c. 18. l. c. T. I. p. 149.* scribit: (*Lotharius*) *in multis locis tam amore Conradi, quam respectu paucitatis suæ ab incolis terræ subsannatus & despectus* (*fuit.*) *Verum paullo ante Conradus -- ad patriam repedaverat.* Eadem verba repetit *Albericus* in *Chron. ad an. 1132.* in *Leibnitii Accession. histor. P. II. p. 270.* Quibus accuratius pensitatis, facile assensum præbeo *Martenio* & *Durando* in *Obs. pravia ad Epistolas Wibaldi Abbatis*, in *Collect. ampliss. pag. 160.* & *Muratorio* in der *Geschichte von Italien, P. VII. p. 30.* itemque *Mascovio* in sæpius laudatis *Commentariis L. I. §. 27. p. m. 43.* qui uno ore confitentur, *Conradum* demum an. 1132. in *Germaniam* fuisse reversum. Nam clara sunt verba *Ottonis Frisingensis*, illum *paulo ante* adventum *Lotharii* in Italia, qui demum anno 1132. accidit, hanc deseruisse.

Ad Not. *g*. Itemque in *Martenii* & *Durandi Collect. ampliss. T. IV. col. 197. & 199. sq.*

Ad verba: *ut adeo error sit Pagii* &c. usque ad finem hujus paragraphi. *Pagius*, cui etiam adstipulatur *Muratorius*, in der *Ge-*

Geschichte von Italien P. VII. p. m. 23. pro firmanda sua sententia allegat testimonium *Landulphi jun. cap. 40.* apud *Muratorium Scr. R. J. T. V. p. 512. b.* qui inter alia scribit: *At plenitudo cleri & populi ad eum quoque currebat, timorem quoque & reverentiam Regi Conrado & Papæ Anacleto ex dilectione portabat.* Exinde *Pagius* infert, *Conradum* & *Anacletum* inter se concordes fuisse. Sed sane hanc concordiam conciliare non possum cum excommunicatione *Conradi* ab *Anacleto* peracta, cujus paulo ante mentio facta fuit. Nec illa concordat cum literis *Anacleti* ad *Lotharium*, apud *Baronium ad an. 1130. n. 20.* in quibus *Conradum* appellitat *Regni invasorem*, eumque se in *die Viridium* excommunicasse, jactat. Nisi forte contenderis, *Anacletum*, e familia Judaica prosatum, pro genio gentis hujus vaniloquæ & mendacissimæ, factam a se *Conradi* excommunicationem fuisse mentitum. Vere enim cecinit Vates:

Quo semel est imbuta olla recens servabit odorem
Testa diu - - -

§. IX.

Ad verba: *In festo Purificationis Mariæ A.* 1129. *Coloniæ morabatur.* Ibi *Gerbardus, Geldriæ Comes*, de quo supra *ad §. VI.* & *ad §. VII.* nobis sermo fuit, *Lothario* se dedidit, & carceri postea mancipatus, libertatem suam mox mille marcis redemit, teste *Annalista Saxone; Pontanus* in *Hist. Geldr. l. c.* hæc *Gerbardi* fata pariter silentio premit.

Ad verba: *Fridericum, Coloniensem Archi-Episcopum --- in gratiam recipiebat.* Cf. ea, quæ supra de hoc *Friderico, Coloniensi Archi-Præsule, Lothario* citius reconciliato, annotavimus. Teste tamen *Annalista Saxone ad an. 1129. l. c. T. I. col. 662. Fridericus in Curia Coloniensi b. a.* de quo modo dictum fuit, *adhuc absuit.* Sic Diplomatum fides & Scriptorum testimonia sibi contrariantur, sed illam hisce antepono.

Post verba: *inde Quedlinburgum delatus - - ibi vacabat. add. Quedlinburgo Lotharius Goslariam* abiit, ibique per tempus substitit, uti patet ex *Ejus* Diplomate *idibus Junii b. a. Goslariæ* dato, cujus supra mentionem fecimus, occasione definiendæ veræ epochæ *Ducatus Saxonici* a *Lothario Imp. Henrico genero* traditi.

Ad verba: *Agnetem Sarapontanam.* Hæc *Agnes* filia erat *Friderici Comitis Sarapontani*, fratris *Adalberti, Archi-Episcopi Moguntini*, teste *Ottone Frising. de gest. Friderici I. L. I. c. 21. l. c. T. I. pag. 418.* Schema agnationis *Agnetis* cum *Adalberto* exhibet Cl. *Joannis* in *Append. I.* ad *Dav. Parei Hist. Bavarico-Palatinam*, à se denuo *Francof. ad Mœn. 1717. 4.* editam *p. m. 433.* & in *Notis* ad *Nic. Serrarii Res Moguntin. T. I. Scriptor. rer. Moguntin. p. 533.* Correctius extat hoc Schema in *ejusdem* clarissimi Viri *Miscellis Historiæ Palatinæ p. m. 244. Eccardus* & cum eo *Gruberus* in *Origg. Guelf. T. II. L. VI. c. 4. §. 59. p. 391. sqq.* contendunt, non *Agnetem Sarapontanam* sed *Juditham Guelficam Spiræ* fuisse obsessam. Horum sententiæ accedere, vix dubito, cum B. *Kalerus l. c.* testimonio coævorum Scriptorum non probaverit, *Friderici* priorem conjugem *Juditham* jam an. 1126. obiisse, uti in *Tab. I.* prodit. Quod si autem vera sunt, quæ *Kalerus* de morte *Juditha*

l. c.

l. c. tradidit; Mirandum sane est *Adelberti*, infensissimi *Fratrum Stauffensium* inimici, *Neptim ex fratre* nupsisse *Friderico*, *Suevorum Duci*. Sed hæc ipsa necessitudo, cum familia *Adelberti* contracta, forte multum postea effecit, ut veteres inimicitiæ deferbuerint, & *Adelbertus* ipse postmodum conciliator & promotor extiterit restitutæ inter *Lotharium Imp.* & *Fridericum* concordiæ, licet Scriptores illorum temporum hoc momentum sileant.

Ad not. *d. Addi potest:* Errant denique *Excerpta ex Chron. Monasterienſi*, in *Martenii* & *Durandi Thes. novo Anecdotor. T. III. col. 1436. E.* ubi *ad ann. 1128.* legitur: *Spira diu rebellis tandem aperitur Regi Lothario.*

Ad verba: *Ulmæ everſio.* Eam jam ante expugnationem *Spiræ* factam fuisse, erronee asserit Rev. *Barrius l. c. Vol. III. pag. 329.*

§. X.

Ad notam *h.* Hoc Diploma e vetusto Diplomatario MS. emendatius sistitur in *Origg. Guelf. T. II.* in *Probat. ad L. VI. n. 57. p. 503. sq.* ubi in subscriptione sonat: *Non. Febr.* i. e. *d. V. Februarii*, non autem *IX. Febr.* uti *Lunigius l. c.* vitiose expressit.

Ad notam *l.* Hoc Diploma ex *Hundio* recusum fuit in *Origg. Guelf. T. II.* in *Probat. ad L. VI. n. 55. p. 500. sq.*

Ad verba: *-- Concilio -- Würceburgi -- congregato.* Meminit hujus Concilii *Pagius* quoque, & de eo locum, ex *Chron. Magdeburg. inedito* excerptum, affert *l. c. ad an. 1130. n. 58. p. 473. a.* sed illud indicare neglexerunt *Collectiones Regiæ Conciliorum* tum *Labbei* & *Cossartii T. X.* tum *Harduini* T. VI. P. II.

Ad verba: *præsente Archi-Episcopo Ravennatensi Sedis apostolicæ Legato.* Potius scribi debuisset *Innocentii II. Legato.* Nomen illi erat *Gualtero*, eumque *Innocentius*, antequam Roma discedebat, in *Germaniam* ablegaverat, ut Regem & Episcopos Regni sibi conciliaret. Spectant ad hanc Legationem ex *Cod. epistol. Udalrici Babenberg. Epistola 348. 350. 352. & 353. l. c. T. II. col. 357-361.*

Ad verba: *Innocentius II. -- legitimus agnoſcebatur Papa.* Ill. *Gruberus* in *Origg. Guelf. T. II. p. 507. nota* * verosimiliter admodum conjectat, ut *S. Bernhardum Galliæ Regem*, ita *Lotharium* nostrum *S. Norbertum* induxisse, ad *Anacletum* repudiandum, & *Innocentium II.* agnoscendum & defensandum, accepta prius epistola a *Gualtero Archi-Ep. Ravennatensi*, modo memorato, qua ipsum rogaverat, ut *Lotharium Regem* incitaret ad expeditionem Romanam, & exstirpandam ibi Judaicæ perfidiæ hæresin. Extant hæ litteræ in *Udalrici Babenberg. Cod. epist. n. 345. col. 354.* & indidem in *Origg. Guelf. T. II.* in *Probat. ad L. VI. n. 61. p. 507. sqq.* Cum itaque *Germania* pro *Innocentio II.* se declaraverit, *S. Bernhardus* ad *Magistrum Gaufridum de Locatorio* recte vereque scripsit, *Epistolar. n. 125. col. 1507.* edit. cit. *Nec infructuose Alemanniæ, Franciæ, Angliæ, Scotiæ, Hispaniarum & Hierosolymorum Reges cum universo clero & populis favent & adhærent Domino Inno-*

Innocentio, tanquam Filii Patri &c. Et in sequenti *Epistola 126. ad Episcopos Aquitaniæ*, ibidem *col. 1515.* hæc habet: *Velociter currit Sermo ejus, in conveniendo populos in unum & reges, ut Domino Papæ Innocentio serviant & obediant. Quis revocabit? Dei esse judicium senserunt & consenserunt Gualterius Ravennas -- Norbertus Magdeburgensis, Conradus Salreburgensis Archi-Episcopi. Dei esse judicium cognoverunt & acquieverunt Episcopi Equipertus* (legendum est *Egbertus*) *Monasteriensis &c.* & paulo post: *Taceo multitudinem cæterorum Tusciæ, Campaniæ, Longobardiæ, Germaniæ & Aquitaniæ &c. -- tam Archi-Episcoporum, quam Episcoporum, quorum nomina sunt in Libro vitæ, sed epistolæ brevitas non admittit. Hi omnes -- in Papam Innocentium assumserunt &c.* Adde his sequentia ex *Epistola Alberonis, Archi-Ep. Trevirensis* ad *Innocentium II. P. R.* in *Epp. S. Bernhardi n. 576. Opp. col. 1540.* edit. cit. decerpta verba: *Porro nostram citramontanam ecclesiam, tam in nostro, quam in Francorum regno, noveritis fortem in fide, pacificam in unitate, devotam in vestra obedientia, promptam ad servitium.*

Ad notam *pp.* *Baronio* & *Pagio* e recentioribus addi potest *Muratorius* in der *Geschichte von Italien, T. VII. p. 21. sqq.* qui Triumviri historiam electionis hujus controversæ e fontibus suppeditant. Eam porro egregie illustrat H. *Episcopi Lucensis* epistola ad *Norbertum, Archi-Ep. Magdeburg.* in *Udalrici Babenberg. Cod. epist. n. 346. l. c. T. II. col. 355. sqq.* Adde *Arnulphi, Sagiensis Archi-Diaconi*, postea *Lexoviensis Episcopi* ab an. 1141. usque ad an. 1177. *Tractatus de Schismate orto post Honorii II. Papæ obitum contra Girardum, Episcopum Engolismensem*, in *Lucæ Dacherii Spicilegio T. I. p. 125-161.* edit. recentiss. per *Ludov. Francisc. Joh. de la Barre* curatæ.

Ad not. *q.* Indicatis *Innocentii II.* ad *Lotharium* epistolis ex *Udalrici Babenberg. Codice* illa quoque addi potest, quæ sub *n. 342. l. c. col. 352. sq.* occurrit. *Literæ Anacleti* sub *n. 140.* in *Cod. epist. Bamberg.* & *Innocentii II.* ac *Cardinalium*, ibidem *n. 342.* recusæ fuerunt in *Origg. Guelf. T. II.* in *Probat. ad L. VI. n. 59. & 60. p. 506. sq.* *Anacletus* insuper ad *Richenzam Reginam*, quam in modo allegatis Literis sub *n. 140.* appellavit *specialem B. Petri filiam*, peculiarem epistolam scripsit, in qua illius auxilium & consilium in regenda Ecclesia sibi expetiit. Illam nobis servavit *Baronius l. c. T. XII. ad an. 1130. n. 22. col. 202.* & exinde repetita fuit in *Origg. Guelf. T. II.* in *Probat. ad L. VI. n. 74. p. 529. sq.* In hisce literis valde memorabilis locus occurrit, qui faciem Imperii Lothariani adumbrat. Scribit enim *Anacletus* ad *Richenzam: nec minoribus es profecto præconiis attollenda, quod totius regni regimen censura justitiæ de tua potissimum dicitur moderatione* pendere. Putares forsan, callidam Proselyti Judaici sobolem his illecebris deliniuisse *Richenzam*, quo illa marito, certe uxorio, persuaderet ipsius protectionem. At *Richenzam* multam in Imperio habuisse potestatem, probe etiam observavit *Illustriss. S. R. I.* hodie *Comes, Rudolphus a Bünau* in egregio *Libello de ornamentis & honoribus Augustarum* (Lipsiæ 1733. 4.) *Disquis. III. c. 26. p. 64.*

Ad verba: *Conradum -- & Egbertum -- ad Innocentium Legatos missos fuisse.* Hi Legati *Innocentio* obviam facti sunt in *Concilio Claromontano*, eique bona nova de *Germania* ipsius obedientiæ se submittenti attulerunt; v. *Otto Frising.* in *Chron. L. VII. c. 18. l. c. pag. 149.* cf. *Pagius, l. c. ad an. 1130. n. 38. p. m. 469. b.*

Ad

Ad verba: *Hermannus de Winzenburg -- se suumque castrum Lothario tradebat, &c.* Autoribus in *nota t. ad* §. *IX.* allegatis addi quoque possunt *Chron. Montis Sereni ad an. 1130.* ex edit. *Joach. Joh. Maderi*, & *Annales Bosovienses ad an. 1130.* in *Eccardi Scriptor. T. I. col. 1008.* Ceterum *Hermannum de Winzenburg* jam in Curia Pentecostali, an. 1129. *Quedlinburgi* celebrata, propter cædem *Burchardi de Luckenheim*, judicio Principum, fuisse damnatum, asserit *Autor fundationis Monasterii Gozecensis p. 235.* editus a *Madero* cum *Chron. Montis Sereni*. Ill. *Mascovius* in *Commentariis* citatis, *L. I. §. 15. p. 24. sq.* huic sententiæ accedit, nisi quod an. 1130. hoc factum fuisse adstruat. Demum vero post ejus damnationem *Castrum Winzenburgense* obsessum, expugnatum, incensum & funditus deletum, *Hermannus* vero *Blancoburgum* captiuus abductus fuit. Sic concordabunt testimonia Scriptorum veterum, quos allegavi. Faverat autem jam olim *Hermannus* partibus *Henrici V. Imp.* & *Lothario* nostro contrarius fuerat, uti probe observavit Ill. *Mascovius*, *l.* paulo ante *c.* Hinc forte etiam infensiorem *Lotharii* animum in se concitaverat, & haud amplius ambigo, *Hermannum* inter asseclas & fautores *Conradi Anticæsaris* cum *Leibnitio* referre, quod supra *§. VI.* negaveram. *Hermannus* interea non perpetuis carceribus fuit inclusus, sed post aliquod temporis spatium pristinam libertatem & *Comitatum Winzenburgicum* rursus obtinuit, illumque usque ad mortem suam violentam, quæ an. 1152. accidit, possedit. De *familia Comitum Winzenburgensium* habemus quidem *Jo. Lezneri Chronicon Winzenburgense MS. Libris IV.* comprehensum, sed quæ in illo narrat æque fabulosa & maximam partem commentitia sunt ac ea, quæ in *Chronica* sua *Hildesiensi* germanice scripta, & pariter adhuc *MSta*, *L. III. cap. 3-12.* tradit, quæ tamen fere cuncta bona fide exscripserunt *Jo. Conrad Steph. Hœling* in der *Einleitung zur Hist. des Hochstifts Hildesheim*, *cap. 1-10. p. 1. sqq.* & B. *Joach. Barward Lauenstein* in seiner *diplomatischen Historie des Bisthums Hildesheim*, *P. II. L. II. c. 2. Sect. 1. p. 39. sqq.* Veriora sunt, quæ de *his Comitibus* & cum primis de adversis *Hermanni* fatis differit S. Rev. *Harenbergius* in *Hist. Eccles. Gandersheim. diplomat. Diss. II. §. V. p. 135-147.*

Ad verba: *Ejusque comitatus Ludovico -- adjudicabatur.* Addenda hic est vox: *provincialis*, ne incauti Lectores fallantur, sibique persuadeant, ac si *Comitatus Winzenburgicus Ludovico, Thuringiæ Comiti*, assignatus fuisset. *Hermannus* enim *Comes* quoque *Provincialis Thuringiæ* erat. Hinc *Autor fundationis Monasterii Gozecensis l. c.* illum appellat *Provincialem*, atque, ejus *Principatu* sublimatum fuisse *Ludovicum Comitem*. Idem jam observavit, & minus clara *Annalista Hildesheimensis* & *Saxonis* & *Chronici Montis Sereni* verba de *Comitatu*, non *Winzenburgensi*, sed *Thuringiæ* interpretatus est laudatus *Harenbergius l. c. Diss. III. cap. I. p. 706. nota k.*

Ad verba: *Fridericum Sueviæ Ducem prælium commisisse --- ad Gugeshemium.* Huic narrationi, teste *Ulr. Obrechto*, in *Prodromo rer. Alsaticar. cap. X. p. 232.* & in Ill. *Wegelini Thes. rer. Suev. Vol. II. p. 56. Guillimanus de Episcopis Argentoratens. p. 232.* de suo adjecit: *Fridericum Ducis Alsatiæ titulum tum deponere, coactum fuisse.* Sed observat *Obrechtus l. c.* hoc purum putum esse commentum *Guillimanni.* Doleo, hujus Autoris Libri, utpote rarissimi, copiam mihi jam non esse, quo pernoscere possim, num *Ille* asserto suo fidem aliquatenus fecerit. Occurit certe *Diploma* Lo-

Lotharii an. 1131. *Ecclesia collegiata S. Johannis Leodiensi* datum, apud *Martenium* & *Durandum* in *Collect. amplis. T. I. col.* 704. & apud *Calmetum, l. c. T. II. dans les Preuves col.* 292. *sq.* in quo inter reliquos Testes subscripsit: *Dux Alsatiæ Simon.* Erat hic *Simon Dux Lotharingiæ Mosellanæ*, & *frater uterinus Lotharii*, qui forte illi ademtum *Friderico*, hosti suo, *Alsatiæ Ducis* titulum, & jura cum illo connexa tribuit, silentibus hac de re Scriptoribus, quod possessio non diuturna erat, & *Fridericus* postea; facta pace, in pristina jura restituebatur.

§. XI.

Ad Not. *x.* add. *Eccardus* quidem in *Origg. Guelf. T. II. L. VI. c. 4. §. 13. p.* 340. has insidias *Friderico* ab affine *Henrico* structas recte refert ad an. 1130. sed in hoc errat, quod asserit, eas uno eodemque anno accidisse cum vastatione *Sueviæ*; de qua sup. §. V. dictum fuit.

Ad verba: *Papa Innocentius* II -- *Leodium veniebat. Innocentius II.* antequam *Leodii* adventabat, in *Monasterio Lobiensi* per aliquod tempus divertebat, uti hoc testantur *breve Chronicon Lobiense ad an.* 1131. in *Martenii* & *Durandi novo Thes. Anecdottor. T. III. col.* 1421. *B.* ut & *Continuatio de gestis Abbatum Lobiensium* ap. *Dacherium* in *Spicilegio T. II. p.* 752. *a.* ubi etiam de hoc *Conventu Leodiensi* pluribus agitur. Male illum jam in an. 1126. collocat *Laurentius Leodiensis*, licet Scriptor coævus, in *Hist. brevi Episcopor. Virdunens.* ap. *D' Achery l.* modo *c.* 7. *II. p.* 252. *a.* Errant quoque *Sugerius, Abbas S. Dionysii* ab an. 1121 - 1152. in *vita Ludovici Grossi Regis*, in *Scriptor. XI. Histor. Francor. e Biblioth. P. Pithœi* p. 132. & *Bernhardus, Abbas Bonævaliis* in *vita S. Bernhardi, L. II. c.* 1. *Opp. Ejus col.* 1991. quamvis Scriptores sint coævi, asserentes scilicet, *Concilium Rhemense* antecessisse *Conventum Leodiensem.*

Ad verba: *Quo Anacletum Antipapam Roma pellere posset. Anacletus* tum temporis *Romæ* summa rerum potiebatur. Vide sis *Ejus Epistolas* ad diversos scriptas in *Martenii* & *Durandi Collect. amplis. T. I. col.* 698. *sqq.*

Ad Not. *h.* Scriptoribus allegatis addi potest *Schilterus de Libert. Ecclesf. German. L. IV. c.* 6. §. 2. *sqq. p.* 589. *sqq.* qui fusius hac de re agit.

Ad notam *i.* Locus a *Baronio* excerptus & hic allegatus occurrit etiam in *Collect. Conciliorum Regia Harduini T. VI. P. II. col.* 1195. *sq.* & apud *Schilterum l.* modo *c. pag.* 590. *sq.* Extat ille in *vita S. Bernhardi L. II. c.* 1. *col.* 1991. *Opp.* edit. citatæ. Meminit quoque hujus postulati Cæsarei de reddendo jure Investituræ ipse *S. Bernhardus* in *Epistola* quadam ad *Innocentium II.* inter *Illius Epistolas num.* 150. *col.* 1525. edit. allegatæ, hisce verbis: *Sed nec Leodii cervicibus imminens mucro barbaricus compulit acquiescere, obsequi & obedire, nimis importunis improbisque postulationibus iracundi atque irascentis Regis.*

Ad notam *k.* Cum *Baronio* sentit *Collectio Concilior. regia Harduini T. VI. P. II. col.* 1196. *Petrum Diaconum* autem a mendacii crimine, ipsi insimulato, excusat & liberat *Angelus de Nuce*, qui eruditas ad *Chronicam Casinen-*

fiuenfem Notas fcripfit, *nota* 7. ad *locum allegatum*, in *Muratorii Scriptor. rer. Ital. T. IV. p. 555. C. D.*

Ad verba: *Lotharius ab Innocentio* II. -- *coronabatur*. Hæc non intelligenda funt de ipfa coronatione imperiali aut repetitione coronationis regiæ Germanicæ, fed potius de impofitione coronæ, in folemnibus curiis Regum noftrorum inter facræ Liturgiæ folemnia, ab Archi-Epifcopis vel Epifcopis olim peracta, quorum vices in hac Curia explebat *Pontifex* ipfe. Recte itaque illins nullam mentionem fecit B. meus Avunculus, poft cineres etiam venerandus, *Elias Theophilus Dietericus* in elegan̄ti *Diff. de iteratis Imperatorum coronationibus Germanicis*, Vitembergæ 1717. habita. Nudam ceremoniam vocat *B. Koelerus* in feiner *Teutfchen Reichs-Hiftorie, p. m. 159.* & ex eo Ill. *Baudifius* in *Notis* ad *Muratorii Gefchichte von Italien P. VII. p. 26. nota d.* Sed antiquiffima erat ceremonia, e veteri Francorum regno ad noftros Germanicos Reges derivata, & majoris fplendoris, quin imo majoris erga præfentem Regem venerationis gratia primum, ut videtur, introducta. Conferatur de hoc ritu, ipfisque Curiis *Du Fresne* in *Gloffario med. & inf. Latinit. T. II. col. 1254-1256.* edit. recentiff. itemque in *Diff. V.* ad *J. de Joinville Hiftoire de S. Louys p. 157. fqq.* quam ex rariffimo hoc Libro germanice verfam exhibet Perill. & Excellentiff. Dn. *Wilh. Frider. de Piftorius* in *Amænitat. hiftorico-juridicis P. I. p. 92. fqq.* adde Illuftriff. S. R. I. Comitem *Henricum a Bünau* in der *Teutfchen Kayfer-und Reichs-Hiftorie, P. II. p. 339. fq.*

Ad notam *n. Anfelmo Gemblacenfi* & *Alberico* addi poteft *Reinerus*, infignis Monafterii S. Laurentii Leodienfis Afceta, qui coeptam a *Ruperto*, ejusdem Cœnobii primum Monacho, poftea Abbate Tuitienfi, *Hiftoriam Epifcoporum Leodienfium & Abbatum S. Laurentii* usque ad an. 1106. quo tempore ille floruit, continuavit. *Reinerus* autem in *Hiftoria hujus Monafterii S. Laurentii Leodienfis cap. 35.* (potius 38.) in *Martenii & Durandi Collect. amplifs. T. IV. col. 1083.* fequentia prodit: *Innocentius Papa fecundus, comitatus multa turba epifcoporum & abbatum inter quos erat B. Bernardus Clarevallenfis Abbas, Leodium venit dominica tertia quadragefimæ, ubi a Lothario Rege & Alexandro Epifcopo* (fcil. Leodienfi) *& tota civitate devote fufcipitur, & ab Ecclefia S. Martini usque ad S. Lambertum proceffionaliter deducitur ab eo, & Lotharius Rex cum fua conjuge ibidem benedicitur anno XXXI.* Ceterum quod attinet *Guil. de Nangis*, cujus ceu Scriptoris paululum recentiotis, (floruit enim fub initium Sec. XIV. tefte *J. A. Fabricio* in *Bibliotb. lat. med. & inf. æt. T. III. L. VII. p. 462.*) teftimonium de *Lothario*, *Stratoris* munia obeunti, rejeceram, illi fuccenturiare lubet *Sugerium*, Scriptorem coævum, in *vita Ludovici Groffi Regis*, apud *P. Pithœum l.* paulo ante *c. p. 132.* ita fcribentem: (*Innocentius II.*) *vifitando* -- *Galioniam*, (lege: *Gallicam*) *ficut res exigebat, Ecclefiam ad partes fe transfert Lotbaringorum. Cui cum Imperator Loberius* (*Lotharius*) *civitate Lerdii* (legendum eft: Leodii) *cum magno Archi-Epifcoporum & Epifcoporum & Teutonici regni optimatum collegio celeberrime occurriffet in platea ante epifcopalem ecclefiam humillime fe ipfum Stratorem offerens, pedes per medium fanctæ proceffionis ad eum feftinat, alia manu virgam ad defendendum, alia frænum albi equi accipiens tanquam dominum deducebat. Defcendente vero tota ftatione eum fubradiando* (legendum eft: *fubbrachiando*,) *deportans, celfitudinem paternitatis ejus notis & ignotis clarificavit.* Muto itaque fententiam, & nolo amplius, propter allatum gravis & coævi Scriptoris teftimonium, dubitare, quin *Lotharius* in ifto conventu Leodienfi *Stratoris* vices in fe fufcepit.

perit. Sed nihil insoliti hic offendes, ritum jam diu receptum secutus est *Lotharius*, & idem officium *Episcopo Romano* exhibuit, quale jam Antecessores suos summis Pontificibus præstitisse legimus. De *Stratoris* officio conferri potest *Du Fresne* in *Glossar. med. & inf. Latinit. T. VI. col. 762. sq.* edit. recentiss. sed origines & historiam hujus ritus atque obsequii idem *Cangius* præclare & cum copiosa lectione exponit in *Notis ad Jo. Cinnami Historiam*, *p. 158. b.-161. b.* in *Corp. Hist. Byzantinæ Tomo XI.* edit. Venetæ. At fallitur quodammodo vir eruditissimus, dum *l. c. p. 159. a.* asserit, inter Germaniæ Reges *Henricum V. Imp.* primum fuisse, qui hoc honore Pontificem prosecutus fuerit. Nam de fratre ejus natu majore *Conrado Rege Rom. Bertholdus Constantiensis* in *Append. ad Hermannum Contractum ad an. 1095.* in *Urstisii Scriptor. T. I. p. m. 374.* sequentia scribit: *Conradus Rex filius Heinrici, Domino Papæ Urbano, Cremonam venienti, obviam progreditur, eique Stratoris officium exhibuit quarto Idus Aprilis.* Non solum autem *Imperatores nostri*, sed & alii *Reges* & *Principes Christiani* eundem honorem eademque obsequia *Pontifici maximo* præstiterunt, quapropter ea tanquam usu prorsus recepta & debita in *Speculæ Saxonicum & Suevicum*, itemque in *Ceremoniale Romanum* relata sunt. *Jus provinciale Saxonicum L. I. Art. I. pag. 17.* editionis præstantissimæ, a perill. Dn. *Car. Guil. de Gærtner* curatæ, sequentia habet: *Deme Pavese is och gesatt zu ridene bescheidener Zit upb eyneme blaneken pherde. unde die Keiser bat ime den Stegerip balden. durcb das die Sadel nicbt ne wike*, quæ in *versione latina* sic sonant: -- *Papa super equum candidum equitare constitutum est, cui in ascensu equi ab Imperatore sella, ne decidat, tenebitur. Speculum Suevicum pag. 6.* edit. Bergerianæ, hæc profert: -- *der Kayser soll dem Pabst den Stegraif balten, das sich der Satel nicbt entweicb. Ceremoniale* autem *Romanum L. I. Sect. II. cap. 3.* in *Christi. Godofr. Hofmanni nova Scriptor.* ac *Monumentor. Collect. T. II. p. 324.* hunc in modum fatur: *Cum Papa per scalam, quam superius diximus, ascendit equum, major Princeps, qui præsens adest, etiam si Rex esset aut Imperator, stapham equi papalis tenet & deinde ducit equum per frenum aliquantulum.* Porro in iisdem *Sacrarum Ceremoniarum Libris, L. I. Sect. V. cap. 4.* ibidem *p. 354.* sequentia occurrunt: *Cæsar -- cum ad finem graduum pervenerit traditis Sceptro & pomo uni ex suis, pervenit* (alii legunt: *prævenit*,) *ad equum Pontificis & in honorem Salvatoris nostri Jesu Christi, cujus vices Pontifex in terris gerit, tenet Staphdm, quoad* Pontifex *equum ascenderit. Et deinde, accepto equi fræno, per aliquos passus ducit equum Pontificis. Pontifex dum Imperator hæc humilitatis officia vult exhibere, debet aliquantulum modeste recusare & tandem cum aliquibus bonis verbis honorem non in personam suam, sed illius, cujus locum tenet, recipiendo, permittit, illum aliquantulum progredi: tum firmat se, & nullo pacto permittit, Cæsarem ulterius ire &c.*

Ad verba: *Divertebat Trevirim, ibique Sacris Paschalibus vacabat.* Conferri hic merentur *Gesta Trevirensium Archi-Episcoporum cap. 64.* in *Martenii* & *Durandi Collect. ampliss. T. IV. col. 197.* Agebatur nempe *Augustæ Trevirorum* de electione novi Archi-Præsulis. De ea inter Clerum & Nobiles magna erat contentio, *Rex* cum *Legato Pontificio* frustra eam componere nitebantur, quapropter, statuta electioni die, infecto negotio discedunt. Postea pars Cleri eligebat *Alberonem*, *Primicerium Metensem*, cui tamen, uti *Autor Gestor. Archi-Ep. Trevirens. l. c.* scribit: *Principes*, (i. e. Nobiles Trevirenses,) & *populus acriter repugnabant.* Clerus itaque ad *Synodum Moguntinam*, paulo post habitam, Legatos dirigebat, qui a *Rege* peterent, ut *Alberonis* electionem probaret. Sed negabat *Lotharius*, se ullius

ullius electionem ratam esse habiturum, qui non æque laicorum ac cleri suffragia tulisset. Tandem res devoluta fuit ad Pontificem, qui in *Concilio Rhemensi Alberoni* quamvis invito, locum inter Archi-Episcopos assignavit, illumque deinceps *Viennam* secum abductum ibi consecravit. Videatur quoque *Browerus* in *Annal. Trevirens. T. II. L. XIII. §. 100. sqq. p. 27. sqq.*

Ad verba: *Tum nova Synodus Moguntiæ celebrabatur.* *Moguntiæ* illo tempore non tam *Synodum*, quam potius *Comitia* fuisse, præter rem asserit *Barrius l. c. Vol. III. pag. 348.* Nam ibi *Concilium*, scil. *provinciale*, præsidente *Legato Pontificio*, *Matthæo*, *Cardinale Albanensi*, & *Adalberto Moguntino*, ceu *Metropolitano*, habitum fuisse, clare testatur *Dodechinus l. c.* Illi, præter *Archi-Episcopos Moguntinum* & *Trevirensem*, (in quo posteriori vero errat,) multosque sibi ignoratos Episcopos interfuisse *Bambergensem*, *Herbipolitanum*, *Wormatiensem*, *Spirensem*, *Argentinensem*, (de cujus vero corio ludebatur,) *Halberstadiensem*, *Paderbornensem Præsules*, itemque *Fuldensem*, *Hirsaugiensem*, multosque alios *Abbates*, testis est *Trithemius* in *Chron. Hirsaug. ad an. 1131. T. I. pag. 392. sq.* edit. Sangallensis. Memorat *Dodechinus l. c.* etiam *Episcopos Augustanum* & *Eichstadiensem*, cf. *Schatenii Annal. Paderborn. T. I. L. VIII. p. 727.* Recte itaque *Collectio Regia Concilior.* ex edit. *Harduini T. VI. P. II. col. 1195. sq.* hanc *Synodum Moguntinam* in seriem Conciliorum retulit. Ceterum in illa *Innocentius II.* iterum pro vero Pontifice fuit agnitus.

Ad verba: *Bruno, Ep. Argentinensis dignitate sua exuebatur.* *Bruno*, *Argentinensium Præsul*, non tam exautoratus fuit, quam potius Episcopatum in manus *Legati Pontificii* & *Archi-Episcopi Moguntini* libere resignavit, teste *Dodechino l. c.* *Barrium* vero *l. c. Vol. III. pag. 348.* in recensendis his gestis, admodum hallucinari, sibique contradicere, res est in aprico posita.

Ad verba: *Inde Argentinam pergebat Lotharius, ibique Pentecostali tempore agebat.* *Lotharium Argentorati* traditionem quarundam argentifodinarum in *pago Brisikkouwe*, per *Conradum II. Imp.* ejusque filium *Henricum III. Ecclesiæ Basileensi* factam, sua autoritate confirmasse, testatur Diploma in Rev. P. *Marqu. Hergotti Genealog. Diplomat. Habsburg. T. II. P. I. n. 212. p. 156.* Illius enim subnotatio sic se habet. *Data VIII. Kal. Julii anno Dom. Incarn. MXXI. Indictione IX. anno vero Regni Lotharii Tertii D. G. Rom. Regis Serenissimi VI. Actum Strasburg* &c. Probe mones Cel. *Hergottus* in *subjecta nota 4.* pro anno *MCXXI.* substituendum esse verum annum *MCXXXI.* Sed miror, expressum ibi in margine, per sphalma typographicum, *diem 24. Julii*, cum tamen *dies 24. Junii* legendus sit, retinuisse, &, hoc Diploma ad illum, licet falsum diem, retulisse B. *Petrum Georgischium* in *Regestis chronologico-diplomaticis*, T. I. col. 539. n. 9.

Ad verba: *Lotharius bello aggrediebatur Danos, --- cujus facta -- mittimus.* Qui plura de hoc bello, ejusque caussis atque exitu nosse cupit, consulere potest e recentioribus *Pagium l. c. ad a. 1130. n. 51. sq. p. 472.* Ill. *Mascovium l. c. L. I. §. 24. sq. p. 38. sqq. Ludov. Holbergium* in der *Danischen Reichs-Historie*, *P. I. p. 209. sqq.* edit. primæ, & *Barrium Vol. III. pag. 334-337.* itemque *p. 352-359.* Horum posterior vero à

mea

mea ex opinione, cædem *S. Canuti*, quæ huic bello occasionem dedit, falso ad an, 1133. refert, quamvis etiam *Joannes Bollandus in Actis SS. m. Januar. T. I. p. 390. a. in margine*, eandem teneat sententiam, quam deinceps *ibidem* *§. 3. n. 13. p. 392. a.* paululum mutat, & dubitanter interfectionem *S. Canuti circa an. 1133.* patratam fuisse, autumat. Sed magis placet sententia Ill. *Mascovii l. c. p. 39. nota 9.* qui *S. Canutum* an. 1131. interemtum ait.

Ad verba: *Nativitatem dominicam Lotharius Coloniæ celebrabat.* In hac Curia *Lotharius* judicio *Principum Imperii* & *trium Cardinalium Legatorum*, discordem *Godfridi*, *Præpositi Santensis*, & *Brunonis*, *Præpositi S. Gereonis*, in *Archi-Episcopum Coloniensem* electionem diremit, & illo juri suo renunciante, hujus unanimem electionem procuravit. Vid. *Scriptores* in *nota n.* allegati. Adde his *S. Bernhardi duas Epistolas* ad *Brunonem*, inter *Illius Epp. n. 8. & 9. Opp. col. 1401. sq.* edit. citatæ.

Ad verba: *Finitum ab Henrico Magnanimo gestum in Bavaria bellum.* Hoc anno 1131. *Henricum Magnanimum*, simulata persona, vel quod mavis mutato vero nomine, peregre abiisse & vicinas Germaniæ versus Hesperum regiones invisisse, variis cum circumstantiis narrat *Laurentius Leodiensis* in *Histor. Episcopor. Virdunens.* in *Dacherii Spicilegio*, *T. II. p. 252. b.* itemque apud *Calmetum l. c. T. I. dans les Preuves pag. 230.* At quamvis *Laurentius* testis sit σύγχρονος, hæc tamen sola ejus fide narro, cum minus probabile mihi videatur, *Henricum*, *bello Bavarico* implicitum, tantum otii habuisse, ut itineri se dare potuerit.

Ad verba: *- - gestum in Bavaria bellum, quod superiori anno initium ceperat &c.* *Otto*, *Comes a Wolfratshausen*, cujus hic inter alios mentio fit, frater erat *Conradi*, *Episcopi Ratisbonnensis* recens electi. Qui plura de hoc bello nosse cupit, e recentioribus adeat *Aventinum* in *Annal. Boic. L. VI. pag. m. 380. sq. Origg. Guelf. T. II. L. VI. cap. 4. §. 12. & 13. p. 339. sq.* & *Barrium l. c. Vol. III. p. 333. sq.* qui vero *Fridericum a Pogen*, *Advocatum Ecclesiæ Ratisbonnensis*, male vocat *Comitem Passaviensem*.

§. XII.

Ad verba: *Bamberga - - curiam sive Comitia præsente Sobieslao, Bohemorum Duce agebat.* *Barrius l. c. Vol. III. p. 349. sq.* contendit, *Bambergæ* pactas fuisse inducias triennales, mediante *Lothario*, inter *Sobieslaum Bohemiæ* & *Boleslaum Poloniæ*, *Duces*, illum vero negasse auxilia *Regi* ferenda in expeditione Italica jam instanti. Sed facile patet, *Barrium* nimium fidisse *Jo. Dlugloßo*, Scriptori nimis recentiori, in *Hist. Polon. L. IV. col. 439.* qui tamen ipse errat & *Curias Bambergenses an. 1132. & 1135.* invicem confundit. *Chronicon* nempe *Bohemicum* l. nota a. cit. solummodo testatur de *Sobieslai* præsentia, additque hunc *Lothario*, *Romam* proficiscenti *Jaromirum* cum CCC. electis militibus in auxilium destinasse.

Ad verba: *Festum paschale Aquis celebrabat, nihil de Regni statu disponens, sed omnium querelas differens.* Ita quidem tradit *Ansbelmus Gemblacensis*, & ex illo *Albericus ll. cc.* Verum

in

in hac *Curia Aquensi Lotharius* de Regalibus cum Sceptro investivit *novum Archiepiscopum Treverensem Alberonem*, vide sis *Gesta Archi-Ep. Trevirens. c. 65.* in *Martenii* & *Durandi Collect. amplifs. T. IV. col. 198.* cf. *Browerus, l.c. T. II. L. XIII. n. 110. p. 30. b.* Ab initio ægre quidem ferebat *Lotharius Alberonem*, contra pactum de an. 1122. prius consecrationem à *Pontifice* accepisse, quam investituram de regalibus a *Rege* expetiisse. Quum vero *Albero* ex communi consilio Principum juramentum Regi obtulisset, se non contemtu Regii juris hoc fecisse, sed coactum à Papa se consecrari passum fuisse; *Lotharius* jusjurandum oblatum illi remisit. Probe enim observavit *B. Jo. Guil. Hoffmannus*, in doctissima *Disp. ad Concordatum Henrici V. & Callisti II.* convenisse inter *Cæsarem* & *Pontificem*, ut *Rex* vel *Imperator Episcopos* & *Abbates Germaniæ* ante confirmationem & consecrationem Sceptro de regalibus investiret, id quod juris etiam *Lotharium* nostrum strenue vindicasse, variis exemplis evicit in laudata *Diss. §. XI, p. m. 36. sqq.*

Ad verba : *Tum in Fuldensi monasterio Sacris Quinquagenalibus vacabat.* *Fuldæ Lotharius Curiam* solemnem habebat, id quod patet ex *Literis Lotharii* ad *Henricum generum* scriptis, quarum argumentum ex *Hansizio* nobis dedit Ill. *Mascovius, l. c. p. 327. sqq.* quas vero integras nanciscendi & olim edendi, spes non exigua adest. Jam aliquoties de his literis mentionem feci, sed hoc in loco, ceu maxime apto, earum præcipuum argumentum enarrabo. *Lotharius*, in procinctu expeditionis Italicæ constitutus, *Henrico*, se absente, totius regni custodiam vult committere, quo illud contra *Fridericum Suevum*, sibi infestissimum, protegat. Hunc pacem & fœdus per *Archi-Episcopos Moguntinum & Coloniensem*, itemque *Episcopos Spirensem & Ratisbonnensem* quæsivisse & obtulisse, ait, sed hisce blanditiis *Lotharium* minus fidisse, e sequentibus patet, quod *Generum* monet, ut illum prosternat, quo sicut sui amoris, ita & *heres regni* sibi existat. Respondet *Henricus*, difficile quidem sibi videri contra *Fridericum* bella gerere, qui ipsum semper *loco Fratris* dilexerit, rogitare itaque, ut, si cum suo & regni honore pacem cum illo componere queat, id ante expeditionem Romanam faciat, sin minus, se jussa ejus executurum & regnum esse defensurum, quo *Socer* in reditu sentiat, illud nullam diminutionem passum fuisse. Tandem monet, ut *Rex Adalberto Moguntino* nimium ne fidat, cum homo sit versutissimus, totusque ex fraude & mendacio compositus.

Ad Not. *f.* *S. Bernhardi* Epistola allegata extat inter *Ejus Epistolas n. 139. Opp. col. 1518.* edit. cit. Ex illa sequentia notatu digna verba excerpi merentur: *Roma siquidem imperialis culminis plenitudinem gloriosissime assecutus, idque, quod majus fuit, in manu non magna, ut animi fideique magnitudo clarius emineret. Quod si ante tantillum exercitum terra tremuit & quievit: quantus putamus horror hostium corda invadere habeat* (legendum erit: *debeat,*) *cum cœperit Rex procedere in magnitudine brachii sui?*

Ad notam *h.* Hanc notam adoptavit Ill. *Autor Notarum* ad *Muratorii Geschichte von Italien, P. VII. p. 28. seq. nota m.* Obiter observo, Rev. *Barrium l. c. Vol. III. p. 349. & 350.* contendere, *exercitum cæsareum* constitisse ex *quatuor millibus armatorum*, cujus tamen asserti nullum testem allegat, hinc illum ex ingenio hæc adstruxisse, facile liquet.

Ad notam *ll.* *Lotharii primam expeditionem Italicam* jam in a. 1131. refert *Autor Chron. Casauriensis* l. *Piscariensis*, quamvis coævus, *L. III.* in

D'Achery Spicilegio T. II. p. 966. a, ita scribens: *Deinde in sequenti anno Dominica incarnationis millesimo centesimo tricesimo primo*, (de errore itaque eo minus dubitandum est, quod designatio anni non literis, aut numeris cardinalibus, sed ordinalibus expressa est) -- *Rex Lotharius Italiam ingressus est.* Præter allegatos Scriptores autem *primam* cum *altera expeditione Italica* pariter confundit *Job. Iperius* in *Chron. S. Bertini cap. 42. P. III.* in *Martenii* & *Durandi Thes. N. Anecdotor. T. III. col. 636. D.* Ceterum non solus *Robertus de Monte*, uti quidem ill. *Baudisio* in *Notis* ad *Muratorii Geschichte von Italien, P. VII. p. 30. nota n.* videtur, sed & alii allegati Scriptores hoc *primum Lotharii* in *Italiam iter* in *annum* demum *1133.* reiiciunt.

Ad notam *m.* *Hermanni*, Ep. Augustani, *Epistolam lamentabilem* exhibent etiam *Origg. Guelf. T. II. in Probat. ad L. VI n. 63. pag. 511. sqq.* cf. *Perill. Dn. a Stetten Geschichte der Reichs-Stadt Augspurg, cap. V. §. 10. p. 56. sq.* ibique allegati. Male autem *Barrius l. c. Vol. III. p. 329.* excidium *Augusta* jam ante expugnationem *Spiræ*, i. e. ante an. 1129. accidisse somniat.

Post verba: *in cineres miserrime redigebatur*; addi potest. *Conradum*, regni æmulum, circa hæc tempora ex *Italia* reducem, in *Germania* novas res fuisse molitum, eique *Wibaldum*, *Abbatem Stabulensem*, postea *Corbeiensem*, se potissimum opposuisse, atque cavisse, ne malum hoc improvisum latius serperet, opinantur *Martenius* & *Durandus* in *Observatione prævia* ad *Wibaldi Epistolas*, in *Collect. amplisf. T. II. p. 260.* Sed malim has defensi Imperii partes tribuere *Henrico Magnanimo*, Cæsaris genero, propter ea, quæ paulo superius observavimus.

Ad vocem: *Mediolano.* *Buonincontrus Morigia* in *Annal. Modoëtia L. I.* in *Muratorii Scriptor. rer. Ital. T. XII. col. 1083. B.* hæc habet: *Lotharius hujus nominis quartus Saxonia Dux Imperator A. D. MCXXVI. imperavit annis XI. Hic ab Anselmo ex Capitaneis de Pusterla. Mediolanensi Archi-Episcopo, primo in Modoëtia, postea in Mediolano, coronatus est.* Porro *Gualvaneus Flamma* in *Manipulo Florum cap. 167.* apud *Muratorium l. c. T. XI. col. 631. C.* sequentia profert: *Lotharius A. D. 1136.* (legendum esse *1132.* vel *1133.* e proximis hujus Scriptoris verbis facile liquet) *Mediolanum venit, ubi ab Anselmo de Pusterla Archi-Episcopo Mediolanensi supradicto, primo in Modætia, secundo in Mediolano coronatus fuit.* Horum Duumvirorum, licet ducentis post *Lotharium* annis vixerint, autoritas, permovit *Corium*, *Chalcum*, aliosque *rerum Mediolanensium Scriptores*, ut uno ore adstruxerint, *Lotharium* in *Regem Italiæ* fuisse coronatum. Idem fecit Ill. *Mascovius* in egregia *Diss. de regali imperialique Augustorum Germaniæ, Augustarumque coronatione, cap. III. §. 10. p. m. 41. sq.* qui vero sententiam postmodum mutavit, & se ipsum refutavit in *Commentariis* suis laudatis *p. 43. & 329. sq.* cf. *Muratorii Geschichte von Italien, P. VII. pag. 55. sq.* Egomet ipse cum *Disputationem de Lothario* conscriberem, *coronationis Lotharii Italicæ*, meditato consilio, nullam mentionem faciebam, ob silentium Scriptorum coævorum & suppariumʼ, & quod narrata *Morigiæ* & *Flammæ* non conciliare poteram cum dissidiis, quæ illo tempore inter *Lotharium* ac *Mediolanenses* eorumque *Archi-Episcopum Anshelmum* intercesserunt. *Puricellus* quidem in *Monumentis Basilicæ Ambrosianæ, n. 382. l. c.* tradit, *Lotharium*, jam *Imperatorem*, ab *Anselmi* Successore, *Roboaldo Archi-Episcopo*, coronatum fuisse *Regem Italiæ*, sed eum bene refellit *Pagius l. c. ad an. 1134. n. XIX. p. 491. b.*

Ad

Ad notam *o.* & quidem ad verba: *Mediolanenses demum post Lotharii in Germaniam reditum -- ad obsequium redierunt.* *Muratorius* quidem in der *Geschichte von Italien P. VII. ad an. 1129. pag. 19. sq.* aliter sentire, atque asserere videtur, *Mediolanenses* jam an. 1129. *Conradi* partes deseruisse. Provocat etpropter ad *Epistolam Litifridi, Ep. Novariensis*, ad *Lotharium* uti videtur an. 1129. scriptam, cujus supra, in §. *VIII. nota c.* meminimus, & partem illius excerptam dedimus. Ibi enim sequentia occurrunt. *Cunradus autem, Mediolanensium idolum ab eis tamen relictum, -- Parmæ -- viliter moratur.* At enim vero hæc non ita comparata sunt, ut nos permovere possent, sententiam probe ponderatam deserere. Ipse insuper *Muratorius* quodammodo retractavit *l. c. p. 39. sq.* annotando, *Mediolanenses* demum an. 1134. *Conrado* plenarie nuntium remisisse. Testis denique adest, pro fulciendo nostro asserto, omni exceptione major, *S. Bernardus* scilicet, cujus ope submissio *Mediolanensium* peracta fuit, in *Epistola* ad *Richenzam Imperatricem, Epp. Ejus n. 137. Opp. col. 1517. sq.* edit. cit. quam in *Probationibus ad Origg. Guelf.* neglectam fuisse miror.

Ad notam *p.* *Lotharii Epistolam encyclicam* in *hac nota* citatam *Dacherius loco alleg.* falso refert ad an. 1131. cum illius argumentum satis abunde evincat, eam demum anno 1133. a *Lothario*, jam quidem *Roma* constituto, sed nondum imperiali corona redimito, fuisse exaratam. Extant etiam hæ literæ in *Schatenii Annal. Paderborn. T. I. pag. 730. sq.* qui *illas* vero recte *anno 1133.* adscribit.

Ad notam *rr.* Colloquium *Lotharii* cum *Innocentio II.* & *Longobardis* in *Roncaliis campis*, qui inter *Cremonam* & *Placentiam* trans *Padum* fluvium jacent, de statu ecclesiæ atque imperii habitum fuisse, *Baronius l. c.* non tam sua fide, quam potius verbis *Actorum* quorundam *veterum* adhuc MSS. narravit. Valde itaque miror, Consultiss. *Heiligerum* in docto *Libello de Campis Roncaliæ, habitisque ibi Curiis solemnibus* (Gottingæ 1751. 4.) *§. XVIII. p. 47. sq.* scribere, se testem hujus colloquii *Baronio* antiquiorem frustra quæsivisse, cum tamen hic ipse *Romana Ecclesiæ Purpuratus* ad *Acta vetera* provocet. Ad hæc extat testimonium de hac consabulatione inter *Pontificem* & *Regem* in *Nicolai Cardinalis de Arragonia* & *aliorum vitis Pontif. Romanor.* in *Muratorii Scriptor. Ital. T. III. P. I. p. 435. a.* ubi hæc occurrunt: *Interea Rex Lotharius, sicut promiserat, in Lombardiam cum exercitu venit, & in Roncaliis cum eodem Papa* (scil. *Innocentio II.*) *& Lombardis generale colloquium de statu ecclesiæ atque Imperii habuit.* Nec divinare possum, unde *Heiligerus* hauserit, hunc conventum *ineunte Septembri* habitum fuisse. Certe hoc temporis indicium caret in *veteribus Actis*, vel in *Baronii Annalium* editione, quam præ manibus habeo. Quin imo *Lotharius ineunte Septembri* vix *Italiam* attingere potuerat.

Ad verba: *Modoëtiam pergebat Lotharius.* Agnosco errorem, quem tamen cum Summis Viris, *Leibnitio*, *Eccardo*, *Habnio* & *Mascovio* in *Diss. cit. cap. III. §. 10. p. m. 42. nota b. & c.* erravi. Errorem evitare potuissem, si paulo accuratius attendissem ad circumstantias rerum & situm locorum, ubi *Lotharius* sub finem anni 1132. & sub initium anni sequentis moratus est. Retrogradi enim debuisset, si habito in *Roncaliis* colloquio, *Modoetiam* se conferre voluisset. Nec probabile est, *Cæsarem* adiisse *Modoetiam*, nimis vicinam *Mediolano*, urbi sibi infensissimæ. Præterea er-

randi occasionem subministravit etiam similitudo nominum: *Modicia*, (nam & sic *Modoetia* nonnunquam effertur,) & *Medicina*, quam posteriorem loco prioris inscitus librarius facile legere vel describere poterat. Nec *Medicinam* apud *Scriptorem Italum* illorum temporum offendi, quin imo si *Index Geographicus* in *Muratorii Scriptores rer. Ital.* qui partem *Tomi XXV. eorundem* constituit, ex omnibus partibus absolutus est, *Medicina* in tot *Scriptoribus Italicis medii avi*, quod sane mireris, nuspiam occurrit. Jam vero, dum situs *Medicina* caussa evolvebam *Leandri Alberti Descrittione di tutta Italia*, in Bologna 1550. fol. loci hujus indicium inveni *pag. 289. a.* quod ita se habet: *portendosi dall' antidetta Via Emilia, & caminando in giù verso la Padusa, cui Medicina Castello (presso quella) fatto da i Bolognesi ne' l mille trecento ottanta sei. Ben è vero che furo finite le nuove mura di esso, ne' l mille cinque cento venti tre, essendo Podestà quivi Camillo Gogiadini cavaliero aurato.* Hæc *Guilielm. Kyriander* in *L. Alberti Descriptione totius Italiæ*, latine a se versa, *Coloniæ 1567. fol. pag. 496.* sequentem in modum transtulit: *Deinceps ab Æmilia versus Padusam paludem infra deflectenti, nec procul ab ea castellum occurrit Medicina, post C. N. MCCCLXXXVI. a Bononiensibus fundatum, cujus tamen nova mœnia MDXXIII. sub Prætura Camilli Gogiadinii, equitis aurati, absoluta fuere.* Adjacet *Medicina* fluvio *Claternæ*, *Italis* hodie *Quaderna* dicto, si fides habenda *mappis geographicis*, in quarum variis hunc locum deprehendi, v. c. in *Territorio di Bologna*, per *Gerb. Valck* & *Petr. Schenck*, item in *Tabula* cui titulus: *de Stoel de Oorlogs in Italien door Nic. Visscher, nunc apud Petr. Schenck. jun.* aliisque. Ceterum *Muratorius* in der *Geschichte von Italien P. VII. ad an. 1132. p. m. 31.* vindicavit lectionem *Annalium Hildesheimensium* & *Chronographi Saxonis*, qui rectam lectionem, scilicet: *apud villam Medicinam dictam*, tenent, atque errorem *Leibnitii*, qui errando aliis facem prætulit, detexit. *Muratorii* fidem secutus est Ill. *Mascovius* in *Commentariis L. I. §. 27. pag. 44.* Quando vero *Autor Notarum* ad *Muratorii Annales Italiæ, P. VII. p. 30. sq. nota s.* ait, se mirari, quod *Muratorii* observationem non in meos usus converterim; sciat velim, me, *Dissertationem* meam *Gœttingæ* conscribentem, *Muratorii Annales* non ad manus habuisse, sed illorum copiam mihi demum *Helmstadii* factam fuisse. Id quod vel inde perspicere potuisset, quod *Muratorii Annales Italiæ* in tota mea Disputatione nunquam sunt allegati. Talem Autorem classicum ego certe non neglexissem, modo illum tum temporis obtinere licuisset. Forte ipse *Autor* cum *Leibnitio* pariter errasset, nisi *Muratorius* illum in rectam sententiam deduxisset. Illius autem, conjecturam, *l. c.* prolatam, scilicet non credibile esse, Scriptorem illorum temporum invicem confudisse *Medicinam* & *Modoetiam*, aliorum judicio relinquo. Quod si enim summus *Leibnitius* & ceteri nominati præstantissimi Viri, in tanta temporum nostrorum luce historica, ignorare potuerunt *Medicinam*, villam *agri Bononiensis*, illamque permutarunt cum *Modoetia*, Germanis magis cognita, ex pari errore aut inscitia in isto obscuro ævo *Annalista Saxo* hæc duo loca invicem commiscere potuit, cum ei insuper *Conradi*, æmuli regni, & aliorum antecedentium Regum coronationes, *Modoetiæ* peractæ, in memoria versatæ fuerint.

Ad verba: *Lotharius ad S. Flavianum vacans.* *Leander Albertus*, in *Descript. totius Italiæ*, e versione latina *Guil. Kyriandri*, *pag. m. 402.* in *Samnio*, quod nunc *Aprutium* vocatur, & quidem apud *Samnites Præcutinos* meminit cujusdam *Flaviani* oppidi, hisce verbis: *Haud procul Turdino circa litus oppidum est fere desertum Flavianum: ubi quondam urbs, Castrum a Ptolemæo nominata, Castrumque novum à Plinio.* Illud Seculo adhuc XV. floruis-

floruiſſe patet ex *Joh. Simonettæ Hiſt. de rebus geſtis Franciſci I. Sfortiæ Vicecomitis, Mediolanenſium Ducis, L. XXVII. ad an. 1460.* in *Muratorii Scriptor. Ital. T. XXI. col. 710. A.* Ibi enim *S. Flavianum* occurrit *haud longe à mari oppidum, fama magis quam in ea regione clarum.* Sed valde dubito, num in hoc oppido *Lotharius* feſtum Paſchale celebraverit. Nimis diſſitum eſt *S. Flavianum* in *Abrutiorum Provincia* a *Thuſcia*, & *Carcinaria* villa, in qua poſt Paſchatis feſtum *Cæſar* & *Pontifex* convenerunt, & inde *Romam* abierunt, v. Teſtimonium *Cardinalis ab Arragonia* mox afferendum. Aliud autem *Flavianum* indaganti, itineri Lothariano magis aptum, apud eundem *Leandr. Albertum l. c. p. 111.* in deſcriptione *Thuſciæ* ſequentia occurrunt: - - *ubi nonnihil à monte Soracte deflexeris, juxta in Phaliſcis Flavianum erat, ita Catoni vocatum: cujus hac ætate nulla prorſus monumenta ſunt reliqua, ſed agrum Virgilius* (Æneid. L. VII. verſu 696.) *commemorat.* Conf. etiam *Chriſtoph. Cellarii Notit. orbis antiqui L. II. c. 9. Tomo I. p. m. 730.* edit. primæ. Sed circa *Flavianum* oppidulum *Hetruriæ* in finibus *Faliſcorum* prope *Tiberim*, ſcrupulum movet, quod illud teſte *Servio Grammatico*, jam ſuo tempore, adeoque Sec. V. omnino exciſum fuerit, adeo ut etiam ejus ruinæ evanuerint, V. *Baudrand* in *Lexico Geograph. T. I. p. m. 392. b.* Aliis itaque relinquo certum *S. Flaviani* noſtri ſitum indagare.

Ad notam *z*. *Baronio* addi poteſt *Nicolaus Cardinalis de Arragonia* in *vitis Pontif. Romanor.* apud *Muratorium, Scr. R. J. T. III. P. I. pag. 435. b.* cujus verba: - - *Rex Lotharius in Tuſciam venit, & apud Calcinariam* (hodie dicitur *Calcinaja* & in quibusdam mappis geographicis ſub hac denominatione occurrit) *in territorio Piſano cum eodem Papa colloquium iterum habuit. Concordantes igitur, ut ad Urbem feſtinare deberent, Rex per ſtratam publicam, & Pontifex per maritimam usque Viterbium proceſſerunt. Itaque pariter colloquentes proceſſerunt inſimul per Ortam, & Sabienſe & Farfenſe territorium; & appropinquantes Romæ juxta Eccleſiam S. Agnetis caſtrametati ſunt. Occurrentibus autem eis Theobaldo Urbis Præfecto ac Petro Latronis cum aliis Nobilibus Romanis & Transtiberinis intraverunt Romam an. Dn. MCXXXIV.* (legendum eſt MCXXXIII.) *Et Pontifex quidem in Palatio Lateranenſi hoſpitatur, & Rex Lotharius in Monte Aventino tentoria fixit.* Apud *Baronium l. c.* pro: *Petro Latronis*, legitur: *Petro Leonis*, ſed illam lectionem meliorem eſſe, obſervat *Muratorius* in der *Geſchichte von Italien, P. VII. ad an. 1133. pag. 33.* Hic ipſe *Petrus Latronis* vocabatur etiam *P. Lateranus*, & *Conſul* erat *Romanus*, uti patet ex *Epiſtola H. Agatenſis Epiſcopi*, in *Udalrici Babenberg. Cod. epiſtol. n. 360. l. c. col. 366. ſq.* ex qua ſimul apparet, *Anacletum* ejusque aſſeclas, quod auxiliis *Rogerii*, novi *Siciliarum Regis*, deſtituebantur, nihil contra *Lotharium* fuiſſe molitos, ſed intra munitiora urbis loca ſeſe continuiſſe. Vid. quoque *Muratorius l. c. P. VII. ad an. 1132. p. 31. ſqq.*

Ad notam *o*. Scriptoribus allegatis adhuc addi poteſt *Andreas Presbyter* in *Chron. generali*, in *Bernh. Pezii Theſ. Anecdotor. noviſſ. T. IV. P. III. col. 511.*

Ad notam *p*. *S. Salvatoris eccleſiam* appellat quoque *Anonymus Zwetlenſis*, in *Hiſt. Rom. Pontif.* apud *B. Pezium, l. T. & P.* modo cc. *col. 388.*

Ad verba: *Corona impoſita conſecrabatur.* addi poteſt: Præſtito ante juramento, quo *Innocentio Papæ* ſecuritatem & defenſionem *Re-*

golium S. Petri promisit. Exhibet formulam jurisjurandi *Baronius*, *l. c. ad an.* *1133. n. II. T. XII. col. 233.* & Ill. *Buderus de Legationibus obedientiæ Cap. I.* *§. 11. Opusculor. Ejus pag. 343.*

Ad notam *s.* Ill. *Mascovius* in der *Einleitung zu den Geschichten des Römisch-Teutschen Reichs*, *L. V. sub Lothario II. §. 5. p. m. 66.* asserit, *Lotharium* in *Ecclesia S. Sabinæ* fuisse coronatum, quæ vero emendavit in *altera* hujus Libri *editione p. m. 69.* & in *Commentariis L. I. §. 29. p. 46.* Jacet autem *S. Sabinæ Ædes* in summitate *montis Aventini*, in quo *Imperator* castra sua locaverat. Vide de ea *Michel Angelo* e *Pier Vincenzo Rossi Descrizione di Roma moderna*, *p. m. 161. sqq.* In hoc ipso autem Libro plane nullum vestigium invenio de *ecclesia* quadam *Romana S. Bonifacio* dedicata.

Ad verba: *Anacletus Templum S. Petri Vaticanum -- armata occupaverat manu.* Ex hac circumstantia recte concludit Ill. *Mascovius*, in *Commentariis* sæpius citatis, *pag. 47.* & in *peculiari* eisdem subjuncta *Observatione de Legibus feudalibus Lotharii*, quæ inter *Annotationes ad res Lotharii II. quinta* est, *pag. 334. sqq.* fidem illorum non tutam esse, qui Leges a *Lothario* ante *Basilicam S. Petri* publicatas commemorant.

Ad verba: *Lotharium factum fuisse hominem ligium Pontificis ratione dignitatis imperialis.* Pro minus congrua expressione: *hominem ligium*, substitue: *Vasallum.* Ceterum jam olim subodoratus fuerat *Schilterus*, in de *Libertat. Eccles. German. L. IV. c. 6. §. 3. p. 591.* & *L. V. c. 7. §. 1. p. 623. sq.* *hominium*, cujus in hisce versiculis mentio fit, respicere solummodo ditionem *Mathildæ Comitissæ*, non vero *Imperium*, adeoque picturam de coronatione *Lotharii*, eique subjectos versiculos sub prætextu specialis vasallagii de *feudo Mathildino* primum fuisse defensam, sed postea *Fridericum I. Imp.* eo adegisse *Pontificem*, ut abolitionem ejus decreverit, ne scilicet verba tam generatim concepta, & vasallagium coronationi conjunctum posteros ambiguos redderet, *coronam imperialem feudi jure* a *Sede Romana* dependere. Evolvi etiam meretur Perill. & Generosiss. Dn. *Jo. Frider. de Beulwiz Schediasma*, quo adstruitur, *Pontificem Innocentium II. perperam credi Imperatoris Lotharii II. auctoritatem clientelæ specie violasse;* Halæ, 1742. 4.

Ad verba: *In feudum a Pontifice accipiebat -- Terras Mathildinas:* addi potest, & quidem sub annuo censu centum Marcarum argenti. Diploma Investituræ extat quoque in *Collect. regia Concilior. Harduini T. VI. P. II. col. 1153. sq.* & in *Origg. Guelf. T. II. in Probat. ad L. VI. n. 64. p. 513. sq.* Circa finem hujus *Bullæ*, datæ *VI. Idus Junii*, sequentia occurrunt: *Ceterum*, *pro charitate vestra*, *nobili viro Henrico Bavariæ Duci*, *genero vestro* & *filiæ vestræ*, *uxori ejus*, *eandem terram*, (scil. *Allodium Comitissæ Mathildæ*,) *cum præfato censu* (annuo C. marcarum argenti,) & *supradictis conditionibus*, *apostolica benignitate concedimus; ita tamen*, *ut idem Dux hominium faciat* & *fidelitatem B. Petro*, *ac nobis nostrisque successoribus juret. Post quorum obitum prædictum Comitissæ Mathildæ Allodium ad jus* & *dominium S. R. E. sicut supra dictum est*, *integrum* & *absque diminutione atque difficultate aliqua reducatur.* Propterea quoque *Henricus Magnanimus* in nonnullis Diplomatibus, quibus an. 1126. & 1137. inter testes subscripsit, se appellavit: *Marchionem Tusciæ:* V. *Martenii* & *Durandi Collect. amplis. T. I.*

col.

col. 747. *D.* & *T. II. col.* 502. *A.* itemque *Origg. Guelf. T. II. in Probat. ad L. VI. n.* 78. & 79. 535. & *p.* 539. Scribunt quidem *Annales Pisani* veteres *ad a.* 1135. (scil. juxta *æram Pisanam*, quæ vulgarem anno uno prævertit) in *Muratorii Scriptor. Ital T. VI. col.* 570. *Tertio Calendas Junii Pisis est celebratum generale Concilium per Papam Innocentium & alios Prælatos, in quo Concilio Ingilibertus de Marchia Tusciæ investitus est, &c.* Sed jam *Pagius l. c. ad an.* 1134. *n. I. p.* 487. *b.* observavit, hunc *Ingilbertum Marchionatum Tusciæ* obtinere nequivisse, quod teste *Conrado Ursperg. ad an.* 1135. *Henricus Magnanimus* a Socero *Lothario Imp.* beneficii titulo obtinuerit *Tusciam*, *Innocentius* vero *Papa* utrique Allodium *Mathildis Comitissæ* concesserit. Qua propter hic ipse *Ingilbertus*, quisquis ille fuerit, *Vicarius* modo erat in *Tuscia Henrici Magnanimi*, uti hoc bene observarunt *Muratorius* in der *Geschichte von Italien*, *P. VII. pag.* 38. *sq.* & 58. itemque *Eccardus* in *Origg. Guelf. T. II. L. VI. c.* 4. *§.* 22. *p.* 348. *sq.*

Ad verba: *Anacletum vero Pontificem -- per Principes -- damnandum curabat Lotharius Imperator.* Factum hoc est ante *Lotharii* coronationem imperialem. *Romæ* enim *Curiam* indixerat *Cæsar*, in qua de æqua conditione componendi dissidii inter *Innocentium* & *Anacletum* ageretur. Quum itaque die statuta nemo ex parte *Antipapæ* compareret, hic cum suis asseclis hostis declaratus fuit. Cf. *Muratorius* in der *Geschichte von Italien ad an.* 1133. *P. VII. p.* 33. *sq.*

Ad notam *b.* *Adalbertus* quidam, *partium Tridentinarum Comes*, occurrit apud *Conradum Urspergensem ad an.* 1106. *p. m.* 189. qui ex mandato *Henrici IV. Imp.* Legatos filii ejus *Henrici V.* ad *Pontificem* directos intercepit, Vid. Ill. *Buderus de Legation. Obedient. cap. I. §.* 9. *Opuscular. ejus* pag. 341. Hunc *eundem* esse cum nostro, existimat Generosiss. *Josephus de Sperges*, Nobilis Tyrolensis, in *epistola* ad Ill. *Mascovium* an. 1749. *Tridento* perscripta, quæ ex parte legitur, in *Commentariis Mascovianis*, *p.* 331. *sq.* Addit *Spergesius*, vix esse, quod dubitet, hunc *Adelbertum* è *Lodroniorum* seu *Lateranorum* gente fuisse, nisi in eorum stirpe genealogica nullus illa ætate *Adalbertus*, sed *Sylvester* occurreret. Sed quicquid sit, teste *Annalista Bosoviensi*, castrum *Lodrin* in potestate *Adalberti* erat. Et hodienum adhuc in limine *Tyrolis* versus *Italiam* vallis est *Comitum Lodroniorum* genti subjecta, *agro Venetorum Brixiano* contermina & montium angustiis clausa. Per hujus vallis fauces iter patet *Lodronium*, situm ad torrentem *Caffarum*, & in montium jugo transeuntibus imminent *Lodroniorum* castra. Hac in regione quærit *Generosiss. Spergesius l. c. Clusas*, ubi *Adalbertus* transitum negaverat *Lothario*. Verum hæc conjectura, licet multum verisimilis habet, mihi tamen non ex omni parte satisfacit. Ipse *Spergesius* observat, *Clusarum* hac in regione nostra ætate nullum superesse vestigium, & per hanc vallem iter deflectere in *Judicarias*, inde in *Randena* & *Solis valles*, denique in *Rhatiam Curiensem*. Jam vero *Annales Bosovienses* diserte testantur, *Lotharium venisse ad Clusas*, quæ *Brixam* scil. *Tyrolensem ducunt. Imperatorem* porro illam viam, qua itur in *Rhatiam Curiensem*, tum temporis non tenuisse, sed brevius per *Tyrolim* in *Bavariam* iter duxisse, vel exinde patet, quod qui adhuc *die* 30. *Julii* 1133. in *Episcopatu Mantuano* in *Campo S. Leonardi* Privilegium dederat, aliud Diploma jam *die* 23. *Augusti b. a. Frisingæ* confici jussit. Sane tam brevi temporis intercapedine, qualis est inter 30. *Jul.* & 23. *Aug. Lotharius* per tantos anfractus, ac iter per *Rhatiam Curiensem* poscebat, ex *Episcopatu Mantuano* ad *Frisingam* usque per-

pervenire non poterat. Deinceps *Annales Bosovienses* distinguunt ab invicem *devictionem Adalberti apud Clusas*, & *captionem ejus in castro Lodrin*, in quod post victoriam de eo reportatam, ceu in tutiorem locum confugerat. Nec ipse *Imperator* dicitur expugnasse *Castrum Lodrin*. En! ipsa *Annalium Bosoviensium* verba: *Lotharius Imperator Roma digrediens* (1) *ad Clusas, quæ Brixam ducunt, veniens*, (2) *Adelbertum quendam tyrannum cum X. millibus transitum probibentem Domini fretus auxilio devicit*, (3) *& in suo castro Lodrin, quamvis inexpugnabili quo confugerat, obtinuit* (4) *captivum abduxit* (5) *post victoriam ad propria rediit.* Magis ergo arridet sententia *Muratorii* in der *Geschichte von Italien ad an. 1133. P. VII. p. 35. sq.* qui *Clusas* nostras non in *Comitatu Tyrolensi* sed in *Italia*, & quidem in *agro Veronensi* quærit, medio itinere inter *Veronam* & *Roboretum* ad fluvium *Athesim* sitas. *La Chiusa* hodie vocatur hic locus, & castrum est munitissimum. Forte *Verruca* veterum, cujus situm solerter indagavit *Anonymus Mediolanensis* in *Diss. chorographica de Italia medii ævi Sect. XIV. §. 71.* præfixa *Tomo X. Scriptor. rer. Ital. Muratorii col. CXXXVI. sq.* cf. tamen *Tabulam Italiæ medii ævi Græco-Longobardico-Francici*, *accurante Societate Palatina*, eidem *Tomo X.* præmissam. Quadrat in hunc locum descriptio ejus fauciumque, quam suppeditant *Annales Hildesheimenses* & *Annalista Saxo*. Præterea hæ *Clusæ* recta via *Brixiam* ducunt, ut volunt *Annales Bosovienses* & *Pegavienses*. *Chronica* insuper *Regia S. Pantaleonis Coloniensis ad a. 1133.* apud *Eccardum l. c. T. I. col. 929.* ait: *Lotharium* in *Germaniam* reversum *secum captivum duxisse Principem quendam Italiæ*. Denique firmat quoque *Muratorii* nostramque sententiam *Chronicon Luneburgicum*, apud *Eccardum, l. c. T. I. col. 1374.* hisce verbis: *De Koning* (scil. *Lotharius*,) *vor do dur Langbarden - - unde quam to Rome - - Do he wider vor to Dudischeme Lande, do widerstunt ime en Here to Berneclus, dat he nicht vort kommen ne mochte &c.* Hic *Clusæ* nostræ vocantur *Berneclus*, i. e. *Clusæ Veronenses*, f. in *agro Veronensi* sitæ. *Veronam* enim a *Germanis* suo idiomate olim *Bern* vocatam fuisse, res est notissima. In hisce præterea faucibus *Imperatores* nostri plus simplici vice transitum sibi præclusum experti sunt. Ipse *Lotharius* cum alteram expeditionem in *Italiam* moveret, iterum iter apud *Clusas* interceptum inveniebat. Sic enim *Annalista Saxo ad an. 1136. l. c. T. I. col. 673.* scribit: -- *cum Tridentinæ civitati applicuisset*, *quidam Athasis fluvii pontibus interruptis transitum probibebant. - - - Similiter habitatores Clusæ ingressum negantes valida manu expugnati sunt. -- Igitur prospero cursu transcensis Alpium jugis Imperator Veronam*, *honorifice susceptus*, *adiit.* Nisi nos omnia fallunt, hic *Annalistæ* locus priori ad an. 1133. lucem aliquam affundit. Quemadmodum enim *Annalista*, in recensendo primo *Lotharii* in *Germaniam* reditu, *Clusas* prima vice memorat, per quos scilicet *Alpium* aditus in *Germaniam* redeundum erat, priusquam *Italia* exire poterat *Imperator*; ita in narratione secundæ expeditionis Italicæ harum faucium postremo loco meminit, & statim subjungit, nunc *Imperatorem*, superatis omnibus itineris difficultatibus, *transcensis Alpium jugis*, quæ apud *Clusas Veronenses* desinunt, *Veronæ* feliciter appulisse.

Ad notam *d*. Addi potest Scriptoribus allegatis *Chron. regia S. Pantaleonis Coloniensis ad an. 1133. l. c. T. I. col. 929.*

Ad notam *e*. *Lotharii Diploma* hic allegatum æri ex parte incisum reperitur in *Chron. Gottwicensi*, *T. I. L. II. c. 11. Tab. ad pag. 326.*

Ad

Ad verba: *Herbipolin pergebat, ubi - - curiam agebat.* In hac *Curia* frequenter aderant *Principes*, tam *ecclesiastici* quam *seculares*, in illaque electiones *Episcoporum*, *Augustani* & *Ratisbonnensis*, confirmatæ fuerunt, *Henrico* autem, *Basileensi Episcopo*, per *Pontificem* exauctorato, *Adalbertus Nienburgensis* & *Luneburgensis Abbas*, per canonicam electionem Cleri & Populi, ex consilio *Imperatoris* successit, teste *Annalista Saxone ad an. 1133. l. c. T. I. col. 666. sq.*

Ad verba: *Coloniam profectus, natale Domini ibidem celebrabat.* *Lotharium Imp.* finita *Curia Herbipolensi*, non statim Mœno & Rheno secundis *Coloniam* navigasse, sed in *Saxoniam inferiorem*, uti hodie eam appellamus, se contulisse, atque iteratam expeditionem contra *Magnum* Regicidam, qui Germanos, terras suas incolentes, male tractabat, movisse, non inepte colliges ex *Annalibus Hildesheimens. ad an. 1133. l. c. pag. 741.* Ill. *Mascovius* in *Commentariis* suis *L. II. §. 5. p. 56. sq.* hoc iter ad a. 1134. referre quidem videtur. At *Lotharium* an. 1133. in his regionibus versatum esse, & *Bardovici* per aliquod tempus degisse, evincit *Ejus* Diploma, *Abbatiæ Corbeiensi* datum, quod exhibent *Schatenius* in *Annal. Paderborn. ad an. 1133. T. I. p. 736.* (ubi vero pro: *MCXXXIII.* per sphalma typographicum legitur: *MLXXXIII.*) & ex eo *Origg. Guelf. T. II. in Probat. ad L. VI. n. 66. pag. 516.* Emendatius & cum *monogrammate* illud occurrit in *Falckii Tradition. Corbeiens. p. 341. sq.* Tum etiam *Lotharium* transiisse *Lüneburgum*, non immerito conjicies ex *Ejusdem Confirmatione bonorum ad ædem S. Michaelis in civitate Lüneburg spectantium*, quæ e *veteri Cod. MS.* extat in *Origg. Guelf. T. II.* in *Probat. ad L. VI. n. 65. p. 515.* ibi enim sequentia offendes verba: *Proinde omnium fidelium nostrorum - - - noverit industria, qualiter nos, venientes ad Monasterium S. Michaelis in Luniburc. &c.*

§. XIII.

Ad verba: *Lotharius Imperator Aquisgranum secesserat, ibique Epiphaniam Domini celebrabat.* Relicto Aquisgrano *Lotharius Goslariam* se contulisse videtur, antequam *Halberstadium* abibat, quo in hoc loco S. Paschatis festum celebraret. Probabile hoc mihi faciunt *duo Diplomata Lotharii*, quorum unum, licet absque indicio diei, ex autographo tamen, tam æri incisum, quam typis excusum, proferunt *Origg. Guelf. T. II.* in *Probat. ad L. VI. n. 68. p. 519. sqq.* cujus subnotatio hæc est: *Data Goslariæ Incarnationis dominice an. MCXXXIV. Indictione XII. Anno vero Regni Regis Lotharii VIIII. Imperii secundo.* Versionem ejus germanicam *ibidem* offendes *n. 67. p. 517. sqq.* Alterum exhibet S. Rev. *Harenbergius* in *Hist. Gandersheim. diplomat. Diss. II. §. 8. pag. 170. nota d.* cum sequenti subscriptione: *Actum Goslariæ. Anno incarnat. domin. Millesimo CXXXIII. Indictione XII. VIII. Kal. Februarii.* Substituendum esse *annum MCXXXIIII.* docet *annus Indictionis*, confer ea quæ Ill. *Baudisius* in *Notis* ad *Muratorii Geschichte von Italien, P. VII. p. 34. seq. nota x.* è *literis Harenbergianis* ad se datis annotavit. Ceterum *Barrius l. c. Vol. III. p. 364.* testis est, *Lotharium Goslariæ Luitgardim, novellam Abbatissam Gandesiensem*, confirmasse. Hæc quodammodo nituntur fide *Chronici Hildesheimensis*, quod in *Leibnitii Scriptor. Brunsv. T. I. p. 747.* hæc habet: *Nam (Bernhardus, Ep. Hildesiensis,) dominam Luitbgardam, dominæ Bertha Abbatissa subrogatam, Goslariæ in curia Imp. Lotharii in Ecclesia B.*

Apostolorum Symonis & Judæ, promissa sibi debita obedientia, manu propria consecravit. Sed si hæc vera etiam essent, inde tamen ea minime probari poterunt, quæ *Barrius* tradidit. Adhæc incertus est annus, quo *Bertha* obiit, atque in illius locum Luitgardis electa fuit, teste *Harenbergio l. c. Diss. III. pag. 705. sq.*

Ad verba: *Magnus, Daniæ Rex, jurejurando fidem faciens.* Recte monent *Nova literaria Altonaviensia*, in recensione *Dissertationis* nostræ, *ad an. 1745. n. 95. pag. 774. Magnum* nunquam fuisse *Daniæ Regem*, & hac in re errare Scriptores veteres, qui a me sunt allegati. Lubens errorem agnosco seductus ab *Annalista Saxone*, *Chronica Halberstadiensi* aliisque, qui uno ore *Magnum Daniæ Regem* vocant. *Chronicon* vero *Montis Sereni l. c. Magnum* appellat, *quendam de Principibus Danorum*, & *Chronographus Saxo* quendam *de primoribus Danorum. Chronicon* denique *Pegaviense*, & *Annales Bosovienses*, *ll. cc.* simpliciter eum vocitant *filium Nicolai Regis Danorum.* Posteriores addunt: *Quem* (scil. *Magnum*) *Imperator -- diademate coronatum Regem esse decrevit, suumque Spatarium in ipso sacro die constituit. Spatharius*, (sic enim scribi debet,) idem est ac *Armiger*, qui ensem Domini defert, vid. *Du Fresne* in *Glossario med. & inf. Latinit. T. VI. col. 630.* Et ipse *Magnus sancto die Pascha* (verba sunt *Annalistæ Saxonis l. c.*) *regio more coronatus, coram coronato Imperatore gladium ejus portavit. Magnum* insuper se in clientelam *Lotharii* dedisse, nec ipse *Saxo Grammaticus* Scriptor domesticus, diffitetur, in *Hist. Dan. L. XIII. p. m. 121.* edit. Basil. 1534. fol. affirmans, pactum fuisse inter *Imperatorem* & *Daniæ Principes*, ut *Magnus Romani Imperii militem ageret.* Addit tamen: *Qui cupide conditione usus supplex Lotharium veneratus est, sed insidias parabat obsequio.* Conferatur *Baro de Holberg* in der *Danischen Reichs-Hist. P. I. p. 215.* apud quem plura de hoc *Magno* ejusque in prælio ad *Fodwigam* occasu, & subsecuta Patris ejus *Nicolai*, Regis, interfectione, *Slesvici* patrata, invenies. Ceterum negat *Barrius l. c. Vol. III. p. 358. sq. nota d. Magnum* fuisse *Halberstadii*, male vero ille, vel potius interpres ejus *ibidem pag. 359.* ait, *Lotharium creasse Magnum zu einem Reichs-Ritter*, non attendens ad verum significatum vocis: *Militis*, qui in loco *Saxonis Grammatici* obtinet.

Ad notam *l.* Nobiscum sentit ill. *Mascovius* in *Commentariis L. II. §. 6. pag. 57.*

Ad verba: *Magdeburgi degebat.* Ibi in locum defuncti *S. Norberti* novus *Archi-Episcopus Magdeburgensis* electus fuit, ecclesiæ illius Canonicus, *Conradus*, filius *Gebhardi Comitis Querfurtensis*, teste *Annalista Saxone*, *l. c.*

Ad verba: *abductis secum captivis duodecim de præstantioribus civibus, quo ipsis -- essent obsides fidei &c.* Simile exemplum occurrit de *Henrico VII. R. Rom.* in patrem suum *Fridericum II. Imp.* rebelli, qui pariter a civitatibus imperialibus primariorum Civium filios loco obsidum sibi dare postulavit. Sic enim in *Historia Novientensis Monasterii*, in *Martenii & Durandi Thes. novo Anecdotor. T. III. col. 1159.* legitur: (*Henricus R. Rom.*) *de civitatibus quoque singulis Imperio subjugalibus optimorum filios sibi dari postulat obsides, intendens per hoc eas fore sibi annexas, nec in partem alteram* (scil. *Friderici II. Imp.* Patris sui,) *declinandi quærere vestigium.*

gium. Annales vero *Colmarienses ad an. 1235.* in *Urstisii Scriptor. T. II. p. 6.* hæc habent: *Henricus Rex accepit pueros a civitatibus.*

Ad notam *o.* E recentioribus *Ulmæ* expugnationem & devastationem pariter *ad an. 1134.* referunt, adeoque nobiscum sentiunt B. *Hahnius* in der *Teutschen Reichs-und Kayser-Historie P. III. c. 4. §. 4. p. 183. Chron. Gottwicense T. I. L. III. n. CXVII. p. 517. sq.* & Ill. *Mascovius* in *Commentariis L. II. §. 6. pag. 58.*

Ad verba: *Ceterum negari non potest, Ulmam - - esse destructam.* Ill. *Autor Notarum* in *Muratorii Geschichte von Italien P. VII. p. 42. sq. nota c. Sueviæ* vastationem ab *Henrico Magnanimo* jam an. 1129. peractam, (v. supra §. IX.) post *Ulmæ* excidium contigisse, præter rem adstruit. Quæ præterea monet, responsione non indigent. Servat memoriam hujus *destructionis Ulmanæ* & ichnographiam veteris *Ulmæ* repræsentar egregia & satis antiqua pictura, artificioso penicillo efformata, quæ hodie in *Bibliotheca Publica* almæ nostræ Patriæ suspensa cernitur, cui vero nimiam fidem atque autoritatem tribuit Ill. & generosiss. Dominus, *Ludov. Bartholom. Nobilis de Herttenstein* in *Schediasmate mox citando.*

Ad verba: *Trithemium hoc Ulmæ excidium jam in an. 1128. rejicere.* Idem fecit *Joh. Nauclerus* in *Chronica, Vol. II. generat. XXXVIII. p. m. 746. sq.* edit. Colon. an. 1544. fol.

Ad verba: *quem deinceps Crusius aliique insecuti sunt.* Ex. gr. *Vitus Marthalerus* in *Chron. Ulmano* adhuc *MS.* id quod in *Bibliotheca nostra* inter cariores Libros asservamus, & dignum est, quod aliquando in lucem proferatur. Porro *Jo. Carion.* in *Chron. pag. m. 664.* licet enim is non præcise annum 1129. indicet, ait tamen, *Ulmam* dirutam *Conradum Suevum* ex Italia retraxisse, quo ipso sane innuit, *Ulmam* sua ex Sententia ante primam *Lotharii* expeditionem Italicam solo fuisse æquatam. Præsto præterea sunt vulgatis opinionis fautores *Sebast. Münsterus* in der *Cosmographey*, (Basel 1578. fol.) *pag. DCCCXCVI. Sethus Calvisius* in *Opere chronolog. ad an. 1129. p. m. 757. b. Martinus Zeillerus* in *Chron. parvo Sueviæ, p. m. 18. sq.* Petill. Dn. a *Stetten, l. c. Cap. V. §. 10. p. 56.* & inprimis paulo anti laudatus *Ill. Dn. ab Herttenstein*, qui ante perplures annos *Ulma* edidit: *Specimen Historiæ Patriæ de Ulma per Lotharium Saxonem A. D. cIↃcXXIX. obsessa, occupata, destructa, & per Cunradum Suevum A. D. cIↃcXL. restaurata atque amplificata*, pariter recudendum in *Tomo IV.* præstantissimi *Thesauri rerum Suevicarum* ill. *Wegelini.* Hunc Libellum, cum olim Dissertationem meam conscriberem, præ oculis quidem habui, sed suasu magnorum Virorum, quorum consilia mihi ad instar jussorum veneranda erant, allegare intermisi. Ea enim probare non possum, quæ in elegantissimo alias hoc Opusculo de excidio Patriæ nostræ communis stilo Curtiano narrantur, vetustioribus vero Scriptoribus plane ignota sunt. Ceterum ex hac ipsa Ulmæ obsidione atque expugnatione facile liquet illorum error, qui asserunt, *Ulmam* mœnibus caruisse usque ad an. C. MCCC. vid. *Nicol. Reusnerus de Urbibus imperial. P. II. cap. 4.* & qui eum sequuntur *Jo. Limnæus* in *Jure Publ. L. VII. c. 32. n. 1.* atque *Philipp. Knipschild de jurib. & privileg. Civitatum imperial. L. III. c. 54. n. 7. p. m. 306. b.* edit. noviss.

Ad verba: *Richenzam Imperatricem nudis pedibus -- implorabat.* *Chronographus Saxo ad an. 1134. l. c. pag. 291.* hæc scribit: *Devastata autem ex plurima parte regione Imperator ad Fuldensem Abbatiam divertit. Fridericus vero Dux cernens, se a pluribus derelictum & destitutum, & sibi adhærentes valde afflictos, necessitate compulsus adiit Imperatricem in prædicto loco cum Imperatore degentem, nudis pedibus satis humiliter flagitans gratiam ipsius, simulque sperans, se per illam, quia neptis sua erat, in gratiam Cæsaris deventurum.* Hic *Richenza Imperatrix Neptis* vocatur *Friderici*, *Sueviæ Ducis.* Anxie quis quæreret vinculum cognationis inter *Richenzam* & *Fridericum.* Sed scias velim, *Neptis* vocabulum apud Scriptores medii ævi vagum admodum habere significatum, uti hoc solide demonstravit Ill. *Lentzius* in *Libello* supra allegato *p. 46. sqq.* Sane nec consanguinitas, nisi ex longinquo petita, nec affinitas inter *Imperatricem* & *Sueviæ Ducem* intercedebat. Cum tamen *Chronographus Saxo* illam appellet *hujus Neptem*, ratio hujus *Neptitatis* pro more istius Seculi æstimanda, adesse debet. Varie desuper dispicienti sese offert, *Friderici* nostri *Socerum*, *Guelfum*, *Ducem Bavariæ*, primo matrimonio junctam sibi habuisse *Ethelindam*, amitam *Richenzæ Imperatricis.* En Schema genealogicum, ex quo dicta clariora fient:

Otto Dux Bavariæ
† 1083.

Henricus Crassus Comes Northeim. † 1101.	*Ethelinda* uxor prima *Welfi* Ducis Bavariæ, cujus altera conjux *Juditha* Comitissa Flandriæ, ex qua posteriori suscepit
Richenza, uxor *Lotharii III.* Imp.	*Juditham*, uxorem *Friderici*, *Ducis Sueviæ.*

Probationes ad hanc *Tabellam genealogicam* vide sis in *Origg. Guelf. T. II. L. VI. Cap. 1. §. 4. 5. & Cap. IV. §. 1. 58. & 59.* itemque *T. IV.* in *Addendis. Diss. V. pag. 474. sqq.*

Ad verba: *per eam gratiam Lotharii implorabat.* Addi potest: Operam suam interponente *Conrado I. Abbate Fuldensi*, uti hoc observat Cel. *Schannatus* in *Hist. Fuldensi P. III. p. 167.* Forte etiam *Adalbertus*, *Moguntiæ Archi-Episcopus* pro *Friderico* intercessit; Vide quæ supra observavimus ad §. IX.

Ad verba: *inimicitias contrahens cum Brunone, Coloniensi Archi-Episcopo.* Caussam hujus offensæ dubio procul prodit *Epistola Adalberti*, *Archi-Ep. Moguntini*, ad *Ottonem Ep. Bambergensem* in *Udalrici Babenberg. Cod. epistol. n. 366. l. c. T. II. col. 372.* ubi sequentia occurrunt: *Quid dicemus amplius? ipsa etiam Archi-Episcoporum pallia de curia sunt expetenda, quod manifestum est de Domino Coloniensi, qui ideo adhuc pallio caret, quod illud contra canonicæ religionis institutionem de curia recipere noluit.*

Ad

§. XIV.

Ad verba: *Conventum totius fere Regni Principum agebat.* Hunc *Conventum Bambergensem*, quem ego *Comitia* crederem, *Curiam* vocat Ill. *Mascovius*, *l. c. L. II. §. 7. pag. 59.* In illo *Bruno*, *Archi-Episcopus Coloniensis*, cum Imperatore iterum in gratiam rediit, teste *Annalista Saxone l. c.*

Ad notam *e*. Memoratum in *hac nota Lotharii Diploma* extat etiam in *Origg. Guelf. T. II.* in *Probat. ad L. VI. n. 70. p. 522. sq.*

Ad verba: *quo tandem etiam, licet renitens primum, accedebat Fridericus.* Hæc reluctatio interpretanda est non tam de adventu *Friderici*, *Sueviæ Ducis*, quam potius de actu præstandæ submissionis, uti non immerito ex *Annalistæ Saxonis* verbis, mox excerpendis, conjicio.

Ad verba: *interventu S. Bernhardi.* Adde: itemque *Principum Imperii.* Sic enim *Chron. regia S. Pantaleonis Colon. ad h. a.* scribit:-- *Fridericus Dux Alsatiæ, interventu Principum Imperatori reconciliatur.*

Ad notam *k*. Ill. *Baudisius* in *Notis* ad *Muratorii Geschichte von Italien P. VII. p. 44. seq. nota i.* existimat, nos difficultatem, ex contradictione testimoniorum *Annalium Hildesheimensium*, & *Annalista Saxonis*, cum *Annalibus Bosoviensibus* oriundam, non plenarie sustulisse. Sed si *trium horum Annalistarum* loca accuratius pensitantur, & diversa hujus rei momenta diversis suis temporibus tribuuntur, omnia bene cohærent. Sic enim *Annales Hildesheimenses l. c.* habent: *Dominica ante mediam Quadragesimam, scilicet XVI. Kal. Aprilis, frequens Principum fere totius Regni Conventus fit apud Bavenberg, Imperatore præsente. Annalista Saxo l. c.* uberius rem exponit, sequentibus verbis: -- (*Imperator*) -- *Dominica ante mediam Quadragesimam, scil. XVI. Kal. Aprilis, sicut promiserat, cum totius fere Principum regni Conventu Babenberch cum valida manu electorum militum & armorum* (legendum est: *armatorum*) *venit, & Fridericus, licet aliquandiu reniteretur, gratiam Imperatoris publice, provolutus pedibus illius, humiliter exquisivit, & mox impetravit.* Denique *Annales Bosovienses l. c.* hoc tradunt: *Fridericus Dux Suevorum, gratiam Imperatoris Lotharii Babenberc acquisivit ad curiam media Quadragesima habitam.* Crucem præcipue figunt duorum priorum Scriptorum verba: *Dominica ante mediam Quadragesimam, scil. XVI. Kal. Aprilis.* Nisi ergo deleta præpositione: *ante*, apud utrumque, (cum unus alterum exscripserit,) legere velimus: *Dominica media Quadragesima*, quæ tamen emendatio mihimet ipsi nimis audacula videtur; statuendum erit, subjuncta verba: *scil. XVI. Kal. Aprilis*, interpolationem esse inscii & nasutuli Librarii, quæ forsan primum margini fuit adscripta, posteaque in ipsum textum irrepsit. Hæc præmonere necessum duximus. Reliqua nostra ex sententia, sic cohærent. Comitia *Bambergam* indicta erant ad *Dominicam ante mediam Quadragesimam* i. e. *ad VI. Id. Martii.* Ad illa *veniebat Lotharius*, exspectans subjectionem *Friderici*. Hic vero *aliquandiu renitebatur*, sed amici meliora ei suggerebant consilia, quibus faciles tandem præbebat aures. Quo facto *gratiam Imperatoris, publice provolutus pedibus illius, humiliter exquisivit, & mox* i. e. actu continuo, *impetravit.* Nonne huic negotio octiduum impendi poterat? Et quis denique crede-

 ret,

ret, *Curiam* uno die cœptam, eodemque quoque finitam fuisse? Certe *Lotharium Bambergæ* adhuc *XVI. Kal. Aprilis* commoratum fuisse, ipse *Baudisius l. c.* ex *Diplomate Imperatoris* nostri, apud *Hundium* in *Metrop. Salisburg. T. II. p. 319.* probatum dedit. Bene itaque concordant *tres Annalista*, nam neuter priorum asserit, actum reconciliationis factum fuisse *Dominica ante mediam Quadragesimam*, postremus vero, scil. *Bosoviensis* solummodo adstruit, *Curiam* habitam fuisse *media Quadragesima*, ad quam usque *Comitia*, reluctatione *Friderici* protracta, facile perdurare potuerunt. Quod reliquum est, ipse Ill. *Baudisius* hac occasione humani quid passus est, dum scribit: *Nach der gewohnlichen Rechnung hatte er* (scil. *Annalista Hildesiensis*, itemque *Saxo*) *sollen: IV. Id. Aprilis setzen, denn auf diesen Tag fällt in dem jetzigen Jahre* (scil. 1135.) *eigentlich Oculi.* Verum hæc minus recte sese habere, patet ex observatione nostra in *nota c.* Non enim in *IV. Id. Aprilis* s. *d. 10. Aprilis*, sed in *VI. Idus Martii*, i. e. *d. 10. Martii* cadebat *Dominica Oculi* an. MCXXXV.

Ad eandem notam *k.* Sub finem alterius columnæ occurrit sphalma typographicum; falso enim legitur: -- *hanc reconciliationem in an. 1131. collocantes.* Legendum potius est: *in annum 1134.*

Ad notam *n.* Prostat hæc epistola etiam in *Martenii* & *Durandi Collect. ampliss. T. I. col. 753. sq.* ibique vero *col. 753.* emendatius pro: *spirituali utroque*, legitur: *spirituali uterque.*

Ad verba: *Lotharius pergebat Quedlinburgum.* Ibi tum temporis, teste ill. *Mascovio l. c. §. VII. p. 60.* Diploma satis memorabile edidit, in quo tam statum *oppidi Quedlinburgensis* ordinavit, quam ejus *Mercatorum* privilegia antiquiora confirmavit. Extat hoc Diploma in *Maderi Antiquitat. Brunsvicens. in Append. Diplom. n. 16. p. 230. sqq.* in *Frid. Ern. Ketteri Kirchen- und Reformations-Hist. des Kayserl. freyen weltlichen Stifts Quedlinburg p. m. 40. sqq.* & in *Menckenii Scriptor. T. III. p. 1017.* Sed cum ubique hæc subnotatio Diplomatis legatur: *Datæ anno incarn. Domin. MCXXXIIII. VII. Maji. Indict. XI.* (lege: *XII.*) *Anno vero Regni Regis Lotharii VIII. Imperii primo. Actum Quitelineburc &c.* persuasissimus sum, hoc Diploma jam superiori anno 1134. datum fuisse, & *Imperatorem Halberstadio*, quo *festum Paschale* celebraverat (*v. §. XIII.*) divertisse *Quedlinburgum*. ibique paululum degisse, usque dum *Merseburgum* procedebat, Sacris Quinquagenalibus ibi vacaturus. vid. id. §. XIII.

Ad notam *q.* & verba: *qui vero Boleslaum male Ulricum appellant.* Non male, uti supra ostendi in observatione *ad §. 6.*

Ad verba: *quanta apud exteras nationes autoritate Lotharius fuerit.* Addi potest: *Magdeburgo Lotharius* profectus est *Buxtehudam*, ibique degit *V. Id. Julii h. a.* uti patet ex *ejus Diplomate* ibidem *hoc die* dato, in *Eccardi Genealogia Principum Saxoniæ superioris p. 23.* & in *Origg. Guelf. T. II.* in *Probat. ad L. VI. n. 69. p. 521. sq.*

Ad notam *r.* Editum quoque est hoc *Diploma* à B. *Polycarpo Leysero* in *Observatis diplomatico-historicis de Jure Justinianeo a Lothario Imp. in Germaniam minime introducto*, (Helmstadii 1727. 4.) §. 3. *p. 6. sq.* qui tamen illud

illud ineditis accenset, & quod sane mirandum est, pro vasta sua lectione ignorat, illud editum jam fuisse, paucis antea annis, a B. *Rethmeyero*, in vicinia adeo, inque Libro, quo *Leyserus Professor Historiarum* in *Academia Augustæ Domus Brunsvicensis*, carere neutiquam poterat. E *Leyseri Dissertatione* repetitum fuit in *Origg. Guelf. T. II.* in *Probat. L. VI. n. 71. p. 524. sqq.* Particulam ejus exhibet *Abbas* olim *Regio-Lotbariensis*, *Jo. Fabricius*, in seinen *Anmerkungen zu Jo. Letzneri Beschreib. des Kayserl. Stifftes Kœnigs-Lutter* (Wolffenb. 1715. 8.) *p. 17. sq.* Num hæc *Charta Lotbarii* genuina sit, adhuc merito dubitatur. Eam saltim interpolatam fuisse, facile sentio cum *Eccardo* & *Grubero* in *Origg. Guelf. T. II. L. VI. cap. 4. §. 19. p. 345. nota III.* licet utrique minime assentiam, tradenti, eam datam fuisse *Norimbergæ*, cum nimis angustum temporis spatium mihi videatur inter *d. 11. Julii* & *d. 10. Augusti*, ac quod intra illud *Lotbarius Buxtebuda Norimbergam*, & inde iterum *Merseburgum* iter facere, & ubique negotia Imperii expedire potuisset.

Ad verba: *contra quendam Rokkerum Tyrannum.* Sic eum vocat *Annalista Saxo l. c.* Labore ad finem vergente, animus paulo remissior esse solet. Hoc & mihi tum accidisse, ingenue fateor, alias non scripsissem: *contra quendam Rokkerum Tyrannum*, sed veram nominis & dignitatis appellationem substituissem. Erat autem iste *Rokkerus quidam Tyrannus Annalistæ Saxonis*, *Rogerius*, *Rex Siciliæ*, ad magnas res moliendas natus & factus. Hic gravis erat *Imperio Græcorum*, & contra illum auxilia flagitabant, & fœdus de bello conjunctis viribus adversus eum gerendo, offerebant *Legati Johannis Comneni*, *Imperatoris Byzantini*. Cf. *Muratorius l. c. ad an. 1135. P. VII. p. 45.* & *Mascovius* in *Commentariis L. II. §. 8. p. 62. sq.*

Ad verba: *Boleslaus, Poloniæ Dux - - fide vasallitica sese adstringebat &c.* Is insuper tributum residuum XII. annorum, quingentas scilicet in singulos annos marcas, exsolvere tenebatur. *Otto* quidem *Frisingensis*, in *Chron. L. VII. c. 19. l. c. T. I. pag. 49.* scribit: (Imperator) -- *Polonorum Ducem -- non ante dignatus est, suo conspectui præsentari -- quam de Pomeranis* & *Rugis bomagium sibi faceret*, cum quo etiam facere, & homagium solummodo de *Pomerania* & *Rugia Boleslaum* jurasse, afferere videtur Ill. *Mascovius l. c. L. II. §. 8. p. 62.* At enim vero cum *Otto Frisingensis l. c.* statim subjungat: *subjectionemque perpetuam Sacramento confirmaret*, & *Annalista Saxo*, cum *Chronographo Saxone*, *ll. cc.* generatim scribat: *Dux autem Poloniæ Bolizlaus in die sancto manibus applicatis miles ejus* (scil. *Lotbarii*) *efficitur:* totus persuasus sum, *Boleslaum* fidem vasalliticam *Lotbario* jurasse non modo de *Pomeranis* & *Rugiis*, sed de *tota Polonia*, istis & adhuc sequioribus temporibus *Imperio* nostro tributaria. *Barrius l. c. Vol. III. p. 367.* in recensendis his gestis suo more iterum hallucinatur, *Curiasque Magdeburgenses* & *Merseburgenses* invicem confundit; sed eum jam emendavit *Interpres Germanicus* in subjecta *ibidem pag. 366. sq. nota* (*) Ceterum *Lotbarium Merseburgo* perrexisse *Hildesbemium* ad tumbam *S. Godebardi*, fama variorum editorum miraculorum longe lateque celebris, indeque *Magdeburgum* fuisse profectum, multo honore ibi exceptum, docent *Annalista* & *Chronographus Saxones ad h. a. ll. cc.*

Ad verba: *in villam Regiam Mulhusam.* Vide quæ de appellatione *Villa Mulhusa* data doctissime monet Consultiss. *Beniam. Christoph. Grasbofius* in egregia *Commentatione de originibus atque antiquitatibus S. R. I. Libera*

Liberæ Civitatis Muhlhusæ Thuringorum, monumentis adhuc ineditis illustrata, (Lipsiæ & Gœrlicii 1749. 4.) *Cap. II. §. 14. nota* (*) *p. m. 21.*

Ad verba: *intercessione Conjugis Richenzæ.* Quin immo interventu etiam *S. Bernhardi, Abbatis Claravallensis*, teste *Ottone Frisingensi* in *Chron. L. VII. c. 19. l. c. T. I. p. 149.* & *Conrado Urspergensi ad h. a. p. 211.* itemque *Wibaldi, Abbatis Corbeiensis*, uti videtur *Martenio* & *Durando* in *Obs. prævia* ad *Wibaldi Epistolas*, in *Collect. amplis. T. II. pag. 161.* opus denique laudante ac promovente ipso *Innocentio II. Papa*, v. *Helmoldi Chron. Slavor. L. I. c. 41.* (*42*) pag. 107. edit. *Bangerti.*

Ad notam z. *Exemplum* hujus *Epistolæ*, quod *Martenius* & *Durandus* in *Collect. amplis. T. I. col. 753. sq.* exhibent, inter verba: *Servitium & nobis*, inserit vocem: *Sacramento*, male autem omittit in sequenti linea voculam: *Tibi*, quæ inter verba: *minus* & *obligatos* hic occurrit.

§. XV.

Ad verba: *Imperii summum Signiferum, Ducumque primum.* *Eccardus* in *Origg. Guelf. T. II. L. VI. c. 4. §. 18. p. 344.* asserit, tum jussu *Conradi* nostri primum omnium numorum bracteatorum, media forma, cusum fuisse, cujus ectypon, æri incisum, ibi exhibet. Ex *Eccardi* descriptione: „sedet in eo *Conradus* mystace insignis in solio, mitra ducali tectus, dextra gladium elevatum gerens, & sceptrum regium ad latus affixum „habens, sinistra *vexillum*, novæ dignitatis insigne, tenens, & in circuitu „cernitur: *Cugat.* corrupte pro *Cunrat* & ex adverso latere corruptis literis: „*Suev. DZ.* i. e. *Sueviæ Dux.* Facies senilis ab imperito iconii artifice est.„ Ita *Eccardus l. c.* Quod si vero ectypon accurate ad nummum originalem sit expressum, legendum mihi esse videtur: *Cunardi Sev. D.* i. e. *Cunradi Sueviæ Ducis.* Sed *Eccardi* qui suo ingenio sæpiuscule nimium indulget, conjecturam, utut speciosa æque ac ingeniosa sit, aliorum in hac re peritiorum limatiori judicio relinquo.

Ad verba: *de Suevis primipilaribus.* De *jure Suevorum*, agmen præcedendi & primam in hostes incursionem faciendi, complura lectu dignissima deprehendi in transmisso mihi nuperrime a Perill. *Dn. Lib. Barone de Senckenberg*, Fautore studiorum meorum pie venerando, egregio multæque frugis libello, cui titulus: *Gedancken von dem jederzeit lebhaften Gebrauch des uralten deutschen Burgerlichen und Staats-Rechts in denen nachherigen Reichs-Gesetzen und Gewohnheiten*, (Francf. am Mayn 1759. 8.) *Cap. III. §. 43. not. c. p. 103. sq.* Hæc prærogativa *Suevis* dubio procul inter alia concessa quoque fuit propter eximiam ipsorum fortitudinem. Novimus enim dictum *Rudolphi I. Imp.* de *Suevis* valde gloriosum, in *Jo. Jac. Fuggeri Spiegel der Ehren des Ertzhauses Oesterreich, L. I. c. 16. §. 3. p. 138. a.* quod ita sonat: *Wann Er 4000. Helme und 40000. Fußganger aus Schwaben bey sich hatte, getraute Er ihm in der gantzen Welt mit Sieg zu bestehen.*

DISSER-

DISSERTATIO XXX.

DE JURE AUSTRÆGARUM S. R. I. LIB. CIVITATIS ULMANÆ.

SECTIO I.

DE AUSRAEGIS IN GENERE.

§. I.

VARIAE DE ORIGINIBUS AUSTRAEGARUM ERUDITORUM SENTENTIAE AFFERUNTUR.

Varias atque diversas esse tum Historicorum, tum Juris publici Doctorum opiniones de *origine Austragarum*, Judicibus illis Imperii nostri R. G. Statuum & Membrorum immediatorum usitatissimis, primo statim intuitu ex eorum Scriptis colligere licet. Sunt enim, qui eorum originem ad turbulenta interregni illius magni, uti vulgo vocari solet, tempora vel saltim ad ultimos FRIDERICI II. & CONRADI IV. *Impp.* annos referunt *(a)*. Nonnulli contra, se in antiquissimis jam temporibus vestigia quædam *Austragarum* invenisse, omnique ævo Germanis eos usu venisse sibi visi sunt; omni enim tempore in litibus sopiendis *arbitros* sive *Austragas* amasse *Germaniam*, alienam a strepitu forensi studioque contendendi, observavit inprimis LUDEWIGIUS (*b*). Sunt qui a jure manuario hujus judicii deducunt originem, formam vero illud singularem in medio accepisse ævo asserentes (*c*). Quidam sero in Germania eos ortos, & MAXIMILIANI I. & CAROLI V. *Impp.* temporibus *Austragas* primum constitutos esse volunt (*d*). Alii aliam hac in re fovent sententiam, ut ob mirum Scriptorum de origine *Austragarum* dissensum, vix

(*a*) Auctor hujus sententiæ est immortalis CONRINGIUS in *Diss. de Judiciis Reip. Germ.* §. 53. quem plures sunt secuti, v. c. L. B. de ZECH im *Europ. Herold P. I. p. 921* *Illustriss. Comes de* WURMBRAND in *foro S. I. R. G. Principum, Cap. II. class. 3.* §. 2. *p. m. 43. sq.* MONZAMBANUS de *Statu I. R. G. Cap. V.* §. 19. B. G. STRUVIUS in *Hist. Juris Cap. X.* §. 13. *pag. m. 834.* & in *Corp. Jur. Publ. Cap. XXV.* §. 56. Plures hujus sententiæ fautores recensent B. KEMMERICH. in *Diss. de Austrægis S. R. G. I. Comitum*, §. 2. *not. a)* §. 5. & B. KOCHIUS *in Disquis. de Austrægis S. R. I. Procerum*, *Sect. I.* §. 2. *not. a) pag. 4.*

(*b*) In *de prerogativ. Würtemberg. Ducat. Sect. II. c. 4.* §. 7. *p. m. 93. sq.* cf. SPENERI *Teutsches I. P. P. III. Libr. II. Cap. X.* §. 4. *not. e) p. 166. sqq.* & *Ulr.* OBRECHT in *Prodr. rer. Alsat. Cap. XII. p. 292.*

(*c*) v. B. KOCHIUS in *Disquis. modo citata*, *Sect. I.* §. 2. *nota d) p. 5.*

(*d*) SCHUBHARD *de Austræg. Cap. 2. n. 42. sq.* & *n. 54.* cui suffragatur BLUMIUS in *Processu Cam. Tit. 27. n. 8. & 9. p. m. 118. sq.*

vix certi quid statuere liceat, quo potissimum tempore usus *Austragarum* primum invaluerit.

§. II.

JUDICES ARBITRARII JAM IN ÆVO CAROLINGICO ET SEQUIORIBUS TEMPORIBUS COGNITI ERANT.

Nos, quum extra omnem dubitationis aleam positum sit, omni ævo judices, libera partium litigantium voluntate electos, sive arbitros in Germaniæ obtinuisse, eo minus originem *Austragarum* ab iis deducere dubitamus, quo magis in sequentibus patebit, tantum abesse, ut magnum inter eos discrimen in antiquioribus temporibus detegi possit, ut potius summa eorum similitudo in eligendis constituendisque hujuscemodi judicibus undique pateat. Nam etsi quidem, postquam *Capitularia* (e) *Regum Francorum*, juraque in iis stabilita in desuetudinem abire cœperunt, difficile sit dictu, quemadmodum judicia Germanorum, cumque iis judices libera litigantium voluntate electi, primis Regum atque Impp. Germanicorum temporibus, sese habuerint (f): verosimile tamen valde videtur, per omnia secuta secula semper aliquid pristini moris & consuetudinis in decidendis controversiis majores nostros retinuisse. Tres autem potissimum vias bona juraque amissa recuperandi Germanis iis temporibus patuisse, exempla medii ævi satis superque edocent. Perinde enim erat, teste LUDEWIGIO (g), utrum actor cum reo ferro mallet contendere; an boni viri implorare officium & arbitratum; an ordinarii judicis uti auctoritate. Quid quod tantam sensim sensimque auctoritatem apud Germanos acquisiverunt arbitraria judicia, ut Seculo imprimis XIII. cuilibet liberum atque integrum fuisse videatur, judicem eligere, quemcunque vellet. Confirmant hanc opinionem Leges atque Consuetudines in *utroque Speculo*, tam *Saxonico* quam *Suevico* compilatæ (h), in quibus expressis verbis legere licet, omne judicium seculare ab

(e) Francis summa rerum potitis, eo minus de Arbitrorum usu dubitare licet, quo magis hinc inde in eorum Legibus de iis dispositum esse constat. Videatur apud BALUZIUM, *Capitular. RR. Francor. T. I. L. VI. Cap. XXII.* quo faciunt verba: *& si illi* ARBITRES *judicaverint, duplum restituat proximo suo*; cf. T. I. Libr. VII. Cap. CLIII. & CLXXVIII. Reliquis vero Germaniæ Populis arbitros pariter haud ignotos fuisse testantur *Leges Alemannorum tit. LXXIV. §. 2. & Wisigothorum Libr. II. tit. 1. §. 14.* ubi *Judicis ex consensu partium electi* expressa sit mentio. Conf. quoque Ill. AYRERUS in *Diss. de auctoritate arbitrii ex Compromisso, vim rei judicatæ habentis*, §. X. p. 14. Et *Joh. Gottlieb* SIEGEL in *diss. de arbitrio ex juribus Rom. & Germ. illustrato, Cap. II. §. 1. seq. p. 15.*

(f) CONRING. *de Jud. Reipubl. Germ.* §. 48. HEINECCIUS in *Elem. Jur. Germ. L. III. Tit. I.* §. 40. *not.* (*) *p. m. 392.*

(g) in *Tractatu modo citato*, *Sect. II. c. 4. §. 7. not. 12)* MAURITIUS in *de Duellis* §. 41. *Opuscul. p. 971.* Add. *Cef.* FURSTENERIUS, sive B. KAYSERUS *von des Kayserl. Cammergerichts Jurisdiction*, §. 3. *pag. 11.* SCHILTERI *Inst. Jur. Publ. T. I. L. IV. Tit. 7. §. 2.* KOCH. *c. l. Sect. I. §. 2. not. d) p. 5.*

(h) Vid. der *Sachsen Spiegel* cura *Perill. & Excellentiss.* GÆRTNERI editus, *L. I. art. LV.* cujus verba huc facientia sunt: *Alle weltlich Gerichte hat begin von* KORE; item *Schwæbisch Land-Recht*, ex *edit.* BERGERI *cap. 73. pag. 124.* ubi disponitur: *jeglich weltlich Gericht hebt sich von* CHUR, *das ist also gespro-*

ab arbitrio initium sumsisse, liberisque hominibus semper integrum fuisse, Judicem sive Arbitrum eligere quemcunque vellent.

§. III.

USUM EORUM ADHUC SEC. XIII. APUD IMMEDIATOS ET MEDIATOS RECEPTUM FUISSE, OSTENDITUR.

Parum vero, aut plane non a recepto compromissario initio hujus generis Judices recessisse, nullamque rationem habitam fuisse litium futurarum, ceu factum est insequentibus temporibus, exemplis antiquissimis edocemur. Id enim inprimis Majores nostros tum temporis viventes in animo habuisse constat, ut controversias, quas armis alioquin decidere moris erat, vel per amicabilem compositionem, vel per viam juris ordinariam ab Arbitris hisce, seu *Austrægis*, prouti postea appellabantur, hunc in finem electis, dirimerentur. Sic *laudum* exstat apud LUDEWIGIUM (*i*), quod *Archi-Episcopus Magdeburgensis* una cum *Episcopis Merseburgensi* & *Naumburgensi* in caussis finium regundorum, teloniorum, viarum aliisque controversiis inter *Marchionem Misniæ* & *Abbatem Pegaviensem* A. 1218. obortis pronuntiarunt. Aliud exemplum illustre *Arbitrorum compromissariorum* nobis sistit *Compositio* inter *Archiepiscopum Moguntinum* & *Comitem Palatinum Rheni* de anno 1264 (*k*). Huic ex multis aliis addi etiam potest *Compromissum* an. 1273. inter RUDOLPHUM *Habsburgicum* & *Episcopum Basileensem* initum, in quo *Burggravius Norimbergensis*, FRIDERICUS, & HENRICUS, *Marchio Hochbergensis*, Judices compromissarii eligebantur (*l*). Nec desunt quoque exempla *arbitrariorum Judiciorum*, prouti nobis in *Speculo Suevico*, loco ad §. II. allato, describuntur, in quibus controversias privatorum, sive mediatorum compositas fuisse legimus, quorum duo hic protulisse sufficiat. *Alterum* de an. 1268. quo lis inter *Monasterium Dobrilucense* & *Ortulfum de Dewyn* circa Allodium in Schakau exorta, *laudo* pronuntiato componebatur; *alterum* vero de anno 1276. quo controversia inter idem *Cœnobium Dobrilucense* ex una, & inter *Johannem* de *Sunnenwalde* ex altera parte arbitris interventis decisa fuit (*m*). Quamquam igitur de pari arbitrorum usu tam apud mediatos, quam immediatos, dubitare amplius nequeamus: magna tamen mutatio jam Seculo XIII. vel saltim haud ita multo post, sese exseruit circa liberam electionem arbitrorum in causis mediatorum privatorumque. Ex quo enim Proceres Imperii rem judiciariam in meliorem formam redigere, & curias vel in aulis suis, vel in primariis ipsorum

---

sprochen, das kein Herr den Leuthen soll Richter geben keinen, dann den sie wöhlen. Conf. *Perill. atque Excellentiss. Lib. Baro* de SENCKENBERG *in Floribus spars. ad Jus Austrægarum*, §. *IV. pag.* 12.

(*i*) in *Reliqu. MSt. T. II. pag.* 213. *sqq.*

(*k*) vid. *Perill.* de GUDENUS, *Cod. Diplom. T. II. P. I. n.* 112. *pag.* 148. *sqq.* item *T. I. n.* 396. *p.* 840. *sqq.* & *T. II. P. I. n.* 99. *p.* 133. *sq.* ubi alia adhuc exempla huc spectantia inveniuntur. Cf. quoque Consultiss. *Christ. Frid.* GEIGERI *Comment. de amplitud. Fori Conventi Austreg. S. R. I. Procerum*, §. *V. nota f) pag.* 30.

(*l*) V. STRUVII *Corpus I. P. cap.* 25. *§.* 4. *pag. m.* 981. *nota* 29. qui simul multa alia exempla *Arbitrorum compromissoriorum* congessit.

(*m*) Extant Documenta in LUDEWIGII *Reliqu. MSS. T. I. p.* 99. & 112.

ditionum urbibus instituere, pagis vero in minores particulas divisis proprium judicem constituere cœperunt (n): factum est, ut usus *Arbitrorum* apud privatos mirum in modum restrictus fuerit. Quod etiam de Urbibus & terræ tractibus, nobilibus atque equestribus familiis ab Imperatoribus & Proceribus Imperii vel in feudum datis, vel venditis, vel per modum privilegii, aut oppignorationis titulo cessis, afferendum esse putamus, qui omnes jurisdictionem tam criminalem, quam civilem in subditos & cives suos exercebant (o). Ex eodem fundamento libertas eligendi in controversiis civilibus Judicem, iis personis alias liberis, quæ vel in ministerium vel advocatiam sive clientelam aliis potentioribus sese dabant, adempta est. Has enim omnes jurisdictionem potentiorum agnovisse, jurique suo Judicem eligendi quodammodo renuntiasse, eximie demonstratum dedit *Perill. Lib. Baro de* SENCKENBERG (p).

§. IV.

ORIGO AUSTRÆGARUM PACTIS CONSTITUTORUM IN MEDIO SEC. XIII. INVESTIGATUR.

At enim vero nec Arbitri S. R. G. I. Procerum, prouti eos in §. *antecedente* descripsimus, in iisdem semper substiterunt terminis, *simplicis* nimirum *compromissi;* sed majora incrementa majoremque auctoritatem ipsis tribuerunt tum subsequuta temporum intervalla, tum pacta atque conventiones, quæ *jam Seculo XIII.* in Germania innotescere cœperunt. Ne enim, regnante adhuc WILHELMO, potentia Imperatorum atque Imperii tot inter Principes divisi penitus dilaberetur, vel minus potentiores vi atque habendi cupidine potentiorum absorberentur; unicum fere tranquillitatis atque securitatis remedium in pactis fœderibusque esse cœpit, quorum primum inauditum hactenus in Germania exemplum, docente DATTIO (q), *Moguntia*, *Wormatia* & *Oppenheimium* Civitates A. 1254. inierunt. In illo autem inter se convenere, ut lites non modo jam subortæ, verum etiam in posterum suborituræ, per duodecim viros Consules a qualibet Civitate electos dirimerentur. Huic fœderi insequenti jam anno 1255. *multa alia civitates Rhenanæ*, *Nobiles ac Terræ Domini* accessere, prouti in notabili illa *Constitutione* WILHELMI Rom. R. *de Pace publica servanda* videre licet (r). In hac fœderati, approbante WILHELMO, his potissimum legibus sibi invicem *Judices austragales* constituere, ut litigantibus libera esse deberet electio, utrum *Cæsarem* ipsum, vel ejus *Justitiarium*, *Comitem de Waldeck*, adire mallent, an vero *Scultetos Civitatum* in Constitutione nominatarum, coram quibus lites fœderatorum finirentur. Ex hoc itaque tempore factum est, ut *Austrægæ pactis constituti*, *Bundes-Austräge*, ratione modi eligendi necessarii quodammodo atque perpetui haberentur, quos pacif-

(n) Vid. B. HEINECCIUS *in Elementis juris Germ. Libr. III. Tit. I.* §. 55. p. 406.

(o) IDEM, *c. l. Libr. III. T. I.* §. 51. & CONRING *de Jud. reipubl. Germ.* §. 85.

(p) *In Floribus sparsis ad jus Austregarum*, §. *IV. seqq.*

(q) *de Pace Publica*, *L. I. Cap. IV. n. 31. sqq. pag. 23. sq.*

(r) Extat apud DATTIUM, *c. l. Libr. I. Cap. 4. n. 20. pag. 22 b. sq.* Nec silentio prætereundum est *Fœdus defensivum* inter Dominos de *Steinvord* & de *Horstmar an. 1244.* initum, in quo, *ut*, *dissensionibus invicem subortis*, *a qualibet parte duo milites eligerentur*, *qui rem ad suum placitum penitus deciderent*, conventum est, vid. LÜNIGS *Reichs-Archiv T. XXII. p. 20.*

paciſcentes & fœderati ob conventionis legem nec præterire, nec alios in eorum locum adſciſcere poterant. Tantum vero abeſt, ut hæc duo exempla *Auſtragarum* ſive *Arbitrorum neceſſariorum* in partibus ſubſtantialibus a *compromiſſariis* (§. 3.) allatis differant, ut potius nullam cauſſam eſſe putemus, quæ impediat, quo minus *Arbitri* quoque *compromiſſarii* ab Imperii Ordinibus & membris ſuperioribus temporibus ad certam modo controverſiam electi nomine *Auſtragarum* inſigniri debeant. *Aut enim*, docente Perill. SENCKENBERGIO (s), *Judices in omne ævum*, aut *ad certos tantum caſus* adſciſcebantur. Semper *Auſtragæ* vocandi ſunt, dummodo litibus finem imponerent.

§. V.

EORUM FREQUENTIOR ADHUC USUS SECULIS XIV. ET XV. OCCURRIT.

Longe vero frequentiores fuiſſe *Auſtragas pactis conſtitutos* Seculis XIV. & XV. tabulæ fœderum pactorumve ejus ævi ſatis ſuperque oſtendunt. Quum enim *Imperatores* ea auctoritate tum temporis non pollerent, ut barbaras illas conſuetudines, quæ *diffidationes* vocabantur, atque perturbationes, quibus alios minus potentiores privatis viribus, armis, incendiis, deprædationibus aliisque remediis funeſtis, perditum illum reipublicæ ſtatum redolentibus, perſequendi vexandique fas erat, legibus publicis plane abolere atque prohibere potuiſſent, utpote eorum Conſtitutiones, tranquillitatis publicæ reſtituendæ

 cauſſa

(s) *l. c.* §. *XI. p. 22.* Alii aliam hac in re fovent ſententiam, contendentes, *Judices* illuſtrium perſonarum *per Compromiſſum* conſtitutos, quos *Arbitros* vocare amant, minus congrue ad *Auſtragas* referri, vid. STRUVIUS in *Corp. Jur. publ. c. 25.* §. *64.* & *Conſultiſſ.* GEIGERUS *l. c. p. 31.* Ajunt enim *Arbitros*, prouti in *§.* III. deſcripſimus, e libera partium voluntate pendere, ita ut judicium eorum locum non habeat, niſi pars utraque conſentiat; *Auſtragas* vero neceſſarios ordinariosque judices eſſe, quorum deciſioni, parte una poſtulante, pars altera & invita cauſſam ſubmittere debeat; *Arbitros* porro antiquiſſimis temporibus auctoritatem ſuadendi magis, quam poteſtatem jubendi habuiſſe, cf. GEIGERUS, *l. c. §. I. p. 6. auſtragale judicium* vero peculiare forum eſſe, pactis legibusque publicis comprobatum. At enim vero ut nihil dicam de exactiſſima ſimilitudine, quæ ratione modi eligendi inter *Arbitros compromiſſarios antiquorum temporum* & inter *pactitios* intercedit: id ſaltim monendum puto, neceſſitatem illam, vi cujus Seculo XIII. partes litigantes & invitæ quoque coram *Auſtragis*, tamquam Judicibus ſuis ordinariis, jus ſumere tenebantur, non tam ex eſſentia *Auſtragarum* in genere conſideratarum, quam potius ex pactis ſpecialioribus & conventionibus accidentalibus contrahentium derivandam eſſe. Deinde nec mihi ſermo eſt de iis *Arbitris*, quorum officium in auctoritate ſuadendi magis, quam jubendi conſtitutum fuerat. Certe exempla *Arbitrorum compromiſſariorum* hunc in finem a me in §. III. allegata longe alia indicant. Nec obſtat, quod *auſtragale forum* inſequenti ævo *forum legibus publicis comprobatum* factum fuerit. Aut enim univerſalis conſuetudo Seculi XIII. prouti in §. III. deſcripſi, Judicem pro ſuo arbitrio eligendi ſufficit, aut aſſerendum videtur, nec *pactitios Judices auſtragales* iſtius *ævi*, quo nullæ adhuc leges publicæ hac de re latæ exſtant, inter *Auſtragas* eſſe referendos. Quod tamen a nemine umquam factum eſſe, exiſtimo. Ceterum quilibet, vel me non monente, videt, mihi ſermonem non eſſe de iis *Arbitris*, prouti nobis in *Jure Romano* & *Canonico* deſcribuntur, horum enim naturam quam maxime diverſam eſſe ab iis, de quibus §. III. loquitur, primo ſtatim intuitu videre licet.

caussa latæ, non perpetuæ, sed certo tantum annorum spatio definitæ erant, ita ut induciarum similiores, quam pacis publicæ perpetuo duraturæ viderentur (t); fieri aliter non poterat, quin Imperii Status atque Membra, quibus magna utilitas fœderum prioris Seculi in recenti memoria erat, necessitate quasi coacta, sibi rebusque suis, his potissimum remediis, pactis nimirum atque societatibus, magis, quam quidem antea factum erat, prospicerent. In his autem non modo mutuum auxilium perpetuamque defensionem sibi invicem pacti sunt, verum etiam, quo sanctius pacem atque tranquillitatem, sibi stipulatam colerent, atque sic finem societatis melius consequerentur, modus atque ratio fœderatis præscripta fuit, jus suum non vi & armis, sed ordinaria juris via coram *Austragis* constitutis persequendi. Eapropter igitur de definiendis atque accuratius describendis *Austragarum* judiciis, eorumque formis, quam quidem antea factum erat, cogitarunt in suis tabulis Socii atque fœderati. Adeo vero istis temporibus in consuetudinem apud Imperii Proceres abiere ista *arbitraria judicia*, ut nullam fere conventionem, quamcunque demum ob caussam inter eos initam, legere liceat, in qua non simul de *Austragis* constituendis aliquid dispositum inveniremus (u).

§. VI.

ID QUOD EXEMPLIS FIRMATUR.

Non est quod solliciti esse debeamus de exemplis ad nostram sententiam corroborandam. Sat magnus numerus *Austragarum*, tum Seculo XIV. tum XV. usitatorum, sese exhibet, quorum unum alterumve adduxisse sufficiat. Sic primum nobis exemplum sit illustre illud Judicium, ad controversias *Electoris Archi-Episcopi Trevirensis* BALDUINI & *Ducis Lotharingiæ* RUDOLPHI componendas A. 1333. habitum, constans ex delectu illustrissimorum Virorum, Comitum, Baronum, Nobilium, atque Militum ordine (x). Haud ita multo post anno nimirum 1373. aliud nobis sese sistit pactum inter BALTHASAREM ac WILHELMUM, *Landgravios Thuringiæ*, nec non HENRICUM atque HERMANNUM, *Hassiæ Landgravios*, initum, quo inter alia & *Austraga* ad lites inter ipsos pacificentes eorumque subditos forte suborituras finiendas constituti erant (y). Simile quid etiam dispositum invenimus in Tabulis, quibus *Leoninæ*, *Wilhelmianæ* & *S. Georgii Societates* A. 1382. quamplurimis *Sueviæ Civitatibus* arctissimo unionis vinculo sese conjunxerant (z). Et quid dicam de *Fœdere inter Rhenanas & Suevicas Societates* his potissimum duobus

(t) DATTIUS *de Pace Publica L. I. Cap. V. pag. 27. seqq.*

(u) V. DATTIUS, *l. c. L. I. cap. V. n. 21. seqq. p. 28. sqq.*

(x) Vid. BROWERUS in *Annal. Trevirens. L. XVII. §. 94. pag. 209. cf. Reverendiss. & Illustriss. Dn.* de HONTHEIM, *in Hist. Trevirensi diplomat, & pragmat. T. II. n. 645. pag. 124.*

(y) Extât in MüLLERS *Reichs-Tags Theatro unter K. Maximil. I., II. Vorstell. Cap. LXVII. §. 4. p. 566. sq.* Cf. Ill. ESTORIS *Origg. I. P. Hass.* quæ *primam Partem* constituunt ILLIUS *Electorum I. P. Hassiaci, L. III. cap. 32. §. 117. nota x) pag. m. 200. sqq.*

(z) V. DATT. *l. c. L. I. Cap. VII. pag. 42. seqq.* DU MONT *Corps diplomatique, T. II. P. I. p. 168. sqq.*

bus feculis plus una vice restaurato (*a*), itemque de magno illo *Fœdere Suevico* A. 1488. concluso (*b*), aliisque Societatibus Pacis publicæ servandæ mutuique auxilii caussa per universam fere Germaniam initis (*c*), in quibus omnibus judicium *Austrægis* simillimum, ceu justum & ordinarium Sociorum forum, constitutum erat. Similem quoque morem Principes Germaniæ unius ejusdemque ordinis in suis consociationibus observasse, docent *Uniones Electorum* jam anno 1338. primum initæ & postmodum per varia temporum intervalla, inprimis Seculo XV. repetitæ confirmatæque (*d*), ut & aliæ aliorum Imperii Procerum Confœderationes, quæ plerumque nomine *der Erbvereinigungen* venire solent. Huc spectant celebres illæ *Uniones Regum Bohemiæ* nec non *Ducum Saxoniæ*, *Hassiæ*que *Landgraviorum*, quarum fundamenta A. 1439. jacta, renovatio vero A. 1459. facta fuit (*e*). Item *Pactum Confraternitatis*, quo *Serenissimæ Gentes*, *Saxonica*, *Brandeuburgica* & *Hassiaca* inter se sunt colligatæ (*f*). Adeo vero subsecutis hæc Secula temporibus arrisere illustribus *Germaniæ* familiis *Austragarum* judicia; ut testamentis atque ultimis voluntatibus quoque *Austrægas* constituerint successoribus suis illustres testatores. Quale quid factum esse constat a PHILIPPO *Magnanimo*, *Hassiæ Landgravio* in testamento A. 1562. condito, & mediante *transactione Ziegenhainensi* a *Serenissimis Successoribus* A. 1568. approbato (*g*). In *Augusta* pariter *Domo Brunsvicensi* & *Luneburgensi* exempli loco adduci potest *testamentum* Divi JULII anno 1582. conditum, quo inter alia, ne res *Serenissimæ Domus* ad exteros statim protraherentur, *Austrægas* constituit duos *Ministros* Status *intimos* vel totidem e *Statibus Provincialibus*, atque *Academiam Juliam* (*h*). Sed nimis longum foret, ea,

---

(*a*) V. DATT. *l. c. L.* I. *Capp. 8. 9. 10. pag. 53 sqq.*

(*b*) V. DATT. *l. c. L.* II. *Cap 4. sqq.* inprimis *cap. 8. p. 281. sqq.* ubi inveniuntur *primæ tabulæ* hujus *fœderis Suevici.*

(*c*) *Infinitæ fere* extant *Tabulæ ejusmodi conventionum.* Vid. DATT. *l. c. L.* I. *c. 9. n. 44. seqq.* & *cap. 12.* per totum. Cf. inprimis B. KOCHIUS in citata *Disquis. de Austrægis, Sect.* I. §. *4. not. e)* & *f) p. 15. sq.* ubi *nubes Testium* & *exemplorum* producitur.

(*d*) *Tabulas* nonnullarum istiusmodi *Unionum* exhibent MüLLER im *R. T. Theatro unter K. Frid. V.*, I. *Vorstell. Cap. 24. p. 283. 289. 293. 299. 305. sqq.* GOLDASTUS in den *Polit. Reichshändeln P. VIII. p. 214. sqq.* aliique. cf. *Selecta de Unionibus S. R. I. Electorum*, *cura* I. *A.* HOFFMANNI, Jenæ 1752. 4. & Consultiss. DAHMII *Diss. de unione electorali.*

(*e*) V. MüLLERS *R. T. Theatr. unter K. Fridr. V.*, II. *Vorstell.* C. *9. p. 529.* & *541. sqq.* item *unter K. Max.* I., *IV. Vorstell. Cap. 24. §. 5. seqq. p. 252. sqq.* cf. DU MONT, *l. c. T.* III. *P.* I. *p. 63.* & *254. sqq.*

(*f*) V. CARPZOVII *Diss. de pacto Confraternitatis Saxonico-Hassiacæ*, item BODINUS in *Diss. de pacto Confraternitatis Saxonico-Brandenburgico-Hassiacæ*, & instar omnium ill. ESTOR, *l. c. p. 197—218.* & in *Elem.* I. *P. Hass. hod.* quæ pariter insunt ILLIUS *Elect.* I. P. *Hass. Cap. IV. §. 43. n. 22. sqq. p. m. 63. sqq.*

(*g*) V. KOCHII *Disquis. cit. Sect. II.* §. *XX. seqq. pag. 79. sqq. Sigism. Guil. ab* HAGEN *Diss. de Austregis Hassiacis*, *Sect. II.* §. *XXVII. sq.* cf. Ill. BROKESIUS *de Austregis Sereniss. Hassiæ Landgravior.* §. *20. sq.* & inprimis quoque *Dn. Procancellarii* ESTORIS *Elem. I. P. Hass. hod. Cap. IV. §. 43. n. 19. p. m. 62. sq.* it. *Cap. V.* §. *45. p. 120. sqq.* & *Cap. VIII. §. 60-63. p. 218. sqq.*

(*h*) V. Divi *Julii* Testamentum in REHTMEYERS *Br. Lün. Chron. P. III. c. 62. p. 1029. sqq.* inprimis *pag. 1036.* ubi scil. itemque apud PFEFFINGERUM in

ea omnia *Judicia austragalia* Seculis XV. & XVI. exorta hic enarrare. Nulla enim fere Gens inclyta nullaque illustris familia nominari poterit, cui non hujuscemodi *judices austragales* vel *pactis familiæ*, vel *aliis conventionibus* obtigerint (*i*).

§. VII.

NATALES AUSTRÆGARUM LEGALIUM INDICANTUR.

Restat denique, ut in recensendis variis *Austragarum* speciebus, de iis quoque paucis agamus, qui in *Constitutionibus Pacis publicæ* Imperatorum ac Statuum auctoritate ordinati, atque sic *legales*, sive *ordinationis* sunt appellati. Quum enim primum *judicia austragalia* ex compromissis specialibus sive pactis atque confœderationibus, tum privata auctoritate, tum accedente Imperatorum consensu, tum approbante observantia quadam Imperii universali, orta esse, ex antea dictis pateat: Imperatores quibus salus patriæ curæ cordique fuit, in legibus pacis universalibus hanc consuetudinem imitantes, istiusmodi Judices constituere quoque tentarunt. Hujus generis est *Constitutio Pacis publicæ* WENCESLAI de An. 1383. in qua omnibus Imperii Ordinibus *jus Austragarum* sic concessum est, ut secundum normam in dicta pace præscriptam lites eorum in *judicio austragario* terminarentur (*k*). Simile quid invenimus in *Comitiis* ab ALBERTO II. *Norimbergæ* An. 1438. habitis (*l*), nec non in *tabulis Pacis Publicæ Ulmæ* & *Nordlingæ* An. 1466. publicatis, in quibus itidem *Judices austragales perpetui* ordinati fuerunt (*m*). Tandem MAXIMILIANUS I. *perpetua pace*, magno Germaniæ bono, A. 1495. in *Comitiis Wormatiensibus* stabilita, *Judicium Imperii Camerale*, optimum Pacis publicæ vinculum atque firmamentum, consentientibus Imperii Statibus constituit. In *cujus Ordinatione Austragas*, moribus atque consuetudinibus jam dudum probatos, *Electoribus* atque *Principibus* ex legis præscripto eligendos præscripsit, atque statui Reipublicæ attemperavit (*n*). Hujus juris postea participes quoque facti

---

in *Vitriario illustr. T. IV. p. 514.* testamenti passus huc faciens occurrit. Cf. Ill. MOSERI *Einleit. in das Br. Lüneb. Staats-R. c. 2. §. 23. p. m. 75.*

(*i*) V. PFEFFINGER. *c. l. T. IV. pag. 503. seqq.* Ill. MOSERI *Teutsch. Staats-R. T. XXIII. Libr. III. cap. 125. p. 182. sqq.* B. G. STRUV. in *Corp. I. Publ. C. 25. §. 56. p. 976. sq.* aliique, quos citat B. KOCHIUS, *l. c. p. 17. not. b*), qui omnes exempla *austragarum familiarum*, der *Stamm-Austräge*, congesserunt.

(*k*) In WENCKERI *Apparatu & Instructu Archivor. p. m. 236. & 337.*

(*l*) V. *Constitutio Divi* ALBERTI II. *Imp. de P. publ.* ap. DU MONT, *l. c. T.* III. *P.* I. *p. 41. sq.* it. *43. sq.*

(*m*) V. MüLLERS *R. T. Theatr unter K. Fridr. V., IV. Vorstell. c. 33. & 34. p. 200. & 207. sq.* cf. tamen die *Nothwend. Erinnerung auf die Donawörth. Informat. P.* I. *p. 140. sq. & 182. sq.* cujus Scripti Autor fuisse perhibetur WILHELMUS JOCHERUS, *Cancellarius Bavaricus*, testibus pl. Rev. GROSSIO in der *Burg-und Margg. Brandenburg. Landes-und Regenten-Hist. p. m. 462. not.* (*) & *Consultiss. Dn.* BAURIO, Syndico Spirensi meritiss. & Cive meo honoratiss. im *Leben Christoph Lehmanns*; *§. 16. p. 54.*

(*n*) Vid. *Ordinat. Cameralis de an. 1495.* §. *28.* in *Corp. Recess. Imp.* P. II. *pag. 10.* edit. noviss.

facti sunt in *Ordinatione Camerali* An. 1555. ab *Imp.* CAROLO V. promulgata, *Comites*, *Prælati* & *Nobiles* Imperio Rom. Germ. nullo Domino intermedio subjecti (o).

§. VIII.

AUSTRÆGARUM DEFINITIO ET DIVISIO.

Ex his igitur, quæ hucusque *de Originibus Austrægarum* disseruimus, facile patet, *multas variasque* esse horum Judicum *species*, quas paucis recensere, & sub certas classes redigere, haud abs re fore putamus. Quod vero ut rite effici queat, ne nostra tractatio fundamento sufficiente careat, indicandum antea nobis videtur, quid sint *Austrægæ? Sunt* vero, nostra quidem ex sententia, *Judices a Statibus Imperii ejusque Nobilitate immediata, vel ex conventione vel ex legum præscripto, eo fine constituti, ut controversias quasdam quoad primam instantiam, vel amicabiliter componant, vel sua sententia definiant.* Omne autem *Austrægarum* judicium ad duo potissimum membra redigi posse, facile liquet. Vel enim *pacto* constituuntur, vel *lege*. Illi *Conventionales* (*gewillkührte Austräge*), hi vero *Legales* sive *Ordinationis* (*rechtliche Austräge*) appellantur (p). *Conventionales* iterum *diversimode* dispesci possunt. Vel enim exorta demum lite, libera partium voluntate *per modum compromissi* eliguntur; vel *per modum confœderationis* inter complures Socios, una eademque unione junctos, ita stabiliti sunt, ut necessitas aliqua, secundum legem unionis, adsit, futuras quoque lites *Austrægis* subjiciendi, & invitos etiam Fœderatos coram iis conveniendi. Horum *illi* Austrægarum conventionalium *voluntariorum*, *hi* vero *necessariorum* nomine veniunt. *Necessarii* rursus tot fere habent species, quot genera confœderationum reperiuntur immediatorum Imperii Sta-

(o) *Part. II. Tit. V.* dictæ *Ordinationis*, *in Corp. Recess. Imp. P. III. p.* 90. ed. cit. Cf. WALDSCHMIDTII *Diss. de S. R. G. I. Comitum austrægis*, in LüNIGS *Thes. Juris derer Grafen und Herren des H. R. R. Cap. XV. n. I. p. 764. sqq.* Neque vero solum in *Legibus publicis Austrægas* constituerunt *Cæsares*, verum etiam per modum *privilegii* Statibus Imperii *istiusmodi Judices* concesserunt. Quos inter primos eosque antiquissimos eminent *Austrægæ privilegiati Archiducum Austriæ* a CAROLO IV. A. 1366. dati, atque deinceps a SIGISMUNDO A. 1437. & CAROLO V. an. 1530. confirmati; v. BLUMII *Process. Cameral. Tit. 47. Tab. 3. p. m. 377.* PFEFFINGERI *Vitriar. illustrat. T. IV. p. 513.* ubi antiquius adhuc exemplum *Judicii Austrægalis* a RUDOLPHO I. *Imp.* inter Filios suos lege publica sanciti occurrit. Nec omittendum hic erit *Privilegium Goslariensibus* a WENCESLAO *Imp.* A. 1390. concessum, quo in quacunque caussa civili sibi ipsis Judices eligendi & ad judicia privilegiata, provocandi facultas data est. Vid. *Georg. Frid.* HARTMANN *de jure Austræg. legali Lib. ac Imp. Reip. Goslar. compet. p. 16. 21.* Jam antea quoque, anno scil. 1374. *S. R. I. Civitas Norimbergensis* a CAROLO IV. simile privilegium obtinuit, ceu pluribus docet, *Georg. Christ.* HüLS de RATSBERG in *Diss. de Austr. Reipubl. Noribergensis.* Item *Memminga*, v. I. *A.* HOFFMANNI *Diss. de Austrægis Ord. S. R. I. aliorumque Imperii Membrorum, præcipue lib. S. R. I. Civitatis Memmingensis;* Jenæ 1750. 4. Istiusmodi *Privilegium* almæ nostræ Patriæ a SIGISMUNDO *Imp.* A. 1433. concessum in *Sectione II. Tractationis nostræ* producemus.

(p) Fundata est hæc distinctio in *Concepto Ordinat. Cameral. P.* II. *Tit. II-V.* ut & in *recentissima Capitulatione* Augustissimi hodierni *Imp.* FRANCISCI I. *Art. XVIII.* §. 4. verbis: *item Jure Austrægarum* TAM *legalium*, QUAM *conventionalium vel familiarium* &c.

tuum atque Membrorum. Inter eos inprimis eminent: *1) Auſtragæ Fœderum*, (die *Bunds-Austräge*,) qui a varii generis ordinisque Sociis pacis aut mutui auxilii cauſſa olim junctis conſtituti fuere (q); *2) Auſtragæ Unionum*. qui inter unius plerumque ordinis perſonas illuſtres arctiori conventionis vinculo junctas locum habent (r); *3) Auſtragæ familiares*, (*Stamm-Austräge*,) quos unius gentis vel illuſtris familiæ agnati ſibi & ſucceſſoribus ſuis vel pactis familiæ, vel teſtamentis conſtituiſſe, conſtat (s); *4)* denique *Auſtrægæ*, qui inter Nobiles caſtrorum Condominos lites decidunt, qui *Burg-und Gan-Erben Austräge* vocantur (t).

§. IX.

MODUS ELIGENDI ET CONSTITUENDI AUSTRÆGAS CONVENTIONALES VARIUS ERAT.

Quod autem attinet *ad modum eligendi & conſtituendi iſtiusmodi auſtragale judicium*, ille ſane non rectius quam ex tabulis antiquis fœderum addiſci poterit. Horum enim formulæ pro diverſitate temporum atque ſpecierum ita variæ ſunt, ut ſub certam regulam redigi nequeant, ſed potius, multum hac in re beneplacito litigantium fœderatorumque fuiſſe tributum, videatur. Hunc vero inprimis morem in quam plurimis *Auſtragarum* electionibus fuiſſe ſervatum, docet immortalis DATTIUS (u), ut ſcil. ſuborta inter Socios controverſia, ſive Electores Principibus, ſive Principes inter ſe, ſive illi cum aliis Imperii Membris Civitatibusque fœderibus juncti erant, *Reus* ex *Actoris* Conſiliariis *Judicem* quendam *communem* (einen *gemeinen Obmann*) eligeret, hic autem cum adjunctis ſibi pari numero ab utraque parte aſſeſſoribus, duobus vel pluribus, qui *Zuſätze, ſchiedliche Räthe* dicebantur, citatis in locum opportunum partibus, aut amicabili compoſitione aut ſententia lata lites terminaret. Quare haud raro in fœderum tabulis aliquot utriusque partis Conſiliarios interdum quinque, ſex, ſeptem aut plures deſignatos invenimus, ex quibus *Judicem communem* litigantes poſcerent. Hoc vero modo non tantum *Auſtragas pactis* atque *fœderibus conſtitutos*, verum etiam *compromiſſarios* electos eſſe, tum Documentis quam plurimis, tum multorum Juris publici Doctorum teſtimoniis edocemur (x). Alia occaſione Fœderatis placuit, ut Socii diverſi ordinis atque dignitatis controverſias ſuas, vel omnium vel eorum, qui *Irenarchæ*

(q) *Exempla* & *Autores* de hac *Auſtragarum* ſpecie allegarunt *Perill.* SENCKENBERGIUS, *l. c.* §. *17. ſq. p. m. 32. ſqq.* ut & B. KOCHIUS, *l. c. Sect.* I. *§. 4. notis e)* & *f) p. 15. ſq.*

(r) V. Perill. *L. B. de* SENCKENBERG, *l. c. §. 27. p. 45. ſqq.* & KOCHIUS, *l. c. pag. 16. ſq. nota g).*

(s) V. KOCHIUS, *l. c. p. 17. not. b.)* & *i).*

(t) Cf. IDEM *l.* c. *p. 17. ſq. not. k)* & *Eliæ Frider.* HEITMANNI *Diſſ. de Auſtregis conventionalibus Ganerbiorum Nobilitatis immediatæ*, Erfordiæ 1728. 4.

(u) *De Pace publica L.* I. *Cap. 27. n. 99. ſeqq. p. 193. ſq.*

(x) V. KEMMERICH in *Diſſ. cit. Sect.* I. *§. VII. p. 20. ſq.* & GEIGER. *l. c.* §. *V. p. 26. ſqq.* apud quos inveniuntur documenta, hoc ipſum amplius corroborantia.

narcha five *Judices pacis* nominabantur, judicio submitterent (y). Quodsi vero eveniebat, ut de eligendis *Austrægis* litigantes non convenire possent, res haud raro ad *Cæsarem*, aut alios Principes neutri parti studentes deferebatur, qui judicarent, utrum oblatio justa ac sufficiens esset, nec ne (z)?

§. X.

MODUS PROCEDENDI IN JUDICIO AUSTRÆGARUM CONVENTIONALIUM.

Quemadmodum igitur *electionem*, *numerum* & *qualitatem Austrægarum*, partim *compromisso*, quod *Anlass* vocabatur, partim *pactis* & *fœderibus* satis superque determinaverant Imperii Proceres; ita idem quoque respectu *ordinis procedendi* factum esse, invenimus. Res omnis his potissimum observationibus describi poterit. *Austrægæ*, posteaquam cum partibus, sive eorum mandatariis, in eum locum, ubi judicium habendum erat, convenerant, ante omnia *amicabilem compositionem* tentabant. Hæc si procedebat, litem *in amore* atque *amicitia* decidere, (*mit Minne richten*,) olim vocabatur, & partes formula arbitrii hoc modo concepta, istiusmodi compositioni, æque ac sententiæ stare tenebantur. Quodsi vero hic modus minus placebat litigantibus, tum servato juris ordine *sententia ferebatur*, id quod *nach dem Rechten*, *mit Recht richten*, in antiquis conventionum tabulis appellatur (a). *Sententia* plerumque ab *Austrægis* ipsis concipiebantur, modo *conjunctim*, modo *separatim* judicio jam dissoluto, ut deinde partes ipsæ de majoribus votis judicium ferre possent (b). Quamquam & transmissionem actorum, vel ad Academiarum Collegia juridica, vel ad summum Cameræ Imperii Tribunal, liberam atque integram fuisse, ex multis conventionum tabulis videre liceat (c). *Remedia*, quæ vocantur, *suspensiva* nullum regulariter obtinuerunt locum, partim quod e re litigantium erat, ut jus sepositis omnibus ambagibus, unicuique promte redderetur, partim quod in omnibus fere compromissis atque pactionibus istiusmodi beneficiis renuntiaverant paciscentes (d). Attamen inveniuntur quoque tabulæ quibus *Remedia*, v. c. *Supplicationis*, his legibus permissa sunt, ut adhibitis ab utraque parte duobus vel pluribus novis Assessoribus, res apud priores *Austragas* de novo secundum modum procedendi conventum ventilaretur (e). *Executio Sententiarum*, licet *Austræga* qua tales ea carerent, nulli tamen difficultati antiquioribus temporibus subjecta erat. Vel enim Judices aut juramento, aut infamiæ pœna adigebant partes litigantes ut sententiæ starent, fidem vero fallere gravissimum crimen, ac morte pejus habuisse Majotes nostros

(y) V. DATTIUS *de Pace publ. L. I. c. 18. p. 134. sq.*

(z) V. B. KOCHIUS, *l. c. Sect.* I. §. *V. p. 19.* ut & *p. 20. sq. not.* c).

(a) V. B. KOCHIUS, *l. c. Sect. I.* §. *VIII. p. 26. sq.* & Perill. *Baro* de SENCKENBERG, *l. c.* § *19. p. 36. sq.*

(b) V. *Excellentiss* SENCKENBERGIUS, §. *25.* & *26. p. 43. sq.*

(c) V. PFEFFINGER in *Vitriar. illustr. Tom. IV. p. 510.* & *p. 508.*

(d) V. B. KEMMERICH in *Diss. cit. Sect. I.* §. *7. p. 21. sq. nota d*) Perill. L. B. de SENCKENBERG, *l. c.* §. *26. p. 45.* & Consultiss. GEIGERUS, *l. c.* §. *18. p. 106. sqq. nota a*).

(e) V. PFEFFINGER *loco* nota *c*) *cit.*

constat; Vel arces quasdam utrinque assignari rogabant, parti morigeræ tradendas; Vel varias cautiones literis perscriptas exigebant, quibus partes ad sententiam adimplendam compellebantur (*f*).

§. XL

NOTIO AUSTRÆGARUM LEGALIUM, EORUMQUE DUPLEX SPECIES.

Ab *Austrægis conventionalibus* ad *legales* ut transeamus, & ordinis & instituti ratio exigit. Hi iterum in duas abeunt species. Aut enim *Legibus publicis* constituti sunt tempore MAXIMILIANI I. & CAROLI V. *Impp.* de quibus hic nobis in primis sermo est, aut accedente *Cæsarum speciali concessione vi privilegii*, quorum *illi legales*, *hi* vero *privilegiati* audiunt. Intuitu *illorum* eo brevioribus nobis esse licebit, quo fusius illorum delineatio tam in Legibus publicis; quam in præstantissimorum Virorum commentationibus satis jam

(*f*) V. Perill. SENCKENBERGIUS, *l. c.* §. 24. *p.* 42. *sq.* Num *hodienum* gaudeant *executione Austrægæ*, ampla est quæstio. Non enim in eo significatu hic sumimus executionem, ut media intelligamus illa cogentia, quæ in quibusdam *pactis austrægalibus* inveniuntur, quæque in hac §. jam indicavimus. Quo enim partes litigantes arctiori vinculo sententiæ latæ stare tenerentur, istiusmodi media a libera voluntate paciscentium unice dependentia inveniebantur, quæ pari jure & apud arbitros locum invenire possunt. Sed hoc loco per executionem intelligimus: *potestatem illam publicam, qua quis cogi potest, ut sententiæ satisfaciat*, quæ necessario supponit, ut a legibus, vel a superiore vim suam accipiat. At enim vero quum nulla lex exstet, quæ aut *legalibus* aut *conventionalibus Austrægis*, hanc potestatem exequendi tribuat, exinde tuto colligere possumus, *executionem* non competere *Austrægis*. Quod vero *legalibus in specie* illa deneganda sit, exinde vel maxime patet, quia *Cameræ Imperiali* verbis legum expressis *executio* conceditur earum causarum, quæ in prima instantia ad illam non spectant, sed quæ *Austrægarum* cognitioni sunt relictæ, quales sunt caussæ immissionis, simplicis spolii &c. secundum *Concept. Ordinat. Cameral. T.* II. *Tit. VIII.* §. 8. his verbis: *Alsdann soll auf Ansuchen des Klegers und gewinnenden Theils durch das Kayserl. Cammer-Gericht auf gebührliche Execution bemelter Urtheil* (*Austrægarum* nempe in causis jamjam memoratis,) *procedirt und gehandelt, und dem Kleger verholfen vverden, in allermassen als vver solch Urtheil von gemeldtem Cammergericht ausgesprochen und ergangen.* Huc facit quoque *argumentum* der *Erklærung des Landfriedem de A.* 1500. *Tit. VII.* ubi itidem *Cameræ Imperiali* executio earum caussarum conceditur, quarum cognitio *Austrægis* est demandata. Sed nec meliori conditione respectu executionis gaudent *Austrægæ conventionales.* Cum enim sententias ab ipsis latas secundum *Ordinationem Cameralem* exequi jusserit *Pax publica de A.* 1548. *Tit.* 29. §. 2. verbis: *und ob sich begebe, das --- die sich der erkannten Urtheilen --- der gevvillkührten Austræge vvidersetzen, --- also, das vvider solche Thæter --- vvürckliche Exekution, vvie in obgemeldter unser Kayserl Cammergerichts-Ordnung auf diesem Reichstag allhie versehen ist --- nicht beschehen möchte, so sollen unsere Cammer-Richter --- solches an Uns &c. gelangen lassen;* necessario exinde sequi videtur, ut regulariter a *Camera Imperiali* decernatur *executio Sententiarum austrægalium*, eaque deinceps injungatur *Circulis*, prouti in *Ordinat. Camerali de anno* 1555. *P.* III. *Tit. XLVIII.* & *XLIX.* itemque in *Concepto Ordinat. Cameralis*, *P.* III. *Tit. LVII* & *LVIII.* cautum legimus, Cf. ante omnia Ill. COCCEII egregia *Diss. de notione & executione Austrægarum*, *Sect. II.*

jam pertractata fuit (*g*). Ne igitur actum agere videamur, id unicum indicare juvabit: diversum Imperii Statuum ordinem diversos produxisse casus, secundum quos *electio* atque *constitutio Austragarum legalium* est instituenda. Aut enim *Imperii Proceres primi ordinis*, quales sunt Electores, Principes & principali dignitate fulgentes, conveniuntur ab *Actore ejusdem ordinis*, aut *inferioris dignitatis*, quales sunt Prælati, Comites, Barones & Nobiles immediati. De primo casu dispositum legimus, quatuor principes regnantes, duos seculares, totidemque ecclesiasticos, a reo esse denominandos, ex quibus Actor unum eligat, reoque electionem *Judicis Austragalis* denominet (*h*); in *secundo* vero casu *octo* reum conveniendi *vias* præscripsit *Conceptum Ordinationis Cameralis* (*i*). Quodsi vero *Imperii Proceres secundi ordinis* reorum vices gerunt, atque ab aliis conveniuntur, hoc fieri potest, aut ab *Illustribus primi ordinis*, aut a *personis dignitate æqualibus*, aut ab *inferioribus*. In duobus casibus prioribus binæ semper viæ a litigantibus, ad *austragalæ judicium* constituendum, eligendæ patent, quas pariter recenset *Conceptum Ordinationis Cameralis* (*k*). De ultimo vero casu, si scil. *Illustres secundi ordinis* conveniuntur ab aliis *inferioribus*, quales forsitan essent mediati Imperii subditi, nihil in *Ordinatione Camerali* dispositum fuit. Quare hoc in casu jus *Austragas* eligendi, ipsis non concedendum esse, plurimi Doctorum existimant (*l*) Id ipsum quoque de *liberis S. R. G. I. Civitatibus* asserendum esse, statuimus. Etsi enim *illæ* jure superioritatis territorialis gaudeant, & sub appellatione *Statuum Imperii* indubitate contineantur (*m*); *illis* tamen in regula non competit beneficium *Austragarum legalium*, in hoc sensu sumtorum, si ipsæ ab aliis Imperii Statibus aut Membris immediatis, vel eorum subditis erunt conveniendæ (*n*). *Austragarum* autem *judicium* illas implorare debere, si actoris personam contra *immediatos* sustinent, omni dubio caret. Ex quanam vero ratione ipsis

Gggg 3 hoc

(*g*) Vid. Guil. RODINGI *Pondectæ Camerales*, *P. I. Tit. IV. p. m. 38. sqq.* BLUMIUS in *Processu Camerali*, *Tit. 27. n 50. sqq.* DECKHERRUS *in Vindiciis pro verit. & justit. rei jurisque Cameralis*, s. in *Notis & animadversion.* ad BLUMII *Process. Cameral. Tit. 27. num 50. sqq. p. m. 237. sqq.* Ill. de LUDOLF in *Commentat. systemat. de Jure Camerali*, *Sect. I §. 3. p. m. 35. sqq.* Consultiss. TAFINGERUS, in *Institut. Jurisprud. Cameralis*, *Sect. III. Tit. IV.* §. *477. seqq. p. 435. seqq.* ut & Ill. PÜTTERUS in *nova Epitome Processus Imperii amborum Tribunalium supremorum*, *L. III. c. 1. §. 180 sqq. p. m. 98. sqq.*

(*h*) v. *Concept. Ordinat. Cameral. P. II. Tit.* II. *in pr. & §. 1.*

(*i*) *P. II. Tit. IV.* per tot. (*k*) *P.* II. *Tit. III. & V.*

(*l*) V. Celeberr. TAFINGERUS, *l. c. Sect.* III. *Tit. IV. p. 426.* §. *412.* coll. *p. 436.* §. *478.* In contrariam quidem abiit sententiam Consult. MORIZ in der *Abbhandlung von denen Austrægen derer unmittelbaren Grafen des Reichs gegen mittelbare Kleger.* Ejus vero argumenta nobis non ita comparata videntur, ut a communi eaque recepta Doctorum sententia, a silentio insuper Legum magnam vim habenti, tuto recedi posse, existimemus.

(*m*) J. *P. O. Art. VIII.* §. *4.* & *Art. V. §. 29.* cf. Ill. *Friderici* HAILBRONNERI, Consiliarii Reipubl. Ulmensis, almæ nostræ Patriæ, meritissimi, *Diss. de superioritate territoriali Civitatum Imperialium*, Præs. B. WILDVOGELIO *Jenæ* olim habita.

(*n*) V. MAURITIUS in *Notis ad Capitulat. Divi Leopoldi*, *p. 832. sq. Opusculor.* EJUS ab HERTIO editorum, KNIPSCHILD *de juribus & privilegiis Civitatum Imperial. L. II. c.* I. *n. 55. & 84. p. m. 178. a. & 183. a.* edit. recentiss. HILLER *de liberar. S. R. G.* I. *Civitat. Judicio amicabili*, *§. 21. p. 85.*

hoc jus, ut *reis*, denegatum fuerit, haud facile est intellectu, & quidem eo magis, quo certius est, *eas* illa prærogativa in medio ævo usque ad MAXIMILIANUM I. *Imp.* non caruisse (o). Quapropter ut sibi rebusque suis bene consulerent, *quamplurimæ liberæ Imperii Civitates* precibus adierunt *Imperatores*, ut, quum in Legibus publicis nihil ad ipsarum favorem hac de re dispositum fuerit, *privilegiatos* saltim sibi concederent *Austrægas*, vel ut illos ab antecedentibus *Imperatoribus* sibi privilegio datos confirmarent. De his vero, quum meris privilegiis regantur, nihil certi in genere dici potest, in specialiorem autem singulorum privilegiorum explanationem descendere, instituti ratio haud permittere videtur.

§. XII.

DE AMPLITUDINE FORI AUSTRÆGALIS DISQUIRITUR.

Id unicum potius nunc nobis agendum restare existimamus, ut *de fori* hujus *austrægalis amplitudine*, sive de caussis, quæ in hoc judicio ventilari possint, paucis disseramus. Neminem quidem nos habituros esse dissentientem, putamus, si *Austrægas*, & *legales*, & *conventionales*, *Judices Statuum Imperii*, aliorumque *Immediatorum ordinarios* in *prima instantia* esse, statuamus. Quodsi enim perpendimus, *Austrægas* in tot legibus Imperii non modo confirmatos, verum etiam in legibus ipsis istiusmodi constitutos esse; vix quisquam dubitabit, *Austrægas* jurisdictione, id est potestate legali, caussas immediatorum Imperii Statuum atque Membrorum controversas cognoscendi atque decidendi, gaudere (p). At enimvero quousque sese extendat hæc potestas, & quibus in caussis sese illa exserat, ardua profecto est quæstio. Hoc quidem certum atque extra omnem dubitationem positum esse videtur, antiquioribus temporibus nullam fere caussam sive argumentum litis excogitari posse, quæ *Austrægarum* decisioni non fuerint subjecta. Inprimis vero eam ob caussam *Austrægas* electos fuisse, nos docent fœderum atque conventionum tabulæ, ut pestiferæ illæ diffidationes, atque barbara illa juris manuarii licentia, omnisque violentia inter fœderatos cessaret. Plurima enim, ut me paucis expediam, hujus generis judicia, nihil aliud erant, quam particularia pacis publicæ inter Socios icta judicia. Sed mutato rerum statu, atque *Pace publica universali* MAXIMILIANO I. *Imp.* per omnem Germaniam stabilita, num eadem hodienum *Austrægarum*, inprimis *conventionalium*, sit auctoritas, res est quæ inter maximos & de re literaria meritissimos Viros maximam excitavit dissensionem. Nos, salva tantorum Virorum sententia, *Perill. L. B. de* SENCKENBERG adstipulari, nulla dubitamus, ita differenti: *generaliter dicere licebit, omnia facta, in quibus Judiciorum Imperii summorum, in Status Membraue alias Austrægis gaudentia est Jurisdictio per leges, statim Austrægas tollere, non alia. Quum enim*, sunt verba SUMMI VIRI, *generalis sit Jurisdictio Austrægarum in Status & Membra, quoad primam quam vocant instantiam, quæ excludi nequit, nisi facti qualitas id ferat atque id dictum sit* (q); sequi necessario videtur, dari caussarum genera de quibus *summa Imperii Tribunalia*, per exceptionem

---

(o) Vid. Perill. SENCKENBERGIUS, *l. c.* §. *39. pag. 60. sq.*

(p) V. Consultiss. TAFINGERUS, *l. c. Sect. III. Tit. IV.* §. *475. p. 431.*

(q) *l. c.* §. *42. pag. 62.*

tionem a regula, & juxta specialem Legum dispositionem, in prima statim instantia, posthabitis omnibus *Austrægis*, cognoscere possunt. Quæ omnia vero sigillatim hic recensere, nimis prolixum foret, sufficiet igitur primarias modo exceptiones a regula indicare, ex quarum analogia de reliquis facili negotio judicium ferri poterit.

§. XIII.

AD FORUM AUSTRÆGALE NON PERTINENT CAUSÆ FEUDALES, PRIVILEGIORUM, ALIORUMQUE RESERVATORUM CÆSAREORUM UT ET NONNULLÆ OB SOLAM QUALITATEM CAUSÆ.

Sic primo loco ad *Austrægarum Jurisdictionem* non pertinent *causæ feudales*, *privilegiorum*, inprimis respectu *interpretationis authenticæ*, aliæque, quæ ad *reservata jura Imperatoris* spectare videntur. Quum enim reservata cæsarea nihil aliud sint, quam jura majestatica a solo Imperatore exercenda, earumque hæc inprimis vis atque natura sit, ut solus Imperator de iis disponere possit, ejusque solius sit, determinare, quomodo ea sint expedienda; exinde necessario fluit, *soli* quoque *Cæsari* jus competere, ut in controversiis super illis exortis jurisdictionem vel *ipse*, vel per *Judicium aulæ* suæ *imperialis* exerceat. Quare in ipsis Legibus Imperii dispositum legimus, hujus generis causarum decisionem *Imperatori* ita propriam esse, ut ne excelsum *Cameræ Imperii Judicium* in iis concurrentem jurisdictionem exercere possit (*r*). Accedit, quod istiusmodi causæ non modo ab antiquissimis inde temporibus, posthabitis omnibus aliis *judiciis arbitrariis*, semper *Imperatorem* Judicem agnoverint (*s*), sed etiam in omnibus fere conventionum tabulis eas exceperint *Proceres Imperii* paciscentes, ne juribus *Imperatorum* aliquid derogasse viderentur (*t*). Atque ex iisdem fere rationibus in numerum *caussarum*, *exemtarum* a *jurisdictione austragali*, ea litigiorum genera referimus, quæ *in prima* statim, uti ajunt, *instantia*, vi atque auctoritate Legum publicarum, *propter solam qualitatem caussæ* in summis Imperii Judiciis fundata scimus. Quo inprimis spectant caussæ fractæ pacis publicæ, tam religiosæ quam profanæ, caussæ fiscales, si caussæ continentia adsit (*u*), aliæque. Quum enim tantum absit, ut ullus habeatur

(*r*) V. *Concept. Ordinat. Cameral. P. II. Tit. VII.* SCHULZII *Diss. de Camera imperiali cum judicio aulico non concurrente*; Frf. ad Viadr. 1706. 4. Magnif. & Consultiss. *Jo. Dav.* GUTHERI, Prætoris & Consiliarii primarii Ulmensis de Republ. patria immortaliter meriti, eruditissima *Diss.* inaugur. *de caussis, Judicium imperiale aulicum fundantibus sine concurrentia cum Judicio camerali*, Altorfii 1711. habita, STRYCKII jun. *Diss. de caussis ad Cameram Imperii non appellabilibus*, & Celeberr. TAFINGERI *Institut. Jurisprud. Cameralis, Sect. III. Tit. I. §. 425. p. 368. sqq.*

(*s*) V. KOCHIUS, *l. c. Sect.* I. §. *XVII. p. 66. sqq.*

(*t*) IDEM, *l. m. c. nota c) pag. 69.*

(*u*) V. Consultiss. BRANDTII elegans *Tr. de continentia caussæ*, Wetzlariæ 1754. in 4. editus. Ceterum nihil hic interest, sive correi sint *diversi fori austrægalis*, sive *pars rea* consistat *ex personis Austrægas & Dominos diversos habentibus*, *semper tamen Jurisdictio*, *supremorum Imperii Tribunalium pro fundata habetur*, uti de *priori casu* legi meretur Observatio B. Dn. de LUDOLF. Obs.

beatur respectus personarum, sive immediatæ illæ sint, sive mediatæ, ut potius & posteriores adeo in prima statim instantia coram summis Imperii Judiciis, juris experiendi gratia, ob solam qualitatem harum caussarum, sint conveniendi, posthabitis omnibus judiciis in Statuum territoriis constitutis (x), quanto magis id ipsum in iisdem litigiorum generibus de Statibus atque Membris Imperii immediatis, qui *Austrægarum jure* gaudent, dicendum erit. Sed & alia suppetit ratio. Scimus enim hæc hactenus recensita litigiorum genera in summis Imperii Judiciis fundata esse absque ulla personarum ratione, ob meram caussæ qualitatem, in prima instantia. At enim vero ex notione, quam de prima instantia nobis formare debemus, & hoc scimus: nulli Judici in omni Republica datum esse de iis controversiis cognoscere, quæ privative atque speciatim Judicio cuidam in prima instantia vel a Superiore vel a Legibus sunt demandatæ. Ex nexu enim subjectionis, quicunque ille sit, fluere omnino videtur, cives in omni Republica obstrictos esse, eam inprimis viam, jura sua persequendi, amplecti, quam Leges a Superiore latæ præscribunt. Jam vero caussæ Pacis publicæ, & religiosæ & profanæ, aliæque supra memoratæ ita sunt comparatæ, ut Leges publicæ istas summorum Imperii tribunalium jurisdictioni in specie & privative statim in prima instantia subjecerint (y). Statibus ergo Imperii, Membrisque ejus immediatis, qui jure Austrægarum gaudent, id præcipue injunctum esse existimamus, ut ne viam processus in Legibus præscriptam deserant, & controversias ad *Austrægarum judicia* tam *legalia* quam *conventionalia* trahant, quæ sua jam natura *alium Judicem* habent *in prima instantia* competentem.

§. XIV.

AD FORUM AUSTRÆGARUM PORRO NON SPECTANT CAUSSÆ MANDATORUM S. C.

Porro a *foro Austrægarum* tam *legalium*, quam *conventionalium* arcendas esse existimamus *omnes causas Immediatorum*, quæ per *Mandata sine clausula* a summis Imperii Tribunalibus expediri solent. Ut enim in præsentiarum nihil dicamus de illo argumento, quod ad hanc sententiam defendendam inde inprimis desumitur, quod *Titulus* de *Mandatis* in *Concepto Ordinationis Cameralis* sub *rubrica generali* contineatur earum personarum & rerum, quarum ratione, nullo habito respectu immediatæ aut mediatæ qualitatis, Cameræ Imperialis iurisdictio in prima instantia fundata est, cujusque argumenti vis atque potentia iis potissimum principiis, quæ §. antecedente attulimus, innititur (z); id inprimis nunc agendum nobis proposuimus, ut accuratius disquira-

Obs. forens. P. I. Obs. XXV. p. m. 75. sqq. de *posteriori* autem recentissimum *Cameræ Imperialis* præjudicium affert Perill. atque Excellentiss. *Lib. Baro de* CRAMER, Patronus noster pie devenerandus, de quo *Cive*, jure suo summo, *alma nostra Patria* merito gloriari potest, in *Observationibus Juris universi*, *Obs. 132. p. m. 373. sq.*

(x) V. *Concept. Ordinat. Cameral. P. II. Tit. X. sqq. Tit. XXI.* & IX. cf. TAFINGER, *l. c. Sect. III. Tit. VII. p. m. 474. sqq.*

(y) Vid. B. KOCHIUS, *l. c. Sect. I.* §. *14. p. 42. sqq.*

(z) V. C. O. C. P. II. *post Tit. IX. Rubrica* & Cel. TAFINGERUS, *l. c. Sect. III. Tit. IX.* §. *612. pag. 566.*

quiramus, num fub fpecie juris & juftitiæ facta, in quibus alias *Mandata S. C.* emittere moris eft, *Auftragarum* cognitioni fubjici queant? Quod ut rite efficiatur, ante omnia in naturam *Mandatorum S. C.* inquirendum effe putamus. Hæc, ut decerni poffint, *primo loco* pro certo ponunt factum a reo commiffum, quod nullo modo eft juftificabile, five quod idem eft, ut aperta injuftitia a Reo fit perpetrata; *funt* enim *quædam* hominum *negotia*, tefte *Perill.* LUDOLFO (*a*), *ejus naturæ, ut injuftitia Rei & injuria actori illata vel inferenda confeftim eluceat, folaque opus fit facti demonftratione verofimili. Secundo* pro conceffo & probato fumunt, ut jus certum & indubitatum Actori competens exiftat, in quod Reus, five is, contra quem *Mandata S. C.* decernuntur, peccavit (*b*). Sane hæc duo requifita *Mandatorum S. C.* veritas nimirum facti prohibiti ratione Rei, & certitudo juris intuitu Actoris, fua jam natura ita funt comparata, ut Reo omnem præripiant allegationem exceptionum tum facti tum juris contrarii. Duo enim contraria fimul ftare non poffunt. Loquor autem ex hypothefi legitime affumta, ac pro certis & conceffis pono, fi *Mandata S. C.* effectum habere debent, veritatem facti & juris indubitatam, quæ itaque per exceptionem fub- & obreptionis elidi nequeat (*c*). In his igitur confiftit effentia factorum ad *Mandata S. C.* uti ajunt, qualificatorum. Quæ, definiente *Confultiffimo* TAFINGERO, nihil aliud funt, *quam præcepta Judicis, quibus fub comminatione pœnæ Reo cuidam inaudito paritio fimpliciter injungitur, ita ut nulla ei relicta fit facultas opponendi exceptiones juris* (*d*). Jam vero videamus quæfo, utrum fub aliqua juris & juftitiæ fpecie *Auftragis* in hifce cauffarum generibus jurisdictio competere poffit. Quod ut fieret, Actori læfo incumberet, Reum coram *Auftragis* convenire ob apertam fibi illatam injuftitiam; Reum porro adire precibus neceffe foret, ut ipfi placeret *communes Judices auftragales* defignare, qui de juftitia vel injuftitia fuæ petitionis, alias quidem claræ & apertæ, fententiam ferrent definitivam. Ubicunque lis per fententiam definitivam eft dirimenda, ibi Actor intentionem fuam probet, & Reus exceptiones, fi quas habet, proferat neceffe eft, aut fi mavis proceffus, fi non ordinarius, certe longævus eft obfervandus, quem & *legales* & *conventionales Auftraga* fequi debent. At enim vero quæ quæfo Actoris erit probatio læfionis & injuftitiæ fibi illatæ, in iftiusmodi factis, ubi ne arbitrum fimplicem admitteremus, quæ fua natura jam funt injufta, quæque nullo jure defendi poffunt? quæ denique Rei erit defenfio atque exceptio, cui omnes tam facti, quam juris, exceptiones funt ademtæ? Haud fane exiftimo, ullum facile inveniri poffe, qui in iftiusmodi controverfiis viam proceffus memoratam locum habere ftatuat, nifi & hoc concedere velit, Actorem fummam injuriam ex

(*a*) *De Jure Camerali, Sect. I. §. X. n. 9. p. m. 99. fq.*

(*b*) V. IDEM, *l. modo c. Sect.* I. §. *X. n. 44. fq p. m. 119. fq.* & Confultiff. TAFINGERUS, *l. c. Sect.* III. *Tit. IX.* §. *569.* & *604.* cf. *Concept. Ordinat. Cameral. P. II. Tit. XXV. pr.* ubi *quatuor* allegantur *cafus*, in quibus *Mandata* locum inveniunt, fed eosdem ad has duas claffes redigi poffe, facile patet.

(*c*) Quod vero hæc veritas hypothetice pro certo poni queat, exinde patet; quod, nifi vera præfumeretur Actoris narratio, *Mandata S. C.* non decerneret Judex. Inde vero neutiquam fequitur, nos *abfolute* omnem exceptionem fub-& obreptionis denegare Reo, fed tantum id dixiffe volumus, Reum nihil habere, quo fe defendi poffit, fi facta narratio Actoris fit vera, ejusque jus certum. Quare in definitione *Mandatorum S. C.* confulto Reo denegavimus tantum *exceptiones juris*, non vero etiam *facti*.

(*d*) *l. c.* §. *587. pag. 539.*

ex prolatatione processus oriundam solummodo eam ob caussam perpeti debere, ne forma processus legibus vel pactis praescripta negligatur. Nec video, quid pro defendenda *Austragarum* jurisdictione in litigiis tam apertae justitiae, nihilque nisi executionem requirentibus, amplius excogitari possit, quum iis jus exsequendi, quod hisce in caussis unice a Judice exspectatur, & omnes fere Juris publici Doctores, & Leges ipsae denegaverint (e).

§. XV.

ID QUOD AMPLIUS PROBATUR.

Sed & aliud, idque specialius, ad sententiam nostram corroborandam nobis superest argumentum. Constat nimirum, duas praecipue classes esse jurium, in quibus *Mandata S. C.* decernuntur. Vel enim *Legibus publicis universalibus* atque *Imperii constitutionibus* contraria sunt hominum facta, vel *juri communi* (f). Ex *priori* igitur *classe* vindicantur damna atque detrimenta Imperio universo illata, ex posteriori vero laesiones singulorum Imperii membrorum immediatorum. Fieri enim potest, ut facta contra singula Imperii membra immediata sint aeque certa jurique aperte contraria, quam quidem ea, ex quibus Imperium primarium sentit damnum. Quodsi itaque vel maxime concederemus, quod tamen propter §. *antecedentem* fieri nequit, de iis caussarum generibus, quae laesionem potissimum singulorum Immediatorum concernunt, atque ad *Mandata S. C.* qualificata sunt, *Austragas* judicare posse; neutiquam tamen hoc asserendum putamus de iis negotiis, ex quibus ipsum adeo Imperium sentit damnum. Quo spectant caussae fractae pacis publicae, fiscales, pignorationum, litigiosarum possessionum, arrestorum & rel., omnisque violentia armata, in tot legibus publicis prohibita (g). Quo enim jure de laesionibus legum publicarum judicare poterunt *Austragae conventionales?* de *legalibus* enim *Austragis* istud umquam haud facile quemquam affirmasse scimus, quippe qui nihil aliud sunt, quam Judices eam inprimis ob caussam constituti, ut lites & controversias pactis sibi invicem junctorum privatas amicabili compositione aut via juris dirimant.

§. XVI.

RESPONDETUR AD ARGUMENTA DISSENTIENTIUM.

Ex his itaque, quae de *amplitudine fori Austragalis*, ejusque restrictionibus, in genere disputavimus, facile videre licet, nos nullam illi tribuere facultatem, cognoscendi in caussis, quae summis Imperii tribunalibus in prima instantia sunt subjectae, etsi arduam illam, pro extendenda *Austragarum conventionalium* jurisdictione, objectionem nobis obstare videamus. Haec enim inde inprimis desumitur, quod *pacta austragalia* per multas Imperii leges (v. §. *VIII. nota p*) sint confirmata, in quibus non modo de eligendis Judicibus, verum etiam de controversiarum generibus ita dispositum fuerit, ut, secundum tenorem quam pluri-

(e) V. *supra* §. X. *nota f*) *Diss. nostrae, ibique allegata Legum & Doctorum testimonia.*

(f) V. Celeberr. TAFINGERUS, *l. c.* §. *604. p. 550. sq.*

(g) V. *Concept. Ordinat. Cameralis, P. II. Tit. X. sqq. XXI. XXII. XXIII. XXIV.*

plurimarum pactionum, vel ad omnes cujuscunque generis controversias, (*um was Sache das ware*, prouti formula sonat,) suborituras extendi deberet *Austragarum judicium*, vel saltim certæ caussarum species, in quibus ad arma facile devenire possunt litigantes, quales sunt diffidationes, pignorationes, litigiosæ possessiones, expressis verbis sint denominatæ, quæ jurisdictioni *Austrægarum* essent subjiciendæ. Sequi ergo necessario, concludunt contrarium sentientes, in his modo allatis caussis, quæ vi (§. *XIV.*) ad *Mandata S. C.* qualificatæ sunt, cognitionem *Austragis conventionalibus* nullo jure denegandam esse (*b*). Perspicimus sane vim atque præstantiam hujus argumenti, & difficilis profecto erit ad hancce philosophiam responsio. Inveniuntur enim omnino istiusmodi pacta immediatorum, Imperii nostri Civium, in quibus cognitio atque dijudicatio omnis generis caussarum *Austragis* est demandata. At enim vero ex his ipsis pactionibus suppetit responsio ad speciosam illam objectionem. Quemadmodum enim ab uno horum pactorum ad alterum, salvo concludendi modo, argumentum duci nequeat, utpote omnia pacta jus tantum producunt inter paciscentes, nec ad tertium extendi possunt, vel ut Philosophi loquuntur: a particulari ad universale non valet consequentia; ita facile liquet, quasdam dispositiones, ex speciali forsan ratione in uno alterove *Austragarum* exemplo, occurrentes eas non statim tollere posse regulas, quas de *Austragis*, tam *legalibus*, quam *conventionalibus*, in genere hucusque in medium protulimus. Pactis primario regi *Austrægas conventionales*, agnoscimus, verum & hoc concedendum esse putamus, quod, cum omnes *Austragas* supra adductæ leges adprobaverint, illique naturam *judiciorum ordinariorum primæ instantiæ*, mediante hac inprimis approbatione, obtinuerint, juris atque recta rationis norma nobis præcipere videatur, eos quoque secundum leges, quatenus voluntas paciscentium nihil aliud legitimo modo statuerit, in genere dijudicandos esse atque interpretandos. Exceptionum igitur magis a regula speciem præ se ferre exempla in contrarium adducta, quam quidem normæ generalis, secundum quam *omnium Austragarum conventionalium* judicia essent interpretanda, persuasissimi sumus.

§. XVII.

CONTINUATIO HUJUS RESPONSIONIS.

Antequam autem filum hujus tractationis abrumpamus, liceat hanc unicam, coronidis loco, adjicere observationem, quod nimirum ex formula atque verbis: *um was Sache das ware*, quæ in permultis de *Austragarum* jure conventionibus *de amplitudine hujus fori* inveniuntur, haud statim colligi possit: in omnibus, quæ contingere possunt, controversiis locum *Austragis conventionalibus* concedendum esse. Satis enim apertum atque evictum est, pacta eatenus tantum valere, quatenus nec jura tertii lædunt, nec legibus publicis contrariantur. Contrariarentur autem profecto *pacta austrægalia* jurisdictioni summorum Imperii Judiciorum legibusque publicis, si ob generalitatem horum verborum cognitio *Austragarum* ad eas quoque caussas extenderetur, quæ, prouti ex §. XIII. patet, expressis verbis supremis Imperii tribunalibus in pri-

(*b*) V. Perill. *Lib. Bar.* de CRAMER, *Diss. de Austregis conventionalibus in caussis Mandatorum S. C. non cessantibus*, §. *IX. p. 21. seq.* item Consultiss. GEIGERUS, *l. sæpius c.* §. *XIV. pag. 67. sqq.* & *Dn. ab* HAGEN in *Diss. de Austregis Hassiacis*, *Sect. I.* §. *XXI. p. 28. sqq.*

ma ftatim inftantia funt vindicatæ. Quum igitur omnis interpretatio verborum fecundum naturam negotii fit facienda, & præfumtio hac in materia pro auctoritate fummorum Imperii Dicafteriorum quam maxime militare videatur; neceffe omnino erit, ut iftiusmodi cauffæ, quales funt litigiofæ poffeffiones, arrefta, fpolia &c. expreffis verbis in conventionum tabulis fint denominatæ, fi *Auftragis* per modum exceptionis locum dare velimus (*i*). Haud clarius ad hanc rem illuftrandam exemplum facile inveniri exiftimo, *Unione* illa notiffima *Comitum Wetteravicorum* & *Suevicorum* A. 1579. inita, in qua inter alia & fpeciem proceffus Mandati, vim *Mandatorum* pœnalium *S. C.* habentis, videre licet, fecundum quem hujusmodi cauffæ atque lites extraordinariæ funt dirimendæ; eam forfitan ob cauffam, ut incommodis proceffus, *Auftragis* alias ufitati, in §. XIV. defcriptis, per promtam executionem & mandata pœnalia obviam irent Comites convocantes feu dirigentes (*k*). At tempus eft, ut manum de hac tabula ad aliam moveamus, utque ad patrias res, quarum ob cauffam hanc tractationem inprimis in nos fufcepimus, defcribendas nos convertamus.

SECTIO II.

DE JURE AUSTRÆGARUM S. R. I. LIBERÆ CIVITATIS ULMANÆ.

§. XVIII.

CONSPECTUS TOTIUS TRACTATIONIS.

Pofteaquam igitur de modo & ratione tractavimus, quibus *Auftraga* in genere, tam *conventionales*, quam *legales* Ordinum Imperii, ortum fuum atque progreffum habuerint; inftituti noftri ratio jam exigit, ut ad patrias res defcribendas nos converramus, atque fic fpeciatim de *jure Auftragarum*, privilegiata illa prima inftantia, S. R. I. *Reipublicæ Ulmanæ* agamus. Etfi vero privilegium *Divi* SIGISMUNDI *Imp.* almæ noftræ patriæ datum, ea fir virtute & efficacia præditum, ut illud folummodo allegaffe facile fufficiat, ad demonftrandum beneficium *Auftragarum*, quo *Ulma* cum nonnullis aliis *liberis Imperii Civitatibus* gaudet; nihilo tamen minus haud abs re fore exiftimamus, fi, quantum fieri poteft, iis nunc etiam rebus operam demus, quæ illuftrationi tum *privilegii* noftri, tum *Judiciorum* iis temporibus ufitatorum, infervire quodammodo poffunt. Quam ob rem quum *privilegium* hocce *primæ inftantiæ* cum aliis, quæ alma noftra *Ulma* a diverfis Imperatoribus *fuper exemtione a Judiciis extraneis* confequuta eft, quam maxime cohæreat, & in iis certa ratione vel jam comprehendatur, vel faltim fine eorum cognitione rite explicari nequeat, horum vero fundamentum primarium, in modo & ratione rei judiciariæ tum *Civitatum Imperii liberarum*, tum *Judiciorum provincialium* a variis Imperatoribua in multis *Sueviæ* tractibus ordinatorum unice quærendum fit; liceat nobis in præfentiarum omnem hujus *Sectionis fecundæ* tractationem ita inftituere,

(*i*) Conferantur hic quoque ea, quæ Vir Summus, SENCKENBERGIUS, hac de re difputavit in *Floribus fparfis ad Jus Auftragarum*, §. 47. p. 68. fq.

(*k*) V. B. KEMMERICH in *Diff. fupra citata Sect. II.* §. *VI.* p. 36. fqq.

stituere, ut, præmissis quibusdam generalioribus de forma rei judiciariæ, quæ in *Judiciis provincialibus* ab Imperatoribus constitutis antiquitus obtinuit, *privilegia ipsa de non evocando & de exemtione ab extraneis judiciis* ab Imperatoribus *Reipublicæ Ulmanæ* concessa afferamus. Hæc ipsa vero viam nobis deinceps pandent tum ad *Judicia* illa *Austrægarum conventionalium*, quæ *Ulma* nostra cum aliis Imperii Statibus habuit, tum ad uberiorem *privilegii austrægalis* explanationem, & quidem tam quoad ejus vim atque efficaciam in diversis litium caussarumque generibus, quam quoad reliqua momenta, quæ notatu digna videbuntur.

§. XIX.

PAUCA TRADUNTUR DE JUDICIIS PROVINCIALIBUS IMPERII NOSTRI IN MEDIO ÆVO, EORUMQUE FORMA ET JURISDICTIONE.

Statum vero atque formam *Judiciorum* antiquis temporibus in *Germania* usitatorum in clariorem lucem ponere, *Historicis* propter ævi istius barbariem adeo difficilis res semper visa fuit, ut magnus adeo CONRINGIUS, perspicacissimus ille rerum Germanicarum perscrutator, ipse scribere coactus fuerit: *Quemadmodum post tempora Francorum aliquot proximis seculis habuerint sese Germaniæ judicia, difficilius explicatu est, eo quod nulla extent, vel certe paucissimæ, leges temporibus illis in Republica latæ, quæ id ipsum significent, Historici quoque ejus ævi reipublicæ omnis imperiti & negligentes paucissima memoraverint, quæ huc faciant* (*l*). Interim tamen extra omnem dubitationem positum est, *Imperatores*, tam e *Saxonica*, quam e *Franconica* & *Suevica gente* ortos, non solum in variis Imperii tractibus *Judices provinciarum*, *Landrichter*, *Landvögte*, constituisse, verum etiam per *Comites Palatinos* controversias subortas dirimi, quantum fieri potuit, curasse. Sic enim v. c. jam in HENRICI II. *Imp. Pancharta*, *A. 1016. Monasterio Augiensi* collata (*m*), mentio fit: *Provincialis Judicis*, atque ex diplomate HENRICI V. *Imp.* de a. 1120. (*n*) edocemur, *Würzeburgi* istiusmodi *Judicium provinciale* jam illo tempore exstitisse, cui in *Franconia* ratione antiquitatis proximum est, *Judicium provinciale*, *Norimbergæ* (*o*) constitutum. In *Suevia* quoque *multa* & *varia* hujus generis *Judicia* inclaruerunt, quo refero *Rothwilense*, *Ranckwilense*, *Campidunense*, *Ulmanum* & innumera alia, quorum originem & natales magno cum eruditionis adparatu investigavit & descripsit Magnificus & Consultissimus JO. REINHARDUS WEGELINUS, *Consul & Syndicus primarius Lib. S. R. I. Civitatis*

(*l*) In *Exercitat. de Judiciis Reipubl. German.* §. 42. in EJUS *Exercitatt. academ. de Republ. Imperii Germanici*, (Helmstadii 1674. 4.) *pag.* 251.

(*m*) Extat in R. P. *Marqu.* HERGOTT *Genealog. diplomat. Augustæ Gentis Habsburg. Vol. II. f. T. II. P. I. n. 164. p. 103.*

(*n*) Illud primum produxit B. LEUCKFELD. in *antiquit. Pœldens. in Append. III. n. 2. p. m. 253. sq.*

(*o*) V. Ill. Dn. *Car. Ferd.* JUNGII *Anvveisung, vvas die Comicia Burggraviæ in Nürnberg sey und involvire, dann vvas es mit der Hoheit des Kayserl Land-Gerichts Burggraftums Nürnberg vor eine eigentliche Beschaffenheit habe*; Onolzb. 1733. 8. & confer quoque Dn. PACHELBL A GEHAG *Abbildung des Kayserl. Landgerichts Burggrafthums Nürnberg* &c.

vitatis Lindaviensis meritissimus (*p*). His Judiciis omnibus certi limites præscripti erant, intra quos jurisdictionem suam exercerent. Quum enim Imperatores, isto ut & sequiori adhuc tempore non modo amplos in variis *Germaniæ* provinciis, fundos, districtus atque civitates possiderent, verum etiam in Ordinum atque Statuum ditionibus multis juribus, ex majestate sua fluentibus, gauderent, quo splendorem atque dignitatem Imperatoriam eo melius sustentare possent; omnino e re visum fuerat, *istiusmodi Judicia* ita ordinare, ut, quod attinet ad eorum jurisdictionem, quam paucissime orirentur controversiæ, quamquam nec hoc negandum videtur, antiquioribus temporibus & Statuum subditos coram hisce judiciis jura sumere, si non coactos, certe tamen, permittentibus suis Superioribus, promiscue solitos esse.

§. XX.

CONTINUATIO HUJUS MATERIÆ.

At enim vero temporibus insequentibus in suis cancellis non modo sese haud continuerunt hæcce Judicia, verum etiam *Status Imperii* ulteriorem libertatem, extraneos Judices adeundi, haud amplius subditis suis concessisse, valde probabile est. Ex quo enim *Principes*, *Comites* reliquique *Status* propria *judicia*, tam *aulica*, quam *provincialia*, in suis terris constituere, *Monasteria* vero & *immediatæ Imperii Civitates* suos *Judices*, qui *Advocatorum*, *Scultetorum* vel *Prætorum* nomine veniebant, ab Imperatoribus accipere, cœperunt; factum est, ut mirum in modum commutata fuerit *Judiciorum Imperii Provincialium* forma. Ægre quidem id tulerunt *istiusmodi Tribunalia*, omneque studium in eo collocarunt, ut auctoritatem suam atque jurisdictionem, quam universalem esse contendebant, & in posterum conservarent; sed nihil inde nisi lites atque discordiæ inter *Imperii Ordines*, & ista *Judicia provincialia* subortæ sunt. Has WENCESLAUS *Imp.* nullo alio modo sopiendas esse, existimavit, quam si lege publica *Statibus Imperii* libertatem, in suis territoriis proprios Judices constituendi, concederet (*q*); at eventus spei atque opinioni *Cæsaris* parum respondit. Nam *Judices provinciales*, auctoritate sua confidentes, nihilo secius jurisdictionem suam extra suos terminos & quaqua versum extendebant. Hoc vero quod semel sibi constitutum habebant, eo facilius exequi poterant, quo magis constat, turbulentis istis temporibus, ubi summa imis confundebantur, nihil tam ardui negotii fuisse, quod vi atque potentia armorum, aliisque remediis funestis ad finem deduci non potuerit. Cui accedit, quod

---

(*p*) in dem *gründlich-historischen Bericht von der Kayserlichen und Reichs-Landvogtey in Schwaben*, *P. I. Sect. II. §. VI. seqq. pag. 30. seqq. & Sect. IX per totum, p. 190. sqq.* cf. PFEFFINGER *in Vitriario illustrato*, *L. IV. Tit. VIII. §. 1. f. T. IV. p. 662-688.* ibique allegati.

(*q*) Sic enim sonant verba WENCESLAI in *Constitut. de pace publ. Francof. de anno 1398.* in LEHMANNI *Speyrischer Chron. L. VII. c. 63. p. m. 830. b.* & apud DU MONT, *l. c. T. II. P. I. p. 265. b.* *So haben wir unsern und des Ryches Churfürsten, und allen Fürsten und Herrn, Geistlichen und Weltlichen, und Stetten, unsern und des Riches Getruwen die besundere Gnade gethan, und thun ihn die von Röm. Künigl. Mechte, das Ir jeglicher in sinem Lande, als offt sich das heischen wirdet, einen biederben Mann zu einem Richter in unserm Namen, und von unsern und des Riches wegen kiesen und setzen soll und mag, der eim jeglichen Cleger umb alle ebegenante Sachen und Zusprüche des Rechten unverzogenlich beholffen sin soll.*

quod omnia hæcce Judicia jure, bannum contra refractarios decernendi, munita, tantam potestatem consecuta fuerint, ut nemo fere illorum citationes & mandata despicatui, susque deque habere auderet, nisi severissimas leges, vi quarum banno notati nec in commercio cum aliis esse, nec in judicio stare, nec se defendere, nec jus suum contra alios prosequi poterant, contra se quoque decerni voluisset (r). Haud itaque mirandum est, quod *Imperii Status*, suam atque suorum subditorum salutem curæ cordique habentes, in ea inprimis re solicitudinem suam posuerint, ut *privilegiis de non evocando* a jurisdictione tam molesta, tantisque incommodis affecta, se suosque liberare, atque sic auctoritatem horum Judiciorum infringere, omnem lapidem moverint (s).

§. XXI.

ULMA JAM SEC. XIII. PROPRIUM ADVOCATUM, PRÆTOREM, JUDICIUM PROVINCIALE ET JURISDICTIONEM HABUIT.

ULMAM, carissimam nostram patriam, iisdem fere fatis jactatam fuisse antiquioribus temporibus, ac *reliquæ Sueviæ Civitates immediatæ*, eandemque regiminis formam habuisse, antequam ad illum splendorem atque libertatem, qua hodienum gaudet, partim privilegiis, partim juribus publicis, partim titulo oneroso acquisitam pervenerit, omni dubio caret. Nobis quidem in præsentiarum animus non est, in illa tempora inquirendi, a quibus *immedietas Civitatis Ulmanæ* derivanda est (t); hoc autem certe ex antiquitatum monumentis patet, *Ulmam* jam Seculo XIII. non modo *Advocatum specialem* & *Prætorem*, indubitato immedietatis indicio, verum etiam *Judicium Provinciale* habuisse, *quod olim*, teste FELICE FABRI (u), *tanta justitia laude floruit, ut disceptationes Principum, Nobilium & Civitatensium ibidem fierent* (x). Quemadmo-

---

(r) Vid. die *alte Rothvvell. Hofgerichts-Ordnung, P. IX. Tit. XV. & XVII.* in GOLDASTI *Reichs-Satzungen, p. 22.* edit. noviss.

(s) V. Consultiss. WEGELINUS, *l. c. P. I. Sect. XI. §. IX pag. 228. sq* & §. *XIII. sqq. pag. 232. sqq.*

(t) De origine immedietatis *Civitatis Ulmensis* perite disseruit Ill. & Consultiss. Dn. DE HERTENSTEIN, *Reipubl.* olim *patriæ*, nunc vero *Augustanæ Consiliarius*, in der *kurzen doch gründlichen Ausführung, das die Stadt Ulm nicht erst A. 1346. unter Kayser* LUDOVICO BAVARO *zur Reichs-Immedietæt gelanget*, quæ commentatiuncula extat in *Perill.* atque *Excellentiss. Dn.* DE PISTORIUS, splendidissimi trium S. R. I. Comitum Collegiorum in Comitiis Imperii universalibus Legati, Mæcenatis nostri submisso animi cultu devenerandi, *Amœnitatum Historico-Juridicarum Parte V. p. 1447. sqq.* cf. quoque Consultiss. L. A. HÆCKHELII, Consiliarii Reipubl. Ulmensis, *diss. inaug.* sub Præsidio Ill. BUDERI habitam, de *Diplomate supposititio, quo Ulmam villam regalem a* CAROLO M. *A. 813. Cœnobio Augiensi donatam assertum fuit, addita brevi perantiquæ Ulmensis immedietatis probatione*; (Jenæ 1755. 4.) §. *XXI. pag. 23. sqq.*

(u) in *Historia Suevor. L. II. c. 4.* in GOLDASTI *Scriptor. rerum Suevicar. p. m.* 258. edit. primæ rariss.

(x) De *hujus Judicii antiquitate* testantur *Literæ super Jure Advocatiæ, quam olim* ALBERTUS, *Comes de Dilingen, certo pacto in Civitate Ulmensi habuit, de an.* 1255.

admodum vero in unaquaque Imperii Civitate, alii adhuc Magistratus erant e civium numero electi, qui & jurisdictionis & rerum ad politiam pertinentium curam gerebant; ita eandem hanc consuetudinem apud Majores quoque nostros obtinuisse, patet tam ex conventione modo citata, vi cujus *Ulmani* certas regulas stabiliverant, secundum quas ipsorum *Advocatus* jurisdictionem in urbe exerceret, quam *ex privilegio* ab ALBERTO I. *Imp.* haud ita multo post, anno scil. 1300. ipsis concesso, in quo postquam viris religiosis atque Monasteriis libertas, fundos atque prædia acquirendi, interdicta fuerat, *jurisdictionis Ulmanorum, des Gerichtes der Stadt Ulme*, expessa fit mentio (y).

§. XXII.

1255. quas primus in lucem peoduxit, Perill. L. B. de SENCKENBERG in *Select. Juris & Hist. T. II. p. 261-267.* Ad illas vero doctissimas *observationes* scripsit Ill. HERTENSTEINIUS, quas modo laudatus SENCKENBERGIUS *Meditationum de universo Jure & Historia Volumini, Fascic. II. n. VI. p. 384-407.* inseruit. Vidi quoque *Ill. Dn. Præsidis*, cujus in me non humanitatem modo, sed & plane singularem liberalitatem æterna memoria & animi pietate venerabor, affectum opusculum, quo has ipsas literas illustrare cœpit. Ceterum hujus *Judicii peovincialis ordinarius Peæses* erat *Advocatus*, der *Reichs-Vogt*, vel ejus *Minister*, illis vero absentibus *Minister Civitatis*, qui a Senatu ex ordine Civium eligebatur, der *Schultheiss*, s. *Stadt-Ammann* a *Assessores* autem s. *Scabini* regulariter sumebantur ex Civibus. *Placitum provinciale* tribus anni temporibus *in urbe* celebrabatur, assidente *Ministro Civitatis* in loco *der Stadelhoff* dicto, prope *Curiam Divitaugiensem*, quæ hodie der *Grüneboff* vocatur; *extra Civitatem* vero *Judicium provinciale* habebatur, iterum *Ministro Civitatis* assidente, 1) apud *lapidem in Narve*, (legendum esse censet *Dn. Præses: Navve*, sub qua appellatione in Documentis illorum temporum sæpius occurrit *vicus*, qui propter longitudinem suam hodie vocatur: *Langenau*, partemque constituit Territorii Ulmensis,) 2) *sub Tilia*, hujus vestigia forte quærenda erunt in loco, qui in quodam Documento de an. 1446. exprimitur: *zu* OBER-KOCHEN (qui vicus est Würtembergicus in Dynastia Heidenheimensi,) -- *uf dem Bühel* BI DER LINDEN *gelegen*, -- *dafür der Stiege gen* AULUN (hodie *Alam*, Civitatem Sueviæ Imperialem,) *gat*, unde ejus situs facili opera cognosci poterit; 3) apud *Bermaringen*, qui notus Territorii Ulmensis pagus est, inque confiniis Ducatus Würtembergici jacet, 4) apud *locum*, qui dicitur *Rubimbühel*, hujus situm nondum pervestigare licuit, & 5) apud *lapidem apud Ringingen*, quæ villa olim pertinuit ad Dominium Helfensteinense, & cum *Blabyra* ad *Comites*, postea *Duces Würtembergicos* devenit, hodieque eorum imperio subest, pars *Præfecturæ Blabyrensis.* Sed dudum obsolevit hocce *Judicium provinciale*, quamvis illius restaurationem & renovationem Divus CAROLUS IV. Imp. dato desupee A. 1361. Diplomate, *Ulmensibus* concessit; v. immortalis SCHILTERI *Glossar. Teuton.* voce: *Stadelhov*, in EJUS *Thes. Antiquit. Teuton. T. III. p. 759.* Conf. porro de hoc *Judicio peovinciali* B. PFEFFINGER. *l. sæpius c. T. IV. p. 688.* & Magnif. WEGELINUS, *l. c. P. I. Sect.* IX. §. *12. p. 203. sqq.*

(y) Extat in LÜNIGS *Reichs-Archiv, Part. Spec. Contin. IV. P. II. p. 561. seq.* ut & in Ill. MOSERI *Reichs-Stättischem Handbuch, P. II. cap. 45. n. I. p. 803. sq.* Aliis quoque privilegiis donatam fuisse *Ulmam* circa illa tempora, invenio in B. *Viti* MARTHALERI *Chronico Ulmensi*, optimæ notæ, sed adhuc inedito, quod in *Bibliotheca Dn.* PRÆSIDIS, una cum aliis præstantissimis MSS. ad illustranda jura & historiam Germaniæ insigniter facientibus, extat.

§. XXII.

CAROLUS IV. IMP. An. 1359. CIVITATI ULMENSI PRIVILEGIUM DE NON EVOCANDO CIVES SUOS LARGITUR.

Sed magnas vexas insequenti ævo quoad jurisdictionem in cives & subditos suos, quemadmodum omnes fere Ordines atque Civitates Imperii, ita *Ulma* quoque experta est atque sustinuit, tam ab *extraneis Judiciis provincialibus*, quam ab aliis Statibus potentioribus, quibus Imperatores *jus advocatiæ multarum Sueviæ Civitatum* oppignorationis titulo cesserant. Hujus rei exemplo esse poterit bellum inter EBERHARDUM, *Comitem Würtembergensem*, ejusque Socios, atque inter *Civitates fœderatas* An. 1360. subortum. Ex *tabulis* enim *pacis*, confectis post prœlium apud *Schorndorfium*, in quo Civitates, a quarum partibus & ipse *Imperator* CAROLUS IV. steterat, superiores discesserant, constat; *fœderatarum Civitatum* gravamina inter alia hæc quoque fuisse, quod *Comites Würtenbergici* eorumque Socii injuste jus sibi arrogaverint, subditos Civitatum ad ipsorum Judicia evocandi (z). Quo igitur *Ulma* civium suorum saluti prospiceret, submissis adiit precibus Divum CAROLUM IV. *Imp.* ut auctoritate sua cæsarea contra exterorum Judiciorum attentata jura sua tueretur. Hisce humillimis petitis clementissime annuit *Divus Augustus*, meritaque *Civitatis Ulmensis* ad animum revocans illi An. 1359. *Privilegium* (a) indulsit, quo cautum erat: "ut in posterum *Cives Ulmani* singuli atque "universi immunes essent ab omni jurisdictione *omnium judiciorum exterorum*, "cujuscunque sint generis, tam *Provincialium*, quam ipsius *Curiæ imperialis*, "ac si quis civis aut peregrinus actionem intentaret *Consulibus* atque *Senatui*, "aut *reliquis Civibus*, sive sigillatim sive conjunctim, id faceret *Ulmæ* coram "*Prætore Urbis*, *dem Amman in der Statt zu Ulm*, excepto solo casu denegatæ aut protractæ justitiæ. Quodsi vero contingeret, ut *Judicia extranea* "nihilo secius mandatis atque citationibus suis *Cives Ulmenses* evocarent; "sancivit *Imperator*, ut omnes hujuscemodi processus ipso jure & facto nulli "reputari, nec ulli damno aut præjudicio Civitati ejusque juribus esse debe-"rent." Et hoc ipsum Privilegium varii I. P. Doctores pro *primo Civitatis Ulmensis Privilegio super jure Austrægarum* venditant, quo jure paulo inferius ad §. *XXVIII.* dispiciemus.

(z) V. WEGELINUS, *l. c. P. I. Sect. V.* §. 5. *sqq. pag. 74. sqq.* & *Tabulæ Pacis* apud EUNDEM, *ibid. P. II. inter Documenta n. 45. p. 45. sq.*

(a) V. RüMELINUS in *Diss. ad A. B. P.* II. *Diss. I. §. 8. p. m. 295.* LIMNÆUS in *l. P. L. VII. c. 52. n. 7.* OLDENBURGERI *Limnæus enucleatus, L. IV. c. 57. §. 5. p. m. 157. a.* KNIPSCHILD *de jurib. & privil.* Civitat. Imperial. *L. III. c. 54. n. 33 p. m. 312.* edit. noviss. PFEFFINGER, *l. c T.* III. *pag. 1167. a.* KEMMERICH in *Diss. de jure de non evocando Electorum Principum & Statuum Imp. aliorumque immediator. & mediatorum*, §. *12. nota f) p. m. 24.* WEGELIN, *l. c. P. I. Sect* IX. §. *15. p. 236.* Ipsum vero *Privilegium Carolinum* extat apud WEHNERUM *T. VI. Symphorem.* GYLMANNI, *Cap. VII.* §. *43. p. 227. in E. E. Raths der Stadt Ulm Ordnung von Gerichten und gerichtlichen Processen*, (Ulm 1683. fol.) *p. 87. sq.* ap. LIMNÆUM, *l.* modo *c.* in CORTREII *Privileg. des H. R. R. Stænde &c. n. 48. f. Corp.* EJUS *l. P. T. V. p. m. 263.* & ap. LUNIGIUM im *Reichs-Archiv, T. XIV, p. 562.*

§. XXIII.

HOC IPSUM PRIVILEGIUM CONFIRMARUNT WENCESLAUS An. 1397. ET RUPERTUS An. 1401. ILLUDQUE EXTENDERUNT AD OMNES ET SINGULOS REIPUBL. ULMENSIS SUBDITOS.

Quamquam quidem WENCESLAUS, *Rex Romanorum*, statim ineunte suo regimine omnia privilegia, jura atque immunitates *Civitatum Suevia*, inprimis vero *Constantia*, *Ulma*, *Esslinga*, reliquarumque confirmaverat (*b*); nihilo minus *idem ipse* haud ita multo post, anno scil. 1379. exemplum Patris sui CAROLI IV. sequutus, *universam Suevia*, tum *superioris*, tum *inferioris*, *Advocatiam* pignoris lege deferebat LEOPOLDO, *Duci Austriaco*, cui debebat quadraginta millia aureorum monetæ florentinæ, uti ipse in literis desuper confectis confitebatur (*c*). Hæc res graviter concutiebat Civitatum jura. Nam potestas, proventus, vectigalia, aliosque reditus cæsareos colligendi, honores atque dignitates pro lubitu conferendi, Prætores, Judices & Magistratus ab Imperatore & Imperio solummodo denominandos constituendi, aut alios in eorum locum surrogandi, illa erant jura, quæ LEOPOLDUS ex sententia tabularum contractus multo majore cum libertate exercere poterat, quam *Imperator* ipse, aut *ullus Advocatus*, qui ante illum fuerat (*d*). *Judicia* quoque *Imperii provincialia* haud quaquam isto tempore negligebant, jurisdictionem suam quaqua versum extendere. Confidentes enim auctoritate LEOPOLDI, in cujus clientela atque patrocinio erant, tanta cum libertate nonnunquam evocabant *Civitates* & reliquos Status, nulla habita ratione privilegiorum eorumque immunitatum, ut ipse WENCESLAUS A. 1383. obstrictum se crederet, per literas augustales auctoritatem suam interponere, cum *Judex provincialis Alsatia superioris*, a LEOPOLDO *Duce* ibi constitutus, (nam & hujus Provinciæ Advocatiam habebat,) Civitatem Imperii *Colmariam* mandatis atque citationibus suis ad hocce Judicium evocaret. Certo certius quidem est, quod, post obitum LEOPOLDI, qui a. 1386. in prœlio Sempacensi interfectus fuit, a molesta hac oppignoratione liberata iterum fuerit *Suevia*, & WENCESLAUS singulis fere annis *novum Advocatum* provinciæ constituerit; at valde quoque verosimile est, eosdem *Advocatos* & *Judices provinciales* plus una vice Civitatum jura atque privilegia postea turbasse (*e*). Colligere hoc licet ex magno illo numero privilegiorum, quibus *Civitates Imperii* ab istiusmodi *evocationibus* in tutum sese collocare tentarunt. Et hic deperditus rerum status caussam sine dubio dabat, ut *Ulma* pariter de novis privilegiis obtinendis cogitaret, quorum in numerum refero istud WENCESLAI *Ulmanis* A. 1397. concessum (*f*). Illud vero præter ea capita, ex CAROLI IV. *Diplomate* recensita,

---

(*b*) V. WEGELIN. *l. c. P. II. Num. 49. Documentorum*, *p. 48. sq.*

(*c*) IDEM, ibidem *Num. 50. Docum. p. 49. seqq.* Cf. Dn. de LUDEWIG *Diss. de Suevia Tribunali S. R. I. Austriaco in Quadrurbe* §. *44.* & in *Append. Monumentor. n. 3. p. 71. sqq.*

(*d*) Cf. WEGELINUS, *l. c. P. I. Sect. V.* §. IX. *seq. pag. 79. sq.*

(*e*) V. WEGELINUS *l. c.* §. XI. *sq. pag. 81. sqq.*

(*f*) Extat in der *Stadt Ulm Gerichts-Ordnung*, *p. m. 89 - 91.* & in LÜNIGS *Reichs-Archiv*, *T. modo c. pag. 562. sq.*

fita, hisce potiffimum acceffionibus auctum fuit: "quod nempe hæc *exemtio* a "*Judiciis extraneis*, tam *provincialibus*, quam ipfius *Curiæ Imperialis*, non "modo extendenda fit *ad omnes Cives* & *Subditos Ulmanæ ditionis*, verum "etiam ad *omnium cauffarum genera*, cujuscunque fint nominis atque naturæ, "ftatuta infuper in violatores hujus Privilegii pœna quinquaginta Marcarum "auri." Hoc porro plane fingulare nobis videtur, quod in hocce privilegio & *Judicum arbitrariorum*, *der Schiedsleute*, cognitionem, invitis *Civibus Ulmanis*, prohibitam legamus, verofimili admodum indicio, horum Judicum auctoritatem atque ufum ifto tempore fuiffe permagnum; alias enim perdifficile effet intellectu, quid *Cives Ulmanos* impulerit, ut & contra horum *Judicum arbitrariorum* cognitionem *privilegio cæfareo* fefe munire, confultum duxerint. Ceterum huic privilegio ftatim adjungere liceat *duo alia* a RUPERTO, *R. Rom.* A. 1401. in *die S. Laurentii* l. *d. X. Augufti*, *S. P. Q. Ulmenfi* conceffa. *Primum* eorum (g) ad amuffim concordat cum illo WENCESLAI modo memorato atque excerpto, quare ejusdem ulteriori recenfione fuperfedemus. *Alterum* vero datum eft *Ulmenfibus* propter acquifitionem partis *Dominii Helfenfteinenfis*, caftri nimirum de *Helfenftein*, *oppidi Geislingæ* cum multis pagis, villis & dimidia parte vectigalium ac jurium conductus, ut & *Vogtiæ Abbatiæ Elchingenfis* & *caftri Albegg*. Horum enim bonorum & jurium poffeffionem non modo confirmavit *Divus* RUPERTUS in hoc Diplomate, fed etiam expreffis verbis fancivit, ut omnes harum terrarum incolæ ab *extraneorum Judiciorum* jurisdictione liberi effe, & non nifi coram *Reipublicæ Ulmanæ Præfectis*, in hisce locis conftitutis, (*vor dem Vogt und Amptluth zu Helffenftein*, *Gyffelingen*, *zu Albecke*, *und in den Dærffern darzu gehærig*,) in jus vocari poffent deberentque (*b*).

§. XXIV.

IDEM FECIT SIGISMUNDUS IMP. An. 1417. ITERUM DUPLICI DIPLOMATE.

Ordine nunc fequuntur *Privilegia* SIGISMUNDI *Imperatoris* fuper exemtione a *Judiciis extraneis* almæ noftræ Patriæ An. 1417. conceffa. Caufa

(g) Exhibent illud WEHNER, *l. fupra c. p. 228.* CORTREIUS, *l. c. pag. 264.* LIMNÆUS *l. c.* LüNIG *im Reichs-Archiv*, *T. c. pag. 563. feq.* itemque der *Stadt Ulm Gerichts-Ordn. p. 92-94.*

(*b*) Proftat hoc *Privilegium Rupertinum* in rariffima Collectione, quæ titulum habet: *Defignation der gedruckten Acten und Documenten die Helffenfteinifche Sache betreffend*, an. 1716. in folio, *ibidem* fub *N. 3.* & quidem in *Fafciculo* XXXIII. *Documentorum*, five in der *Specification der in A. 1626. &c 27. Graff-Helffenfteinifcher Seiten in Aula Cefarea producirten*, *jedoch bereits A. 1396. quoad Contractum Antichreticum &c Ufuras cum annexis per juratam transactionem caffirter Documenten*, *mit andern ex parte Senatus Ulmenfis tum temporis extrajudicialiter ad informandum Dero Zweyen aller-unterthænigften Bericht-Schreiben d. an. 1627. &c 29. angeftoffenen Beylagen*, *junctis quibusdam aliis noviffime tandem repertis Documentis*, *Num. 15. Lit. B. p. 42.* item apud LIMNÆUM *l. c.* CORTREIUM, *l. c. p. 264. fq.* & LüNIGIUM, *l. c. p. 564. fq.* Cf. KNIPSCHILD, *l. c. p. m. 312. b.* & Ill. MOSERI *Reichs-Stættifches Hand-Buch*, *P. II. Cap. 45. n. 2. p. 804. fq.* Adde fis: *Beft-fundirte Repræfentation der etlich hundert-jæhrigen Innhabung der Herrfchaft Helffenftein*, *und Dero Reichs- und Friedens-Schlufs-mæffiger Manutenenz wider Mænniglichs Anfprach*, *§. 34. p. 7.* in memorata fub initium hujus Notæ *Defignatione der gedruckten Acten &c. &c. N. 2.*

eorum impetrationis unice quærenda videtur in controversiis atque discordiis inter JOHANNEM, *Comitem* de *Helfenstein*, & *Civitatem Ulmensem* subortis. *Hic ipse* enim *Comes* in jus vocaverat *Consules* atque *Senatum Ulmanum* coram *Judicio Curiæ Imperialis*, ex capite alienationis, absque illius consensu contra pacta familiæ & Jus feudale factæ, alterius scil. partis *Comitatus Helfensteinensis*, quam Agnati ejus CONRADUS & FRIDERICUS, *Comites Helfensteinenses*, anno 1396. cassato contractu antichretico, an. 1382. inter *ipsos* & *S. P. Q. Ulmensem* inito, emtionis venditionis titulo, *Reipublicæ Ulmanæ* concesserant (*i*), jurata desuper transactione, renunciatione & traditione eodem adhuc anno 1396. coram *Judicio aulico Rothwilensi* conclusa & facta (*k*), quam insuper venditionem ratam habuerat & confirmaverat Divus RUPERTUS R. *Romanor.* in *Diplomate* an. 1401. dato & sub finem §. antecedentis memorato, sub clausula tamen: *unschedelich doch Uns und dem Rich, an unsern Leben und Rechten.* Quamvis autem *Respublica patria* per *Privilegia Impp.* hucusque prolata plenariam exemtionem ab *omnibus Judiciis extraneis* obtinuerat, adeoque exceptionem fori declinatoriam opponere poterat actioni, quam *Comes Helfensteinensis* ei intendere volebat; consultius tamen duxit, temporum injuriæ cedere, & intentatæ liti *Comitis*, atque arrogatæ sibi a *Curia Imperiali* jurisdictioni *novis privilegiis cæsareis* obviam ire. Quod consilium quoque bene & feliciter eveniebat. Nam *Ulmenses* uno eodemque anno 1417. a SIGISMUNDO *Imp.* prævia sufficienti causæ cognitione, cum consilio *S. R. I. Principum Comitum* & *Nobilium*, ex certa scientia & de plenitudine potestatis cæsareæ, duo consequebantur Diplomata *Constantiæ* data. *Unum des nechsten Frytags vor S. Matthaus*, i. e. *d. 17. Sept. d. a.* quod continet repetitam confirmationem antiquæ acquisitionis Helfensteinensis cum omnibus juribus illi annexis, decreta suppletione omnium defectuum & cassatione omnium Processuum in contrarium, sub pœna quinquaginta marcarum auri (*l*). *Alterum* vero

---

(*i*) V. *Documenta* in *der* ad §. *anteced. nota b*) allegirten *Specification* &c. *N. 10. 11.* & *12. Lit. K. 1.* & *2. L. p. 25-38.* cf. *Species Facti mit beygefügter wohlbegründeten Information, die mehr dann 300. jæhrige Innhabung eines Antheils der Herrschafft Helffenstein in Schwaben von der Stadt Ulm, wider Dero ganz unaerliche und wider-rechtliche Anfechtung betreffend*, (de dato 30. Martii a. 1716.) §. *26-46. p. 6-12.* it. §. *50. p. 13.* quæ extat in allegata ad anteced. *§. not. b*) *Designation der gedruckten Acten* &c. &c. *n. 1.* item *die bestfundirte Repræsentation* &c. ibidem, *§. 120-123. p. 29. sq.* §. *35. p. 7.* & *§. 135. pag 34.* Errant vero Auctores harum Deductionum, dum subinde ajunt, *Comitem Helfensteinensem* actionem contra S. P. Q. V. instituisse coram *Judicio Rothwilensi*, siquidem hoc factum fuisse coram *Judicio Curiæ Imperialis*, e *Documentis* sub initium *hujus Notæ* citatis in propatulo est.

(*k*) V. *Kayserl Hofgerichts zu Rothweyl Urthel und Erkanntnus über die judicials Graf-Helfensteinische Verzücht und Uebergab der alienirten Helfenstein. Güther an die Stadt Ulm de an. 1396.* in dicta *Specificatione* &c. *n. 14. Lit. A. p. 41.* cf. *Species Facti* &c. modo allegata. *l. c. §. 47. pag. 12.* & *bestfundirte Repræsentation* &c. *§. 32. p. 7.* & §. *124. sqq. p. 31.*

(*l*) Prostat: *Kays.* SIGISMUNDI *im I. C. 1417. ertheilte Kayserl. Confirmation über den Kauffs-Contract zwischen den Herren Graven von Helfenstein* &c. *und der Stadt Ulm vorgangen: so von allen und jeden Rœm Kaysern und Kœnigen nachgehends bis uff jetzo regier. Kays. Maj.* FERDINANDUM II. *inclus. bekræfftigst worden. Dabey auch verzeichnet zu befinden, in welchem Jahr und Tag, auch an was Ort jeder Churfürst des Heil Reichs, berührten Kauffs-Tractat absonderlich bestætiget hat. Us gewiesen Ursachen zum Druck verfertiget durch* JONAM SAURN, *Buchdruckern zu Ulm, im I. C. MDCXXVI. 4. 3. plagg.* Recusum fuit

vero datum est *des naechsten Sampstags vor S. Matthaeus*, *f. d. 18. Sept. a. e.* illudque præter cassationem actionis, a sæpius dicto JOHANNE, *Com.* de *Helfenstein* coram *Judicio Curiæ Imperialis* institutæ, complectitur generalem confirmationem omnium privilegiorum ab *Imperatoribus* consecutorum, itidem sub pœna quinquaginta marcarum auri, in transgressores hujus privilegii statuta (*m*). Quo vero in posterum majorem securitatem præstarent Reipublicæ hæcce privilegia, quam quidem antea factum erat, cautum inter alia fuerat, ut de nova hac exemtione *Senatui*, *Civibus* & *omnibus* Ulmanæ ditionis *Subditis* concessa, ipse *Judex Curiæ Imperialis*, quo munere tum temporis GüNTHERUS, *Comes Schwarzburgensis*, fungebatur, nomine & jussu *Imperatoris*, certior redderetur, id quod etiam *productione originalis* factum fuit *Constantiæ* per *Civitatis Ulmanæ Ablegatos*, dato desuper testimonio a dicto *Comite* GüNTHERO, atque appenso sigillo Curiæ Imperialis, *des nechsten Dienstags nach S. Michaelis Tag*, *f. d. 5. Octobr. a. e. 1417.* (*n*). Graviter id quidem tulit sæpius fatus *Comes Helfensteinensis*, caussamque ex capite transgressionis pactorum familiæ & respective juris feudalis ad *Judicium Principum* deferre tentabat. Adiit ea-propter circa an. 1424. LUDOVICUM Barbatum, *Septemvirum Palatinum*, & reliquos *Principes Imperii*, illo tempore *Norimbergæ* congregatos, petens, ut sibi jus dicerent contra *Ulmenses*, injustos ex sua sententia detentores Bonorum avitorum, sed *Principes* caussam remittebant ad *Imperatorem*. Et quum postea *idem Comes* denuo LUDOVICUM *Palatinum*, ceu *Vicarium Imperii* in absentia SIGISMUNDI *Imp.* literis ad ipsum datis compelleret (*o*), hic ipse vero eas cum *Ulmensibus* communicaret, hi in responsione sua, an. 1424. ad dictas LUDOVICI Literas exarata, id inprimis urserunt, se tot & tam validis privilegiis ab omnium exterorum Judiciorum jurisdictione liberatos esse, ut non nisi coram Magistratu suo proprio in judicium vocari possent, quam ob rem si coram ipsorum Judicio agere vellet dictus Comes, se responsione sua

fuit hoc Diploma, subjunctis *literis consensualibus VII. S. R. I. Electorum*, in sæpius allegata *Specificatione &c. n. 16. Lit. C. p. 43-49.* Cf. *Species Facti*, *l. c.* §. *51. p. 13.* it. §. *58. p. 15.* & §. *119. p. 31.* porro *die bestfundirte Repraesentation*, *l. c. §. 134. p. 33. sq.* & *§. 46. sq. p. 9.* ubi passim observatur, hoc *Diploma majestaticum* SIGISMUNDI *Imp.* per omnes subsecutos Impp. fuisse confirmatum, renovatis subinde quoad feuda Imperii investituris cæsareis.

(*m*) Extat pariter in dicta *Specificatione &c. n. 18. Lit. E. pag. 50-54.* item apud LIMNÆUM *l. c.* CORTREIUM, *l. c. p. 263-266.* LüNIGIUM, *l. c. p. 565. sq.* & per modum Extractus in Ill. MOSERI *R. Statt. Hand-B. P. II. p. 805. sq.* cf. *Species Facti*, §. *52. p. 14.* & *bestfundirte Repraesentation &c.* §. *35. p. 7.*

(*n*) V. LIMNÆUS *l. c.* & CORTREIUS, *l. c. p. 266. b.*

(*o*) V. *Species Facti &c.* §. *50. p. 13.* & *bestfundirte Repraesentation*, §. *135. pag. 34.* ut & *Documentum*, quod exhibet sæpius allegata *Specificatio &c. n. 21. p. 63.* ex quo sequentia notari merentur: --- *also kam ich für uwer Gnade und für ander min Herren und Fürsten zu Nuremberg*, *und bracht In das für*, DA ENTSCIEDENT IR MICH, ICH SOLTE DES KOMEN ZUM RECHTEN UFF MYNS HERREN DES ROMISCHEN KUNIGS RÆTE, *das ich auch gern getan hett*, *des aber die von Ulm nit tun wolten*, *und begere darumb des Rechten uff uwer Gnad*, *oder wa und uff wen Ir mich es heissent berechten.* Hoc sane exemplo egregie quoque firmantur ea, quæ tradidit ANONYMUS in *de prætenso peculiari Principum Judicio*, *Cap. V.* §. *1.* in Perill. *Dn. de* SENCKENBERG *Disquisitionibus tribus*, *p. m. 30. sqq.*

non defuturos, modo id faceret, quoad fas esset (p). Sed maluit *Comes* amicabilem transactionem inire, quam incerto jure caussam submittere, quapropter anno statim sequenti 1425. pro summa 12000. aureorum Rhenanorum juri prætenso in alienata Bona avita renunciavit, inque factam ab Agnatis venditionem solemni formula consensit (q).

§. XXV.

DENIQUE FRIDERICUS III. IMP. SIMILE PRIVILEGIUM A. 1479. ULMÆ CONCESSIT.

At enim vero perturbatis illis temporibus istiusmodi *Privilegia de non evocando* atque *exemtionis fori* novis subinde insultibus impetebantur. Exemplo esse possunt controversiæ & litigia inter *Judicium provinciale Burggraviatus Norimbergensis*, interque *Augustam*, ULMAM, *Nordlingam*, *aliasque Sueviæ Civitates* suborta. Hoc enim Judicium, ad exemplum aliorum, tantam sibi arrogabat libertatem, stimulante *Marchione Brandenburgico*, ALBERTO, ut sine discrimine omnes Ordines & Civitates privilegiatas cum maxima comminatione atque denunciatione banni Imperii citaret, nec prius validitatem privilegiorum civitatensium agnosceret, quam *dictæ Civitates* cum *Marchione Brandenburgico* ALBERTO an. 1458. certis sub legibus pacem inierint (r). Hæ igitur aut his similes rationes sine dubio commoverunt *Rempublicam Ulmensem*, ut A. 1479. de novo privilegio obtinendo cogitaret. Impetravit illud a FRIDERICO III. *Imperatore*, totaque ejus summa sola fere consistit in authentica interpretatione omnium privilegiorum, super exemtione ab extraneis Judiciis, *Ulmæ* datorum. Postquam enim graviter invectus erat *Imperator* in eos, qui sub vario juris prætextu vim atque efficaciam Privilegiorum jam jam recensitorum infringere tentaverant, omnia ea explicat, quæ facem prætulerant ad spurias illas interpretationes. Tum potestatem concedit *Senatui Ulmano* ejusque Præfectis in rure, omnes caussas atque litigia cujuscunque generis,

(p) Vid. *Species Facti*, & *bestfundirte Repræsentation*, §§. nota anteced. cc. item *Stadt-Ulmische Verantwortung*, quam continet dicta *Specificatio &c. num. 22. p. 63-65.* Nec opus habebant *Ulmenses*, de novo juris viam ingredi cum *Comite Helfensteinensi*, siquidem in *Confirmatione Sigismundina Acquisitionis Helfensteinensis*, ab *Ulmensibus factæ*, expressis verbis dispositum erat: -- *unnd das ouch die iztgenanten von Ulm, von wegen derselben Keuffe, Handele und Teyding, und das dorinn und dortzu gehœret,* --- *von unsere oder unser Nachkommen an dem Riche desselben Richs, noch Nymanta von unsern derselben Nachkomen und des Richs wegen angelanget, bekümert, oder* FÜR UNSER UND DES RICHS MANNE, *oder Hofgerichte, fürgeheischen oder geladen werden, noch darum zu entworten pflichtig sin sollen, in kein Wis. Wer aber das sy also herüber, durch der vorgenanten Keuffe &c.* --- *in unsern, unser Nachkomen oder des Richs wegen für solich iztgenannten* MANNE, *oder Hofgerichte geladen oder fürgeheischen wurden, so sollen sy dorumb nit mere pflichtig sin zu entworten, dann diesen gegenwortigen Brieff, oder andere ire Freyheite fürtzubrengen, und zu verhœren lassen, und wir, und solich itzgenanten unser Nachkommen sollen sy ouch daby behalden, beschirmen, und gerülich bliben lassen.*

(q) V. *Species Facti*, §. 50. *p.* 13. & *bestfundirte Repræsentation*, §. 36. p. 7. & §. 136. *p.* 35. itemque *Documenta* in der *Specification &c. n. 19. Lit. F. p. 54-57.* & *num. 23. pag. 65.*

(r) Cf. Ill. WEGELINUS, *l. c. P. I. Sect. XI. §. 23. sqq. p. 247. sqq.* & *P. II. inter Documenta n. 190. p. 244. sqq.*

neris, tam intra, quam extra urbis mœnia suborta & suboritura, dirimendi atque decidendi, nullo habito respectu, sive *Civibus* atque *Subditis*, *conjunctim* aut *sigillatim* consideratis, lites intenderent exteri, sive alii in *ditione Ulmana* viventes. Solus casus denegatæ aut protractæ justitiæ exceptus est, hac tamen cum restrictione, ut, posthabitis omnibus *Judiciis provincialibus*, aliisque ubilibet terrarum sitis, ut & adeo *Curia imperiali*, (*unser und des Reichs-Hof-Gericht*,) non nisi *Imperator ipse* in hac caussa Judex esse possit. Pœna quoque contravenientium in hoc Diplomate aucta fuit usque *ad centum marcas auri*, quum in *anterioribus privilegiis* WENCESLAI, RUPERTI & SIGISMUNDI *dimidium* tantum *hujus summæ* constitutum esset. Et hoc *ultimum* est *Privilegium*, quo *Respublica Ulmana* jam in antiquioribus temporibus jurisdictionem atque jura sua ab omnium *judiciorum extraneorum* attentatis salva atque sarta conservare studuit (s).

§. XXVI.

EXEMPLA AUSTRÆGARUM CONVENTIONALIUM S. R. I. LIBERÆ CIVITATIS ULMENSIS.

Non solum vero privilegiis obviam iuerant *Ulmani* insultibus horum Judiciorum, verum etiam *pactis* atque *conventionibus* cum aliis initis sibi rebusque suis prospiciebant, in iisque *Judices Austrægales* denominabant, qui lites inter *Civitatem Ulmanam* atque vicinos *Imperii Status* exortas dirimerent. Istiusmodi *Austrægarum* exemplum nobis exhibere videtur *Antapocha*, qua CONRADUS & FRIDERICUS, *Comites* de *Helfenstein*, an. 1382. contractum antichreticum pro mutuo 37000. aureorum a *Civitate Ulmensi* accepto, certis conditionibus restrinxerant, & cujus originale, ut supra dictum est, post solennem venditionem an. 1396. abolitum fuit. In hac enim *Syngrapha* (t) inter alia cautum est, ut, si *dicti Comites* pecuniam numeratam, loco operarum tributariarum atque servitiorum poscerent a suis Subditis, ex illis bonis, quæ *Ulmenses* pigneris lege ab iis tenebant, collectio hujus summæ fieret per *Præfectum Helfensteinensem*, a *Comitibus* & *Ulma* simul constitutum. Quodsi vero lites hac occasione exorirentur; tunc *Civitas Ulmensis* adjungeret *Præfecto* alium virum honestum, qui utrique controversias examinarent, atque deinde, *Consule Ulmano Præside*, eas penitus dirimerent secundum vota majora (u). Aliud exem-

(s) Exhibent hoc Privilegium WEHNERUS, l. c. p. 231. *Ulmische Gerichts-Ordnung*, p. 94-100. LIMNÆUS, l. c. CORTREIUS, l. c. p. 266-268. LÜNIG, l. c. p. 567-569. ROUSSET *Supplem. au Corps diplomat* T. I. P. II. p. 456. & III. MOSERUS, l. c. P. II. p. 806-809. cf. KNIPSCHILD, l. c. p. m. 312. b.

(t) Extat in sæpius citata *Specificatione* &c. n. 2. p. 11-17.

(u) *Ibidem* p. 16. verbis: -- *wehre aber das der Vogt mit denselben Leuten nit übereinkommen möchte, so sollen die vorgenanten von Ulm einen Erbarn Mann zue denselben Vogtt setzen* **und geben**, *und die zween sollen dann ihe dieselben dœrffer, Weyler und gebauren* **richten und geben**, --- *were aber das dieselben zween darumben* (nit) *übereinkommen möchten, so solle* LUTZ CRAFFT, *zue diesen Zeiten Burgermaister zue Ulm*, *allwegen ein* GEMAINER MANN *darumb sein, und wie sich dann dieselben drey, oder ir der mehrer thail darumben erkandten*, --- *dabey solle es dann aber bleiben*, *were aber, das der vorgenant* LUTZ CRAFFT *in der weil* --- *von Todt abgieng* --- *so soll allewegen* EIN BURGERMAISTER ZUE ULME --- EIN GEMAINER MANN (*seyn*) --- *ohne alle gefehrde*.

exemplum *Austragarum conventionalium* occurrit in *eorundem Comitum Helfensteinensium jurata transactione, renunciatione & traditione alienatorum Bonorum avitorum de an. 1396.* (*x*), itemque in *Republica Ulmana literis reversalibus super extincto contractu antichretico cum usuris, & concordato jure Austragarum in litibus inter vicinos facile dabilibus de anno eodem* (*y*), quorum tamen amborum Documentorum originalia haud amplius supersunt. In hisce enim Tabulis inter sæpius nominatos *Comites*, CONRADUM & FRIDERICUM, atque *Civitatem Ulmanam* transactum est, qua ratione utriusque partis contrahentis subditi conveniri deberent. His nimirum legibus *Austraga* ad pacificentium eorumque heredum lites dirimendos constituebantur: primo si *Comites* aut eorum heredes vices *Actorum* gererent, tunc *S. P. Q. Ulmensis* eligerent *Judicem communem* ex *tribus Senatoribus Scabinis Civitatum Esslingensis, Rothwilensis & Nordlingensis*, hunc in finem a *Comitibus* denominatis. Quodsi vero *Ulma* actionem intentaret *Comitibus*, tunc jus eligendi *Judicem communem*, (*gemeinen Mann*,) esset penes *Comites*, ex *tribus viris honestis*, quos *Ulma e Baronum* aut *Equitum Suevicorum ordine* denominasset: Huic *Judici* porro a qualibet parte adjungerentur *unus*, *duo* aut *tres Arbitri*, (*ain, zwen oder dry erbar Schiedman*,) & quicquid hi, *Præside Judice communi*, secundum majora deciderent, id vim sententiæ haberet (*z*). Ceterum in hac conventione id potissimum valde notatu dignum videtur, quod utraque pars expressis verbis sibi pacta fuerit, ut ne hi *Judices Austragales* banni sententia ferirent litigantes. Ad normam igitur hujus conventionis variæ lites, quæ adhucdum a. 1417. inter FRIDERICUM, *Comitem Helfensteinensem*, & *Civitatem Ulmanam* e vicinia territoriorum & propter bona commixtim jacentia, exortæ fuerant, ad *Austragas conventionales* remittebantur, ab illisque placide sopiebantur (*a*). Quin imo post obtentos adeo a *Divo* SIGISMUNDO *Austragas privilegiatos* plus simplici vice *Republica Ulmensis* provocavit ad *Austragas conventionales*, prouti exempla docebunt, paulo inferius *ad §. XXX.* alleganda.

§. XXVII.

EXEMPLA AUSTRÆGARUM FOEDERUM, DER BUNDS-AUSTRÆGE, S. R. I. REIPUBLICÆ ULMANÆ.

Sed & *Austragas fœderum*, *Bunds-Austræge*, habuit *Ulma* antiquioribus temporibus. Scimus ex superioribus natales harum consociationum, quarum nulla fere in *Suevia* obtinuit, in cujus consortio *Ulma* non pariter fuerit, atque sic *Austragas*, cum reliquis Sociis communes, habuerit. Liceat unum alterumve horum *Austragarum* exemplum, indicis ad instar, allegare. Primum hujus generis luculentum specimen exhibet *Pax publica* in *Sueviæ partibus* sub ALBERTO *Rege Rom.* I. A. 1307. conclusa (*b*). Alia *Confœderatio* conser-

(*x*) V. Documentum in der *Specification &c. n. 10. p. 25-32.* inprimis *p. 28.* cf. sæpius citata *Species Facti &c. l. c.* §. *40. p. 10.*

(*y*) *ibidem*, *n. 12. p. 34-38.* cumprimis *p. 37.*

(*z*) V. *der Stadt Ulm Bericht- und Informations-Schreiben an K. Ferdinand II. dd. 15. Aug. 1629. pag. 6. sq.* in *den gedruckten Acten und Docum. die Helfenst. Sache betreffend, sub N. 9.*

(*a*) V. *Species Facti &c.* §. *55. p. 14. sq.*

(*b*) V. DATT *de Pace publ. L. I. c. 5. n. 29. p. 29. sq.*

servandæ *Pacis publicæ* causa inter varias *Sueviæ Civitates* inita prostat de an. 1358. (*c*). Memorabile quoque est *fœdus*, quod An. 1379. *Badenæ* in die S. Ulrici s. d. 4. Julii, variæ *Sueviæ Civitates*, in Tabulis nominatæ, cum *Palatinis Rheni* & *Bavariæ Ducibus*, itemque BERNHARDO, *Marchione Badensi*, in quinque annos contraxerunt (*d*). Porro *Ulmani* quoque fuerunt in speciali fœdere cum EBERHARDO, *Comite Würtenbergico*, in quod a. 1397. *Esslinga* pariter assumta fuit (*e*), ut & in aliud eodem adhuc anno, quod jam antea *Civitas Ulmensis* una cum aliis confecerat cum LEOPOLDO, *Duce Austriæ* (*f*). Sic sequenti etiam Seculo XV. *Ulma* fœdus pepigit cum LUDOVICO & ULRICO, *Comitibus Würtembergicis*, in quod an. 1443. *Civitates Imperii*, *Esslinga*, *Reutlinga*, *Hailbronna*, *Rotwila*, *Wila* & *Wimpina*, receptæ fuerunt (*g*), & anno 1455. *iidem Comites*, pro se & tutorio nomine EBERHARDI *Comitis*, cum *Civitatibus*, ULMA, *Gemünda*, *Gienga* & *Ala* fœdus contraxerunt pro servanda Pace publica (*h*). Denique alma nostra Patria pars contrahens quoque fuit *magni* illius *Fœderis Suevici*, primum a. 1488. conclusi, illique, toties quoties renovatum fuit, annis scil. 1496. 1500. 1512. 1522. subscripsit (*i*). In his omnibus autem consociationibus *Judices austragales* constituti erant, qui fœderatorum lites in prima instantia dirimerent, & quibus adeo non modo *Respublica Patria* pari cum reliquis Sociis jure gaudebat, sed ipsa etiam haud raro istiusmodi *Austragæ* munere ex conventionum Tabulis fungebatur.

§. XXVIII.

SIGISMUNDUS IMP. CIVITATI ULMÆ CONSTITUIT AUSTRÆGAS PRIVILEGIATOS MEMMINGAM GEMUNDAM SUEVORUM ET BIBERACUM.

Sed demum aliquando tempus est, ut propius accedamus ad insigne illud *Privilegium* SIGISMUNDI *Imp.* quod *liberæ Imperii Civitati Ulmanæ* in puncto *fori primæ instantiæ*, coram *Austrægis*, *Romæ* in *die S. Laurentii*, *s. d. X. Augusti* an. 1433. liberalissime dedit. Probe enim perspiciebant prudentissimi *Reipublicæ patriæ Patres conscripti*, jura atque privilegia, a tot Imperatoribus *Civitati* concessa, nunquam salva & ab aliorum impetibus libera esse futura, nisi objectio, quæ anterioribus privilegiis semper obstabat, amoveretur, quod scilicet nemo in propria causa Judex esse possit. Quare, ut huic criminationi obicem ponerent, *Imperatori* humillime supplicabant S. P.Q. Ul-

(*c*) IDEM, *ibid. L. I. c. 5. n. 38. p. 31. sqq.*

(*d*) IDEM, *l. c. L. I. c. 6. n. 40. p. 39. sqq.*

(*e*) IDEM, *L. I. c. 9. n. 46. p. 66.*

(*f*) V. DATTIUS, *l. c. L. I. c. 12. n. 10. p. 89.*

(*g*) IDEM, *L.* & *Cap.* modo *cc. n. 9. p. 88. sq.*

(*h*) IDEM, *L. II. c. 1. n. 40. p. 239.*

(*i*) IDEM, *L. II. c. 8 p. 281. a. c. 14. p. 325. b. c. 18. p. 350. b. c. 21. p. 383. a. c. 23. pag. 406. a.*

Ulmensis, ut sibi *Civitates imperiales*, MEMMINGAM, GEMUNDAM *Suevorum* & BIBERACUM, *Judices austragales*, dato desuper Privilegio, denominaret atque statueret, coram quibus lites, si quæ in posterum inter *Civitatem* atque exteros exorirentur, *in prima instantia*, posthabitis omnibus aliis Judiciis, ventilari & dirimi possent. Annuit *Augustissimus Imperator* humillimis *Urbis* supplicationibus, atque insigne Privilegium, *aurea Bulla* munitum, statuta insuper in ejus violatores pœna centum marcarum auri, die anno & loco supra dictis, clementissime concessit. Hocce privilegium parum hucusque cognitum, & quantum nobis quidem constat, unica tantum vice typis excusum fuit sub finem sæpius memoratæ *Specificationis quorundam Documentorum in causa Helfensteinensi* (k), rarissime hodie obviæ. Quapropter minime est mirandum, multos Scriptores ejus plane nullam injicere mentionem, quando de *privilegiatis* Imperii Civitatum *Austrægis* agunt (l). Alii loco ejus provocant ad *Privilegia* supra recensita *de non evocando*, quæ pariter speciem aliquam *juris Austragalis*, carissimæ nostræ *Patriæ* competentis, in se continent (m). Alii rursus per transennam quasi in Scriptis suis illud attigerunt (n). Unicus KNIPSCHILDIUS (o) argumentum *hujus Privilegii*, at paucis tamen verbis delibavit. Nos igitur operæ pretium facturos existimamus, si denuo ad literam illud typis exprimi curamus, quoniam a paucis hactenus forte visum lectumque fuit. Est autem sequentis tenoris.

§. XXIX.

PRIVILEGIUM IPSUM SIGISMUNDI IMP. DE An. MCCCCXXXIII.

Wir SIGMUND *von Gotes genaden Romischer Keyser zu allen zeiten, Merer deß Reichs und zu Hungern, zu Behem, Dalmacien, Croacien &c. Kunig, Bekennen und tun kunt offenbar mit disem Brieff, allen den, die In sehen oder hœren lesen das zu uns gesant haben Ire Erbare Botschaff, unser und des Reichs lieben getrevven*, Burgermaister Rate *und* Burger *der* Stat *zu* ULME, *und*

(k) Hæc pars est *Deductionis Ulmensis*, quæ sub rubro: *Designation der gedruckten Acten und Documenten die Helffensteinische Sache betreffend*, an. 1716. in folio prodiit; in illa autem *Privilegium nostrum* occurrit sub *N. 33. p 82. sq.*

(l) Horum in numero sunt SCHUBHARDUS *de Austregis*, *c. 8. n. 25. sqq.* LIMNÆUS in *I. P. L. IX. c. 5. n. 16.* STRUVIUS in *Corp. I. P. c. 25.* §. *58. p. m. 977.* BILDERBECK im *Teutschen Reichs-Staat*, *P. VI. c. 3.* §. *4. p. m. 733. sq.* it. *P. IX. c. 2. §. 3. p. m. 858.* KEMMERICH in *Introd. ad I. P. L. VI. c. 8.* §. *57. nota* (**) *p. m. 1329.* Ill. MOSERUS im *Teutschen Staats-Recht*, *P. XL. L. III. c. 188.* §. *106. sq. p. 53. sq.* & *iisdem P. & L. c. 190. Sect. V. pag. 468. sqq.* aliique.

(m) v. c. LIMNÆUS, *l. c. L. VII. c. 5. n. 7.* PFEFFINGERUS in *Vitriario illustrato*, *T. IV. p. 539. sq.* SCHWEDERUS in *Introd. in I. P. Parte Spec. Sect. II. c. 17. §. 6. pag. m. 913.* HILLERUS in *Diss. cit.* §. *21. nota* (x) *p. m. 36.* & WEGELINUS, *l. c. P.* I. *Sect.* XI. §. *35. p. 259.* ut & alii.

(n) v. gr. *Martin* ZEILLER in *Topogr. Sueviæ p. 205. a.* & *Dn. de* ZECH im *Europ. Herold*, *P.* I. *p. m. 756. a.*

(o) in *de juribus & Privileg. Civitat. Imperial. L.* III. *c. 54. n. 25. p. 518. a.*

und haben uns furbringen lassen, *wie* Sie *und die* Statt *zu* ULME, *von altersher von unsern Vorfarn am Reych*, *Romischen Kaysern und Kunigen*, *Nemlich von unserm lieben Herrn und Vater*, Kayser CARL, *saliger gefreyt sein*, *Wer zu In gemainlich oder sonderlich zu sprechn haben*, *das Sie der*, vor Irem Stab, *und* Irem Havvs *antwortn solln*, *alsdann dieselben Brief klerlicher Innebalten*, *und wie Sie vorbetrechtigklich bedacht haben*, *das In das von etlich underweylen anders dann Je geleich fürgenommen wirt*, *und haben uns gebetten*, *alle nachrede zu vermeydenn*, *das wir In die nachgeschribn* unser *und* des hailigen Reichs Statt, *Mit namen* MEMMINGEN, GMUNDE *und* BIBRACH *bescheyden geruchten*, *Ob yeman zu der egenannten* Statt ULME, in gemain *Ichts zu In zesprechende bette*, *das Sie dann dem oder den*, *für* dieselben Stett *Recht biten*, *und daselbst Rechtlich verantwurtn mechten*,

Deß haben wir angesehen der egenannten von ULME *vleissig Bette*, *und auch Insonderheit angeneme Dienste und Lautre Trewe*, *und gehorsam*, *die Sie* uns *und dem* hailign Reich *allezeit unverdrossenlich getban habn Tæglich tun*, *und zu tun beraitsein*, *in kunfftigen zeitn*, *und sonderlich betracht*, *stattlich Ersuchung und gute lobliche mainung der egenantn von* ULME, *die Sie furgenomen habn*, *Das Nieman in sein selbs sache*, *oder in den dingen die In suß zu steen*, *sein selbs Richter sein soll noch mag*, *Vnd haben darumb mit wolbedachtm mute*, *gutem Rate*, *unser und des Reichs getrevvn und rechter wissen*, *diese besonder gnade getban*, *und tun auch mit disn Brieue*, *und Romischer Kayserlicher macht volkommenhait*, *Ob yeman*, zu der gemainen Statt, *und* dem Comun *zu* ULME, *oder das das* gemain Comun *antriffee*, *Ichts zu sprechn oder zu fordern hat*, *oder gewynnet*, *das Sie den denne gerecht werdn mægn und sollen auff ainen* Rat *zu* MEMMINGEN, *auff ainen* Rat *zu* GEMUNDE, *oder auf ainen* Rate *zu* BIBRACH, *auf wellichem Rate die von* ULME um yegliche sache *selber furnemn*. *Vnd Sie solln auch daruber nyndert anderswa*, *weder fur* unser *und* des Reichs hofgerichte, andere hofgericht, Landgericht *und* gerichte *furgetribn*, *geladn*, *noch bekumbert werden*, *in dehain weyse*, *Vnd soll auch menngklich das Recht allso von In nemen*, *Vnd ob yeman Ichts dawider in anichen obgeschribn stucken geschæhe oder getan wurde*, *auf* hofgerichtn, *oder* andern gerichtn, auff gemein *oder* Schiedleute, *oder wie Es sich fugte*, *das soll unkrefftig und In unschedlich sein*. *wir walln und sezen auch*, *das* zvven *oder* drey des Raths *ze* ULME, *die Sie zu ainen yeden sachn Erkysen*, *den* Rat *und die* Statt *verantvvurten und versprechen*, *und auch dem Rechten an Irer statt volligklich gnug tun mugn*, *on allermenngklichs Irrung*, *Doch so wollen wir*, *das dise unsere Gnade*, *und verenndung*, *Iren alten Freyhaiten unvergriffenlich und unschedlich sein soll*. *Vnd wir gebieten darum alln und yeglichen* Furften, gaistlichen *und* vveltlichen, Grauen, Freyen, herrn, Rittern, Knechten, Stetten *und* gemainden, *und* sust allen andern unsern *und* des hailigen Reichs Underthannen *und* getrevven, in vvellichen vvirdn, vvesen, oder stat die sein, *Ernstlich und vestigklich mit disem brieffe*, *das Sie die egenannten von* ULME, *an sollichen unsern gnadn nicht Hyndern noch Irren*, *noch In darein sprechen in dhain weyse*, *Sonder Sie dabey gerumigklich beleyben lassn*, *und von unsern und des Reichs wegen schuzen und schirmn*, *als Lieb In sey unser und des Reichs schvvare Vngnad zu vermeyden*, *und* bey ainer pen, hundert Mark lotigs goldes, *die ain yeglicher der dawider tat vernalln sein soll*, *halb in* unser *und* des Reichs Camer, *und halb den egenannten von* ULME, *unleslich zu bezaln*, *mit urkund dis Briefs*, *versigelt* mit unserer Kayserlichen Majestat guldinen bullen, *Geben zu* Rome, *nach Crists geburt* vierzehen hundert Jare *und darnach* in dem drey *und* dreisigistn

ſigiſtn Jar, *an* Sannt Laurencien Tag, *des hailigen Martrers*, unſer Reich *des* Hunngriſchn &c. *in dem* Sieben *und* vierzigiſtn, *des* Romiſchn *in dem* drey *und* zvveinzigiſtn. *des* Bemiſchn *Im* dreytzehennden *und des* Kayſerthumbs *Im* erſtn Jarn.

Ad mandatum Domini Imperatoris
CASPAR SLIGK, *miles Cancellarius.*

§. XXX.

RESPUBLICA ULMENSIS SÆPIUS PROVOCAVIT AD FORUM PRIMÆ INSTANTIÆ, ID QUOD EI ETIAM PER SIGISMUNDI SUCCESSORES IN IMPERIO ET GENERALITER PER VARIAS LEGES IMPERII PUBLICAS CONFIRMATUM FUIT.

Hoc itaque illud ipſum eſt privilegium, quo perilluſtris *Reſpublica Ulmenſis* ex lege ſcripta obtinuit *forum primæ inſtantiæ*, illiusque ope non modo *Judiciorum provincialium* provocationes, ſed & ipſorum ſummorum Imperii Tribunalium molimina & citationes ſolidiſſime non minus ac prudentiſſime depulit. Negari enim non poteſt, cariſſimam Patriam & in ſequentibus temporibus graviter hanc ob cauſſam a nonnullis, litem ipſi moventibus, vexatam fuiſſe; ſed eam pro viribus & ſimul efficaciſſime ſe ſuaque jura defendiſſe, variis quidem exemplis facile probari poſſet. Attamen brevitatis ſtudio unum modo alterumve in medium proferre, ſufficiat. Cum itaque RUDOLPHUS, *Comes de Helfenſtein*, ultimus ſuæ gentis, occaſione belli tricennalis A. *1626.* actionem contra *Ulmenſem Civitatem* coram *Judicio Imp. Aulico* inſtituere tentaret, *Ulmani*, tot privilegiis a variis *Imperatoribus* muniti, ſub ſolenni proteſtatione de litem non conteſtando, per literas humillimas *extrajudicialiter* exhibitas, precibus *Auguſtiſſimum Cæſarem* adibant, ut ne concederet, *primam* ut adverſarius præteriret *Civitatis inſtantiam*, ſed potius illam auctoritate ſua tutaretur, atque pœnam quinquaginta marcarum auri, in privilegiis ſancitam, contra *Comitem* RUDOLPHUM, transgreſſorem exequi, clementiſſime juberet (*p*). Aliud exemplum, ex quo, *Ulmenſes* forum primæ inſtantiæ, ſive *Judices Auſtragales* allegaſſe, elucеſcit, ſiſtunt eædem controverſiæ, haud ita multo poſt ab heredibus allodialibus *ultimi Comitis de Helfenſtein*, RUDOLPHI, *Reipublicæ Ulmenſi* A. *1629.* obmotæ. Noſtrum non eſt, in naturam harum prætenſionum jam dudum exploſarum inquirere, ſed pro inſtituti noſtri ratione dixiſſe ſufficiat, *Ulmenſes* hac quoque occaſione in *Informatione* ſua *extrajudiciali*, *Auguſtiſſimo Imperatori* FERDINANDO II. *die 15. Auguſti 1629.* humillime transmiſſa, ad *beneficium primæ inſtantiæ*, juncta ſolenni proteſtatione de non conteſtando litem, iterum iterumque provocaſſe (*q*). Tertium,

(*p*) V. *Species Facti* &c. §. *60. ſq. p. 16.* itemque *die beſtfundirte Repræſentation* &c. §. *5-13. p. 1-3.* Ipſæ humillimæ Literæ *Civitatis Ulmanæ*, ad Auguſtiſſ. Imp. FERDINANDUM II. ſub dato *31. Jan. a.* 1627. miſſæ, proſtant in den *gedruckten Acten und Documenten die Helffenſteiniſche Sache betreffend* ſub *N. 7.*

(*q*) V. *Species Facti*, l. c §. *63-71. pag. 17. ſq. beſtfundirte Repræſentation* &c. §. *18. ſqq. p. 4. ſqq.* Ipſam vero *Informationem* exhibent modo memorata *Acta* & *Documenta* &c. &c. ſub *N. 9.*

tium, quod nobis occurrit, exemplum præbere poterunt, literæ *perillustris Senatus Ulmani* die 13. Maji an. 1716. ad gloriosissimum CAROLUM VI. *Imp.* perscriptæ (r), qua occasione expressis verbis forum *primæ instantiæ*, *Austrægarum* scil. tam *conventionalium*, quam *privilegiatorum*, sibi reservavit *Respublica Ulmensis*. Et sane eo majori jure *alma nostra Patria* provocare poterat, &, casu eveniente, in posterum quoque provocare poterit tam ad *Privilegium Sigismundinum* in specie, quam ad *jura austrægalia* in genere. Nam non modo illud per *Augustissimos Divi* SIGISMUNDI *in Imperio Successores* subinde fuit confirmatum (s), sed etiam universa & singula jura *Civitatum Imperialium*, adeoque & *austrægalia*, illarum nempe, quibus ea competunt, sicuti *Urbibus Imperii* generaliter, sic consequenter etiam *Reipublicæ Ulmensi*, per *Leges Imperii publicas*, v. c. *Ordinationem Cameralem* (t), *Instrumentum Pacis Osnabrugensis* (u), *Ordinationem Consilii Imperialis aulici* (x), *Recessum* Im-

(r) Extant in den *gedruckten Acten und Documenten die Helffenstein. Sache betreffend*, sub *N. 24*.

(s) V. *bestfundirte Repræsentation*, *l. c.* §. *161. p. 42 sq.*

(t) V. *Ordinatio Cameralis de anno 1555.* itemque *Concept. Ordinat. Cameral. P. II. Tit. IIII.* in *rubrica* & *pr.* cf. *Visitations Abschied des Cammer-Gerichts de a. 1713.* § 9. (in *Dn.* de LUDOLF *Corp. Jur. Cameralis*, *p. m. 965. b.* edit. Francofurt.) ubi dispositum legitur: *Nachdemmahlen aber auch überhaupt darüber Beschwerde geführet wird, das sowohl die vier Fælle, worin allein die Mandata S. C. verstattet seynd, zu weit erstreckt, --- und dahero die Partheyen auch mehrmahlen* UM IHRE ERSTERE INSTANTZ *gebracht würden, als auch sonsten gegen* DER REICHS-STÆNDE *Privilegia de non appellando & evocando*, JURA AUSTRÆGARUM *&c. öffters Proces und Mandata erkannt worden: So wird dem Cammer-Gericht anbefohlen, solches alles künfftighin sorgfæltig zu verhüten --- Insonderheit aber wider den wahren Verstand der Cammer-Gerichts-Ordnung, die in solcher P. II. Tit. 23. specificirte vier Fælle gegen die Churfürstl, Fürstl., oder Fürstenmæssige, und* ANDERE RECHTLICHE AUSTRÆGE *zu derselben Beschwerde --- in keine Weis zu erstrecken*, NOCH DARDURCH DIE ERSTERE INSTANTZIEN ZU VERNICHTIGEN,

(u) Inprimis *Artic. V.* §. *56.* ibi: *Cætera in aulico non minus, quam in Cameræ Imperialis judicio* PRIVILEGIUM PRIMÆ INSTANTIÆ AUSTRÆGARUM, *jura & privilegia de non appellando* STATIBUS IMPERII ILLIBATA SUNTO, *nec per mandata, aut commissiones aut avocationes, aut quovis alio modo turbantor:* adde sis *Art. V.* §. *29.* init. verbis: *Liberæ Imperii Civitates --- omnes atque singulæ sub appellatione Statuum Imperii --- indubitate continentur*, itemque *Artic. VIII.* §. *1* & *4.* Ad primum vero locum, scil. *Art. V.* §. *56.* conferri merentur BUCKISCHII *Obss. in Instrum. Pacis*, *Obs. 176. p. m. 420.*

(x) *Tit. II.* §. *2. Wir befehlen auch hiemit Unserm R. H. R. Præsidenten und Ræthen ernstlich, und wollen, das Sie in Erkennung der Citationen, Rescripten, Mandaten und andern Processen nicht blos allein Unser Kayserl. Hochheit, sondern auch Unsere und des H. R. Churfürsten, Fürsten, Grafen, Herren, Stænde, gefreyter R. Ritterschafft*, REICHS-STÆDTEN, *und anderer mittel- und unmittelbaren Unterthanen* PRIVILEGIA DER ERSTEN INSTANTZ, JURA AUSTRÆGARUM --- *aller Gebühr nach* SORGSAMLICH IN ACHT NEHMEN, *und den Reichs-Stænden* UNBERÜHRT VERBLEIBEN LASSEN -- *sollen &c.* Addatur Divi CAROLI VI. Imp. *Verordnung wegen des Reichs-Hof-Raths de an. 1714.* §. *16.* in SCHMAUSSII *Corp. I. P. Acad. p. m. 1285.* -- (*so ist ihrer Kayserl. Maj. gnædigster Befehl, das Dero gehorsamster Reichs-Hof-Rath* --)

DIE

Imperii novissimum (y) & ipsas *Capitulationes Cæsareas* (z), ita firmiter sunt stabilita, ut salvis hisce legibus a nemine, sub quocunque juris prætextu, impediri aut infringi queant.

§. XXXI.

DIE PRIVILEGIA AUSTRÆGARUM UND PRIMARUM INSTANTIARUM *denen Reichs-Satzungen nach* GENAU BEOBACHTEN *soll*, *damit dagegen -- hinführo keine Beschwerde mit Grund der Wahrheit könne geführet werden.* Cf. Ill. *Frid. Car.* MOSERI *pragmat. Geschichte und Erlæuterungen der Kayserl. Reichs-Hof-Raths-Ordnung*, *T. II. p.* 68-99.

(y) §. 105. verbis: *Benebens sollen Cammer-Richter, Præsidenten und Beysitzere bey Administration der heylsamen Justitz --* DIE ERSTE INSTANTIAS UND AUSTRÆG *bey Erkennung der Processen* FLEISSIG IN ACHT NEHMEN, *was dargegen vorgangen wieder abthun, fürs künfftige die Violatores dergleichen ersten Instantien, mit geziemender Straff pro arbitrio Judicis ansehen;* item §. 168. ibique: *Was dann Churfürsten und Stænd, und der Abwesenden Rath Bottschafften und Gesandte gesucht und gebetten, das die* PRIMÆ INSTANTIÆ UND AUSTRÆG *bey Unserm Kayserl R. Hof Rath hinfort nicht weniger, als bey dem Cammer-Gericht* STRICTE OBSERVIRT *werden mœchten, da haben Wir seitter Unser angetrettenen Kayserl. Regierung* SOLCHE PRIVILEGIA *allezeit gnædigst* BEOBACHTET, *dasselbe auch* WEITERS ZU THUN *vorgemeldten Unserm Reichs-Hof-Rath* ERNSTLICH UND GEMESSEN EINGEBUNDEN. Cf. ad meliorem intellectum horum *locorum Recess. Imp. noviss. B. Dn.* de MEIERN *Acta Comitial. Ratisbonens. T.* II. *L. 8. §. 2. n.* I. *p. 6.* & *n.* II. *p. 9.* §. *3. n.* I. *p. 23.* §. *10. n.* I. *p. 67.* porro *L. 9.* §. *1. n.* II. *p. 83.* & §. *2. n.* I. *p. 106. L. 11.* §. *3. n.* I. *p. 273. L. 13.* §. *1. n.* I. *p. 468. n.* III. *p. 484. n. IV. p. 491. sq. n. VII. p. 558. sq. n. IX. p. 612.* & *615.* & *L. 14* §. *2. n.* I. *p. 633.* §. *4. n.* I. *p. 643.* §. *5. n.* III. *p. 654.* TEXTOR in *Diss. ad R. I. N.* Disp. *Ejus* Academ. T. II. *Diss. III. p. m. 63. sqq.* & *Disp. VI.* §. *43-45. p. 166. sq.* ut & Consultiss. NEUROD in der *pragmat. Erlæuter des jüngern Reichs-Abschiedes*, *P. VIII. obs. 226. p. 427. sq. obs. 247. p. 468.* item *P. XII. obs. 349. p. 725. sqq.*

(z) Jam in *Capitulatione* CAROLI V. *Imp. Art. XV.* (ap. DU MONT *l. c. T. IV. P. I. p. 301. a.*) sequentia occurrunt: *auch die Churfürsten, Fürsten, Prælaten, Grafen, Herren und den Adel*, AUCH ANDERE STÆNDE *und Unterthanen des Reichs, mit rechtlichen oder gütlichen Tagleistungen ausserhalb teutscher Nation und* VON IHREN ORDENTLICHEN RICHTERN NICHT DRINGEN, *erfordern, noch fürbescheiden, sondern sie* ALLE UND JEDEN INSONDERHEIT, *im Reich, laut der güldenen Bullen, auch wie des H. R. Ordnungen und andere Gesetze vermœgen, bleiben lassen*, ibi enim sub vocibus: *ordentliche Richter*, intelligendi quoque sunt *Judices austrægales.* Quæ in posterioribus Capitulationibus subinde addita & mutata fuerunt, tradit Ill. MOSERUS in der *Erlæuter der R. H. R. O P.* II. *p. 69. sqq.* Ex *noviss. Capitulat.* spectant huc *Articuli XVIII.* §§. *3. 4.* & *5.* verba: *Wie wollen auch die Churfürsten, Fürsten, und Prælaten, Grafen, Herren und* ANDERE STÆNDE *des Reichs -- bey --* (ihrem) -- JURE AUSTRÆGARUM, *tam* LEGALIUM, *quam* CONVENTIONALIUM, *vel familiarium* BEY DER ERSTEN INSTANTZ *und deren ordentlichen unmittelbahren Richteren*, -- BLEIBEN *und* KEINEN -- DARWIDER BESCHWEHREN *oder eingreiffen -- lassen* &c. Cf. ad hunc locum Ill. MOSERI *Anmerck. über K. Carls VII. Wahl-Capitulat. P.* II. *p. 469. sqq.* & *p. 508. sqq.* it. *P. I. im Anhang p. 97. sqq.* & *P.* III. *p. 259-262.*

§. XXXI.

I. RESPUBLICA ULMENSIS GAUDET JURE AUSTRÆGARUM NON MODO ERGA IMMEDIATOS, SED ETIAM MEDIATOS ACTORES.

Restat nunc, ut, promissi nostri memores, unam alteramve huic tractationi subnectamus quæstionem, quæ pleniorem *Privilegii nostri* intellectum adjuvare poterit. Omnia quidem in eo tam clara, tamque enodata apparent, ut superfluus omnino videri possit hic labor. Verum haud abs re fore putamus, si ingenii exercendi caussa *primo* paucis examinemus conditionem *Actorum*, cum quibus *Civitas Ulmensis* coram *suis Austrægis* legibus contendere possit. De *immediatis* plane nullum est dubium, expressis enim verbis *Principum*, *Comitum*, *Civitatum* atque *Nobilium* mentio facta est in nostro *Privilegio*. Quid vero de *mediatis personis* sentiendum sit? patet ex his rationibus. Si verum est, quod leges earumque interpretes præcipiunt, contendentes: in privilegiis nullam syllabam superfluam aut frustra adjectam esse, sed potius omnia verba suum effectum producere debere (a); nulla plane ratio in promtu est, quæ *mediatos Actores*, invita *Republica patria*, a *foro hoc austrægali* liberare poterit. Quod si enim secus sentiremus, sane statuendum foret, verba Privilegii: UND SUST ALLEN ANDERN *unsern und des hailigen Reichs Vnderthannen und getrewen*, superflua esse, nullumque significatum habere. Negari quidem non potest, plurima *Austrægarum* fora non prius locum habere, quam lis intercedat inter duas partes, Imperio sine medio subjectas, quum vero & hoc certum atque evictum sit, quod ab una *Austrægarum* specie ad alteram nulla valeat conclusio, a veritate minime nos aberrabimus, si statuimus, hanc concludendi rationem eo minus hic applicari posse, quo magis constat, *Austrægas*, de quibus nobis sermo est, unice dijudicandos esse secundum mentem sui privilegii. Ceterum nihil a veritate alienum in se continere hoc nostrum assertum, inprimis patet ex *Privilegio Austrægali* perillustri *Reipublicæ Norimbergensi* a CAROLO V. *Imp.* concesso (b). In hoc enim Diplomate pariter *mediatis* injungitur, ut ne prætereant *forum austrægale*, si qua lis inter ipsos & dictam *Rempublicam* exotiretur.

§. XXXII.

(a) Vid. *Sam.* STRYCKIUS in *Diss. de Privilegior. interpretatione*, *cap. V. n. 9. sq. Disss.* EJUS *junctim editarum* (Lipsiæ 1723. 4.) *Vol. IV. p. 1200.* Eximie quoque huc faciunt, quæ tradidit Ill. GEBAVERUS, immortale Academiæ Georgiæ Augustæ decus, in *Diss.* quæ prodiit sub titulo: *Singularia de Privilegiis*, §. *XIV. p. 62. sq.* ibi enim inquit: *in omnibus privilegiis reperitur & permissio & lex.* Et *pag. 65.* pergit: *Verbo dicamus, ubi id, quod privilegium appellamus, facere aut non facere sinit, est permissio, ubi vetat vel jubet, est lex, illud est in arbitrio & potestate ejus, cui privilegium datum, hoc a privilegii usu pendet, & ubi privilegii usus sequitur, Legali reliquos cives necessitate constringit.* Jam vero nemo negabit, ob generalitatem verborum Privilegii nostri usum sequi posse, si lites exoriantur cum *mediatis*, æque ac cum *immediatis*. Tuto igitur concludere possumus, & mediatos legali necessitate constrictos esse, ad caussas suas, coram *hocce judicio privilegiato*, ventilandas.

(b) V. Dn. HüLS *de* RATSBERG in *Diss. de Austrægis Reipubl. Noribergensis*, §. 36. *pag.* 44.

§. XXXII.

II. AD HOC FORUM PRIMÆ INSTANTIÆ SPECTANT OMNES OMNINO CAUSSÆ, QUÆ NON PERTINENT AD RESERVATA IMPERATORIS AUT PER LEGES IMPERII EXCEPTÆ SUNT.

Longe vero majoris momenti est *altera quæstio*: in quibus nempe caussarum litigiosarum generibus hoc *forum privilegiatum* locum inveniat? Quodsi enim *Privilegii* verba: *Ichts zu sprechen, Ichts zu fordern*, perpendimus, statuendum sane nobis videtur, nullum fere litigiorum genus excogitari posse, quod non cognitioni atque decisioni horum *Austrægarum* subjiciendum foret. Et profecto ita sese rem habuisse, aut saltim haud ita magnum discrimen inter caussarum genera fuisse illis temporibus, quibus Privilegium hocce datum fuit, nulli fere dubitamus. Ut enim nihil dicamus de miserrimo illo rei judiciariæ statu, qui tum temporis fuit; hoc certe inter omnes constat, discrimen, quod hodie intercedit inter varia caussarum genera, non prius in clariorem lucem deductum fuisse, quam *Camera Imperialis*, quæ *Paci publicæ*, per *universam Germaniam* stabilitæ, invigilaret, constituta fuerit. Ex hoc itaque tempore factum est, ut *Judiciis Austrægarum* certi limites præscriberentur, quos in *Sectione I.* hujus tractationis latis superque indicavimus. Quam ob rem cum regulæ, quas supra de *amplitudine fori austrægalis* in genere suppeditavimus, ex legibus publicis sint desumtæ, eo minus illis quoque *Austrægas privilegiatos* subjicere dubitamus, quo magis certum atque evictum manet axioma: *privilegia in læsionem tertii non esse extendenda.* Ut itaque paucis rem expediamus, valet omnino regula: Quæcunque caussæ neque spectant ad *reservata Imperatoris*, neque *in prima instantia* ad *Judicium Imperiale Aulicum*, & ad *Cameram Imperialem*, hæ omnes atque singulæ, cujuscunque sint naturæ, ita sunt comparatæ, ut *coram Austrægis privilegiatis* ventilari queant.

§. XXXIII.

III. QUATENUS FORUM AUSTRÆGALE LOCUM HABEAT IN CAUSSIS MANDATORUM S. C.

Tertia denique *quæstio* hæc esto: Utrum in caussis, quæ per *Mandata S. C.* expediuntur, exceptio *fori austrægarum privilegiatorum* opponi queat? Superflua quidem, aut certe jam decisa videri nonnullis posset hæcce quæstio, si in mentem nobis revocamus ea, quæ de *natura Mandatorum S. C.* supra in *Sectione I.* disputavimus. Attamen temperare mihi non possum, quin eam hic loci iterum attingam, sequentem in modum ratiocinando: Aut reus concedit factum, super quo *Mandatum S. C.* decretum fuit, sic se habere, prouti actor illud narravit; aut non. In priori casu duo iterum consideranda veniunt. Aut enim reus probare potest, factum, quod quidem verum esse concedit, non ita esse comparatum, ut super eo ex legum præscripto *Mandatum S. C.* decerni possit, aut hoc non probare potest. Si *prior* adest *casus*: tunc utique *exceptio fori austragalis* attendenda; nam expressis verbis in *Capitulatione novissima* (c) cau-

(c) V. *Artic. XVIII.* §. 4. & *f.*

cautum est, ut nemini *beneficium primæ instantiæ* & *jus austragarum* per *mandata, commissiones* aut *rescripta* adimatur. Quodsi vero reus neque probare potest, factum esse istiusmodi naturæ, ut super eo *Mandatum S. C.* decerni nequeat, neque habet, quod moneat contra illius veritatem, tunc *exceptio Austrægarum* plane nullum usum habet; quoniam factum omnibus eis requisitis gaudet, ut ex legum præscripto *Mandatum S. C.* locum inveniat; quo vero posito, omne cessat *Judicium Austrægale*. In posteriori denique casu, si scilicet quid habet, quod moneat contra facti veritatem, tunc auxilio illi venit *exceptio sub-* & *obreptionis*. Hac rite probata, res redit in pristinam viam, & *forum Austrægarum* non solum, *in genere* spectatum, sed & in specie *privilegiatum*, si quis *Imperii Status* illo est munitus, suum occupat locum (*d*).

§. XXXIV.

ULMA LOCUM HABET INTER JUDICES AUSTRÆGALES PRIVILEGIATOS VARIARUM IMPERII CIVITATUM.

Postquam igitur pro virium nostrarum modulo exposuimus *Jus Austragarum*, quo *Perillustris Respublica Ulmensis* utitur ex indulgentia SIGISMUNDI *Imperatoris*; restat, ut, antequam filum totius tractationis abrumpamus, coronidis loco enumeremus *nonnullas Imp. Civitates*, quarum ULMA cum aliis *Judex* est *austragalis* (*e*). Sic 1) ARGENTINA, tantisper *Imperio Rom. Germ.* subjecta erat, *Judices Austrægas* habuit Senatus Civitatum *Basileæ*, *Wormatiæ* & ULMÆ (*f*) 2) RATISBONA inter *Judices Austrægales* numerat *Augustam Vindelicorum*, *Norimbergam* & ULMAM (*g*). 3) ESSLINGÆ ex Privilegiis cæsareis *Austrægæ* dati sunt Civitates ULMA, *Reutlinga* & *Heilbronna*, quamcunque Actor ex eis elegerit (*h*). 4) REUTLINGA, in prima instantia conveniri debet coram Consulibus atque Senatu ULMÆ, *Eßlingæ* & *Gemundæ Suevorum* (*i*). 5) MEMMINGÆ *Judices privilegiarii* sunt una Civitatum, *Augustæ Vindelicorum*, ULMÆ, *Ravenspurgi*, *Biberaci* aut *Campiduni* (*k*).

 6) CAM-

(*d*) V. Ill. MOSERI *Einleitung zu dem Reichs-Hof-Raths Proces*, *P.* I. *c.* 3. §. 30. *pag.* 229. *sqq.*

(*e*) V. in genere SCHUBHARD *de Austrægis*, *c.* 8. *n.* 15. *sqq. p. m* 391. *sq.* LIMNÆUS in I. *P. L. VII c.* 1. *n.* 81. & *L.* IX. *c.* 5. *n.* 16. PFEFFINGER in *Vitriar. illustr. T. IV. pag.* 528. *b.* 530. *sq.* 532 *b.* 533. *a.* 536. *a.* & *b* 538. *b.* & 540. *a.* STRUVII *Corp.* I. *P. cap.* 25. § 58. *p. m.* 977. HILLERI *Diss cit.* §. 21. *pag.* 35. *sqq. nota x*) & WEGELINUS, *l. c. Sect.* XI. §. 31-33. *p* 255-259.

(*f*) Per *Privilegium* SIGISMUNDI *Imp. de an.* 1435. LÜNIGIUM im *Reichs-Archiv. T.* XIV. *p.* 753. cf. PFEFFINGER, *l. c. T.* IV. *p.* 528. *b.*

(*g*) Vid. IDEM, *l.* modo *c. p.* 538. *b.* & HILLER in *Diss. cit. p.* 35. *nota x*)

(*h*) Ex *Privilegio* CAROLI V. *Imp. de an.* 1541. quod exhibet LÜNIG, *l. c. T.* XIII. *p.* 514. cf. PFEFFINGER, *l. c. T.* IV. *p.* 530. *sq.*

(*i*) V. *Privilegii* MAXIMILIANI I. *Imp. de an.* 1516. apud LÜNIGIUM, *l. c. T.* XIV. *p.* 320. *sq.* cf. PFEFFINGER, *l. c. T.* III. *p.* 1169. *a.* & *T. IV. p.* 538. *b.*

(*k*) Vigore *Privilegii* FRIDERICI III. *Imp. de an.* 1471. quod extat apud LÜNIGIUM, *l. c. T.* XIII. *p.* 1420. *sq.* cf. etiam PFEFFINGER, *T. III. p.* 1171. & *T.* IV. *p.* 536. Hocce *Privilegium* sine dubio solide excussit *Generosiss. Dn. de* SAYLER in *Diss.* sub præsidio Consultiss. *Jo. Andr.* HOFFMANNI, *Jenæ* an.

6) CAMPODUNUM *Auſtragas* habet vel ULMAM, vel *Memmingam*, vel *Ravenſpurgum* (*l*). 7) DONAWERDA, dum *Civitas Imperii* adhuc erat, in prima inſtantia conveniri debebat coram uno Magiſtratuum *Auguſtæ*, *Norimbergæ* atque ULMÆ (*m*). 8) GIENGA quoque *Judicem* habet *auſtragalem* ex trium Imperii Urbium, ULMÆ, *Nordlingæ* & *Gemundæ* Magiſtratibus (*n*). 9) GEMUNDA in prima inſtantia conveniri debet coram ſuo *Sculteto* & quibusdam *Senatoribus ſex* aut *quatuor* ſequentium *Urbium Imperialium*, ULMÆ ſcil. *Eſslingæ*, *Halæ*, *Dinckelſpielæ*, *Nordlingæ*, *Alæ* & *Bopſingæ* (*o*). 10) WILA denique particeps reddita fuit Privilegiorum *Eſslingenſis* Civitatis, adeoque ULMAM quoque inter *Auſtragas* habet (*p*). Quibus forte addi poterit, quod lites inter *Magiſtratum Civesque Alenſes* tum an. 1605. tum an. 1615. per tranſactionem, mediantibus Civitatibus vicinis ULMA, *Nordlinga*, *Hala Suevorum* & *Bopſinga*, initam, amicabiliter & in *prima inſtantia* compoſitæ fuerint (*q*). Verum hic pedem figo, rerum omnium Moderatorem ardentiſſimis implorans precibus, ut & in poſterum patrocinium *Jurium* atque *Privilegiorum cariſſimæ* meæ *Patriæ* ſuſcipiat, quo ejus decor atque felicitas nullis umquam fatis ſiniſtris jactentur. Tu vero L. B. tenuitati ingenii mei condonabis, ſi ea, quæ *Exercitii academici* cauſſa de præſenti materia ex fontibus, quos *Dn.* PRÆSES larga mihi ſuppeditavit manu, hauſi, non tam comte atque enodate pertractata deprehendes, quam dignitas argumenti exigere potuiſſet.

---

an. 1750. habita & in *prima Sectione pag. 14. nota o*) memorata, quam vero, licet omni adhibita diligentia nanciſci non potui, ſed ſolummodo e *Biblioth. Juris ſelecta Struvio-Buderiana*, *p. m. 915. edit. noviſſ.* cognitam habeo.

(*l*) per *Privilegium* MAXIMILIANI I. *Imp. de an. 1499.* apud LüNIGIUM, *T. XIII. p. 1518. ſq.* cf. PFEFFINGER, *T. IV. p. 530. a.*

(*m*) ex *Privilegio* FRIDERICI III. *Imp. de an. 1465.* ap. LüNIG. *l. c. T.* XIII. *p. 421. ſqq.* cf. PFEFFINGER, *T. IV. p. 530. a.*

(*n*) vigore *Privilegii* ejusdem FRIDERICI III. *Imp. de an. 1481.* quod proſtat ap. LüNIGIUM, *T. XIII. p. 837. ſqq.* cf. PFEFFINGER, *T. IV. p. 533. a.*

(*o*) juxta *Privilegium* FRIDERICI III. *Imp. de an. 1475.* quod exhibet LüNIGIUS, *T.* XIII. *p. 824. ſq.* cf. PFEFFINGERUS, *T. IV. p. 532. ſq.*

(*p*) Vid. PFEFFINGER, *l. c. T. IV. p. 540. a.*

(*q*) Vid. HILLERI *Diſſ. ſæpius citata*, §. *19. p. 30. ſq.* & Ill. MOSERUS, im *Teutſchen Staats-Recht*, *P. XL. L. III. c. 190. p. 471. ſq.*

F I N I S.

REPER-

REPERTORIUM UNIVERSALE IN IV. VOLUMINA THESAURI RERUM SUEVIC.

NUMERUS ROMANUS INDICAT TOMUM, ALTER PAGINAM EJUSDEM TOMI.

A.

Adalbertus

AN Comes S. Palatii & fundator Cœnobii Lindav. fuerit? I. 341. 342. an Comes Turegiensis? an Rhætiæ Curiensis? vid. plura in articulo *Lindau Fürstl. Stifft.*

Adelbertus, Albertus

Archi-Episcopus Moguntin. à Civibus ex captivitate Henrici V. Imp. liberatus, in facti gratitudinem peculari eosdem privilegio donavit an. 1125. & 1135. Vol. IV. pag. 527.

Adelbertus Tyrannus

Dominus Castri *Lodrin*, qui an. 1133. Lothario Imp. ex Italia redeunti cum X. millibus *ad Clusas* transitum negabat. An ex *Lodroniorum* gente fuerit? IV. 553.

Adelheidis

Uxor Henrici Ducis Francorum & mater Conradi Salici. II. 77. Adelheidis ex genere Welphorum, Rudolfi II. Regis Burgundiæ filia, Ottonis M. uxor secunda. II. 150.

Advocatia.

Varia Advocatiarum genera medii ævi, earumque difficilis & intricata tractatio. IV. 35. sq. De ortu Advocatorum seu Præfectorum Civitatum Imp. ib. p. 37. de Advocatis Augustanis vid *Augusta Vindel.* de Advocatia Provinciali Sueviæ vid. *Landvogtia Sueviæ*, de Advocatia Ulmensi, vid. *Ulma.* Advocatia Würtenb. in Civitatibus Sueviæ plus justo extensa, indeque exorta bella cruenta. IV. p. 171. sq. renuntiata tandem pro certa pecuniæ summa. ibid. Advocatorum Imperialium Officia cessabant præsente Imperatore aut Duce Sueviæ. p. 173. de *Subadvocatis*, vid. hac Voc.

Aetius.

Romanorum Imperator ejusque fata. I. 199. sqq. cum quo Romana fortitudo ac felicitas sepulta. ib. p. 200.

Æstiones, Æstii.

Orientalem plagam maris Suevici, Borussiæ & Livoniæ partem, incoluerunt adhuc Caroli M. ætate. I. 90. 255.

Agnes.

Uxor Frid. I. Hohenstauffii, Ducis Suevorum & Francorum. I. 153. Filia Comitis Saræpontani, fratris Archi-Episcopi Mogunt. Adalberti, Schema Adgnationis. IV. 548. Fundatrix Ecclesiæ Claustro-Neoburg. I. 192. secundum inilt matrimonium cum Leopoldo Marchione Orientali. I. 191. II. 244.

Agnes Uxor Henrici III. Imp. coronata Romæ an. 1043. Ducatum Bojoariæ privato jure possidendum accepit ab Imperatore. II. 97. regnavit imperium post obitum Cæsaris ad annum usque 1069. Obiit Romæ 1077. ibid.

Alsja.

Altzen, *Altzey*, non longe a Wormatia sita. I. 214.

Alb. Alpengouue.

Vid. voc. *Algouu.*

Albertus I. Imp.

Tres in terris Superioribus, Sueviæ, Alsatiæ & Helvetiæ, Principatus instaurare in animo habuit. III. 43. sq. Urbes,

Alphonsus

Castellæ Rex, in Regem Romanorum electus, deque ejus Genealogia, ex utriusque Imperii, Orientalis & Occidentalis, capitibus deducta. II. 614. De ejus diplomatibus eorumque criteriis. II. 634. sq. an precibus matris Rudolphi Habsb. Imperio renunciaverit? ibid. p. 637. 638.

Alpmannæ

Ab Alpibus in Suevia sic dictæ gentes. I. 266.

Alsatia.

Alemanni labente Occidentali Imperio ad se rapuerunt, quæ postea Ducatui Alemanniæ adscripta fuit. I. 269. Quo tempore primum & à quo conjuncti sunt Ducatus Alsatiæ & Alemanniæ. II. 49. sqq. *Adelricus* primus Alemanniæ & Alsatiæ Dux sub Merovingis Francorum Regibus. II. 51. Successor filius ejus *Adelbertus*, & post eum *Eberhardus* II. 52. Sub Carolingis à se invicem avulsi sunt hi Ducatus, & procurabantur per Cameræ nuntios. ibid. Nova Epocha Ducum Sueviæ simul & Alsatiæ à Burkardo Duce an. 917. II. 53. Comites Hohenstauff. Duces Sueviæ simul & Alsatiæ fuere. II. 55. 56. Sedes & residentiæ præcipuæ Ducum Alsatiæ. ibid. 556. constabat olim gemino Comitatu, superiori & inferiori postea autem in plures divisa. p. 557.

Altdorff.

Olim Castellum Guelphorum, hodie Monasterium *Weingart* à Guelfonibus fundatum. II. 327. Altorff & Weingarten loca sunt distincta. III. 67. Sedes olim stirpis Guelphicæ, sed hodie Austriacis subdita sub nomine Villæ, Marckfleckens. ib. p. 79. Multo ante *Conradini* cædem Imperio vindicatus est Comitatus Altorffinus à Wilhelmo Hollandico & Richardo Anglico. IV. 523. ideoque ex Donarione prætensa ad Duces Bavariæ transferri haud potuit. ibid.

Altheim

In confiniis territorii Würtemb. & Ulmensis, villa celebris ob prœlium anno 1372. ibidem commissum. IV. 176.

Altheim, Alerheim

Castra & villæ distinctæ, an olim fuerint Palatia Regia? IV. 202.

Altripe.

Altaripa, hodie *Altrip*, inter Spiram & Wormatiam. I. 213.

Ambrachgouue.

In Pago Suevico *Nagalgouu* ad fluvium *Nagold*. II. 21.

Amphinga

Emphinga sub pago Alemanniæ propriæ comprehensa. II. 21.

Angili.

Angelen, *Anglen*, Pomeraniæ olim inhabitatores, & in Brittanniam transgressi. I. 234. sq.

Angrivarii.

An pro Westphalis, an Saxonibus seu Suevis Anglis habendi? I. 253. de Ducibus & Comitibus Angriæ. p. 254. ibid.

Anni initium.

à die Nativitatis Dominicæ, more ex ævo Carolingico derivato, olim numeratum. IV. 532.

Ansibarii

An populi Suevici? I. 244.

Aon.

Forsan *Aun* ad dextram Rheni ripam inter Lauterburg & Hagenbach. I. 214.

Apanagium

Principibus Würtenb. ultragenitis definitum. III. 343. sq.

Aquila. vid. *Vexillum*.

Germanorum Insigne à Romanis assumtum & vexillis insertum, ejusque constans usus. III. 510. quid significaverit? 511. quanti fuerit ponderis? ibid. ante Carolum IV. aquila biceps usu curiali nondum recepta. p. 523. ib.

Aquisgranum

Interregni temporibus locus coronationis Imperialis legitimus. II. 619.

Arbona

Arbor felix ad lacum Brigantinum. I. 213. Pagus Ducatus Alemanniæ sub pago Durgouue & Turegiensi comprehensus. Loca in Pago Arbonensi. II. 21.

Arborichi

Zinnlanders, Brabanti. I. 255.

Archi-Officiales.

Vid. *Officiales Imperii*.

Augusta ex angustiis gravissimarum calamitatum sæpius liberata. IV. 82. sqq. ex historia antiquiori documento sunt Hunni an. 794. Hungari an. 955. Guelpho Dux Bavarorum. an. 1084 & 1088. Anno 1132. Lotharius Imp. ejusque milites à quibus Augusta fere tota in cineres redacta est. IV. 558. & ib. p. 83. p. 157. Ex recentiori an. 1552. Mauritius Saxoniæ Elector & an. 1634. 35. 36. bellum tricennale p. 85. de direptionibus & incendiis Chartophylaciorum Augustanor. IV. 36.

De Advocatis Cæs. Urbis Aug. qui Sec. X. XI. & XII. insimul Advocati Ecclesiæ Augustanæ fuerunt, & inde controversiis fere perpetuis exortis. IV. 38 à Frid. I. in Comitiis Norimb. an. 1156. sopitis. ib. p. 39. Post obitum Adelgosi, ultimi Suabeci Comitis & Advocati Aug. Advocatia Urbis à Cæsare vindicata est. an. 1162. Ducibusque Sueviæ tradita. ibid. Libertatem redemerunt Augustani ab ultimo Duce Conradino & Ludovico Bavariæ Duce. ib. & p 40. Post tristia Cooradini fata novæ controversiæ inter Episcopum Hartmannum & Senatum Aug. excitatæ. ibid. Rudolphus Habsb. an. 1276. postea que Adolphus & Ludovicus IV. Imperatores confirmant Libertates ac privilegia Civitatis, & Advocatiam Imperio vindicant. p. 41. Privilegium Caroli IV. de non alienando nec oppignorando Advocatiam Cæs. ibid. Anno tamen 1379. de novo oppignoratur Leopoldo AustriæDuci XL. M. ducatorum à Wenceslao, sed revocata traditur Stephano Bavariæ Duci. pag 42. Privilegium à Sigismundo Imp. an. 1426. concessum de eligendo sibi proprio Advocato ibid. & p. 60. 61. Advocatia in campis Lyci, *die Straßvogtey*, ab Imperatore Episcopo Aug. oppignorata, & à Civitate an. 1431. III. M. nummorum redemta, deque litibus desuper exortis cum Episcopo. IV. 45. & 476. Catalogus Advocatorum Aug. ab anno 926. ad finem usque Sec. XVII. p. 44. 45.

De juribus ac privilegiis Lib. Civitatis Imp. Augustæ Vindel. quæ specialiter concernunt jurisdictionem Civilem ac Criminalem; in specie de non evocando, non appellando. IV. 93. sqq. de jure fluminum *Wertach* & *Lech.* p. 97. sq. de jure collectandi. 98. sq. induciarum morator. 99 100. monetandi. 101. sq. Austrægarum. 103. sqq.

Aurach.

Wreacha, oppidum & castrum ditionis Würtenb. I. 213.

Aurinia.

Vid. sub voce *Druides.*

Austrægæ.

De origine Austrægarum variæ opiniones. IV. 318. sq. Sunt conspicua libertatis Germanicæ monumenta. Legibus Imperii confirmata. 319. An Judices Arbitrarii jam ævo Carolingico & sequiori ætate fuerint cogniti? IV. 574. An turbulentis demum Interregni magni temporibus cœperint? III. 259. & 404.-405. Seculo XIII. teste Speculo Sax. & Suevico cuilibet liberum fuit, judicem pro arbitrio eligendi. IV. 574. Causæ, quæ Austrægis Germanorum ansam præbuerant. IV. 320. sqq. Derivatio vocabuli *Austrægarum*, eorumque diversi significatus. 322. sq. de diversitate Austrægarum. 324. De Pactitiis, Erb-Stamm-Haus-Familien-Bunds-Austrägen. 325. sqq. De Austrægis Familiarum illustrium in specie. 327. Saxonicarum. 328. Wurtemberg Bohemic. Silesiac. Austriac. III. 402. 403. De Austrægis Testamentariis. IV. 330. Exempla Arbitrorum Compromissariorum ex Seculo XIII. Tom IV. 575. In causis mediatorum privatorumque jam tum temporis, quo Proceres Imp. rem judiciariam in meliorem formam redigerunt, magna sese exseruit mutatio circa liberam eorundem electionem. ibid. Ab immediatis autem frequentior eorum usus firmatus. 576. 577. de quo testantur exempla fœderum, Unionum, Pactorum Confraternit. Transactionum, Testameotorum &c. ex Sec. XIV. & XV. ib. p. 578. 579. De vario olim modo constituendi Austrægas Conventionales seu ejusmodi Judicia Austrægalia. IV. 582. de modo procedendi in Judicio Austrægarum Conventiooalium. IV. 337. & 583. An hodienum gaudeant executione? IV. 337. sqq. & 584.

De Natalibus Austrægarum legalium. IV. 331. & 580. 581. de duplici eorundem specie, vel legibus publicis vel concessione & privilegio Cæs constitutorum IV. 583. deque diversis casibus inter diversos Imp. Ordines observandis. 585. Num stabilita pace publica universali eadem hodienum Austrægarum, maxime Conventionalium, sit authoritas? & an dentur exceptiones à regula? 586. Causæ feudales, privilegiorum, Reservatorum Cæs. mandatorum S. C. & aliæ non pertinent ad forum Austrægale. IV. 339. 340. & 587-592. De Austrægis Civitatum Imperialium tam legalibus quam pri-

Bannus Imperialis.

An olim legis vel consuetudinis fuerit, contra Principes Imp. in terra nativitatis suæ, an saltem intra Imperii fines proscriptionis sententias ferre? II. 360. 375. 376. An extincta stirpe Carolina feloniæ etimen committant Principes recusando ministerium personale? ib. p. 368. Proscriptionis tria potissimum sunt capita, crimen scil. læsæ Majestatis, turbatæ pacis publicæ & contumaciæ. pag 367. &c.

Bannus Judicii Provincialis Sueviæ.

i. e. *Acht und Aberacht*, vid. sub voce *Landgericht in Schwaben*.

Bara.

Beroltisbara, Pagus Alemanniæ Ducatus juxta Rotvvilam, hodiedum Landgraviatus Baarensis Villæ, Castra & Civitates in eodem sitæ. II. 23. 24.

Bardi. vid. *Druides*.

Barones.

Domini Liberi, *Freyherren*, unde ità dicti? III. 421.

Baselergouu.

Basalchouua circa Basileam versus fluvium Arolam, pagus Ducatus Alemanniæ, II. 22.

Berchtoldus & Erchingerus.

Cameræ Suevicæ Nuntii Regii, eorumque fata. I. 372. sq.

Berneccium.

Arx munitissima, ab Ekkehardo Abbate Augiensi extructa, & ab Abbate Sangallensi destructa. I. 383.

Bertoldns Comes.

Zeringensis, gener Rudolphi anti-Cæsaris, Ducatum Sueviæ Imp. Henrico III. sibi promissum exsestucare coactus est, retento solo Turego, Sueviæ oppido. II. 242. Carinthiæ quoque Ducatu ab Hentico IV. privatus. II. 54. & 243.

Beutelspach.

Emericus Dynasta an. 499. arcem ibidem extruxisse dicitur. III. 423. cujus hæredes abiêre à linea Wurtenb. ibid. Anno 1072. Beutelpacense territorium ad Wurtembergicum relapsum. ib. p. 424. de translatione Ecclesiæ Beutelspacensis Stuttgardiam an. 1321. facta. ibid. pag. 429.

Bischofeshorn.

Biscopeshori prope Münsterlingen & Costniz, pagus minor Ducatus Alemanniæ. II. 24.

Bizuntia.

Vesontium, Metropolis Comitatus Burgundici. I. 213.

Bodamum.

Bodama, *Bodmen*, *Bodunge*, *Potama*, olim in Pago Hegouue, PalatiumRegium, ad extremas lacus Bodamici oras situm, ubi Lud. Pius an. 839. moratus est. I. 213. 347. sq. à Rege Conrado destructum. I. 373. cum *Hoben-Bodman* in pago Lentiensi seu Linzgouiensi non confundendum. II. 14. 15.

Bodensee. vid. *Mare Suevicum*.

Bohemia.

Duces Bohemiæ vasalli olim Imperii II. 254. quo tempore Regalis dignitas in Bohemiam invecta. ibid. Dux Labezlaus alias Uladislaus à Frid. I. Imp. Rex Bohemiæ creatus an. 1158. Ratisponæ. II. 331. quibus conditionibus. 332. Similiter Primislaus cognomine Ottocarus à Philippo Suevo an. 1199. ibid. quamdiu hæc dignitas Regalis personalis saltem & restricta fuerit? II. 255. Origo & initium tituli Regii perpetui repetendum à turbulentis Philippi Suevi & Frid. II. temporibus. ib. p. 256.

Bojohæmi.

à Romanis *Marcomanni* dicti. I. 243.

Boleslaus Poloniæ Rex.

Lothario II. Imp. tributo annuo quingentarum marcarum obstrictus, fidem Vasalliticam ipsi juravit de tota Polonia tributaria, & non saltem de Pomeranis & Rugiis. IV. 571.

Brara.

Bragodarum germanice *Pfullendorff*. I. 213.

Breccha.

an *Brisach* ad dextram Rheni ripam? I. 213.

Brehtigouu.

Bretachgouue, Pagus Alemanniæ in Rhætia ad montem Rhæticum. II. 24.

nem monasterii, ex ruinis restaurato. 425. Temporibus turbulentis varia jura & Regalia in Civitate acquisiverant Abbates sub titulo administratorio vel modo precario, posteaque per varias transactiones extortas. IV. 436. Ex Civitate autem Imperiali immediata in municipium Cœnobii nullo unquam tempore est transformata. ib. & sqq. Confœderationes & Conventus, quibus interfuit Civitas, ejusque quanta Matricularia ex Sec. XIV. & XV. à quantis Cœnobialibus separata & distincta. 438. Privilegia & Enuntiata Cæs. super libertate ac immedietate Civitatis à Seculis servata, contra attentata & violentias Cœnobialium subinde concessa, in specie de Bulla aurea Caroli IV. Imp. de anno 1361. p. 439. sqq. de insecuto tandem an. 1525. Insigni illo Contractu Emtionis & Separationis plenariæ ab omnibus ac singulis juribus, in & extra Civitatem ab Abbate possessis, cum consensu Imperatoris & Pontificis Clementis VII. pro XXXM. aureis Rhenanis. 442.

Campidona

Fürstl. Stifft Kempten.

An *Hildegardis* Caroli M. conjux sit fundatrix Monasterii Campid. IV. 426. Vera fundationis origo non ex Sec. VIII. sed ex medio Seculi VII. à monachis Sangallensibus petenda. 427. 428. Falsitas Diplomatis Caroli M. de anno 773. à Viris præstantissimis detecta ac demonstrata. 429. æque ac Donationis seu Dotationis Regiæ de Castro seu oppido Campid. & integris Comitatibus circumjacentibus. 430 An *Hildegardis* Regina pro filia Ducis cujusdam Sueviæ, nomine *Hildebrandi*, venditari possit? 431. de falsitate Instrumenti Ottoniani super Comitatu Campidonensi. 433. Constitutum Caroli M. de anno 777. & præceptum Ludovici Pii de paupertate Monasterii Campid. isthoc ævo abunde testantur. 434. Seculo adhuc XI. XII. & XIII. Abbatia Campid. in beneficium & administrationem aliorum data est ab Imperatoribus. ibid.

Campiones.

Vid. voc. *Monomachia.*

Canis.

Portatio canis vel sellæ de Comitatu ad Comitatum probrosum supplicii genus & vetus apud Francos Suevosque consuetudo. II. 330.

Canstadium.

Statio Romana. I. 293.

Carocciu n.

Crux altissima in plaustro erecta. III. 524.

Carolus M.

Qua ratione ad ipsum devenerit Imperii Occidentalis majestas? I. 337. sq. Magnitudo & potentia Imperii Carolini I. 338. favor & munificentia Caroli M. erga Ecclesias. 339.

Carolus Crassus Imp.

In monasterio Divitis Augiæ sepultus. I. 352.

Carolus IV. Imp.

De bello cum Rudolpho IV. Austriæ Duce & Comite Würtemb. Civitatibus Sueviæ nimis gravi, an. 1359. & 1360. gelto. III. 30. &c. Comitia, ad quæ Rudolphus ab Imperatore Socero citatus est, solemnisque Curia Norimbergæ habita occasione Nativitatis Wenceslai filii. ib. p. 37. 38.

Carolus Andegav.

Ludovici Francorum Regis frater, qua lege ab Urbano IV. Pontifice obtinuit Campaniam, Apuliam, Siciliæque Regnum. III. 327.

C atapulta.

Quis usus earum fuerit apud Romanos? 14. 253.

Catti, Cattuarii, Hassi.

Eorum origo & irruptio in Rhætiam, Vindeliciam, Wurtembergiam &c. I. 292. Veterum Cattorum sedes. I. 256. sq. an etiam Marchiam Badensem & loca vicina inhabitaverint? ibid. An fuerint Suevi? IV. 510. 511.

Catimeliboci.

Tractus *Catzenelenbogen*, Comitatus Wetterauiæ, deque ejus successione, familia & controversia cum Domo Hassiaca. I. 257.

Catualda.

Gothinorum Princeps universis Suevis imperavit. I. 288.

Cauci, Chauci, Cauchi.

Majores & minores, eorumque sedes. I. 258.

jura & prærogativas infigniter illuftrarunt, III. 271. Ein gefürſteter Stand in ſenſu vulgari vel Curiali quid? III. 334.

Comites S. Palatii.

Oberſte Hoffrichter I. quorum munus conſiſtebat in juſtitiæ adminiſtratione. III. 296. inter priores Miniſteriales Regni relati. ib. p. 299. Regumque lateri per omnia Regni palatia adhærebant, plerumque tamen Aquisgrani degebant. p. 300. quousque duraverat hoc munus? ibid.

Comites Palatini.

Dignitas eorum & authoritas I. 340. Terram Palatinatui adjectam gubernabant. III. 209. & penes eos judiciaria poteſtas reſidebat, curamque de omnibus cauſis ſecularibus habebant, exceptis iis, quæ Principum Imp. erant. ibid. p. 208. plures conſtituit Carolus M. cum minori tamen poteſtate ex qualibet Imperii Natione. ibid. Authores, qui de Comitibus Palatinis neceſſaria tradiderunt. ib. pag. 272. Comites Palatini an in ipſos Imperatores jurisdictionem exercuerint? III. 297.

Comites Provinciales.

Land-Pfalzgraven / de ortu eorum. III. 301. ſqq. ſpeciatim in Saxonia. ib. pag. 304. ſqq. in Bavaria 307. 308. in Suevia 309. Franconia. ib. de officio & munere eorum. 310. ſqq.

Comites Sueviæ.

Sub Imperatore Ludovico Pio. I. 344.

Comites Palatini Tubing.

Nugæ ſunt, quæ de iis ex ſeculis poſt C. N. I. V. VIII. IX. & X. narrantur. III. 273. de Comitibus Tubing. ex Sec. XI. XII. XIII. 274 - 282. quas terras quoſve Comitatus poſſederint. 283. 284. Unde Comites Curiæ, Rhætiæ, Domini Ruckenſes, Brigantini, Gernhuſani, Pfullendorffani &c. dicti ſint? 285. Monaſteria Blabyrenſe, Anhuſanum, Marchthal. Auguſtanum S. Georgii, aliaque ab ipſis fundata, multisque ditata opibus 285. 286. Comitatus Tubing. cum appertinentiis feudum Imp. 287. quoad maximam partem Sec. XIV. Domui Würtemb. ceſſus 288. ſqq. una cum Miniſterialibus ſuis & Nobilibus. 291. in Erectione Ducatus Wurtenb. reliquis Comitatibus junctus. 292. inter Status Imp. & Circuli Suevici recenſitus. 293. Utrum Comites Tubing. revera officium Comitis Palatini per Sueviam exercuerint, an titulum ſaltem geſſerint? III. 318. ſqq. an dignitas ipſorum uni ſaltem loco, an pluribus affixa fuerit? p. 321. quæ ſit differentia inter Judicia Provincialia Sueviæ & Palatinatum Tubing. ibid. de officio & authoritate Comitum Palatinorum Tubing. 322. an jure hæreditario officium hocce geſſerint? 323. qua de cauſa ſenſim titulo Palatinorum abſtinuerint? ib. de fatali eorum interitu anno 1631. ſecuto. 324. an Palatinatus Suevici jura Domui Würtemb. in dubium poſſint vocari? 325.

Comitia.

Wormatienſia de anno 1495. celebratiſſima, & quoad juris publ. Germ. capitula præcipua vel maxime notanda. III 441. 442.

Concio Legionum, Concile.

Caſtrum vetus Gunzlech dictum, in campis Lyci ſupra Auguſtam ſitum, ubi Henricus Magnanimus Dux Bavariæ nuptias celebrabat cum Gertrude filia unica Lotharii Imp. & inde Ravensburgum Guelphorum ſedem collocabat. IV. 536.

Concordatum.

Inter Henricum V. Imp. & Calliſtum II. Pontificem Rom. an. 1122. initium IV. 527. quo conventum, ut Rex vel Imperator Epiſcopos ante conſecrationem cum ſceptro de Regalibus inveſtiret. IV. 557.

Conradus I.

An de genere Carolingico fuerit? II. 68. Pater ipſius Conradus Comes in Haſſia & Wetteravia. 69. Mater Gliſmuot Comitiſſa. 70. Electus in Regem an. 911. obiit an. 918. abſque prole virili. 71. Uxor Chunegunda. ibid.

Conradus II.

Salicus, ex Regia ſtirpe Ducum Wormac. coronatus Moguntiæ an. 1024. & Romæ 1027. obiit anno 1039. II. 80. ſq.

Conradus III.

Natus an. 1094. Friderici I. Comitis de Stauffen filius, Dux Franconiæ. Uxor ejus Gertrudis, filia Comitis de Sulzbach. II. 194. Oratio de hoc Conrado. ib. p. 289. de expeditione ejus cruciata Hieroſolymitana. IV. 540 Anno 1127. Rex proclamatur contra Lotharium Sax. IV.143. ſq. de Principibus tam Secularibus quam Eccleſiaſticis, itemque de Civitatibus

tibus Germaniæ præcipuis, affeclis & Sectatoribus Conradi. 144 fqq. & 541-545. Excommunicatio cum frarre Frid. omnibusque complicibus Romæ à Papa Honorio an. 1128. fufcepta. IV. 146. Conradi Expeditio Italica. 148. ejusque coronatio duplex Modœtiæ & Mediolani coronâ Regni Italici feu Lombardici, an. 1128. peracta, pofteàque in Concilio Pifano an. 1134. pro nulla declarata. ib. & pag. 546. Anno demum 1132 in Germaniam rediit. IV. 149. & 547. qualis ejus fortuna in Italia fuerit? ibid. p. 149. fq. Meginherum Archiepifcopum Trevir. ob excommunicarionem contra ipfum pronuntiatam in Italia interceptum carceri mancipavit, in quo etiam obiit. IV. 541. anno 1135. à Lothario Imp. Bambergæ & Mulhufæ in gratiam receptus eft Lotharius. II. 164. fqq. & pro fecundo in Regno & fummo Imperii fignifero conftitutus. ib. p. 166.

Anno 1138. poft obitum Lotharii denuo in Regem electus Confluentiæ, in oppido Galliæ, & coronatus à Legato Papali Aquisgrani. II. 246 248. Epifcopis tam Regalium quam Pontificalium inveftituram largitus eft. ib. p 265. non fine veneni fufpicione morbo correptus anno 1152. Babenbergæ occubuit. II. 190. 193. 326. Infigniaque Regni non filio ætate adhuc imbecilli, fed Fratrueli fuo Friderico tradenda juffit. II. 267. fq. Bambergæ non Spiræ vel Laureaci humatus. ibid.

Status Imp. Germ fub Imperatore Conrado III. II. p. 268. fqq. de quatuor Provinciis Imp. earumque Ducibus & Principibus primariis. 269. fq. de Obotritis eorumque ftatu Conradi III. ævo 270. fqq. de Principatibus in Suevia, Franconia, Saxonia, Bavaria 274-280. de Populis Venedis. 281. 282. de Principibus Venedia tributariis. 283. fq de Principibus Ecclefiafticis. 284. de Longobardia & Burgundia. 285. de Electione & Coronatione Regia, item de Archi-Officiis iftius ævi. 286. fqq. de Palatinatibus & Judiciis, in fpecie Rothvvil. & Vemico. 289. fqq de Inveftitura & Pace publica. 292. fq. de Advocatia Cæf. 293. fqq. de Palatiis & Refidentiis Cæf. de Regimento & Curia Imperiali, de Judiciis Palatinis & Provincialibus, de Banno Imperiali. 294 fqq. de Comitiis & Conventibus Imperial. 297-300. de rebus & expeditionibus bellicis, de familiis Principum, quæ ab ifto ævo adhuc fuperfunt. 301. 302. de Titulis, de Ceremoniis, aliisque rebus, ftatum Imperii publicum concernentibus. 304. de bracteato Conradi formæ mediæ, ejusque defcriptio. IV. 572.

Conradus IV.

Friderici II. Imp filius, in Regem Romanorum electus Viennæ an. 1237. obiit in Apulia anno 1254 uxor ipfius Elifabetha Ottonis illuftris Ducis Bavariæ filia. II. 219. fqq. An inter Imperatores fit referendus? II. 496. fq. de rebus fub Conrado IV. geftis, jus publicum Imperii Rom. Germ. concernentibus. 497. fqq. Competitores coronæ Imperialis. 501. Suevorum confpiratio contra Regem Conradum, à Rege Wilhelmo Batavo profcriptum, in bello cum Rege Henrico Rafpone, Landgravio Thuringiæ. IV. 519. Technæ Papales contra Conradum, ejusque excommunicatio. II. 502. fqq Guelphorum technæ & veneficia. ibid. tentamen reconciliationis cum Papa. pag. 505. Status Italiæ triftiffimus, & Gibellinorum fuperioritas fub Ezelino. 506. An Conradus fratrem fuum Henricum Regem Hierofolymitanum veneno occiderit? 508. fq. Molimina Regis Henrici Angliæ contra Regnum Siciliæ, & iteratio banni Papalis contra Cæfarem. 509. 510. Obiit tandem Napoli Conradus an. 1254. veneno feu pulvere adamantino accepto. ibid Elogia ipfius 511. de Diplomatibus Conradi IV. eorumque criteriis, tam externis quam internis. II. 627. fqq.

Conradinus.

Conradi filius, Rex Hierofolym. & Siciliæ, Dux Sueviæ. II. 227. fq. de nativitate & parentibus Conradini. III 326. Mater ipfius Elifabetha Bavarica, Ottonis illuftris foror, non filia. II. 512. quo anno fit natus? 513. quo loco educatus? 514. infidiæ vitæ ipfius à Manfredo per bellaria veneficata ftructæ. 521. Prævaricationes Alexandri IV. contra electionem Conradini in Imperatorem. p. 542. Querelæ ipfius contra Papam Innocentium. III 328. Expeditio & bellum cum Carolo Andegavenfi. II. 519. 543. & fqq. Prœlium ac clades ad Palenzam. 544. & III. 329. Captivitas ipfius, condemnatio & fupplicium. II. 521. fqq. & III. 330. 331. in quantum excufari poffit factum hoc Caroli cruentum? II. 522. fqq. an Clemens IV. fuafor & author fuerit? ib. p. 524. 546. &c. an Ceffio Regni à Conradino Conftantiæ Manfredi filiæ & uxori Petri Arragoniæ Regis facta? It. an hiftoria de carnifice trucidato, & Henrico Truchfeffio de Waldburg vera an falfa fit?

fœminas fatidicas, quæ ſacra SuevIæ adminiſtrabant, ſunt refereodæ *Auriuia. Velleda* virgo, *Jetta* vetula, *Ganna.* I. 112. & 489.

Druſomagus.

An Auguſta in Vindelicia, an Memminga ſit? I. 285. vid. voc. *Memminga.*

Druſus.

Nero Claudius, filius Tiberii Claudii Neronis, in domo Auguſti natus & educatus. I. 456. Druſi bellum cum Suevis & aliis Germaniæ Gentibus. I. 134. ſq. Monumenta, Caſtella, foſſæ aliaque opera magnifica ductu ipſius in Germania diſpoſita. I 416. Druſi bellum Rhæticum. I. 457. Tres aliæ expeditiones in Germanos & Suevos. I. 458. ſqq. de phasmate ſeu ſpectro, quod Druſo Albim tranſituro occurriſſe dicitur. I. 460. Obitus Druſi ejusque Cenotaphia. 461. ſq. Familia, itemque Caſtella ad Moſam, Albim, Viſurgim & Rhenum, ab ipſo directa. pag. 462.

Duces.

Tempore Francorum non fui juris ſed Regum ac Imperatorum Officiarii erant, nec Provincias ab iis commiſſas proprio vel hæreditario jure tenebant. IV. 432. vid. ſub voc. *Alemanniæ Duces.*

Duebon.

Forſan *Abediacum*, hodierna urbs *Füſſen* ad Lycum. I. 214.

Durgouue.

Turgovia, pagus Ducatus Alemanniæ & pars priſci Pagi Tigurini. II. 27. fines ejus. II. 28. Villæ in eodem ſitæ. 29. 30.

Durlacum.

à Frid. II. Imp. Hermanno Marchioni Badenſi dono datum. III. 600. ſq.

E.

Eberhardus Comes.

Chuonradi Senioris in Haſſia frater, cecidit in prœlio an. 902. eum Adalberto. II. 70.

Eberhardus Dux

Franciæ Orientalis, frater Regis Conradi I. occiditur in rebellione contra Ottonem Imp. juxta Andernacum. II. 72. 73.

Eberhardus mitis

Dux Würtenb. qua de cauſa ipſum an. 1400. Cæſari Wenceslao ſufficere, eique diadema Imperiale conferre voluerunt Status. III. 348.

Eberſteinium

Comitatus antiquiſſimus, quem poſſident pro parte Marchiones Badenſes. III. 606.

Eburones.

Suevorum populi inter Moſam & Rhenum, eorumque Reges. I. 235. ſq.

Edelmann vid. *Odelmann.*

Ehehafften.

Definitio & enumeratio eorum. III. 140. ſq. duplicis generis fuiſſe in Germania ex rationibus rei judiciariæ judicandum. III. 391. querelæ Statuum Imperii pro tollendis abuſibus. ib. pag. 396. vid. ſub voc. Landgericht in Schwaben, & *Judicium Rotbvvil.*

Elchingen.

Cœnobium in Suevia, fundatum à Lucia ſeu Luitgarda Suevica, Marchionis Miſniæ uxore. II. 325. III. 254 ſqq. Turris olim munitiſſima, *Babylon* dicta, & vera cauſa deſtructæ à Lothario Imp. Civitatis Ulmæ. ib. p. 257. vid. voc. *Ravenſtein.*

Electoratus

Duos ſimul ſub ſua ditione tenere nil vetat, exemplo Sigismundi Electoris Bohemici & Brandenburgici. II. 250.

Electores Imperii.

Olim Senatores Romaoi appellati. II. 601. Septemviri, quibus jus eligendi Regem competiit jam ante tempora Rudolphi Habsburg. eminebant. ib. p. 608. non tamen cœteros Principes excludebant. 609. an Gregorius V. Pontifex Rom. Collegii Electoralis author ſit? ib. Per Legatos quoque vel Procuratores olim eligebant. p. 611. de prærogativis Electorum circa loter Regni magni tempora in negotiis Imperii. p. 639. ibid.

Electio Regum Rom.

Jus convocandi ad electionem Regis Rom. Henrici V. & Lotharii Saxonis ætate nondum ad ſolum Moguntinum ſed et ad alios quoque Imperii Proceres, quorum nomine exaratæ ſunt literæ, ſpectabat.

bat. IV. 529. sq. In electione Lotharii numerosissimus fuit Conventus Procerum, tam temporalium quam spiritualium, & plus quam LX. millia militum. 530. An decem saltem Principes an quadraginta ex iis sint electi, qui nomine omnium de candidatis Imperii statuerent? ibid. Inter Principes prætaxatos an etiam fuerint *Carolus Flandriæ Comes*, & *Henricus Lotharingiæ Dux* ? 531. Admodum tumultuaria fuit Electio Lotharii. 532. sq. An isthoc ævo Germania fuerit Regnum electivum an hæreditarium? 533.

Sec. XIII more majorum Francofurti ad Moenum celebrata est Electio II. 609. an anni decursus pro justo Regem eligendi spatio sit habitus? 610. an licitum olim fuerit, multis stipatus Comitibus seu copiis accedere? 611. an potestas dirimendi dissidia suffragiorum Electoraliu'm Comitis Palatini arbitrio sit tributa? 612. de obstrictione sacramentali Civitatum Imperialium, non nisi unum & solum electum Regem adgnoscendi. ibid. an minorennes, an peregrini & à Germanis non oriundi eligi potuerint? 613. Pontificum Rom. insolens arrogantia in Electione Richardi, Alphonsi, Conradini &c. 616. sqq.

Elysii.

Unde ita dicti, natio invicta & insuperabilis. I. 84. an Lusati an Silesii sint? I. 259. vid. Voc. *Ilingi*.

Erfordia.

Temporibus Interregni magni *Civitas Pacis* dicta. I. 644.

Ermatinga.

Olim *Erfmuotingen*, propeConstantiam, villa Regia. II. 13.

Ernestus I.

Dux Sueviæ, successor Hermanni pueri, Imperatricis Giselæ primus maritus, in venatu sagitta vulneratus interiit anno 1015. II. 63.

Ernestus II.

Ernesti I. & Giselæ filius, itidem Dux Sueviæ, rebellis contra Vitricum Conradum Salicum bina vice, interficitur & sepelitur an. 1030. II. 65. sq.

Ertz.

Denotat consueto in Germania more erst. III. 526.

Ertz-Panner-Amt.

Idem ac Ertzkändrich-Amt. III. 526. unde Archi-Bannerefii officium in præjudicium Archi-Vexilliferatus Württemb. locum habere non potest. 527.

Eskinhoua, Eschach.

An olim pars insulæ vel oppidi Lindaugiæ fuerit? I. 352. sq. Conf. Art. *Lindau*.

Eskinhoua, Eschiken.

In Zürichgouue inter castrum *Kyburg* & urbem *Zurich* sita. II. 46.

Eudones, Eudosii.

Sedes eorum. I. 259. 260.

Evocationes.

Differunt ab appellationibus. III. 386. Reges Caroling. & Germ. olim jus evocandi à Magistratibus ordinariis & JudiciisProvincialibus sibi arrogarunt. 387. Causa privilegiorum contra Evocationes, præprimis in Suevia. 389. 390.

Expeditiones sacræ.

vid. sub Art. Creutzzüge.

F.

Fabri Fr. Felix.

Monachus Conventus Prædicatorii Ulmani, patria Tigurinus, ex illustri Schmidtiorum familia an. 1441. natus IV. 178. *Cursor* olim in Dominicanorum Conventu Basileensi, quod idem est ac Theologiæ Candidatus, & ad cursum theologicum admissus, ideoque ibidem veste religiosa indutus. pag. 179. & 526. anno 1478. in cœnobium Ulmanum translatus. 180. Iter ejus primum Hierosolymitanum. 181. Iter secundum. 182. sqq. Errores Scriptorum de his duabus peregrinationibus sacris. 185. sq. negotia & munia ipsius. 186. Obiit Ulmæ 1502. ibique sepultus. 187. sq. Varia de eodem judicia. 188. & 194. ejusque diversa scripta, inprimis de historia Suevorum, Civitatis Ulmæ, monasterii Offenhusani &c. 189-194.

Falaha.

Pagus Ducatus Alemanniæ & partis pagi Burgouue. II. 30.

Faust-Recht.

vid. sub Voc. *Monomachia*.

Fridbrieff.

Pax in Conventu Principum Norimbergæ an. 1180. à Frid. I. Imp. in literas redacta, & ante expeditoinem Hierosolymitanam in Imperio publicata. II. 344.

Fridericus I. Dux Sueviæ.

Comes de Stauffen, ex nobilissimis Sueviæ Comitibus, cognomento *antiquus*, Henrici & Hiltegardis filius. Uxor ipsius Agnes, Henrici IV. Imp. filia unica. II. 106. 153. 324. Fratres & Sorores. ib. pag. 325. Obiit an. 1105. & humatus in monasterio Laureac. ab ipso fundato. II. 190. 191. 326. Filios reliquit Fridericum & Conradum. ibid. & p. 244. An. 1080. Ducatum Sueviæ cum ipsa Ducali dignitate obtinuit ab Henrico IV. Socero. II. 241. 325. An Rudolfo Sueviæ Duci in acie ad Ælsteram manum gladio amputaverit? ib. p. 242.

Frid. II. Dux Sueviæ.

Monoculus seu *Cocles* dictus, Friderici I. filius primogenitus, natus 1090. den. 1147. in Gallia. II. 192. sq. Uxores ipsius Juditha Guelphica Altorff. & Agnes. 193. successit Patri in Ducatu Sueviæ. II. 244. Proximus erat Henrici V. Imp. cognatus & Hæres, unde magna juris species ad ambiendum Regnum. IV. 167. cujus etiam in eligendo novo Rege maxima ratio est habita, sed frustra ob odium Papale. II. 245. indeque bellum cum Lothario Rege enatum. 246. *vid. sub art. Lotharius Saxo.* Anno 1127. Conradus frater ab ipso Rex proclamatus, ideoque à nonnuilis Episcopis excommunicatus est. IV. 143. sq. Insidiæ Friderico ab Henrico magnanimo an. 1130. in monasterio Zvvifalt. structæ & elusæ. ibid. p. 154. Anno 1134. Lotharii gratiam implorat. & obtinet. pag. 163.

Frid. III. Dux Sueviæ.

Vid. sub art. *Frid. I. Imp.*

Frid. IV. Dux Sueviæ.

Friderici I. Imp. filius. Obiit an. 1195. in obsidione Accaronis Syriæ. II. 204. 205. Uxores ipsius. p. 206.

Fridericus I. Imperator.

Natus 1121. *Barbarossa* ob barbam & capillum rufum ab Italis vocatus. II. 326. Frid. II. de Stauphen, Ducis Sueviæ filius, ipsemet Dux Sueviæ, & Imperator hujus nominis primus. II. 202. de generoso ac religioso ipsius animo. II. 342. sq. an generis Francici Clodoveani fuerit? II. 308. 325. Electus in Regem Germaniæ Francofurti 1152. coronatus Aquisgrani, Papiæ & Romæ an. 1155. Causa electionis. II. 351. utpote in quo nobilissimæ conspirabant familiæ Salicquorum seu Henricorum de Guibelinga, & Guelphorum de Altorffio. II. 326.

Repudiata priori Uxore Adila de Hochburg, sibi junxit Beatricem Burgundicam. II. p. 330. 338. Liberi ex Beatrice procreati. ib. p. 311. Oratio in laudem Conradi III. & Frid. I. pag. 229. &c. It. Martini Crusii de vita & gestis Cæsaris. p. 308. sqq. de variis rebus gestis in Germania & Italia, statum Imperii publicum, jura ac reservata Cæs. in politicis & Ecclesiasticis concernentibus. II. 303. 308. 328. &c. de Constitutione Friderici apud Roncalias an. 1158. data. ib. p 320. sq. de Expeditione Friderici Hierosolymitana & Asiatica p. 337. sq. de vera & præcipua causa Expeditionis cruciatæ. 340. &c. Apparatus bellici ante expeditionem. 343. sqq Iter terrestre & navale. 346. sqq. Perfidia Isaci Angeli Imp. Græci. 347. Mors Friderici ad fluvium Caleph an. 1191. secuta. II. 203. 338. 348. 349. 391. Infaustus expeditionis exitus. pag. 349. 350.

De odio implacabili Pontificum Romanorum contra Frid. ejusque posteros, ob Regna Siciliæ & Apuliæ, per Constantiam Rogerii Regis filiam in Hohenstaufsios translata. II. 338. de Lite ac dissensione Cæsarem inter & Papam Hadrianum, Imperium coronamque Imperialem beneficium Papæ dictitantem. pag. 332. sq desuperque secuta reconcilliatione & Pace cum Pontifice Alex. III. 334. Narratio de collo Imperatoris ab Alexandro pedibus calcato, an pro vera, an prorsus fabulosa, & à factione Guelphica in contumeliam Germanorum conficta censenda sit? 335. Argumenta in negativam facti à silentio omnium scriptorum coævorum, & ipsa Seculi conditione. II. 387-390. Authores, qui factum affirmant & perstringunt. 393. sqq. Argumenta Baronii factum negantis, eorumdemque refutatio. 397. &c. Sententia aliorum Historicorum factum negantium. p. 403-439.

Fridericus II. Imperator.

Inter Sueviæ Duces hoc nomine quintus, inter Imperatores secundus. II. 56. Henrici VI. filius, natus 1194. Asiæ Rex utriusque Siciliæ, coronatus Romæ 1220. obiit 1250. in Fungia II. 214. sqq. Tres ha-

ſianus iis tributa plane annua ſolvit. ib. Bella cum Valeriano & filio Gallieno Impp. 158. ſq. cum Claudio & Valeriano. 160. ſq. Victoria ab Imp. Probo de Germanis obtenta. 161. à Maximiniano item & Conſtantio. 164. Germani à Romanis magis triumphati quam victi ſunt. IV. 512.

Gerolſeck.

Hohengerolſeck dicitur ad differentiam alterius Dynaſtiæ Gerolſeccianæ ad Vogaſum in Alſatia. III. 629. Eſt Baronatus Sueviæ, cujus Proceres antiquiſſimæ ſtirpis defecerunt an. 1634. Lites deſuper exortæ. p. 607. Species Facti. 629-635. Anno 1482. à Theobaldo Domino de Hohengeroiſeck bona ipſius allodialia in Marchionem Badenſem Chriſtophorum ſub lege reluitionis tranſlata. p. 630. Arx vero cum duabus Præfecturis à Philippo Comite Palatino erepta, ſed poſtmodum reſtituta, & Domui Auſtriacæ in feudum oblata. ibid. an in feudum maſculinum an fœmininum? 631. Bona quoque allodialia à Domo Badenſi retrovendita, ib. & à Domo Auſtriaca Expectativa in bona feudalia Comiti de Cronenburg data, extincta tandem ſtirpe Gerolſeccenſi maſculina, filia ultimi Vaſalli Marchioni Frid. Seniori nupta, poſſeſſione feudalium ſimul ac allodialium privata. 632. & ad hodienum uſque contra Inſtrum. P. W. Cæſ. Suec. Art. IV. §. 27. in allodialibus haud reſtituta, ſed Comiti de Layen ex obtenta Expectativa novaque Inveſtitura tradita. 633. 634. de Juribus Domui Durlac. in terras allodiales adhucdum competentibus tam in petitorio quam poſſeſſorio. 635-642. de fundamentis partis adverſæ. 643. ſq. cum reſponſione & refutatione. 645-648.

Gertrudis de Sulzbach.

Regis Conradi III. uxor, anno 1169. obiit. II. 194.

Giblinga vid. *Weiblinga.*

Giſela Auguſta.

Filia Hermanni II. Ducis Sueviæ ejusque uxoris Gerbergæ. II. 60. ſqq. primum nupta Erneſto I. Duci Suevorum, poſteaque Imperatori Conrado Salico. 64. Coronata an. 1024. Moguntiæ, an. 1027. Romæ. II. 81. Obiit an. 1043. & Nemeti penes maritum ſepulta. II. 65. Demonſtratio quod originis & ſanguinis Carolingici fuerit. ib. p. 82. &c. de Liberis Giſelæ. II. 90. ſqq.

Giſela Welphica.

Filia Conradi Regis de Burgundia, & Hermanni Sueviæ Ducis conjux. II. 151.

Glemisgouue.

Pagus in Ducatu Sueviæ ad confinia Würtemb. à flumine *Glems* ſic dictus. II. 31.

Gogravius.

Civitatibus ac pagis jus dicebat, Ducibus autem ſuberat. III. 208.

Goldineshundere.

Pars pagi Hegouue in Ducatu Alemanniæ. II. 32.

Gormetia.

Worms, Vangionum Civitas ad Rheni ripam. I. 206.

Gotefridus.

Welphonis VI. Comitis Altorff. Socer non erat Comes Palatinus Rheni, ſed Palatinus de Caluo, ejusdemque ſtirpis cum Comitibus Tubing. IV. 534. Obiit an. 1148. p. 535.

Gothones.

Accolæ Suevici maris in ſiniſtra Viſtulæ ripa. I. 84. Iidem, qui poſtmodum ſub Gothorum nomine inclaruerunt. 85. quæ origo gentis ſit, inter eruditos non convenit. ibid. Dividebantur in Oſtrogothos & Weſtrogothos, qui ſub Alarico, urbe Roma direpta, in Hiſpaniam penetrarunt. 86. Reges Gothorum & migrationes. I. 236. Regna eorum in Italia & aliis terrarum partibus. 237. Gothorum & Suecorum in unum corpus coalitio. ibid.

Graven / Graviones.

Unde ita appellati. III. 207. Graviones apud Francos & ſequiori adhuc ætate judices ſignificabant. 208. 209.

Gredinga, Gredingen.

Caſtrum in pago Nordgaviæ in Diœceſi Eichſtad. ſitum. IV. 538.

Gregorius VII.

Pontifex Romanus, aliàs *Hildebrand* dictus, de rebus ab ipſomet geſtis. II. 174. ſqq.

Grubingouu.

In Ducatu Sueviæ & in Comitatu Hel-

Heil-

Heilbronna.

Heilicobrune, nobilis ad Nicrum Civitas, cum Palatio Regio, pertinuit olim ad Ducatum Franciæ orientalis. II. 13.

Helffenstein.

vid. Voc. *Ulma* & *Austrega Ulmana*.

Helissena.

Ex genere Nobilium de Calua. Anno 645. ibidem fundasse dicitur Ecclesiam S. Nazario dedicatam, ex qua Monasterium Hirsaug. enatum. III. 259. 260.

Helvetia, Heluecones.

De Natalibus, nomine ac regione Helvetiorum. I. 309. 310. Terra Helvetica tempore Julii Cæsaris in quatuor pagos divisa à quatuor fluviis *Dur*, *Elmage*, *Ursa*, *Arola*. I. 311. Hodie in XIII. Civitates seu Cantones. 312. Heluetii Germanis non Gallis sunt accensendi. I. 251. Heluetii antiquiores qui? I. 266. Helvetiorum nemus & eremus. ibid. In Heluetia Suevi quoque se olim collocarunt. I. 265. An Wurtenbergiæ & Alpium fuerint Incolæ? ibid. pag. 267. incertum quamdiu has sedes incoluerint. ibid. Heluetia Alemannica & Burgundica, earumque tractus antiqui. II. 555.

Henricus III. Imperator.

Filius Conradi Salici ejusque uxoris Giselæ, post obitum fratris Hermanni IV. Dux Sueviæ & Rex Burgundiæ, posteaque anno 1926. Rex Germaniæ. II. 66. 93. sq. coronatus Aquisgrani eodem, & anno 1047. Romæ. 94. Obiit eod. & sepultus Spiræ. 95.

Henricus IV.

Henrici III. filius, natus 1050. & 1053. Rex Germaniæ electus, & coronatus Aquisgrani, anno vero 1084. Romæ. II. 99. à Pontifice Gregorio VII. iterum atque iterum excommunicatus, & ad humillimum pœnitentiæ actum redactus. II. 174. sqq. Regno tandem privatus à filio Henrico V. an. 1105. Obiit anno 1106. II. 99. 100. Uxores: Bertha, Ottonis Marchionis Italiæ filia, posteaque Adelheida, Regis Ruzorum filia. ib. p. 101.

Henricus V.

Imperator, natus 1081. denatus ultrajecti 1125. & sepultus Spiræ. II. 104. sq. Uxor, *Mathildis*, Henrici I. Regis Angliæ filia. ib. pag. 105. 106. de Statu Germaniæ, qualis fuerit tempore mortis Henrici V. ib. p. 134. & IV. 528. Principes tam Ecclesiastici quam Seculares, qui tunc temporis in Regno Germ. eminebant. II. 135. an Signa Imperii Mathildi Imperatrici asservanda commiserit? 136.

Henricus VI.

Friderici I. Ahenobarbi filius, natus Noviomagi anno 1165. II. 444. Rex electus an. 1169. obiit an. 1197. II. 212. sq. Uxor, Constantia filia posthuma Rogerii II. Regis Siciliæ. ib. p. 213. sq. Inter Imperatores ab Italis dicitur Henricus V. inter Reges Romanorum VI. ib. p. 443. Elogium ipsius. p. 444. de quintuplici ejusdem coronatione 445. sqq. an hinc deducendus usus tituli: *electi Romanorum Regis*? & an Henricus ante Coronationem Romanam se scripserit Imperatorem? 446. an non etiam an. 1184. Moguntiæ fuerit coronatus? 449 & sq. Disquisitio, an Coelestinus Papa Henrico VI. coronam pedibus imposuerit, impositamque rursus dejecerit? II. 440. & sqq. Argumenta hujus narrationis negativa. ib. p. 451. sqq. de Pacto successionis hæreditariæ in Regno Germaniæ inter Henricum VI. & Principes Imp. projecto. II. 463.

Henricus VII.

Ejus diplomata, monogrammata, sigilla, tituli, subscriptiones, formularia & alia. II. 623. &c. Usus est sigillo cum axiomate Ducatus Sueviæ. ibid. Aulæ ipsius Magister, Cancellarius, Protonotarius. p. 626.

Henricus Rex Rom.

Regis Conradi III. filius, à matre Gertrudis nomine, filia Berengarii Comitis Sulzbac. in lucem editus. II. 259. adhucdum puer an. 1147. Francofurti Rex electus, & in palatio Aquisgrani coronatus est. 260. Obiit an. 1150. & sepultus in monasterio Laureac. II. 197. 198. 264.

Henricus.

Frid. II. Imperatoris filius, Rex Rom. electus an. 1220. & depositus an. 1235. Obiit in carcere an. 1242. II. 218. Uxor Margaretha, filia Leopoldi Gloriosi Ducis Austriæ. 219. duos reliquit filios, Fridericum Ducem Austriæ ab Avo designatum, & Henricum. 227. In rebellione contra Patrem Frid. II. Imp. ex Civitatibus Imperialibus primariorum Civium filios, loco obsidum fidei sibi datæ, captivos abduxit. IV. 566.

Interregnum magnum.

Inturgi.

Irena.

Isis.

Ifinifa.

Ifna.

ventu Henrici Episcopi Moguntiae, alias *Gürtelknopff* dicti, natu Isnensis, à Rudolpho Habsburgico, postea que Alberto & Henrico VII. concessis & confirmatis, quibus fruebatur Civitas *Lindovua*. 500. Redemta tandem omnigena libertate ab Ottone Truchsessio Waldb. à Carolo IV. Imp. in numerum ac censum Civitatum Imperialium recepta est Civitas. 501. Lites & contentiones inde exortæ cum Cœnobio San-Gregoriano, sub authoritate tamen Cæs. an. 1377. compositæ. 502. sq.

Italia.

Italiæ Regnum an Regis Conradi ætate vel Sec. XII. Hæreditarium an electitium fuerit? IV. 545. 546. Jus Imperii & Ecclesiæ Rom. in Italiam tempore Interregni magni, II. 601. sub Richardo & Alphonso Regibus. 602. sqq.

Italicus.

Rex Suevorum. I. 290.

Itinerarium Antonini.

Vid. sub Art. *Peutingeriana tabula* & *Viæ Romanorum*.

Itzelberg. Irzenberg.

Dominii Heidenheim. olim Helffenstein. III. 256.

Judicia.

Erant olim vel universalia vel particularia. III. 109. & hæc summis Imp. tribunalibus subordinata. 110. num fas sit Judici migrare fori mores vetustos in judicio sub Dio habendo? Responsum juris. ib. p. 104. 105.

Judicia Provincialia.

De diversis olim ab Imperatoribus constitutis Judiciis Provincialibus. IV. 593. de mutata illorum forma per privilegia Exemtionis, singulis fere statibus & immediatis in Suevia concessa. 594.

Judicium Provinciale Suevic.

Vid. sub Art. Landgericht in Schwaben.

Judicium Aulic. Cæs.

Origo ejus & descriptio. III. 127.

Judicium Camerale Cæs.

Origo, Constitutio, locus, translatio, ejusque variæ Ordinationes. III. 128. sq.

Judicium Burgrauiatus Norimb.

Transactio ejusd. cum Civitatibus Sueviæ Imperialibus de anno 1458. IV. 208. 211. sqq. & 602.

Judicium Rotvvilense.

